6
3 M
25

11

6. 23. F. 60

Digitized by Google

ATHENÆ BELGICÆ

SIVE

NOMENCLATOR

INFER. GERMANIÆ SCRIPTORVM,
QVI DISCIPLINAS
PHILOLOGICAS, PHILOSOPHICAS,
THEOLOGICAS, IVRIDICAS, MEDICAS
ET MVSICAS
ILLVSTRARVNT.

FRANCISCVS SWEERTIVS ANTVERP.

PRO SVO IN PATRIAM
ET LITERAS ADFECTV
DIGESSIT ET VVLGAVIT.

ACCESSIT EODEM AVCT.
SVCCINCTA XVII. EIVSDEM INF. GERM.
PROVINCIAR.
NEC NON PRÆCIPVARVM ORBIS
BIBLIOTHECARVM ET ACADEMIARVM
LVCVLENTA DESCRIPTIO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANTVERPIÆ
Apud GVLIELMVM A TVNGRIS
Sub ſigno Grhypi. cIↄ. Iↄc. XXVIII.
Cum gratia & Priuilegio.

Bibliotecq S. Maria in Campitello

6.3.M.25

LECTORI BENEVOLO SALVS.

Paucis abhinc annis amicus meus (talem enim profectò ante hac ſum arbitratus) VALERIVS ANDREAS *I. V. Doctor, ac linguæ ſanctæ in collegio Buſlidiano Louanij Profeſſor,* BIBLIOTHECAM BELGICAM *concinnarat, quæ Bruxellam tranſmiſſa, ac priuilegium videndæ lucis à Sereniſſ. Principibus obtentura, incuria amanuenſium deperijt, & inter litigantium ſacculos & ſchedia, nequidquam lugente authore ac bonis omnibus, annis circiter quinque infelix delituit. Fortè fortuna dum ego &* ANDREAS SCHOTTVS *Soc.* IESV *Presb. (quo viro Belgica noſtra nihil candidius & doctius vidit) pro veteri noſtra conſuetudine, ſuauiſſimos de re litteraria ſermones miſcemus, ac iacturam amiſſæ* BIBLIOTHECÆ *deploramus, Age, inquit, mi* SVVERTI, *quoniam* VALERIVS *noſter grauioribus intentus, forſan curas haſce ac labores deponet, magno aſſurge animo, & illud tẽporis, quod tibi per Mercuriales occupationes dabitur, huic tam vtili impende operi. Conſule, quia potes, bono publico & honori patriæ. Videat Orbis, quot quantoſque viros omni ſcientiarum genere excultiſſimos, fœcunda bonorum ingeniorum mater* BELGICA *profuderit. Fautor tibi accedam, manúſq; dabo auxiliatrices. Quid agerem? Tanti viri authoritas pro imperio mihi erat. Eius itaque promiſſum amplector, & votum exoſculor, ac cõprimis arduæ prouinciæ me accingo. Varijs ex vrbibus amici monent, iuuant, animant. Belleri & Keerbergius prela addicunt. Interea ſitu ac ſqualore ferè obſita* VALERI BIBLIOTHECA, *diu fruſtra quæſita, è tenebris emicat. Ad eum, cui debebatur, remittitur, id eſt, ad Auctorem, qui, ne à me præueniretur, magna feſtinatione vrget opus, celeresq; typos. Venit igitur in manus meas liber. Lego, videoq; varijs locis me notari, imò citra maieſtatem togæ, omnemq; modeſtiã, nullo meo demerito perſtringi, quaſi ex illo genere forem qui alienæ meſſis ſuperſtites reliquias congerunt, neque præter* Ραψῳδεῖν *aliud*

 amarem.

amarem. Ab amico, quem iuuenem adhuc, & prima lin amenta eruditionis ducentem, cùm in miniſterio V.R. AVBERTI MIRÆI, *tum in obſequio R. Viri* ANDREÆ SCHOTTI, *cui à calamo erat, colui, hæc obtrudi ſatis inſolens & durum videtur. Si namq; VALERIO Rapſodi ſunt, qui ab alijs pleraq; tranſ-ferunt: ſi ſpicas ab aliena meſſe colligunt, qui inſtar apum, quarum induſtriam & laborem Scriptores imitari* MACROBIVS & QVINTILIANVS *monent, vagantur & flores carpant, quos diſponant, fauisq; inferant, & ab Oceano riuum deducũt; quam frontem* VALERIANÆ *huic* BIBLIOTHECAE *vndiq; corraſa & vtinam ex fide vbique, & ſatis circumſpectè, dabimus? Quis neſcit multa à Pythagora Platonẽ ab hoc* ARISTOTELEM, ab ARISTOTELE THEOPHRASTVM, ab HOMERO VIRGILIVM, à DEMOSTHENE CICERONEM, *ab alijs alios cum decoro accepiſſe, ſuisq; ſcriptis intuliſſe? Soli* VALERIO *noſtro ea ingenij fœcunditas, vt pariat ante non concepta, non viſa. Non equidẽ inuideo. Neque tamen tantopere me peccaſſe agnoſco, quod in arena eadem vterque ludimus, quod ad metam eandem currimus, quod in ſimili argumento fructum & laudem quærimus.*

Boni quoniam conuenimus ambo.

Fatiger, ſi adduxero exempla illorum, quos tamen omnis Poſteritas ſuſpicit; qui circa eandem diſciplinam ingenio & calamo ludunt, qui rem eandem alio & alio modo proponunt, examinant, deducunt. Vtile eſt plures libros (*teſte* D. Auguſtino *Eccleſiæ Doctore*) à pluribus fieri diuerſo ſtylo, etiã de materijs ijſdẽ, vt ad plures res ipſa proueniat ad alios quidẽ ſic, ad alios autẽ ſic. *Bone Deus! quot Controuerſias de rebus Fidei dederunt? Quot de Iure & Iuſtitia commentarios bene longos conſcripſerũt? Quot æuo noſtro vnum Magiſtrum Sententiarum ſ[illegible]is Scholijs illuſtrarunt? Auctor mihi eſt* IOANNES PITSEVS *libro ſuo De Angliæ ſcriptoribus, centum & ſexaginta eius gentis Doctores in eodem Magiſtro elucidando operam nauaſſe. Vni* SVVERTIO *vincula iniecta ſunt vt cum* VALERIO *eandem paleſtram decurrere non liceat. Mercurius Apollini aliquando ceſſit, apud Poëtas: Doctori mercator lubens hic cedo. At vt canino dente innocen-*

tem

tem Doctor Iuris & Legum contra ius & Leges rodat,

Non DI, non homines, non conceſsêre columnæ.

Poteramus vt ſit hodie, notaſſe quoque ſingula, ſed hoc anguſti animi eſt & ignaui. Qui curſu certant, aduerſarium non lædunt, ſed præuertunt; & in ſacro certamine, non qui pungit laudatur, ſed qui ſuperior euadit. Nunc Doctori VALERIO *pepercimus, & ab ignominia aliena ſtudium noſtrum ſeiunximus. Non placent ſeculi huius mores, quo nemo tam imperitus eſt, qui non reprehendere aliquid malit, quàm ſcire. Nemo qui non ex aliorum ignorantia doctus videri velit, & de infirmitate humana triumphum gerat. Inconſultò, vt arbitror. Nam vt in apibus eæ quæ vulnerant, aculeum amittunt, & mox ipſæ cadunt: ita qui alterius exiſtimationi obtrectat, de ſua periclitatur. Tu igitur clariſſime Doctor,*

Iſtorum nihil eſſe meum fruſtra arguis: atqui

Non nego, ſed tecum ſentio, quiſquis ais.

Nolo meum iſtorum quidquam eſſe, tibi omnia cedo,

Accipe ſi bonus es: vtere ſi pius es.

Aliud etiam te volo Lector. Sicuti cuiq; gemmæ ſua laus eſt & pretium, ita & Scriptori: Neque vlla tam vilis eſt aut contempta, quæ in ſterquilinium mittatur. Sic mihi Scriptorum omnium fuit habenda ratio. Nam ſi ex fimeto ENNI Virgilius *aurum collegit, & ſcitè* Plinius *dixit, nullum tam vitioſum eſſe librum, qui non aliqua ex parte proſit: ex infimi ſubſellij Scriptoribus fructum aliquem permanare ad poſteros poſſe prudenter iudicabimus. Nonne tritico innaſci zizania, & frumento paleas admiſceri quotidie cernimus? Neque illud prætereo, vellicatã mihi ſuperioribus diebus ab amico aurem, quaſi minus pro honore Soc.* IESV *loquerer, dum illius alumnos non ex more vulgi Patres,* Clericos *appello. Fateor, & præeunt ſuo exemplo Oecumenici Concilij Tridentini Patres, neque alterius tituli, quod ſciam, meminerunt hactenus Claſſici Scriptores. Quin illi ipſi (Clericorum Regularium Collegijs ſe adiungunt, eoq; nomine reliquis Ordinum mendicantium Religioſis (qui omnes etiam ſiue inſtitutionis ſeriem, ſiue miniſterij quod cùm fructu magno in Eccleſia tot ſeculis exercent, multos* CHRISTO *filios per Euangelium*

lium gignendo; excellentiam ſpectes, communi Patrum epitheto, iure nuncupantur) præferendi cenſentur, ſi quãdo in ijſdem in forma collegij ad publica concurrendum foret. Addo pro coronide CLERICI *nomen priore longè dignius, ſuoque etymo Dominicæ ſortis, cui propriè mancipantur Religioſi, prærogatiuam inferre. Audi* B. HIERONYMVM *ad Nepotianum ita ſcribentem*: Clericus *interpretetur primò vocabulum ſuum, & nominis definitione prolatâ, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim* Κλῆρος *Græcè, Sors latinè dicitur, propterea* Clerici *vocantur, vel quia ſunt de ſorte Domini, vel quia ipſe Dominus* SORS, *id eſt Pars* Clericorum *eſt. Egóne ſupra magnum Concilium Tridentinum ſapiam? Illud inſpice, & cum magnis illis Eccleſiæ Doctoribus viuamus, ſentiamus, loquamur. Si qua fortè ſententia, dictio aut ſyllaba in toto libro opereue quocunq; à me edito vel edendo, S. Matri Eccleſiæ Catholicæ minus probetur, eam prorſus abiuror execrorq; & indictã haberi exopto. Nolo vlli perſonæ aut familiæ detractum, cupiens Chriſtianam cum omnibus beneuolentiam, & quantum poſſibile eſt, colere & conſeruare. Interim quale quantum hoc eſt laboris & conatus, tibi nauatum candide Lector, gratus accipe, comiter fruere, atq; ita mihi faue &* Salue. *Ad calcem libri operæpretium duxi Catalogum libb. M.SS. qui Louanij & Antuerpiæ extant, adiungere, vt videant exteri in noſtro Belgio quoq; extare non pœnitendos veterum Codicum theſauros.*

Digitized by Google

ADMONITIO AVTHORIS
DE ERRATIS.

ERRATA & me abſente, & aliquando etiam præſente (ſed non plurima, vt opinor, nec maxima) obiter contigerunt, quorum potiſſima indiculo complecti viſum fuit. Si fortè plura inter legendum occurrant, feſtinantis oſcitantiæ, vel certè imperitiæ, benignè Lector, benignè ignoſce. Etenim

—— *Hanc veniam petimusq; damusq; viciſſim.*

Vt tamen (non liuidè carpendo, ſed candidè inſtruendo) lapſus mihi meos quos fortè deprehendes, aperias, hortator & ſupplex lubens accedo. *Cùm enim ſim* (vt de ſe multo minore occaſione dixit S. AVGVSTINVS) *ex ijs qui proficiendo ſcribunt, & ſcribendo proficiunt: in omnibus ſcriptis meis, non ſolum pium Lectorem, ſed etiam liberum correctorem deſidero.* Solummodo, *Non valdè curo ſuperborum imperitorumque iudicia, qui ſimiliter in legendos libros atque in ſalutandos homines incurrunt. Non enim cogitant quales ipſi, ſed qualibus induti veſtibus ſint, & quanta pompa rerum fortunæque præfulgeant.* His enim vulgoque mobili quicquid arbitrij eſt, nullo apud me loco eſt. Illud enim Cleanthis animum meum præoccupauit:

Ne ſpectes famam, dum vis Sophos eſſe repente,
Terreat amentis nec te ſententia vulgi.
Iudicium ſapiens & iuſtum non habet vnquam
Vulgus, & in paucis vix hoc reperire licebit.

CEN-

CENSVRA.

*L*VSTRAVI ATHENAS *has, ſiue Nomenclatorem omnium Belgicæ noſtræ Scriptorum, qui variarum Artium & Diſciplinarum argumenta ingenio & calamo illuſtrarunt, & memoriam ſui apud poſteros exſtare voluerunt, quos* FRANCISCVS SWEERTIVS *ſuo in Patriam & Litterarum cultores affectu ſummo labore collegit; eaſq; vtiliter prælo committendas cenſui, vt in quibus pleraq; harum Prouinciarum Ornamenta quæ alias lapſu temporis interciderunt, vel propediem obliteranda, (vt res hominum tenui filo pendent) veniunt, firmitatem accipiunt, quam ad ſeros nepotes tranſmittant: & apud exteros etiam ſplendoris ſui radios emittant. Ad quod cùm inſuper pertinere videatur breuis harum* PROVINCIARVM, *quæ potiorem Germaniæ Inferioris partem complectuntur; deſcriptio, & præcipuarum Orbis* Bibliothecarum Academiarumque *compendioſa enarratio, eodem etiam Auctore concinnata, tam hanc quàm illas,* ATHENIS *his adſerendas inferendaſq; indicaui.* Datum Antuerpiæ, V. KAL. Nouemb. ANNO M.DC.XXVI.

LAVRENTIVS BEYERLINCK
Prothonotar. Apoſtolicus, Eccleſ. Cathed. Antuerp. Canon. & Archipresbyter, Librorumque Cenſor.

BREVIS BELGII

SIVE

XVII. PROVINCIARVM INFERIOR. GERMANIÆ DESCRIPTIO,

PER

FRANCISCVM SWEERTIVM Antuerpienſem.

Ex Lud. Guicciardino, Ponto Heutero, Regnero Vitellio, Marchantio, alijſque.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BRABANTIA DVCATVS.

BRABANTIA Belgicæ illius Galliæ, tot encomijs à IVLIO CAES. celebratæ, non minima pars eſt. Prouincia prima eſt inter XVII. gaudetque Ducatus titulo. Quo tempore BRABANTIAE nomen nacta ſit, planè incertum. Nomen ſanè nuperum, quod vt certo conſtat, non peræque eius origo. Dediſſe huic nomen BRABON Dux CAESARIS, aut BRENNVS Britannorum cuiuſdam Regis F. dicitur, qui fortè fortuna in ea delatus loca, cùm Tyrannum Scaldis fluminis ripas munitiſſimâ arce occupantem (qua à fluminis traiectu vectores niſi ſoluto dextræ manus vectigali prohibebantur) interfeciſſet, Regionem eam nomine ſuo honeſtaſſe, & immaniſſima hominis tyrannide leuaſſe. Pro meris fabulis Poëtarumque figmentis & deliramentis hæc habeo. *Pontus Heuterus* in ea opinione eſt, nomen manſiſſe à *Bratuſpantiis*: exciſa enim eorum vrbe quæ ſine dubio in eo Belgl parte fuit, quæ hodie vocatur *Picardia*, ſed quo loco facilè dici non poteſt (ſub *Bellouacorum* enim eos fuiſſe imperio ſcribit CAESAR lib. II. de bello Gallico) in noſtram hodiè BRABANTIAM ſuperſtites è clade migraſſe credendum, nomenque veteris patriæ ſeruaſſe, ac ſenſim à Bratuſpant factum BRABANT, vnica è vocis medio detracta ſyllaba. Chronica Batauica in vita Comitis THEODORICI III. hanc opinionem confirmare videntur, ſic enim in quodam diplomate: In Comitatu noſtro *Ryenſi* ac *Bratuſpantii*, cuius ditionis pagi ſunt *Weſterlo, Ooſterlo*, *Mierbeca, Hombeca, Bu-renta*, &c. quos etiam hodie pagos BRABANTIA nouit, excepto Bratuſpantio, quod nuſquam extare nunc memini, niſi in Ducatus titulo. Nouit enim adhuc Comitatum RYENSEM,

cuius primum obtinet locum ANTVERPIA, orbis ocellus. Offero hanc coniecturam, candide Lector, quam nec oppugnare, nec defendere eſt animus. Vbi enim deſtituimur Hiſtorijs, ad coniecturas deflectendum eſt, quæ ſi non certæ, Veritati tamen conſonæ eſſe videntur Veriſimilis maximè eorum videtur opinio, qui BRABANTIAM dictam exiſtimant quaſi BRAECLANT: vnde & apud vetuſtiores Chronographos BRABANTIA vel BRACHBANTIA, BRACHBATENSIS pagus legitur. Eſt enim ea terra in pleriſque locis maximè ſterilis, præſertim in Campaniæ Brabantiæ ericetis. IVL. CAESARIS tempore in ſe complexa eſt partem EBVRONVM, ATVATICORVM, MENAPIORVM ac NERVIORVM: in vniuerſum autem AMBIVARIDOS, BETHASIOS, ac poſterioribus temporibus TAXANDROS. Ducis titulus adhæſit à tempore Principum ſtirpis CAROLI MAGNI, è quibus LOTHARIVS Cæſaris LOTHARI F. qui factus Monachus, pro hæreditaria portione, obtento Auſtraſiæ regno, id in nomen ſuum conuertit, ac LOTHREIGHII regnum, (quod nunc LOTHARINGIA) vocari iuſſit. Cur verò BRABANTIAE Dux primùm LOTHARINGIAE titulo vteretur, docet IOANNES GERBRANDVS Carmelita Leydenſis in Chronico ſuo Hollandiæ, (quod nuper ſtudio & opera noſtra lucem vidit) Tomo I Annalium rerum Belgicarum lib. VII. cap. XIV quod nimirum magnam Lotharingiæ partem poſſideret, à digniori ſumpta denominatione, eo quod LOTHARINGIA regnum eſſe conſueuit, BRABANTIA verò Ducatus. Hollandiam & Geldriam à Septentrione habet BRABANTIA, Leodicenſem Diœceſin ab Oriente, Namurci Comitatum, nec non Hannoniam ad Meridiem reſpicit. Flandria illi ab Occidente eſt, Scaldeque fluuio ab ea ex parte dirimitur. Moſa, Scaldi, Sabi & Tenera ferè circumſcribitur, adeò vt nunquam hos fluuios tranſiliat. Cōplectitur Marchionatum S. Imperij cuius caput eſt ANTVERPIA: Marchionatum Bergenſem ad ripam Zomæ Fl. Ducatum Arſchotanum, Comitatū Hoochſtratanum, Megenſem & Cantecroium, Principatū Bredanum ac Præfecturam Moſæ-Traiectenſem. Baronatus plures. Regio eſt perquam amœna, vberique gleba frumenti & omnis generis fructuum feraciſſima. Indies agricolarum induſtriâ & indefatigabili labore adeò excolitur, vt vbi quondam nihil præter incultos areniſque obductos campos videre erat, hodie in agros frumenti feraces conuerſos, maximo incolarum commodo, cernas. Eſt in eadem tractus verſus ortum, PEELE dictus, cuius terræ ad ingreſſum tremunt, neque per eum curribus aut equis tranſitus eſt, niſi hyemis tempore, cùm frigore & glacie huius ſoli ſuperficies rigeſcit atque obduruit. Gens hilaris, adeò vt vix grauem ſenectutem ſentire videatur iuxta illud:

BRABANTINA COHORS HILARESCIT QVANDO SENESCIT.

Aëris hîc maxima ſalubritas, nam graſſante ſæuitiâ in circumiacentibus regionibus peſtilentiæ, BRABANTOS ab ea intactos manſiſſe ſæpiſſime non ſine admiratione experti ſumus. Diuiditur tota Regio in Toparchias IV. Antuerpienſem, cuius imperio ſubduntur Breda, Berga ad Zomam, Lira & Herentaldum. Louanienſem, quam Thenæ ſequuntur. Bruxellenſem, quam Viluortum, & Buſcoducenſem, cui Eyndhouia, Helmonda, Taxandria, Peelandia, & maior Campaniæ pars ſubijciuntur. Habet oppida muris foſſiſque ac vallis cincta XXVI. exceptis municipijs, verna-

cula

Digitized by Google

cula lingua VRYHEDEN, quæ ciuitatum ſuperant numerum, cumque multis certant oppidis, ſiue loci ambitum, ædificiorum multitudinem, hominum frequentiam, ſiue opes ſpectes: Pagos verò 10. cc. Oppida autem præcipua ſunt hæc:

ANTVERPIA ad Scaldim Fl. Germaniæ non ſolùm Emporium, ſed totius Europæ celeberrimum, quam non immeritò VRBEM VRBIVM vocat magnus ille LIPSIVS, mel & delicium Muſarum. CHRISTOPHORVS STELLA Hiſpanus, VNIVERSI TERRARVM ORBIS FORVM NVNDINARVM nuncupat. Turri è candido lapide portentoſæ altitudinis, ædibus Senatorijs, Templo marmoreo Soc. IESV nuper exſtructo, alijſque ſpectabilis. Ante annos CIϽ. & C. ANDOVERPOS populos, ſiue ANDOVERPAM gentem, Francorum Chronographis cognitam fuiſſe, PETRVS DIVAEVS vir doctiſſimus docet. Nomen ſortita apud Vulgus creditur à proiecta manu. Inueterata eſt hæc admodum opinio, nec facile ex vulgi animis eradicari poteſt. Verò tamen ſimilius videtur nomen inditum ab aggeſtu terræ ad Scaldim, hoc enim Belgis eſt Antwerpen. Memoriæ proditum tantam hominum ad eam confluxiſſe frequentiam. Anno CIϽ.IϽ.LXXXIII. vt vnicâ die ſeptuageſies mille Aſelli minores (piſcis id genus, Belgæ Schelviſch vocant) diuenditi fuerint. Naues non ſemel in flumine CIϽ. & IϽ. ſpectauimus, nec erat dies, quâ non quingentæ adnauigarent aut enauigarent, omnium generum mercibus onuſtæ. In ancoris ob frequentiam plures aliquando ſeptimanas ſtabant, priuſquam littora aut tenerent cominus, aut ſe onere leuarent. Vnius anni vectigalia frequenter II. auri milliones confecerunt. O NVLLA LONGI TEMPORIS FELICITAS! Verùm ne cæco patriæ amore in eius laudes videar effuſis habenis exſpatiari, conſulat Lector *Ludouicum Guicciardinum, Cornelium Graphæum, Petrum Ægidium, Ioannem Baptiſt. Gramaium, Carol. Scribanium*, alioſque. Diſtat ANTVERPIA Louanio & Bruxellâ VIII. milliarib.

LOVANIVM (Lupoſinam nominatum olim ſcribit *Franciſcus Roſerius*) ad Diliam Fl. vetuſtatis & Academiæ nomine celeberrimum. Vnde initium ceperit, incertum: quidam ad C. Cæſarem referunt, alij ad Pipinos BRABANTIAE Duces. Inuenio ante annos D. CC.XX. REGINONI nomen notum. Fuit olim Comitatus Burgrauicus nobiliſſimus, vnde & huius terræ Principes COMITIS LOVANIENSIS titulo indigitabantur. Ampliſſima vrbs, hortos, vineta, paſcua intra mœnia claudit. Fontes vberrimi, vt meritò illic ſuum Muſæ domicilium fixiſſe videantur. De vrbis huius magnitudine illud tantum dicam, ſuperare Gandauum III. virgis, Leodicum VIII. Pariſios X. Coloniam XVIII. Annales habent tempore & imperio IOANNIS III. anno CIϽ. CCC. L. tantam textorum multitudinem hîc fuiſſe, vt ad tria, imò quatuor millia textrinorum in vrbe eſſent. Addunt etiam, cuique textrino opus fuiſſe non minus XXX. aut XL. homines qui lanam præpararent, qui carminarent, aliaſque tales operas exercerent. Oportuit ergo ex ſolo illo genere ad C. LX. millia in hac vrbe deguiſſe. Tanta hic ea turba fuit, vt cùm hora vndecima ſignum campanâ daretur deſinendi operis, parentes ſollicitè minores liberos in ædes ducerent aut traherent, ne impetu & impulſu venientium obruerentur. Celeberrima hic Academia erecta à *Ioanne Brabantiæ* Duce & Diploma datum eſt

à MARTINO V. Pont. Max. anno M. CCCC. XXV. Aër ibi ſaluberrimus, vnde DES. ERASMVS ROTEROD. ſæculi ſui Phœnix lib. XVII. Epiſt. ad Guilielmum Talæum: Eſt, inquit, LOVANII cœlum, quod vel Italico quondam adamato, præferas: non amœnum modò, verùm etiam ſalubre, nec alibi felicior ingeniorum prouentus, nuſquam Profeſſorum maior aut paratior copia. Plura qui velit, conſulat CL. IVSTVM LIPSIVM & PETRVM DIVAEVM. Diſtat Antuerpia VIII. Mechlinia & Bruxella IV. milliarib.

BRVXELLA Principum ſedes, fontium perennium ſcaturigine ſpectabilis, partim in cliuo montium, partim in decliuiore loco ſita eſt, quam partim Senna Fl. in Hannonia ortus, irrigat. Veteribus ferè BROSELLA, vel BRVSELLA ſcribitur. Meyero Hiſtoriographo in geſtis ann. D. CCCC. LXXIV. BRVSOLA. Primarium vrbis templum hodiè D. GVDVLAE SACR. olim verò D. MICHAELI Archangelo vrbis patrono. Domus vrbanæ & plurimum elegantes. Complura ſunt pulchra palatia, & primum quidem illud Senatorum, inſigni etiam turri ſpectabile. Eſt quoque Palatium regium, cui adhæret peramœnum vinarium, Parcum vulgò appellant: Horti inſuper, labyrinthus, & non piſcibus modò, ſed & cygnis abundans piſcina. Quid dicam de NASSOVIORVM palatio ſuperbiſſimo? Quod non ita pridem Illuſtriſs. Cardinale *De la Cueua* inhabitante, fatalis flamma abſumpſit. Periêre eo incendio, proh dolor! M.SS. non pauci, ac chartæ ſecretiores, quas ſibi aliiſque profuturas labore improbo congeſſerat: eſt enim ille vir, curioſarum rerum cumprimis appetens, multiſque legationibus clarus. Huic magna hiſtoriarum cognitio: in oratione ſoluta talis, vt nec ingenium, nec eruditionem deſideres. Hîc quoque perpetua ſedes & velut firmum fixumque domicilium Cancellariæ Brabantiæ. Legimus aliquando hic contigiſſe, vt vno eodemque tempore VII. conſpicerentur capita coronata, ſcilicet CAROLVS V. Imperator, filius eius PHILIPPVS Rex, Rex Bohemiæ, MAXAEMILIANVS vna cum vxore Regina, HELIONORA Regina Franciæ, Regina Hungariæ, & Rex Africanus: vt omittam Ducem Sabaudiæ, ac tot alios Duces, Marchiones, Comites, variarumque nationum Principes, qui minimum VIII. vel IX. millia ſecum habebant equos. Ob amœniſſima prata, cum ſupra, tum infra vrbem diffuſa, pulcherrimo adſpectu, numquam hic laboratum eſt vel pabuli, vel annonæ penuria. Tertiò ferè ab vrbe milliari ſita eſt ampliſſima iuxta & clariſſima Abbatia AFFLIGIMIENSIS, cuius Antiſtiti, inter XII. Brabantinos, primi in ordinum Conuentu ſuffragii ius eſt. Diſtat BRVXELLA Louanio & Mechlinia IV. milliarib. Antuerpia verò VIII.

BVSCVMDVCIS ſiue SYLVADVCIS, veteribus BVSCVM, vulgò 's Hertogenboſch / Gallis *Boſleduc*, quartum eſt BRABANTIAE membrum, Originem debet HENRICO BELLACI, anno M. C. LXXIV. ſylua eo in limite cæſa, vt Geldrorum incurſionibus obuiam iretur. Vrbs eſt loci natura ac ſtructura admodum munita. Populus pugnax, Principi addictus, & Religionis Catholicæ retinentiſſimus. Eſt in ea ædes primaria, D. IOANNI ſacra, quæ cum præcipuis Belgii templis conferri valeat. Paucis ab hinc annis Domino ROBERTO SWEER-

Sweertio S. Theologiæ Licentiato Plebaniam in ea adminiſtrante, varia ornamenta ei acceſsêre.

In poſteriore templi parte tam magnifica organa aſſurgunt, vt ad ea viſenda veluti ad Dianae templum, aut aliud vnum ex mundi miraculis, infiniti conuolent. Horum omnium operum ac vniuerſæ ciuitatis deſcriptionem, ac res ibidem præclarè geſtas, dabit prædictus Sweertius. Ludo litterario olim excelluit tempore Macropedi Commendatur etiam ſingularis cultrariorum induſtria ſuntque tela, acus & aciculæ tanta præſtantia & multitudine, vt per vniuerſam pœnè Europam exportentur. Syluæducenſes ſunt quos Belgicis turbis Regiæ Maieſtatis aduerſarij irrito conatu ſæpè tentarunt, præcipuè anno CIↃ. IↃ. CI. V. Kalend. Decemb. vnde quidam egregiè luſit:

Quis neget inuictos Batavos, *qui cedere norunt*
Ante tubæ ſonitum, neue obeant, abeunt?

Diſtat Antuerpia XVI. milliarib⁹.

MACHLINIA, Gallis Malines, Belgis Mechelen/ licet Brabantia non ſit, ſed ab ea inſignibus, titulis priuilegijſque diſtinguatur, moribus tamen, naturâ, ſitu, illius meditullium ac velut vmbilicus dici poteſt, æquali ab Antuerpia, Bruxella, Louanio diſtans interuallo. Vrbs mœnibus & ſitu imprimis munita, ob aquarum copiam, quibus ex Oceano per Scaldim ſtatis temporibus ad hunc vſque locum reſtagnantibus, facilè quotieſcumque vſus requirit, circumiacentem agrum magna ex parte inundare faciunt. Exigua admodum eius feruntur initia, & quod magis mirere, non ita longo temporis tractu, in eam, qua nunc eſt, amplitudinem excreuiſſe. Ædificiorum venuſtato, viarum apta & eleganti diſpoſitione, pontibus lapideis, Templis præterea, ac turri altitudinis admirandæ, inter omnes Belgicas vrbes conſpicua eſt. Eſt hîc Concilium Regium, quod Parlamentum vocant, ad quod vltima eſt in Belgio prouocatio, a Carolo Burgundo Belgarum Principe anno CIↃ.CCCC. LXXIII. inſtitutum. In hoc foro, in gratiam maximè peregrinorum, Gallicè litigatur. Ob præſtita obſidione Nouefienſi Carolo Burgundo Duci officia, multis priuilegijs, etiam ad inuidiam vſque vicinorum eſt decorata, vectigalium maximè in Brabantia immunitate. Philippi Boni quo ad Dominatum, & Philippi II Hiſpaniarum Regis ad Archiepiſcopatum, eſt euecta, Claret ingenioſis artificibus artis pictoriæ, ſtatuariæ, & præſertim artis fuſoriæ magiſtros inſignes alit Deſcripſit huius Vrbis ac Prouinciæ Antiquitates Ioan. Bapt. Gramaye Antuerpienſis.

TRAIECTVM ad Moſam, vulgò Maeſtricht/ à traijciendo flumine nomen accepit. Vrbs eſt antiqua & valdè munita, ædificijſque ornata. Primarium templum S. Servatio ſacrum eſt, in quo plurimæ Sanctorum Reliquiæ aſſeruantur. Huius ſemiſſis agnoſcit ſuperiorem Epiſcopum Leodicenſem, altera pars Philippvm IV. Hiſpaniarum Indiarumque Regem & Brabantiæ Ducem. Fuit olim ſede Epiſcopali, quæ nunc Leodici, nobilis.

BREDA ad Marcam Fl. ab amplitudine latitudiniſque aggeris Breedam Latinè Bredanvm dicta. Oppidum perpolitis ornatum ædificijs, Baronatu inſigne. Eſt in ea Comitum Naſſouiorum ſplendidiſſimum

Palatium à multis annis inchoatum & imperfectum, eorumque in æde primaria Epitaphium ex albo marmore, opus certè viſu dignum.

Vrbs hæc poſteaquam annos XXXV. in poteſtate Ordd Confœderator. fuiſſet, tandem anno CIƆ. IƆC. XXV. Iunij V. poſt XI. menſium obſidionem, felicibus auſpicijs Marchionis AMBROSI SPINOLAE, Regi ſuo naturali ſe ſtitit. Ab orbe forſan condito ſimilis obſidio viſa non eſt. Agger perpetuus ad V. milliaria productus interpolatis interiectiſque propugnaculis ac munitionibus verè regijs, hoſti timorem, exteris omnibus admirationem peperit. Viſum hic apponere vnum atque alterum Chronographicon, ad perpetuam tam illuſtris obſidionis memoriam:

AMbrosI SpInoLæ VIgILantIa BreDa eXpVgnata.
Arte InVaſa prIVs, DeIn Marte ſVbaCta fVIſtI.
Anno ReX ſaCro BreDaM sIbI IVngIt IberVs.
PhILIppVs reX HIſpanIæ,
gVbernante
IſabeLLâ CLarâ EVgenIâ
Infantâ,
SpInoLa obsIDente,
qVaternIs RegIbVs
FrVſtra ConIVrantIbVs
BreDâ
VICtor potItVr.

BERGA ad Zomam Fl. ex Dominatu ad Marchionatum à CAROLO V. Imp. euecta anno CIƆ. IƆ. XXXIII. Oppidum eſt elegans, munitum, & nundinis annuis quondam felix. Diſtat Antuerpiâ VI. mill.

LIRA ad Netam Fl. opidum amœnum, tum loci natura, quàm arte & opere munitiſſimum, vt validiſſimis BRABANTIAE ciuitatibus annumeretur. Tribus Antuerpiâ & totidem ferè Mechliniâ milliaribus diſtans. Nobilium multorum à curis & turba receſſus. Nundinæ hic ſunt celebres boariæ. Venierunt olim interdum, & quidem vnicâ die XV. mille bubuli pecoris capita. Dena quidem & duodena millia ordinarius inibi numerus & ſollennis. Floruit quoque Studioſorum atque Scholarum frequentia, quarum ad XXXII. aliquando fuiſſe memini. Inter alia Monaſteria habet celebrem Carthuſianorum eremum, Antuerpiâ tempore MARTINI ROSSEMI huc tranſlatam, & Dominicani felici ſucceſſu nuper iuuentutem docere inceperunt, ad maiorem DEI gloriam. Anno CIƆ IƆC. XXV. Rogerius Clariſſe Reip. Antuerp. ab eleemoſynis, parens Ludouici Senatoris & Rogerij item ab eleemoſynis, pio condito teſtamento, Patribus Cappucinis in hac eadem vrbe Monaſterium inſigne ære proprio exædificare mandauit. Aſſurgit paulatim veneranda moles. O Negotiatores Antuerpienſes, ſit vobis exemplar, & cœlum veſtris diuitijs & liberalitate expugnate.

HERENDALDVM ſiue HERENDALIVM, quaſi Latinè DOMINI aut HEROICAM VALLEM dixeris, ad Netam Fl. ab HENRICO BELLACE anno CIƆ. CC. XII. conditum eſt. Lanificio vitam parat. Hodie incurſionibus ac bello ciuili ferè depopulatum, In vetuſtis Chronographis modò

HEREN-

HERENTANSVM, modò HERETALSTVM legitur. A paucis annis ad eam vrbem venêre Patres AVGVSTINIANI, informaturi iuuentutem, quæ copioſa eſt in omnibus Taxandriæ pagis. Conatibus eorum reſpondet euentus. Multi ex Scholis illis prima Louanij ſubſellia ſcholaſtica obtinent, nonnulli ad Monaſteria ac Paſtoratus conuolant.

VILVORTVM ſiue VILEVORVDVM Sennæ Fl. altero à Bruxellis milliari diſtat. Alij VILFORTIVM, à fortitudine dictum opinantur, quaſi dicas, *Ville forte*. Eſt ibi Principis carcer, in quo læſæ maieſtatis rei aſſeruari ſolent, à VENCESLAO Duce, qui & opidum muris cinxiſſe fertur, factus. Eſt hic quoque monumentorum Patriæ tutela.

THIENA, ſiue TILMONTIVM, ad Getam Fl. ſitum, à x. collibus (vt volunt) nomen ſortitum eſt. Fuit olim ex IV BRABANTIAE membris, verùm Geldrorum & Eburonum incurſionibus ac bellis attrita, Syluæducenſibus eam dignitatem ceſſit: Caſei optimi magnus hic prouentus.

LEEWA ſiue LEVIA in Eburonum finibus, à Leonibus, vt apparet, nomen habens, adiacet Getæ Fl. duobus infrà THIENAM milliarib. BRABANTIAE olim aduerſus Leodicenſes præſidium: nunc optimâ cereuiſiâ nobilis.

DIESTHEMIVM ſiue DIESTA, patria NICOLAI CLENARDI, ad Demeram Fl. vnico ab HALA milliari, Baronatus dignitate gaudet: vrbs olim populoſa, & lanificio aulæiſque maximè dedita, hodiè verò crebris militum rebellionibus exhauſta. Gemina habet Collegia Canonicorum, alterum S. SVLPITI, alterum verò S. IOANNIS. Et hic quoque Patres AVGVSTINIANI egregiè in excolenda iuuentute deſudant. Ludum litterarium habent inſignem, ex quo Reſpublica ſuo tempore fructus colliget non pœnitendos. Paret hodiè Naſſouijs.

SICHEMIVM opidulum ad Demeram Fl. ſitum, inter exigua, ſed vetera BRABANTIAE habetur, & quinto milliari à Louanio, vno circiter à Diesthemio abiunctum. Paret & proprium eſt cum finitimis nobiliſſimæ Naſſouiæ genti, & in ea tutela ab anno circiter CIↃ. CCCC. L. diu floruit, donec nuper & ciuilibus his bellis non florem ſolum, ſed vitam pænè amiſit. In huius opiduli finibus, medio illinc milliari, COLLIS aſſurgit leni faſtigio, quem ACVTVM vulgò dicunt. Magnus hic piorum hominum concurſus, ob mira DEI opera, ad inuocationem & interceſſionem glorioſiſſimæ Virginis MARIAE, cuius beneficia & ADMIRANDA deſcripsêre IVSTVS LIPSIVS & ERYCIVS PVTEANVS.

ARESCOTVM ad Demeram Fl. quoque ſitum, quâ parte decliuius eſt, ab altera enim collibus altiſſimis aſſurgit, & III. mill. Louanio, IV. Mechlinia diſtat. Olim Marchionatus titulo, poſteà à CAROLO V. imp. inuictiſs. Ducatus honore anno reparatæ ſalutis CIↃ. IↃ. XLIX. inſignitum.

HALA ſiue HALENIVM ad Getam Fl. in medijs paludibus ſita,

quarto à Landa lapide, Eburonibus ac Geldris contermina, quorum bellis pænè exciſa iacet.

LANDA omnium BRABANTIAE opidorum muro cinctorum vetuſtiſſima putatur, olim perampla & magnifica, hodie vrbecula tantùm.

STEENBERGA exiguum opidulum maritimum, ſecundo vltra Bergas ad Zomam lapide. Ex ruinis quæ adhuc extra vrbem, apparet olim fuiſſe iuſtæ magnitudinis opidum. Paret Principi Auriaco.

GERTRVDENBERGA, HEVSDA, quas Hollandia ſui iuris facit, & cuius ſint, adhuc ſub iudice lis eſt.

RAVENSTEIN, GRAVIA, WERDA, hæc III. opidula Geldri ſibi attribuunt.

NIVELLA Gallicæ BRABANTIAE caput, antiquiſſima Ducis BRABANTIAE ſedes. Eſt hîc Canonicatus fœminei ſexus, à S GERTRVDE PIPINI BRABANTIAE Ducis F. ad quem duntaxat nobili ſanguine oriundis heroinis aditus patet.

GEMBLACVM, vulgò Gembloure, vetuſtum Gallo-BRABANTIAE opidulum, V. à Niuella milliaribus diſtans, Benedictinorum inſigni Abbatia ex vetere Bibliotheca, ac Monacho SIGEBERTO Chronicorum Scriptore inclytum. Abbas in profano ęque atque Eccleſiaſtico Iure hoc loco ſupremus eſt.

HANNVTVM, & GELDENACVM, Gallo-Brabantis IVDOIGNE, duo oppidula: hoc olim ab aeris temperiem Principum huius regionis incunabulum, illud quondam Comitatus titulo, vt putatur, inſigne.

Habet BRABANTIA quoque nemora & ſaltus, multis ferarum generibus abundantia, quorum maximè inſignia ſunt Grooten-houdt, Grooten-heyſt, Meerdael, Zauenterloo, & omnium maximum SOENIAEN, VII. mill. ambitu, pagos & Monaſteria in ſe comprehendens. Vtitur tota regio lingua partim Germanica corrupta, quà Germaniam ſpectat, partim qua Galliam, Francicâ corruptâ, vnde & ea pars vulgò Gallo-Brabantica eſt dicta Reliqui omnes Brabanti, inferiori Germanica vtuntur lingua, inter quos Antuerpienſes mei omnium puriſſimè ac ſuauiſſimè loquuntur: credo, quod ex omnibus Germanicè loquentibus Belgis ad vrbem mercatus cauſsâ confluentibus, ſermonem conflent.

LVXEMBVRGVM
DVCATVS.

REGIO hæc LVXEMBVRGENSIS nomen à primaria vrbe LVXEMBVRGO ſortitur. Obſcurum vnde ſic dicta fuerit. Ptolomæo vocatur AGV-

AVGVSTO ROMANDVORVM. Multi à lucis deriuant, quaſi dicas LEVCIBVRGVM, *Petro Diuæo* teſt. in lib. De Antiquit. Galliæ Belgicæ. Ego verò nomen ei factum exiſtimo ex ſemilatina voce LVCIS-BVRGVM, quia certum eſt, iſtos populos ſuperſtitionibus olim valdè obnoxios fuiſſe. LVCISBVRGVM nihil aliud eſt quàm opidum, ſiue caſtrum lucis, hoc eſt Solis, qui pater lucis, reliquorumque omnium Planetarum caput. Comitatus titulo gaudebat olim, poſt ad Ducatus dignitatem à CAROLO IV. Imp. euecta fuit. Termini eius ſunt ad Septentrionem Leodicenſes & Namurcenſes, ad Auſtrum Lotharingia, ad ortum Moſella cum Epiſcopatu Treuirenſi, ad occaſum Moſa cum ſylua Arduenna. Ambitus totius regionis eſt LXV. milliarium. Sunt in ea Comitatus VII. vrbes muris lapideis munitæ XXIII. Centum & LXVIII. ſupra CIↃ. pagi. Regio eſt vt plurimum montoſa & nemoribus paſſim obſeſſa, in cæteris ſatis culta. Vrbs primaria, vt diximus, LVXEMBVRGVM. Gens potiore ex parte Germanica, regione tamen Galliam ſpectante, eius quoque nationis moribus linguaque vtitur. In hoc opido ſedem habet Senatus Prouincialis, ex Præſide, Senatoribus aliquot, aliiſque adminiſtris conſtans. Diſceptatur autem coram eo Senatu & Germanicè ſimul & Gallicè, pro locorum, vnde cauſſæ huc deferuntur ratione. Prouocatur porrò ab hoc Senatu Machliniam, vbi ſcripturæ & munimenta Germanicâ linguâ concepta, fideliter transferuntur in Gallicam. Quomodo autem hic Ducatus reliquæ Belgicæ acceſſerit, habes apud IOANNEM BOCHIVM S. P. Q. Antuerp. à ſecretis, in triumpho ARCHIDVCIS ERNESTI. LVXEMBVRGI ſitus mirabilis eſt, & admodum inæqualis: potior enim eius pars & rupium altiſſimarum ſummitate, quæ planiciem ſatis amplam continet, fundatur: at duæ aliæ eius portiones in decliui duplici montis ſitum obtinet, quarum vna propter eius profunditatem, fundus, altera eandem ob cauſſam vallis nuncupatur. Primarium eius templum ſacrum eſt D. MICHAELI. Habet item ſat pulchrum Cœnobium Sodalium S. FRANCISCI; quod aſſerunt inter prima & antiquiſſima eius Ordinis monaſteria eſſe. Sepultus eſt apud hos Sodales Bohemiæ Rex IOANNES, Imp. HENRICI VII. Fil. CAROLI IV. Imp. Auguſti parens. Extra vrbem conſpici datur MANSFELDICVM PALATIVM, ad radices altiſſimarum rupium à PETRO ERNESTO Comite in Manſfelt, nec non Ducatus Luxemburgenſis Gubernatore excitatum, opus certè heroicum, quod moriens legauit PHILIPPO Hiſpp. Regi, poſt orbem conditum maximo, cum omni ſupellectile.

ARLVNVM, edito monti ſuperſtructum eſt, in quo templum olim, & Ara Lunæ, vnde corrupta paullatim voce, deriuatum vocabulum ARLVNI, vulgò ARLON, quod Luxemburgo duntaxat IV. Mommedio verò VI. milliarium interuallo obiungitur: opidum alias lautum, ſed per bella deſtructum, hodie tamen paulatim inſtauratur, veteremque Marchionatus titulum ſtudioſè retinet. Dedit orbi BARTHOLOMAEVM LATOMVM, quem D. ERASMVS ROTERODAMVS in amicorum ſuorum album cooptauit, & inter ſui æui doctiſſimos viros recenſuit.

VYENTHAL, ſiue VIANDA metropole ſua diſtat VI. mill. itinere, opidulum, inter montes & altiſſimas rupes ſitum, continetque circiter domos CC. & clauditur portis duabus.

Digitized by Google

THEONIS VILLA, Germani Diedenhouen/ Galli *Theonuille* indigetant. In amœniſsimo loco ſita, vtpote loco plano, agroque fertili, Luxemburgo IV. mill. abiuncta, olim CAROLI MAGNI Palatium. Oppidum ſanè inſigne, ac contra omnes hoſtiles inſultus munitum.

EPTERNACVM opidum domos circiter CCC. comprehendit, tantæ antiquitatis, vt Luxemburgo (quod tamen antiquiſsimum) CC LX. annis ſit antiquius. Adiacet Epternacenſe Monaſterium, quod a diuerſis vndequaquam confluentibus peregrinis à XX. & XXX. mill. ſolius deuotionis ergo venientibus, maximeque in Pentecoſtes ferijs viſitatur.

SANCTI VITI opidum ſeptentrionem verſus ſitum, inde tale nomen accepit, quod primaria Eccleſia in eius Sancti honorem ſit conſecrata: opidum ſatis amplum, ſitu perquam delectabile. Ager à tritico abhorret, ſiliginem & auenam affatim ſuppeditat. Ciues planè Martiales.

DIEKIRCHIA opidum peramœnum agro vndique cinctum, & ad Suræ Fl. ripam ſitum. IOANNES Bohemiæ Rex Comeſque Luxemburgenſis amœnitate loci captus, quo Comitatum ſuum illuſtriorem redderet, muris, portis, foſſiſque ære proprio muniri curauit. Luxemburgo diſtat V. mill. Ciuibus animo & virtute bellicâ præſtantibus gaudet.

MARTIA, vulgò MARS EN FAMENNE, Luxemburgo abeſt XIV. mill. opidum valdè antiquum, diuerſimodè à diuerſis vocatur. Ager eius graminum, arborumque fertilium decore per circuitum abundat: ædificia quoque maiori ex parte in altum eleganter ducta tegulíſque contecta lapideis. Eccleſia parochialis magnifica D. REMACLO dicata.

NOVO-CASTRVM, modicum eſt opidulum, ſed pulchrum, VII. à metropoli milliari, duos Proprietarios ac indiuiſos ſub ſupremo Ducis Luxemburg. imperio agnoſcit, Principem ſcilicet Arenbergenſem, & Comitem in Manderſcheidt.

RVPES ARDENNÆ, vulgò LA ROCHE EN ARDENNE, à præcelſa rupe nomen trahit, & inſigni populo gaudet, vna cum Caſtro rupi ſuperædificato, pró ſua antiquitate magni æſtimatur. Circa ann. DCCC. floruiſſe conſtat.

VERTONVM, DAMPVILLERIVM, BIEDBVRGVM, GREVEN-MACHEREN opidula ſunt ſatis elegantia montibus circumcincta, in quibus vites annis fertilioribus optima vina ciuibus ſubminiſtrant.

MOMMEDIVM Dampuillerio IV. Luxemburgo IX. circiter mill. abiungitur, ſitum opportunè in alto monte, opidum munitiſſimum.

FELTZ opidulum, ſi ſitum reſpicis, inſigne ſatis eſſe animaduertes: nam rupibus vndiquaque cingitur. In illius aſperi & præexcelſi montis faſtigio arx quondam non parum magnifica viſitur.

MARVILLA

MARVILLA ſeu MARTIS-VILLA, opidum Luxemburgo XII. mill. diſſitum, quod pro altero quidem ſemiſſe PHILIPPVM Regem Hiſp. pro altero verò Lotharingiæ Ducem, Dynaſtas agnoſcit, ideoque & VILLA COMMVNIS vulgariter dicitur.

RODENBACH, opidum quo tempore initium ſumpſit, nuſquam conſtat: illud autem inter Luxemburgum & Theonvillam viſitur, atque eo in loco arx fortiſſima, & quaſi inexpugnabilis, niſi Dux Guiſius eam Gallorum Regis nomine expugnaſſet.

BASTONIA ſiue BASTONACVM, Gallicè Baſtoigne, opidum eſt oblonga formâ, à Luxemburgo ab Occidentali parte VIII. mill. diſſitum. Origo eius dubia. Eſt quodammodo totius Prouinciæ Emporium primarium, atque hinc PARIS EN ARDENNE vulgò nuncupata. Gaudet enim adeò celebri pecudum maximè & frumenti mercatu, vt vicinia omnis ad ditandam eam concurrat.

ESCH & GRAREMACRIA opidula ſunt. Situs vtcunque amœnus eſt, & ager fertilis.

LIMBVRGVM
DVCATVS.

LIMBVRGVM opidum Ducatus, in quo metropolitica gloria præſtat, nomen præbet. Floruit pariter Comitatus titulo primùm, poſt in Ducatum erigitur anno circiter CIↃ. C. LXXII. ab Imp. FREDERICO BARBAROSSA. Eſt autem dictum opidum naturæ beneficio valde munitum (præcelſo enim & ſaxoſo in monte, in ipſius Ducatus Limburgenſis medio, velut centrum) ſitum admodum amœnum obtinet. Muro & idoneis ad defenſionem turribus clauſum eſt, arce etiam munitiſſima firmum. Eius turres, muri, propugnacula, viuo & ſaxo (quod natiuum ſuppeditat ſolum) conſtructa, ac prærupti montis dorſo impoſita, nec occultis terræ cuniculis euerti, nec æneàrum machinarum machinis concuti deijciuè poſſunt. Felix huic Ducatui eſt ager, omnium rerum ferax, vino tantùm excepto: paſcuis ſaginando pecori vberrimis, maximè autem iuxta He ruiam pagum abundat. Delicati ſaporis & inuſitatæ magnitudinis caſei Limburgenſe ſolum quoque commendant. Ponderoſum ferunt triticum & Zeam, vulgò Speltam incolæ vocant, ex qua panem albedine præſtantem conficiunt. In longa valle Fl. WESA vel WESERIS, ipſorum linguâ Weſdo, maximo incolarum emolumento labitur, is præſtantiſſimis magna copia nobilitatur piſcibus, vtpote TRVTIS prodigioſæ magnitudinis, CANCRIS, ANGVILLIS, & id genus alijs. Sunt medio ferè ab vrbe mill. fodinæ quędam ſeu venæ lapidis illius leucophæi, metallo magis, quàm alij cuicunque materiæ ſimiles. PLINIVS CADMIAM vocat, nos verò CALAMINAM. Effodiuntur ibidem etiam varij generis lapides, inſtar Namurcenſium, marmoris & iaſpidis ſpeciem præ ſe ferentes, candidis, nigris, varijque generis maculis venuſtè conſperſi. Opida eius ſunt

FALCO-

FALCOBVRGVM, Gallicè FAVQVEMONT, mediocriter cautum, ac valide ſatis munitum, in agros & pagos aliquot circumiectos imperium obtinens: Aquiſgrano III. maioribus, TRAIECTO ad Moſam verò duobus minoribus mill. abiunctum.

DALEMIVM, perexiguum aliàs opidum, munitiſſimam habet arcem, & Aquiſgrano III. maioribus, Leodico verò II. item prægrandibus mill. diſiungitur. Habet titulum Comitatus, & Iuriſdictionem in agros & pagos aliquot Tranſ-Moſanos.

RHODIA DVCIS, Gallicè RODE LE DVC, Belgicè Hertogen-rode/ concinnum eſt, etſi paruum opidulum, & veteri arce conſpicuum. Falcoburgo mill. circiter ſpatio diſſidet, eſtque quarta ex Tranſ-Moſanis Brabantiæ ditiunculis.

GELDRIA DVCATVS.

GELDRIA Sicambrorum veterum ſedes, à Septentrione Friſiam, ab Oriente Cliuiæ Ducatum, à Meridie Iuliacenſem agrum attingit: Brabantia & Hollandia eam ab Occidente reſpiciunt. Regio eſt campeſtris, montibus omninò carens, ſed paſſim ſyluis ac nemoribus ornata. Omnium rerum eſt fertilis, præcipuè frumenti fœcunda. Tribus celeberrimis fluuijs RHENO nempe, MOSA & VAHALI irrigatur. Continet in ſe eum tractum quem VELANIAM, vulgò de Veluwe vocant. Habet XXII. vrbes muris & foſſis munitas, & CCC. amplius pagos turritos. NOVIOMAGVM in ea metropolis eſt; ſita ad Rheni oſtij, cui Vahali nomen eſt, ſiniſtram ripam, quod ibidem latiſſimum & profundiſſimum habet alueum. Vrbs populi frequentia, ædiumque ſplendore inſignis, iure item feriundæ pecuniæ nobilis. Ciues vt plurimum negotiationi operam dantes, ſunt ditiſſimi. Varia in hac vrbe Templa & pietati dicata ædificia, inter quæ inſignis illa Collegiata Eccleſia D. STEPHANO Protomartyri Sacr. Inter alia vrbis ornamenta excellit potiſſimum antiquiſſima & pulcherrima Arx monti inædificata: profectò ſi verum amamus, non temerè vllum in tota hac Belgica locum inuenias, qui vel egregium magis, vel ampliorem hoc noſtro reddat agrorum & fluminum, item vrbium atque pagorum proſpectum. Gaudet NEOMAGVM titulo VICECOMITATVS, eſtque feudum & opidum S. Rom. Imperij. Sequitur

RVRÆMVNDA ad Moſam Fl. diſtat à Venlona itinere III. mill. ciuibus frequens & diuitijs admodum potens, ſitu ac mœnibus valida. Primarium templum SPIRITVI SANCTO dedicatum, & non ita pridem à Rom. Pontifice in Epiſcopalem dignitatem erectum. Primus Antiſtes GVILIELMVS LINDANVS, vir certè Epiſcopatu inſignis & dignus. Eſt in hac ipſa vrbe cœnobium illud ampliſſimum opulentiſſimumque Carthuſianorum. Ager Ruræmundenſis longè lateque porrectus, omne frugum & fructuum genus perfertilis.

ZVTPHANIA opidum ſanè elegans Nouiomago VI. plus minus, Arnhemio verò circiter IV. mill. itinere diſtat. Conſpicitur primaria ædes D. WAL-

D. Walpvrgi ſacr. operis valde antiqui. Comitatus dignitatem habet Zvtphania, quem titulum inter alios ſuos inſcribit Philippvs Hiſpaniarum Rex Catholicus.

ARNHEMIVM, Tacito ARENACVM, in ripa Rheni iacet, Nouiomago ſimul atque Doesburgo pari duorum mill. interuallo abiunctum, & cum alijs publicis priuatiſque ædificijs, tum ſacris præcipuè, perquàm elegans. Primarium eius Templum D. Evsebio dedicatum. Supremum huius regionis Ius & Cancellaria (vt vocant) hic locum obtinet. Inſtituit Philippvs Hiſp. Rex anno m. d. lix. in hac ipſa vrbe Cameram Rationum, ad quam regios omnes per Geldriam & Zutphaniam adminiſtros, ſiue Præturam, ſiue Quæſturam exerceant, adminiſtrationis ſuæ rationem oportet referre.

HATTEMIVM ampla & valida admodum ciuitas, ſiniſtræ Iſalæ Fl ripæ contermina, ac duobus Elburgo abiuncta mill.

ELBVRGVM, HARDERVICVM, TILA, STRALA, LOCHEMIVM, WACTENDONCA opidula validiſſima & munitiſſima contra hoſtiles inſultus.

WAGENINGA vetuſtiſſimum eſt opidum, ſitum ad dexteram ripam dexteri cornu Rheni, pari duorum mill. Arnhemio ſimul ac Neomago intercapedine, Culemburgo autem iv. adiunctum mill.

BOMMELIA ad ſiniſtram Vahalis ripam eſt, Burâ duobus mill. diſtans: opidum pulchrum, validum, ac totius illius Inſulæ, quam inter ſe efficiunt Rhenus & Moſa, metropolis.

DOESBVRGVM conditum adfirmant à Drvso Nerone, ad fauces nobilis Foſſæ Drvsianae. Opidum lautum, frequens, ac validè admodum munitum, diſtat Neomago tantum vnius mill. itinere.

TSHERENBERGA, opidum ſatis elegans, cuius territorũ ita latè porrectũ, vt Comitatus gaudeat dignitate. Patria *Abrahami vander Milij*, viri doctiſſ.

GELDRIA mediocre ac validè ſatis munitum eſt opidum, quod vniuerſo Ducatui fecit nomen.

VENLONA ſita eſt ad dexteram ripam Moſæ, opidum ſatis bonum & munitum, Patria Cl. ErycI Pvteani Hiſtoriographi regij, amici noſtri.

HERCVLANVM ſitum eſt in confinijs terræ Iuliacenſis, opidulum ſatis bonum, Ruræmunda iv. mill. diſſitum.

Populus vniuerſæ Prouinciæ generatim eſt ferox, ac non equitatu minus quàm peditatu admodum bellicoſus, etſi hodie quidem bona illius pars in Mercurium ferè propenſior. Sicut autem hi populi inter Gallos omnes poſtremi, qui æuo Ivl. Caes. Romani Imperij iugum acceperint, ita rurſus imperio declinante, omnium primi id excuſſerunt.

Digitized by Google

FLANDRIA COMITATVS.

FLANDRIÆ Comitatus Europæorum omnium clariſſimus, ab Oriente Sole Brabantiam habet attiguam, ab Occidente Galliam finitimam, à Meridie Atrebatium regionem, à Septemtrione, magnnm & ſine terminis Oceanum. Trifariam à Geographis recentioribus diuiditur, in Teutonicam, Gallicam, & Cæſaream ſiue Imperatoriam. TEVTONICA præcipuas habet vrbes *Gandauum*, *Brugas*, *Ipras*, *Cortracum*, *Aldenardam*, *Furnas*, *Duynkeerkam*, *Caſletum*, *VVinoci-Bergam*, *Dixmudam*, *Sluſam*, & plures alios. GALLICA verò has: *Tornacum*, antiquiſſimum Neruiorum ſedem, *Lillam* ſiue *Inſulas*, *Duacum*, *Orchiacum*, *Armenteriam*. CAESAREA iſtas: ALOSTVM, GERARDI-MONTIVM, TENERAEMVNDAM, NINOVIAM. Habet hæc regio fertiliſſimam rerum omnium ad humani victus rationem ſpectantium, copiam, optimi præſertim butyri, caſei, frugum quarumlibet hortenſium & agreſtum, piſcium marinorum & fluuiatilium, carnis cuiuſcunque, bubulæ præſertim & vitulinæ, quas ob eximiam præſtantiam, *perdicum implumium* ioco vernaculo appellant indigenæ. Optimæ etiam lanæ ferax, ex qua præſtantiſſimi panni conficiuntur: lini quoque apud exteros celebrati, è quo pretioſiſſimas mappas ad menſarum miniſteria Cortracenſes texunt. Ingenia hominum feliciſſima & acutiſſima gignit, ad omne litterarum genus arteſque liberales ſua ſponte procliuium. Fluuios habet celebriores SCALDIM, LISAM ſiue LEGIAM, TENERAM, SCARPVM, CALAM & LIVIAM. Quoad ſoli ipſius naturam attinet præſtantiſſima oſtentat paſcua Occidentē verſus, alibi quoque non contemnenda. Solum magna ex parte planum, in quo pauciſſimos videas montes. Habet M. C. LIV. pagos, inter quos multi ſunt, ita ampli, opulenti & cultoribus denſi, vt non temere Europæis vllis concedant: Arces plurimas, prætoria & Toparchias. Virorum denique & fœminarum cœnobia, quas Abbatias vocant, numerantur VIII. & XL. Prioratuum verò, Collegiorum & Cœnobiorum communium infinitus eſt ferè numerus. Habet V. antiquos admodum Vicecomitatus, III. Principatus, IV. portus maritimos, XXXI. fora iudicialia, ſeu Conuentus iuridicos. Habet IV. primaria ſigna ſiue vexilla vrſi effigiem præferentia, & gentilitias totidem primariorum Baronatuum, gentiúmue totius Comitatus imagines repræſentantia.

GANDAVVM illuſtris & perampla ciuitas, III. milliaria Belgica in ambitu continet. Pontibus lapideis pluſquam LXX. ſpectabilis, ſub quibus III. fluuij, SCALDIS, LISA, LIVIA, leni agmine dilabuntur. Inſulæ intra vrbem XX. habitabiles. Numerari dicunt circiter tricies quinquies mille domos, & XIII. rerum venalium fora, inter quæ potiſſimum eminet id quod vulgò vocant De Vrijdagh-merckt. Aſpicit ab Aquilone *Antuerpiam*, ab ortu *Mechliniam*; à Vulturnio *Bruxellam*; à Cauro denique *Middelburgum* Zelandiæ, à quibus omnibus æquali ferè X. mill. interuallo abiungitur. Huius mentio apud ERASMVM ROTEROD. in literis ad *Carolum Vtenhouium*: *Non arbitror*, inquit, *quaque patet Chriſtiana ditio, ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queas, ſiue ſpectes amplitudinem vrbis, ſiue politiam, ſiue gentis indolem*, &c. Curiam ciuium Senatoriam, intus amplo atrio, foris ſumptuoſa & operoſa elegantia illuſtrem habet: Sedes hic Prouincialis, vt vocant, totius terræ Concilium, conſtans ex vnico

Præſide

Digitized by Google

Præſide & XII. Senatotibus. Leones vrſoſque iuxta ædes Palatinas Wallias nutrit oſtentatque. Templa habet circiter LX. in ijſque duo Canonicorum Collegia; *D. Ioan. Baptiſtæ*, atq; *S. Pharaildis*; duaſque Abbatias Benedictinas viriles opulentiſſimas: alteram D. PETRI, accliuiori vrbis tractui, Blandinienſi antiquitus dicto, qui inſtar opidi non exigui eſt, dominantem: Alteram Diui BAVONIS memoriæ dedicatam, qui locus, iubente CAROLO V. Imp. in arcem anno cIↃ. IↃ. XL. conuerſus eſt. Titulus Abbatiæ & opulentia in Præpoſituram Collegij Canonicorum D. IOAN. BAPTISTAE (quod etiam nunc BAVONIS dicitur) tranſijt. In hoc templo tinctus eſt aquâ Baptiſmi anno ſæculari cIↃ. IↃ. CAROLVS V. Imp. GANDAVO ſubcenſentur *Aloſtum, Curtraeum, Aldenarda, Teneramunda cum Caſtellanijs & IV. Ambachtus, atque Audenburgi VVaſiaq́. terrenis: Bierulietum quoque Gheersberga & Nienene*. In eandem luſit hos verſiculos amicus noſter MAXAEMILIANVS VRIENTIVS eidem vrbi à Secretis:

Delicium terra, Flandri caput orbis, ocellus
Belgica, & enixo CAESARE *Virgo parens.*
Concilio illuſtris, bello horrida, florida pace,
Pulchra ſitu, felix aëre, diues aquis,
GANDAVVM *breuiter. Nil vltra quære, nec vrbem*
Verùm Orbem in tanta mole videre puta.

BRVGÆ ſiue BRVGGA (ſic enim gennina lingua nominatur propter ligneum pontem, qui tranſitum antiquitus pandebat commeantibus ab *Audenburgo, Thorhoutoq́.* ad nundinas Rodenburgias. Sita eſt vrbs in latiſſima quadam planitie III. circiter mill. ab ora maritima. Nullum eam interluit iuge flumen, ſed ampliſſimum habet alueum, magnis operibus, & inſigne quadam induſtriâ factum. Vrbs ad miraculum pulchra, potens, amœna, ampla, intantum, vt introrſus quidem murorum ambitus contineat pedes vicies ſexies mille ſexcentos, id eſt, IV. Italica mill. cum quadrante. Ædificia tum cultui diuino, tum hominum vſibus deſtinata tam magnificia tamque ſumptuoſa, quàm in alio vllo totius Belgicæ opido. Viæ latæ & rectæ. Numerantur ſupra LX. templa & ædes ſacræ, quarum primaria dedicata eſt D. DONATIANO, & ampliſſimo Canonicorum Collegio nobilis. Tantæ hoc Emporium amplitudinis fuit, vt XVII. regnorum, ſiue illuſtrium nationum negotiantes tribus, ædes quæque ſuas & Collegia hic conſtituerint. Spectabile inibi Soc. IESV Collegium ſuperioribus annis Reipub. ſumptibus conditum. Venuſtatis hæc ciuitas & ſplendoris tam ſpectabilis fuit, vt IOANNA Nauarræ Regina, PHILIPPI PVLCHRI Gall. Regis vxor, quum huc ingreſſa anno cIↃ. CCC. I. fœminarum in forma præſtantiam, & in amictu luxum, indignabunda intueretur, exclamauerit: *Ego me ſolam Reginam eſſe arbitrata, ſexcentas hic conſpicio.* Ciues natura opipari atque liberales, morumque dexteritate fortunata: quorum ingenia DES. ERASMVS ROTEROD. ſcribit eſſe candidiſſima, Atticiſque perſimilia. Ornatur innumeris viris in omni ſcientia doctiſſimis. MICHAEL ANGELVS BONAROTVS Florentinus hîc pinxit & lubenter habitauit. Hîc IOANNES VAN EYCK, ſummi nominis, primus oleo ex lini ſeminibus extuſo, cepit picturæ colores miſcere ac perpetuare. BRVGAE ſubcenſentur *Feurna, Berga S. VVinnoci, Nieuportus, Dunkerka, Greuelinga, Burburgus, Ooſtenda, Sluſa, Damum, Thorhoutum, Aerdenburgus, Aldenburgus, Dixmuda, Loa, Poperinga, Ghiſtela & Blancoberga.*

YPRA, ab YPRA fluuiolo vrbem interluente nomen factum eſt. Diſſidet Brugis IX. Gandauo circiter XIII. mill. Fundus vrbis plumbeus eſſe vulgò perhibetur, quia infiniti plumbei canales & aquæductus ſub eo ſiti, puteis publicis priuatiſque aquas ſubminiſtrantes, nullo alui viſcerumque detrimento. Templa Cœnobiaque pulchra & veneranda, & primarium quidem Diuo MARTINO ſacrum. Texitur ingens vis pannorum ex lana, item ſubſerica, aliæque id genus merces. Forum, quod vulgo vocant **De Heeren-plaetſe**, longè eſt ampliſſimum, ita vt nulli in Belgio foro cedat. YPRAE ſubcenſentur Iprenſis Caſtellania, *Meſſena, Rouſſelara*, cum *Comineo, Armenteriiſq. Ciſlizano:* neque non *Caſletum, Belláq.* cum *Ambachtis*.

CVRTRACVM, alij CORTRACVM, genuina & vernacula nota, quæ breue regnum indicat, denominatur. Liber Notitiæ Prouinciarum CORTERIACVM nuncupat, ſitum ad flumen LIZAM, qui & medium interſecat. Diſtat Gandauo VIII. Tornaco, Aldenardâ, Iprâ, Inſulis, ſiue Lila pari ferè V. mill. ſpatio. Memorabile propter nobiliſſimum prœlium in vicinia huius opidi confectum, anno CIↃ.CCC.I. quo Gallicæ nobilitatis equitatuſque flos oppetijt, & Flandria compedes exuit ſeruitutis intolerandæ. Vnde manſit aliquandiu Cortraco COEMITERI NOBILITATIS GALLICAE, cognomentum.

ALDENARDA poſita eſt ad flumen Scaldim, quinto quidem à Gandauo, VII. verò à Tornaco mill. Opidum munitum & mercimonijs floridum. Nata eſt hîc MARGARETA AVSTRIACA, Philippi Catholici Regis ſoror, & mater Alexandri FarnesI, Parmæ Placentiæque clariſſimi Ducis. Effloreſcit nundinis Maio & Octobri annuis, tapetiumque & aulæorum textura celebri, totiuſque ferè Europæ Procerum aulas & Palatia exornante.

ALOSTVM ad orientem Solem Flandriæ primum opidum mœnitum, diſtat Teneramundâ II. Gandano V. Bruxellis IV. Mechliniâ verò VI. mill. interuallo. Decoratur Burggrauiatu, & Tenera fluuio, qui perlabitur: monetæ cudendæ olim officinis, Lupuli (cuius in coquendo Cereali Belgarum & Anglorum potu vel præcipuus vſus eſt) mercatu celebri: Collegio Canonicorum D. GAVGERICI & Cœnobijs, *Guilielmico* & *Carmelitico* virilibus. Vtuntur iiſdem priuilegijs Aloſtani cum IV. Membris Flandriæ, & quocunque in tota Prouincia viſum eſt, liberè commigrant. Pagos C. LXXII. vulgaris calculus illi aſcribit.

TENERÆMONDA, vulgò DENDREMONDA, propter os ſiue oſtium *Dendra* in Scaldim, ad hoc opidum influentis, vnde illi nomen. Collegium hîc eſt Canonicorum Virginis Matris, cum Cœnobio Brigittano in Flandria vnico. Diſtat Aloſto II. Gandauo, Mechliniâ, Bruxellâ V. Antuerpiâ VI. mill. Situ & arte munitiſſimum, quod & aliæ quædam dotes conditioneſque commendant, & ſatis opulentum efficiunt. Conſule *Dauidem Lindanum* Gandenſem, qui lib. III. accuratiſſimè deſcripſit.

RVPELMONDA, vrbium Flandriæ mœnibus carentiũ, ad Orientem prima

prima eſt, nomen adepta ab oſtij fluuio [illegible] Arcem robuſtam ſpectabilemque oſtentat, veterum Flandriæ diplomatum, indultorumque principalium gazophylacium, procerumque olim perduellionis ſuſpectorum carcerem. Ornatur GERARDO MERCATORE celeberrimo Coſmographo. Diſtat inter Antuerpiam Teneræmondamque ferè pari III. mill. ſpatio.

SLVSA eſt vrbs maritima, diſtat Brugis circiter III. Middelburgo Zelandiæ V. mill. opidum firmum & munitum, duplici foſſa cinctum. Arcem habet vrbi olim contiguam, nunc poſt diruta aliquot ædificia intermedia, & conſilio quidem, ab ea diſiunctam. Portum habet (ſi purgetur & apparetur) inter pulchros & tutos Europæ, qui IↃ. olim & amplius nauium capax.

AERDENBVRGVS hoc nomine vocari cepit à terrea forſitan de ſubito compacta munitione ſub LVDOVICO CRESSIO: antea RODENBVRGVS ab imbricibus teguliſque rubeis dicebatur. Fuit olim Metropolis Mercurialis Flandrorum, nunc opidi ferè cadauer eſt, ciuilibus olim Gandenſium, & noſtri æui flammis factioſis.

DAMVM vel DAMMA aggerem obſtaculumq; ſignificat, quo aquarum incurſus reprimuntur. HONSDAMVM initio hoc opidum dicebatur. Diſtat Brugi milliari vno, Sluſa duobus. Tanti olim roboris, vt reſtiterit CAROLO VI. Gall. Regi exercitum LXXX. millium adducenti, & ferè indies oppugnanti: neque ante ſeptimam obſidionis hebdomadam manus dedit.

OOSTENDA nomen elicuit à termino ſoli Orienti oppoſito. Diſtat Bruga V. mill. olim copioſa piſcatione maris, halecumque ſalſilagine diues. Opidulum hoc famam æternam habet ex triennali obſidione, quæ felicibus ALBERTI AVSTRIACI auſpicijs inchoata, indefeſſis Marchionis SPINOLAE laboribus tandem ſuccubuit: qui non cum ipſis tantùm munitionibus nouis ſemper ſuccreſcentibus, ſed cum ipſo quoque pelago luctatus eſt. C. hominum millia ex noſtris deſiderata, ex inimicis par ferè numerus cecidit.

NIENEVE vulgò NIEVHOVIA, puſillum eſt opidum. Ornatur Abbatiâ D. CORNELI Præmonſtratenſis virili, fundata anno Chriſtianæ ſalutis CIↃ. C. XXXVII. & *Ioanne Deſpanterio* Flandriæ Priſciano.

GHEERDSBERGA, alijs GERARDIMONTIVM, diſtat Gandauo VIII. & Aldenardâ IV. Teneræmondâ verò V. mill. perexiguum quidem, ſed amœnum opidulum. Oſtentat Abbatiam Benedictinam virilem, nomine HADRIANI martyris Nicomedienſis innoteſcentem, ipſumque opidum nomine illo frequentius induentem.

HVLSTVM opidum ſanè quàm tolerabile benè munitum, Teneræmondâ V. Gandauo VII. Rupelmondâ IV. diſtat mill. Innoteſcit Burggrauiatu, ſitu forti, nundiniſque Maio & Auguſto annuis.

AXELA viciniã maris lacuſq; habet. Caput eſt Ambacti fertilis. Ciuilium bellorũ fructus añ. CIↃ.CCCC.LII. percepit. Diſtat Gandauo V. Hulſto II. mill.

BIERVLIETVM à fluctu proximo videtur nomen aſciuiſſe. Nobile eſt Nicetae Choniatae Græcæ Hiſtoriæ, teſtimonio, partiſque in vexilli & ſigilli gloriam, inſignibus Conſtantinopolis: cuius muros Biervlietani ſub Baldvino Cæſare inter primos aſcenderunt, ceperuntque turrim portui imminentem. Oceano hodie ambitur, quum antiquitus continenti annecteretur. Diſtat Gandauo viii. Sluſâ v. mill.

DIXMVDA, ab aggeris eminentia, Dicasmvdam archiua antiqua nominant. Diſtat Nieuporto iii. Brugâ vii. mill. Iſara hîc largè affluit. Peramœnum opidulum, frequentatum quotannis Iulio menſe ob inſignem mercatum equorum, & anniuerſarias etiam aliarum mercium nundinas.

NIEVPORTVS, à nouo portu ſiue opido, quaſi Neapolim dicas, nomen habet: quum prius Zanthooftvm, ſiue arenæ caput diceretur. Opidulum ſatis elegans. Illuſtratur Burggrauiatu. Diſtat Fevrna ii. Ooſtenda iii. Dunkerka v. mill.

FEVRNA, VEVRNAM genuinè Latinè, Galliceque Fvrnas vocant. Antiquo quoque illuſtri Burggrauiatu ornata eſt. Diſtat Dixmudâ iii. Dunkerkâ & Bergâ iv. mill. Habet cœnobia Franciſcanorum & Auguſtinianorum fœmin. Alexianum virile, quod mente captis cuſtodiam, & peſte extinctis ſepeliendi officium impendit. Caſtellania Fevrnensis pagos xlii. complectitur.

CASLETVM, CASSELA indigenis, Casletvm alijs nuncupatur. Inſidet hæc vrbs alto monti, non inculto, cum vetuſta arce emicante, fonte viuo in foro ſaliente, collegijſque binis Canonicorum, præſertim D. Petri. Nundinas habet Ianuario Auguſtoque annuas. Diſtat Teruanâ Morinorum, Santodomaro, Winnocibergâ & Ariâ iv. vndique mill. ſpatio.

BERGA S. WINNOCI, antea GROENEBERGA, ſiue *Mons Viridis* dicta. In ſinum recipit Colmam fluuium. Celebris eſt Burggrauiatu, annuis menſe Octob. nundinis frequentatiſſimis. Aperuêre hic ludum literarium, maximamque lucubrationum ſuarum partem hic compoſuêre *Ioannes Deſpauterius, Paulus Leopardus, Petrus Curtius*, alijque. Diſtat Dunkerca ſeſqui mill. interuallo.

DVNKERCA, à templo Dunorum, quos Latinè arenaceos littoris colles vocant, nomen acquiſiuit. Procul innoteſcit ob prœlia prædaſq; maritimas, & halecum capturam. Non deeſt hîc Cœnobium Franciſcanorum vtriuſuis ſexus, Xenodochiumque. Spectat vnà cum Greuelinga & Burburgo ad familiam Borboniam Vendomiam. Diſtat Caleſio vi. Brugâ xii. mill.

GREVELINGA, in Occidentem ad Arteſiam Galliamq; vergentibus eſt muratarum in Flandria vrbium poſtrema. Portum habet anguſtû, prolixumque, in quem Aguiona fl. exoneratur. Fuit olim vrbs magni momenti, ſed deſtructa non ſemel depopulataq; à Normannis. Auxit huius loci celebritatem

inſignis

Digitized by Google

inſignis conflictus anno cIↃ. IↃ. LVIII. quo Thermus, Galliæ Marſchalcus, exercituſque Legatus, auſpicijs magni PHILIPPI II. Regis diligentia audentiaque Lamoralli Egmondani victus fuit, ſpolijs exutus atque captus.

MIDDELBVRGVS opidum eſt Liuię proximum atque recens muris exutum deſtructumq; anno cIↃ.CCCC.LXXXVIII. à Brugenſibus. Diſtat inter Aerdenburgum atque Damum breui interuallo, vnde fortè nomen MIDDELBVRGI induit.

RONSA vernaculè, ROTORNACVM Latinis nuncupatur. Famam opeſq; peperit tanto pannificij aliorumque artificiorum quæſtu, vt in generali Flandriæ cenſu cuncta opida, præterquam III. Flandriæ matrices, collatione antecedat: celebritatem etiam frequentiamque ſibi conciliauit Templo Collegioq; Canonicorum D. HERMETIS eiurandis energumenis famigerato.

THILETVM in Flandriæ propemodum vmbilico aëre ſalubri eſt, lanificio frequenti atque quæſtuoſo: Xenodochio neque inopi, neque ineleganti. Ornatur *Iudoco Raueſteyno, Petro Simonio, Petro Pantino,* alijſque. Diſtat Gandauo & Brugis circiter VI. mill.

BLANCOBERGA à candore tumuli arenarij & littoralis, cui inſidet, nomen auſpiciumq; cōparauit. Stationē maritimā habet & piſcationē copioſam.

MENENA non ignota eſt ob LIZAE præterfluentis opportunitates, atque ob lanificij & cereuiſiæ ibi coctæ, totamque ferè per Flandriam expetitæ, pinguiumque caponum celebritatem, annuas nundinas menſe Octobri, molamque granariam, procurato LIZAE impetu circumactam, tanti prouentus, vt ex eius elocatione VI. mille floreni ad Principem quotannis redire ſueuerint. Diſtat Curtraco II. Lila III. mill.

WAESTENA non obſcura propter ſitum & viatorum inter Ypram, Lilamque frequentationem. Ad proſapiam Naſſouiæ Comitum per nuptias acceſſit. Ornatur *Christiano Maſſeo*. Diſtat Yprâ II. Lilâ III. mill.

HONSCHOTA, opidum vulgò habetur inſcribiturque, ſed reuera pagus eſt. Huius loci etymon ex canum venaticorum aut ſtabulo, aut pullulante cremento aut tributo, elapſum eſt. Vbique innoteſcit per totam ferè Europam textorijs officinis tenuium pannorum laneorum quos *Says* & *Sayettas* vocant. Cœnobia habet Crucigerorum Trinit. viril. & fœmin. Franciſcanum. Diſtat Feurnâ & Bergâ II. mill.

POPERINGA lanificio textrinaq; pannorum laneorum tam denſorū quàm leuidenſium & villoſorum, & ſelectiſſimi lupuli ſalictarij, qui cereuiſiæ incoquitur, magna copia quæſtuque celebratur. Diſtat Ipra II. mill.

BELLA, alij BALLIOLVM nuncupant, non obſcura ob vetuſtatem, celebrem textrinam, tincturamque pannorum laneorum. Diſtat Iprâ III. Lilâ IV. mill.

STEGRA, Galli ETERRAM vocant, non ignoratur propter LIZAE alluentis, & pontis ibi lapidei valde frequentati, commoditates. Diſtat Ermentierâ & Bellâ II. milliaribus.

LILA in Gallo-Flandria, in nomen Latinum INSVLAE perperam obſcureque tranſijt. Tam magnitudine quàm copioſis mercimonijs, nobilium domicilijs, populique magnitudine opulenta eſt atque celebris. Sex portas, totidemque ſuburbia, portis cognomina complectitur. *Cameram Computationum* à PHILIPPO AVDACE anno CIƆ. CCC. LXXXV. eſt adepta. Diſtat Yprâ & Tornaco V. Gandauo & Brugâ XIII. mill.

DVACVM illuſtri nomine eſt, propter Scarpum fluuium interlabentem, & ex bina ſcaturigine Arteſienſi (præſertim montis Eligij) ſalientem: ſtabile aduecti ex vicinis agris frumenti Emporium atque Gymnaſium ob ſitus aëris & idiomatis Gallici opportunitates, vniuerſis diſciplinæ illic collocatum à PHILIPPO CAROLI V. Fil. euocatis Louanio Doctoribus. Duo ſunt hic Canonicorum Collegia, ſanctorum PETRI & AMATI, cum Abbatia Pratenſi fœmin. Diſtat Lila circiter VII. Gandauo XVIII, Cameraco V. Atrebato VI. Tornaco VIII. mill.

ORCHIESA opidum eo notius eſt, quod præcedentibus duabus vrbibus aſſocietur, ſimul cum ijs vulgariter denominetur. Mœnia foſſáſque habet, & tenuium pannorum ſiue ſayarum celebres textrinas, cum alijs artificijs quæſtuoſis, annuiſque menſe Septembri nundinis. Diſtat Lilà V. Duaco III. milliaribus.

LANOYA opidum eſt, muris foſſiſque iam olim cinctum, & illuſtriſſimæ proſapiæ cognomentum: quæ & ſæpiſſimè aurei velleris ornamentis & Neapolitani regni Præfectura, atque Sulmonis (OVIDI NASONIS patriæ) Principatu inclareſcit, Galliæque Rege fortiſſimo FRANCISCO I. in deditionem accepto, vitæque diſcrimine erepto, quum in Papienſi conflictu, Cæſareanorum multitudine obrueretur, caperetur, & paludamento cæteriſque inſignibus militaribus à turba irruente ſpoliaretur. LANOYA ad familiam Naſſouiam matrimonio deriuata eſt, notaque artificijs & mercimonijs pannorum partim leuidenſium, quas Sayettas nominant, partim denſorum, ſeu Triparum. Diſta Lila duobus, Tornaco III. milliaribus.

ERMENTIERA nunc vallo cincta eſt & munita. Innoteſcit pannorum laneorum, præſertim illorum qui vocantur quatricolores, & in Italiam ac Conſtantinopolim vſque mittuntur, celebri textrina, annuiſque menſe Maio nundinis. Diſtat Lila & Bella II. miliarib.

COMINEVM ſpectabile opidum eſt abque mœnibus, ſed arce eximia, ad ſplendorem & defenſionem. Inclareſcit LIZAE affluxu, Collegio Canonicorum Virginis Matris, pannorumque laneorum textura, Nundinis Octobri annuis. Ornatur PHILIPPO COMINEO & BVSBEQVIO.

TORNA-

TORNACVM, alij TVRNACVM NERVIORVM, noſtrates Doꝛnick/ eſt nobilitate, antiquitate, amplitudine, vetuſto latoque Epiſcopatu clariſſimum, plurimiſque artificiorum operibus opulentum. Verum nullam iniuriam accipit, quum Flandriç vnitur, tum ob ſitum, tum quia à BALDVINO MONTANO Flandro ad annum CIↃ. LXX. poſſeſſum fuit: & quum ab HENRICO NASSOVIO Comite, CAROLI V. CAES. exercitus Belgici Legato, cui ſeſe anno CIↃ. IↃ. XXI. dediderat, optio TORNACO daretur, aut Flandriæ, aut Hannoniæ ſeſe vniendi, Flandros prætulit. Diſtat Gandauo XII. mill.

ARTHESIA
COMITATVS.

ARTHESIA hodiè terminatur à Septentrione Liſa flumine, & Feſſa (quam vocant) Noua, quæ à Flandria eam diuidunt: à meridie verò verſus Dorlanum cum Picardia; ab ortu cum Flandria Gallicana & ditione Cameracenſi coniungitur: ab occaſu denique verſus Monſtrolium Picardiæ rurſus adfinis eſt. Regio amœna & præſtantiſſima, vt quæ cælum experiatur admodum clemens & temperatum; ſolum verò habeat omnium rerum, ſi vinum tantum exceperis, feraciſſimum. Gignit inprimis laudatiſſimum genus tritici, idque ea luxurie, vt quàm copioſiſſimè extra ipſam Prouinciam euehatur. Fuerunt olim Artheſij opulenti ac mercaturæ admodum dediti: ſed tam crebris atque diutinis bellis impetiti ad inopiam pæne redacti ſunt; quare ad arma ſe contulerunt & militiam ferè ſequuntur, in qua equites pediteſque excellunt, Principi ſuo fideliſſimi, capitales autem Gallorum hoſtes. Vtuntur ſermone Gallicano, ſed incondito planè & ruſticano, etſi Nobiles tamen ac mercatores benè & expeditè loquantur. Numerantur in hac ARTHESIA XII. opida muris clauſa. Pagi ſunt IↃ. CCC. LIV. Opidorum primaria ATREBATVM, vaſti ambitus: ſed quod in duas deinde partes, quarum altera LA CITE, altera verò, LA VILLE dicitur, intermedio quodam muro diſtinguitur, quem murum tamen maturo conſilio poſtea demoliti ſunt. In ea pulcherrimum illud templum Cathedrale Diuæ VIRGINI cælorum Reginæ SACR. vbi inſignis Theologicorum voluminum M. SS. Bibliotheca. Primus huius Eccleſiæ Præſul fuit Diuus VEDASTVS, inſtitutus à S. Remigio Archiepiſcopo Remenſi anno IↃ. XXXI. Habet item ampliſſimam illam & opulentiſſimam Abbatiam S. VEDASTI, quâ non aliâ, in vniuerſo hoc Belgio ditior. Ornatur ATREBATVM magno illo FRANCISCO BALDVINO I. C. excellenti, CHRISTOPHORO ASSONLEVILLIO, CAROLO CLVSIO, aliiſque. In hoc opido ſedem habet Senatus Prouincialis ARTHESIAE, à cuius ſententijs MECHLINIAM licet appellare. Diſtat DVACO VI. Cameraco IX. mill.

FANVM DIVI AVDOMARI, nomen habet à Diuo Audomaro Conſtantiæ apud Germanos nato, & Epiſcopo Morinenſi. Eſt hoc opidum Galliæ limitaneum, adſidetque flumini Aginoni, Ariâ pariter Ardeaque pari ferè IV. milliarium interuallo abiunctum. Firmum item munitumque & ædificijs publicis priuatiſque ornatum, ciuibus denique ſatis frequens.

Eſt ad FANVM D. AVDOMARI peramœnus memorandúſque lacus, huic innatant ruſcula aliquot inſularia, pratorum ſpeciem obtinentia, graminoſa & arbuſculis obſita. Innatant autem eo modo, vt fune ex arborum aliqua religato, totam terreni maſſam, quocunque viſum eſt, pertrahas.

BETVNIA diſtat Ariâ v. mill. Opidum munitum, & in quo maximâ copiâ premitur laudatiſſimum illud caſei genus, quod per totum hoc BELGIVM, imò & extra illud diſtrahitur.

ARIAM flumen LIZA interluit, opidum bonum & populoſum, ac non veteri tantum arce, ſed & alijs ædificijs, ſatis ſpectabile, Tarrauannâ II. milliaribus diſſitum.

BAPALMA, opidum quidem exiguum, ſed ſitu inprimis firmum, diſtat Atrebato VI. mill. arcem habet munitiſſimam, & latè ſatis diffuſum in agros circumiectos imperium.

HESDINVM opidum opportuno prorſus mirabili ſitu adiacet Canchæ flumini, & Galliæ vno tantum minori mill quam dirutum illud HESDINVM à CAROLO V. Imp. propinquius, S. Paulo v. mill. abiungitur, alio inſuper flumine irrigatum, quod natum iuxta Blangiſam pagum, Blangiſa vulgò vocatur, & Canchæ aquas ſuas commiſcet, ita vt munitiſſimum planè ſit, habeaturque inter tutiſſima Belgij propugnacula.

FANVM S. PAVLI abeſt D. Audomaro VI. Atrebato verò VIII. milliarium itinere, veteris & illuſtris Comitatus dignitate conſpicuum.

LILLERTIVM inter Ariam & BETVNIAM, opidulum ſatis lautum, pari ferè III. mill. intercapedine ab vtraque diſiungitur.

LENDIVM vulgò LENS Atrebato IV. mill. abeſt, opidulum quidem exiguum, ſed perampla in locos circumiectos ditione conſpicuum. Diſtruxerunt Galli anno CIƆ. IƆ. LVII. ſed paullatim aſſurgit, & in veterem faciem reſtituitur.

CAMERACVM, ARCHIEPISCOPATVS, eiuſque Ditio.

CAMERACVM diſtat VALENTIANIS VII. mill. interuallo, eſtque ampla inprimis, amœna & valida admodum vrbs, pulcherrima munitiſſimaque arce, condita à CAROLO V. Imp. CIƆ. IƆ. XLIII. ſpectabilis. Ædificia publica priuataque habet egregia, Templa & Monaſteria ad miraculum pulchra. Sed exuperat omnia antiquiſſimum illud & ſumptuoſiſſimum templum Deiparæ Virginis, Archiepiſcopali ſede præcellens. Ciuitas

Ciuitas opulenta, potens, & mercatoribus, merciumque varij generis, linteorum præſertim miræ tenuitatis, opificibus frequentiſſima. Conficiuntur hic annuatim ſexaginta vt minimum tenuiſſimi huius carbaſi faſcium millia, quorum ſinguli quadragenis ferè florenis taxantur, ſic vt in vicies quater centena millia florenorum abeat ratio. Gaudet, vt diximus, CAMERACVM perantiquo Epiſcopatu, vt quem inde à VANDALORVM temporibus adminiſtratum comperio à DIOGENE Martyre, natione Græco, circa annum CCC. LXX. quem & alij aliquot præſtantiſſimi viri in hoc dignitatis gradu ſecuti ſunt, qualis præſertim PETRVS ALIACENSIS, Præſul longè doctiſſimus, qui ad Cardinalitiam dignitatem aſcendit. Hodie Cathedram Cameracenſem implet Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. HENRICVS FRANCISCVS VANDER BVRCH. *Cameraco* ſubeſt Caſtellania cum ampliſſimo territorio, quod vulgariter CAMBRESIS, Latinè CAMERACESIVM dicitur, vbi complures ſunt pagi & magni momenti loca: nominatim verò VI. ab vrbe mill. celebratiſſimum illud Caſtrum CAMERACESIENSE, in quo coijt exoptabilis illa & diu deſiderata inter Principes Chriſtianos pax.

HANNONIA
COMITATVS.

HANNONIA bona ex parte eſt ea regio, quam, vt CAESAR in Commentarijs aſſerit, inſedêre quondam famoſiſſimi illi Neruij qui Metropolim agnouêre TORNACVM, Nomen ab HANIA ſiue HEYNA flumine (quod mediam regionem ſecat) obtinet, vernacula *Hainault*. Habet à Septentrione Brabantiam & Flandriam: ab Auſtro Campaniam, & Picardiam; ab Ortu Namurcum & Leodicum: ab occaſu denique Scaldim cum Flandriæ Gallicanæ & Arteſiæ parte. Longè eſt vniuerſa regio XX. mill. lata XVI. Ambitu ſuo continentur XXIV. opida muris clauſa.

MONTIBVS, non inde modò factum eſt nomen, quod ſupra montem, ſeu veriùs collem ædificati ſint, ſed à reuerentia quoque & honore ſanctorum aliquot hominum, qui in ſolitarium iſtum locum ſecedentes, ſanctam & anachoreticam vixêre vitam, ac feliciter tandem in Domino mortui ſunt. Interluit MONTES fluuiolus Trulla, mediumque regionis ferè poſſidet: diſſident Angiano duntaxat V. Bruxellâ verò decem mill. interuallo opidum ſitu & opere munitiſſimum, vt quod inundari vndique poſſit, & aquis cingi. In medio vrbis arx vetuſta eminet, in qua S. Waldetrudis, quæ Collegij nobilium Canonicarum eadem in vrbe fundatrix fuit, ſpecus oſtenditur. Concilium habet regium, ad quod appellat totus Hannoniæ Comitatus, Valentianis modò exceptis. Plebs opulenta eſt ex mercimonijs, opificijs, agricultura,

VALENTIANÆ, vnde nomen & originem ſumpsêre, Hiſtorici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Sita eſt nobilis iſta vrbs ſub latitud. grad. 50. minu. 10. in amœniſſima quadam valle ad Scaldim flumen, vallatis mœnibus inclyta, imò externo hoſti penè inexpugnabilis. Diſtat Montibus, Inſulis & Tornaco

Digitized by Google

Tornaco pari ferè VII. intercapedine. Spectabilis hîc præ cæteris ædificijs publicum vrbis armamentarium.

Templa hîc duo eminent, vnum B. MARIAE Virgini Sacr. ſtructura antiqua, eaque eximiâ, cuius columnæ ex marmore & lapide porphyritico, quæ & triplici ordine diſtinguuntur. Alterum D. Ioanni ſacrum. Sunt alia quædam templa, & præſertim III. Cœnobia mendicantium, in quibus peramplum illud D. FRANCISCI, aliquot Hannoniæ & Valentianarum Principum tumulis exornatum. In Eccleſiaſticis ſuperiorem agnoſcunt Archiepiſcopum Cameracenſem, cuius nomine ſedem hîc habet Archidiaconus. Iuxta Valentianas, & vno tantum ab vrbe mill. eſt pulcherrimum illud & opulentum Cœnobium Viconienſe Ordinis Præmonſtratenſis, quod inter alias elegantias ampliſſimam habet ac omni librorum copioſam Bibliothecam.

BOCHANIVM, vulgò Bouchain, ad ſiniſtram eſt Scaldis ripam, medio inter Valentianas & Cameracum itinere, id eſt, IV. ab vtraque mill. abiunctum, opidum per ſe munitum, ſed quod longè munitius reddit adiuncta arx, conditum olim à Pipino in memoriam magnæ illius cladis, quâ in campo illis affecit Francorum Principem Didericum.

QVERCETVM opidulum ſatis munitum, diſtat Valentianis III. mill. ſpatio. Fiunt hîc panni illi ſubſerici, quos vulgò ſemioſſetas nuncupant. Olim ſedes fuit & dotalitium Comitiſſarum Hannoniæ.

CONDATVM ad dexteram Scaldis ripam eſt, altero à Valentianis milliari, opidulum ſatis lautum & exiguâ arce conſpicuum.

LANDRECÆIVM adſidet fluuio Sabi, & Querceto duntaxat III. Valentianis verò VI. mill. abiungitur: opidulum munitiſſimum idem & famoſum mirabili illa obſidione, quam tolerauit aduerſus CAROLVM V. Imp. anno M. D. XLIII. cùm occupatum eſſet à Gallis.

AVENNA, opidum ſatis bonum, munitum, & Comitatus dignitate ſpectabile, diſtat Landrecæio pariter ac Malbodio IV. mill.

CHIMACVM in nemore ſitum eſt, ad fluuiolum Blancam, & Auenna VI. mill. abiunctum. Principatus gaudet dignitate, opidulum certè munitum. Domos habet mediocri pulchritudine: tum & regiam Principis, hortis ac labyrintho amœnam.

MARIÆBVRGO nomen à ſe fecit MARIA Regina Hungariæ, quæ iubente CAROLO V. Imp. condendum curauit, paullò pòſt quam Dominus Longouallius & Martinus Roſſemius ſuccincti exercitu Gallico, è Brabantia petierunt Lucemburgum anno M. D. XLII. Situm eſt inter duos torrentes, Blancam & Nigram, tertio quidem à Chimaco, decimo verò Montibus millari diſtans. Opidum ſitu & opere munitiſſimum, valido admodum muro, ac pulcherrimis IV. propugnaculis cinctum, quæ inuictum efficiunt.

PHILIPPOVILLÆ nomen factum à PHILIPPO Rege Catholico, opido

opido inter Carolomontium (vnde vnius mill.) & Mariæburgum anno cIↃ. IↃ. LV. extructo, conditum nouellum hoc opidum eo modo & forma, vt ſitu, opere, muris & propugnaculis opportunè diſpoſitis, habeatur pænè inexpugnabile.

BELLOMONTIVM Chimaco pariter Binchioque tantum IV. Montibus verò VII. mill. diſtat. Situm eſt in amœno colle, vnde accepit & nomen. Comitatus titulo dignitateque ſplendet. Perexiguum quidem, ſed valdè amœnum & pulchrum opidulum.

MALOBODIVM, vulgò *Mabeuf* Montibus ferè IV. mill. ſpatio diſſidet. Interluit opidum fluuius Sabis, quod propterea mercimonijs ſatis floret. Eſt hîc vnum è nobiliſſimis illis Canonicarum Collegijs, qualia nempe Montenſe illud & Niuellanum. Eſt penes iſtas Canonicas ſuprema in opidum & territorium eius iuriſdictio, ſic vt ciuilem ſimul & criminalem iuſtitiam adminiſtrent.

BAVACVM, vulgò *Bauais*, Montibus diſtat V. mill. interuallo, & communiter audit BAVACVM WALLONENSE, *Bauais VVallonne*, ad diſcrimen cognominis opidi in Gallia ſitum, *Bauais Picarde*. Noſtrum hodiè perexiguum opidum, à Gallis exuſtum & miſerè deuaſtatum, ſed reſurgit & paullatim inſtauratur.

BINCHIVM, vulgò dicitur *Binche*, III. mill. Montibus diſtat, ſitum ad ramum quendam fluuij Hainæ, opidum antiquum, ac ciuibus olim frequens: ſed continuis hiſce bellis ita miſerè attritum, vt incolarum plerique Montes migrarint, ad ſecuriorem locum. Erat nuper hoc opidum ditionis Mariæ Reginæ Hungariæ, cui in vitam donauerat Carolus V. Imperator, quo tempore ipſa huic Belgicæ præerat, quare & luculenter id inſtaurauerat, & palatijs ſimul hortiſque ſumptuoſis ac planè regijs exornauerat. Eſt enim reuera locus vel maximo quoq; Dynaſta dignus, ſiue tu miram cœli temperiem ſpectes, ſiue commoditatem venationum, aliaſue id genus delicias.

RODIVM, vulgò **Reus**/ opidulum mirè antiquum, bonum & amœnum & ampla in pagos agroſque vicinos iuriſdictione conſpicuum, Comitatus titulo à Carolo V. Imp. illuſtratum. Diſtat Binchio duorum, Montibus verò III. mill. ſpatio. Eſt in eo Cœnobium inſtituti Præmonſtratenſis.

SOGNIACVM, opidulum ſatis bonum, & celeberrimo Canonicorum Collegio, cui à D. Vincentio nomen eſt, & in opidum ipſum ac territorium eius iuriſdictio, nobile. In propinquo habet amœniſſimum nemus Sogniacenſe, diſſidetque Binchio Montibuſque pari III. mill. interuallo.

BRENNIA COMITIS, Montibus IV. Hallis verò III. mill. abiungitur, opidum perantiquum, vt quod conditum fuerit, adeoque & nomen acceperit à Brenno illo famoſiſſimo, vrbis Romanæ deſolatore.

ANGIA, quæ & ANGIANVM dicitur, vulgò Enghien/Atho IV. Montibus V. diſtat, opidulum lautum, vbi optima conficiuntur aulæa.

HALLÆ, vulgò audiunt *Noſtre Dame d'Haulx*. Sitæ ad Fl. Zennam, qui medias ferè interluit, tertio à Bruxella milliari, in ipſo adeò Brabantiæ & Hannoniæ terræ confinio. Eſt hîc ædes ſacra D. Virgini dedicata, & miraculis inclyta, quæ propterea celebratur magno populorum non tantum ex iſto tractu, ſed è Gallia quoque & alijs terris concurſu. Miracula deſcripsêre IVSTVS LIPSIVS & ERYCIVS PVTEANVS.

LESSINA Angiano circiter IV. Montibus verò VI. mill. diſtat, hîc contexitur magna linteorum copia, ipſamque interluit Fl. Tenera.

CERVIA Atho tantùm vnius, Montibus V. mill. ſpatio diſſidet, opidulum quidem modicum, ſed amœnum idem & pulchrum, quod Hunellus interluit, non ignobilis torrens.

ATHVM Leſſina quidem duobus, Montibus verò IV. milliarib. abiungitur, modicum ſanè ſed pulchrum, munitum & amœnum opidulum, quod interluit Tenera. Texitur hîc tanta linteorum copia, vt iactent abire annuam mercis rationem in ducenta & amplius millia ſcutatorum, eſt enim hîc mercimonij eius emporium. Ludo litterario excelluit, qui pro nobis dedit inter cæteros multos IVSTVM LIPSIVM & IOANNEM BOCHIVM S. P. Q. Antuerp. à ſecretis.

FANVM DIVI GISLENII nomen capit à nobiliſſimo ſuo Cœnobio, cuius Abbas veteri lege ac iure & ciuilis ſimul & Eccleſiaſticus opidi Dominus. Et Cœnobium quidem eſt omnium huius terræ primarium: opidum verò ſanè quàm modicum, quod interluit Fl. Haina.

LVSA diſtat Valentianis V. mill. ſpatio, opidulum ſatis mediocre ante aliquot annos totum penè abſumpſerat edax flamma, reparatur hoc tempore & in priſtinam formam inſtauratur.

Pagi ſeu Villæ pluſquam noningenti quinquaginta ſunt in Hannonia, Robertus Cœnalis in ea bis mille ducentas villulas turribus campanarijs, vt loquuntur, inſignitas numerat. Principatus hîc vnus eſt Chimacenſis. Comitatus X. Duodecim Pares, vt hodiè appellantur. Baronatus XXII. Abbatiæ XXVI. alijque dignitatis tituli, vt eſt prouincia Nobilium familijs refertiſſima, gens bellicoſa & erga Principem fide & officio incomparabilis. Libertatem trito prouerbio iactare ſolet: *Pays de Haynau tenu de Dieu & du Soleil.* Quod Latinè ſonat:

Solus ab hac tellure Deus nutu aſtra gubernans
Lucidus & Titan ius tibi iure petunt.

Aërem habet ſuauem & ſerenum, agrum fertilem, varijſque fluminibus irriguum, Scaldi, Sambra, Tenera, alijſque. Conſule Io. Leſſabæum.

NAMVR-

NAMVRCVM
COMITATVS.

PROVINCIAE huic,Comitatus titulo gaudenti, NAMVRCI nomen eſt. Iſtud verò à metropoli ne in ea, an verò metropolis ab ipſa ſibi aſſumpſerit,haud exploratum eſt,quemadmodum & ipſius nominis origo incerta. Mauult Max. LIPSIVS cum ſchidis vetuſtioribus Namurum ſcribere quàm Namurcum, & originationem ait liquere, dici enim noſtrâ linguâ quaſi propinquum murum, Na-muer. Ab indigenis *Namur*, à Germanis autem Namen dicitur. Prouinciæ huic vicini ſunt Leodicenſes, Brabanti, Hannones & Luxemburgenſes. Duo eam fluuij illuſtres ac nauigabiles irrigant, Moſa nimirum & Sambra. C.Cæſari Sabis. Montibus regio non aſperatur, quamuis neque plana omnino ſit, ſed collibus ac vallibus hinc inde extollatur. Omnium quibus ad ſuſtentationem ſui vita humana indiget, fructuum ferax eſt. Syluas habet complures, quarum maxima eſt ea, quam *Marlaigne* vocant, in ijſque crebra Nobilium venatio eſſe ſolet. Ferri fodinas habet multas. Eruuntur quoque lapides atri, aut potius carbones lapidei, quos Teutones Steen-colen/ Leodicenſes (apud hos enim æquè reperiuntur) *Hoille* nominant. In his mirabilis quædam naturæ operatio apparet: cùm cætera namque omnia oleo inflammeſcant, iſti affuſâ aquâ inardeſcunt, oleo autē extinguuntur. Incolæ (quemadmodum etiam circumiacentes regiones, ad quas ijdem tranſuehuntur) luculentos ſibi ex his ignes exſtruunt. Fabri ferrarij quoque ex his in officinis ſuis vtuntur, ſiquidem ex his, quàm ex alia quauis materia ſtructus ignis ferrum faciliùs mollit. Lapidum etiam fodinas in eodem hoc Comitatu videre eſt, ex quibus nigra, rubea, ac variegati coloris marmora exſcinduntur, quibus circumiacentium regionum ædificia templaque magnificè exornantur. Habet hic Comitatus IV. vrbes mœnibus firmatas.

NAMVRCVM, quæ Prouinciæ metropolis, & nupera Epiſcopatuum multiplicatione Epiſcopalis facta, loco ſita opportuno, ad confluentiam nimirum Moſæ & Sambræ fluminum, ducto ad vtriuſq; littus ponte lapideo. Hîc totius regionis Concilium, vnde Mechliniam licet prouocare, Louanio tantum VIII. Leodico verò & Bruxellâ pari X. mill. interuallo abiungitur.

BOVINIACVM, vulgò *Bouines*, ad ſiniſtram Moſæ fluminis ripam eſt, ac Namurco IV. mill. diſtat, opidulum perantiquum & tectis ſimul ac ciuibus olim frequens, ſed direptum ſæpè ac deuaſtatum à Gallis, & præſertim anno cIↃ. IↃ. LIV.

CAROLOMONTIVM opidulum, arcis ferè effigiem præfert, propugnaculis ſuis communitæ. Diſtat Namurco VII. mill. ſpatio, Mariæburgo III. ſitum peropportunè in monte ad læuam Moſæ ripam: nomen habet à Carolo V. Imp. qui coërcendis ab ea parte Gallis, Mariæburgum tunc tenentibus, extrui iuſſit anno cIↃ. IↃ. LV.

VALLOCVRIA, vulgò *VValcourt*, Namurco diſſidet VII. mill. opidulum pulcherrimis vndique agris circumdatum.

Digitized by Google

Hæc regio olim Marchionatus titulo claruit, circa annum autem cIↄ.cc. in Comitatum euecta eſt. Incolæ admodum bellicoſi, & Principibus ſuis addictiſſimi. Gallicâ vtuntur linguâ.

HOLLANDIA
COMITATVS.

HOLLANDIA ſita eſt in ea Inſula, quam BATAVIAM olim dixerunt. Vnde nomen aſſumpſerit, variæ ſunt Hiſtoricorum ſententiæ. Probatiorum nonnulli Houtlandiam contendunt, id eſt, ligneam, vt ſic dixerim, terram. Alij, quibus ego conſentio, compoſitum adſerunt nomen è duabus hiſce Teutonicis vocibus, Hol/quod eſt cauus, & Landt/id eſt, terra, quaſi tu concauam terram dixeris, cum omnibus conſtet tellurem regionis minimè eſſe ſolidam, ſed paluſtrem, & ad pedum pulſum vacillantem, vnde & prouerbij locum obtinuit, Hollandt bollandt. A Septentrione & Occaſu clauditur mari Oceano: à Meridie Moſam habet & Brabantiam, ab ortu partim eſt lacus Fleui, vulgò De Zuyder-zee/ partim Ducatus Geldriæ. Cœlum, non obſtante ingenti aquarum copiâ, benignum apprimè & clemens. Solum adeò humile atque depreſſum, vt omnia pene flumina, omnes maiores & reciprocum maris æſtum admittentes foſſæ, ne videlicet ipſam terram inundent, aggeribus clauſa ſint. Eſtque in tantum aquoſa hæc tellus, vt maiori ex parte pauciſſimas tantum arbores, fruges etiam pauciores producat. Vinum, vix triticum, tellus non gignit, cuius maior tamen in ea eſt copia, quàm in vlla Prouincia, illud gignente. Linum terræ negatum eſt, tamen maior in ea conficitur linteorum tenuium vis, quàm in vlla totius mundi plaga. Lanarum pænè eſt expers, cùm innumeros tamen conficiat pannos & præſertim villoſos. Materiam non producit, & plura tamen in ea ſtruuntur nauigia, plures lignei aggeres, aliaque id genus opera, quàm in reliqua omni, pænè dicam, Europa. Luſit in hæc Hollandicæ terræ miracula elegantiſſimo epigrammate *Ioſephus Scaliger*, quod hic adſcribam in gratiam Lectoris. Eſt autem tale ad Ianum Douſam:

DE MIRANDIS HOLLANDIÆ.

Ignorata tuæ referam miracula terræ
    DOVSA, *peregrinus non habitura fidem.*
Omnia lanitium hic laſſat textrina Minerua.
    Lanigeros tamen hinc ſcimus abeſſe greges.
Non capiunt operas fabriles oppida veſtra.
    Nulla fabris tamen hæc ligna miniſtrat humus.
Horrea triticea rumpunt hic frugis acerui.
    Paſcuus hic tamen eſt non Cerealis ager.
Hic numeroſa meri ſtipantur dolia cellis.
    Qua vineta colat nulla putator habet.

Hic

Hic nulla, aut certè ſeges eſt rariſſima lini.
Linifici tamen eſt copia maior vbi?
Hic medijs habitamus aquis, quis credere poſſit?
Et tamen hic nulla, DOVSA, *bibuntur aquæ.*

Fundus, vt ſic dixerim, fundamentum opum & fructuum huius terræ in pratis & paſcuis conſiſtit, pecori nutriendo ſaginandoque perquam idoneis: vnde numeroſiſſima hîc multitudo equorum, vaccarum & boum. Equi vaſto in primis ſunt corpore, & quamuis capite aliquantulum grauiores, admodum tamen pulchri, atque vtibiles, & præſertim in bello. Boues Hollandici magnitudine iuxta & formâ laudabiles, eadem quoque de vaccis eſt ratio, quarum ex lacte ea conficitur caſei ſimul & butyri vis, vt non niſi qui coram adfuerit, oculiſque aliquatenus vſurpauerit, induci vnquam poſſit vt credat. Certum eſt, pretium ex vtroque lactario per Hollandiam colligi ſolitum, iure merito comparari cum eo quod reddunt aromata, quæ in Belgicam importari ſolent è Luſitania, etſi horum, vt in Antuerpia, in millionem quotannis, & eo amplius, abeat ratio. Scribit GVICCIARDINVS teſtaturque quod IV. ſolummodo pagi Hollandiæ plus lactis exhibent, quàm vini Rheno aduehitur Dordracum: etſi huius liquoris, ob publicum eius in hoc opido, immanis planè & admirabilis vis ſit. Eaque de cauſa, cùm in Hiſpania quæſtio orta eſſet inter Hiſpanum & Hollandum de vtriuſque patriæ fertilitate, Hiſpanuſque iactaret olei ſui, & Hollandus butyri copiam, tandem interrogauit Batauus, quoties in anno oliuas darent arbores, inquit Hiſpanus, bis ſingulis annis. Reſpondit Batauus, nos bis ſingulis diebus butyrum colligimus, quod Hiſpanus incredibile aſſerebat, ſuſpicans fortaſſe butyrum (quod ſuâ pinguedine oleo aſſimilatur) alicuius arboris fructum eſſe. Singulis annis Hollandia naues plus mille nouas fabricat, quarum ſingulæ abſque vllis armamentis, promiſcuè plus minus bis mille coronatis conſtant. Patet hæc regio in circuitum mill. circiter LX. latitudo nuſquam eſt tanta, quin conſtitutus aliquis in quacunque telluris parte, VI. eam horarum ſpatio poſſit emetiri, & anguſto tamen hoc ambitu, XXIX. includit opida muris clauſa.

DORDRACVM, alijs DVRDRECHTVM, Goudâ non niſi IV. Vltraiecto VII. mill diſtat. Opidum pulchrum, diues, potens. Vix alia vrbs toto Hollandiæ tractu magnificentiora habet ædificia, quæ cœlum propemodum culminibus feriunt. Facies vrbis oblonga exit ad modum triremis. Primarium eius templum Deiparæ Virgini ſacrum eſt, & Collegio Canonicorum celebre. Eſt in hac vrbe emporium ſeu Stapula vini Rhenenſis, item grani ſeu frugum, quæ Geldria, Cliuia, terra Iuliacenſi, alijſque Prouincijs mediterraneis importantur. Huic ſoli ob principatum quem inter Hollandicas ciuitates tenet, honorarij loco & prærogatiuæ datum eſt, cudere monetam Principis auream, argenteamque.

HARLEMVM, Amſtelodamo diſtat III. mill. eſtque luculentum inprimis opidum, in quo inter alia contexuntur quotannis ad XII. millia panni. Ædificia habet admodum ſplendida commodaque, & plurimis intus foriſque amœniſſimis pratis nemoreque perpulchro decorum eſt, quo fit vt & ſaluberrimo gaudeat cœlo, magnitudine reliquas (vnico excepto Amſtelodamo)

omnes Hollandiæ vrbes præcellit, etſi ordine tamen Dordraco poſterius. Templum habet Architectorum iudicio celeberrimũ pulcherrimumq́; opus, firmiſſimis innixum columnis, D. Bauoni dicatum. In hac vrbe, non publicâ tantum incolarum aliorumque Hollandorum voce, ſed & ſcriptorum quarumdam ſuffragio, alijſque aliquot monumentis, inuenta primùm traditur Typographia ab Laurentio quodam Ioannis, cognomento Coſtero, cui ſuffuratus inſtrumentum omne Ioannes Fauſtus, infauſtus domino famulus, Amſtelodamum primùm, inde Coloniam, atque hinc Moguntiacum tandem profugit. Conſule Batauiam Ivnii.

DELFVM, vel vt alij volunt, DELPHI, opidum eſt grande, omni ex parte cultiſſimum, cumque ædificiorum ſplendore tum viarum etiam laxitate perquam amœnum. Diſtat Roterodamo ii milliar. Condidit Delphos Godefridus cognomento Gibboſus, Dux Lotharingiæ. Templa in eo magnifica valde & ſumptuoſa, quorum primarium eſt D. Hippolyto ſacr. Conficiuntur hìc magna copia tenuiſſimi quidam, ac magni nominis panni, tum & alij viliores. Sed coquuntur præſertim varia melioris notæ Zythi ſiue cereuiſiæ genera, quæ in Zelandiam maximè, hinc in alios porrò terrarum tractus mittuntur. Huic vrbi natalem debet hæreſiarcharum facilè coryphæus Dauid Georgius, humili atque abiecta ſtirpe editus vitriario patre, qui pro Deo ſe à ſectatoribus fecit adorare, perſuaſis videlicet, ipſum eſſe verum Meſſiam.

LVGDVNVM BATAVORVM, hodie LEIDA, ſitum eſt plano & humili admodum ſolo, & canalibus, foſſis, pratis, hortiſque fructiferis omni ex parte circundatum. Pontes in vniuerſum numerat c. xlv. Numeratur inter vi. primarias vrbes Batauiæ, opidum eſt luculentum, nitidum, & amœno inprimis adſpectu, boniſque & commodis tam priuatis quàm publicis ædificijs valde concinnum. Hic fiunt quotannis plus duodena pannorum millia. Habet terna parochialia templa, primarium D. Petro Apoſtolorum Principi dicatum. Mediâ fere vrbe in accliui vndecunque tumulo, editiore loco, Pyrgus extat, Bvrgvm patria ligna vocat, circiter quadringenteſimum à Chriſti natali annum exſtructum ab Engiſto: locum habitationi ineptum, quod domicilijs careat, medium omne ſpatium pomiferas arbores occupant. In eo puteus altiſſimus & peramplus viſitur. Hìc quoque omnium artium Athenæum, publica Bibliotheca, hortus medicus, Anatomia & quidquid præterea ſcholam commendet. Leidâ natus fuit perfidus ille Anabaptiſta Ioannes Bucholdus, opificio ſartor, qui inauditis commentis regem creari ſe fecit Monaſterij anno cIↄ. Iↄ. xxxiv.

AMSTELODAMO factum eſt nomen ab Amſtela fluuio & dictione Teutonica Dam/ id eſt, aggere, ſiue clauſtro aquis obiecto, qui excluditur vel admittitur mare. Primi loci conditores & accolæ pauperes aliquot piſcatores qui tuguria primùm coluerunt, & ſtramine tectas caſas. Superſtructa eſt tota vrbs prælongis quibuſdam & craſſis quod ſatis ſit palis, fiſtucâ & alijs machinis altè in aquoſum illum fundum depactis. Vnde argutè quidam, ſi inquit, videri hic fundus queat, nunquam quiſquam amœniorem vidiſſet ſyluam. Fiſtucata hæc domuum fundamenta (tanta ſcilicet ijs inſumi ſolet materia, tantum operæ atque laboris impendi) longè pluris conſtant, quàm

reliqua

reliqua omnis ſubſtructio. Anno cIↃ. IↃ. LXXXV. pomæria vrbis producta ſunt, valloque terreo & foſſa communiri cœpta. Quantum verò ſpatij tunc in vniuerſum acceſſerit, ex eo colligi poteſt, quod 9100. circiter paſſus opidi nunc circuitus contineat, cùm antea, dum adhuc muris cingeretur, 4920. tantum complecteretur. Erit proculdubio Amſtelodamum breui inter maximas ſimul & frequentiſſimas vrbes Europæ, quemadmodum ſanè vel cum primis quibuſque orbis terrarum emporijs iamnunc ſuo iure contendit. Inter opera publica, proximis annis ſtructa, eminet maximè IANI-MEDIVM illud, ſeu vt vulgò appellant Burſa, deſtinata negotiatorum conuentibus. In ſumma non fœlix minus quàm admirandum eſt opidum, & quod Saluſtius olim de Carthagine, ſilere melius puto, quàm parum dicere: ſtylo ſuo libris III. depinxit Iohannes Iſacius Pontanus, homo liberioris linguæ & ſtyli, qui cum Hiſtoricum ageret, ſuæ immemor profeſſionis, de repente Theologus prodijt. In cœnobia, vota monaſtica & Card. Baronium quaſi amens inuehitur, & quod in ſcholis diuinis diſputatur, quaſi omnium neſcius hoc ſuum facit. Videat bonus PONTANVS ne ex ſublimiore diuinarum litterarum ponte, in inſanas & turbidas vndas prolabatur, quarum in Hollandia magna ſatis copia.

GOVDÆ ſitus eſt ad fluuium Iſelàm, diſſidetque Leidâ IV. milliarib. maioribus. Vrbs eſt copioſa & rebus omnibus affluens, ob fluuij portuſque opportunitatem. Templum haud ſcio an alibi ſpatioſius ſit atque amplius, quod anno LI. poſt ſeſquimilleſimum à Chriſto nato pridie Idibus Ianuarij cœleſti igne conflagrauit. Forum habet auguſtiſſimum ouali propemodum ſpecie, cuius è medio, ceu centro, exiſtit Prætorium. Magna hic cœli ſalubritas. Tres habet hæc vrbs anniuerſarios mercatus, quos ingens omnis generis rerum affluentia & vbertas exornat. Olim hic CCC. L. officinas cereuiſiarias fuiſſe conſtat. Cereali namque potu adeò inclyta fuit, vt bona Flandriæ, Zelandiæque pars vix alio exotico zytho vteretur. Incolæ bene morati & culti, viget apud eos humanitas & concordiæ ſtudium. Oriundus hac vrbe magnus ille Deſ. Eraſmus, Goudæ enim conceptus & vtero geſtatus, Roterodami (quo cum ad pariendum vicina eſſet mater, ſe certa de cauſſa contulerat) in lucem editus eſt.

ENCHVSA tribus milliaribus Hornâ abiuncta, poſita eſt ad eam maris auſtralis partem, quæ Friſiam adſpicit. Dictam exiſtimant quaſi Enckelhuyſen/ id eſt, ſparſas minimeque inter ſe cohærentes piſcatorum caſas, quæ in pagum paullatim excreuerint, ex quo tandem ſurrexit hoc opidum, nunc lautum ſanè, & quod caput eſt munitiſſimum, portu prorſus mirabili, quique mole & amplitudine nulli Hollandico cedat, ſpectandum. Opidum iſtud factitij ſalis gloriam affectat, numeroſis admodum longo ſecundùm aggerem tractu exſtructis extra mœnia tectis ſalarijs, in quibus ſtrues ſalinarum aggeſtas videre eſt, ſudantibus noctes dieſque operis.

HORNA duorum milliarium interuallo diſſidet ab Enchuſa, opidum copioſum & cibariæ lactariæque rei affluentiſſimum, quod ex ſemiſſe mari alluitur, reliquam partem amœni agri & læta paſcua cum pagis minimè obſcuris at locupletibus cingunt. Plateas habet peramplas, portum-

que tutum & tranquillum in interiore ſinu. Caput eſt eius Hollandiæ tractus, quem Weſtfriſiam vulgò appellitant. Circa annum ſalutis cIↄ. ccc. conſtat cœpiſſe ædificari primùm, quo tempore Dani primùm cœpêre, ſicut hactenus etiam faciunt, macres ſuos boues ad mercatum eò conducere. Gaudet quotannis menſe Maio anniuerſario quodam caſei butyrique mercatu, cuius vtriuſque lactarij tanta huc terrâ marique conducitur copia, vt non niſi qui coram ſpectauerit, induci vmquam poſſit, vt credat, quàm ingens inde conflctur pecuniæ ſumma. Sciendum hic vel in hebdomadario vrbis mercatu, venire interdum ad centum & quinquaginta millia libras pondo. Opidum plenum eſt animoſo, & ad quiduis audendum parato ciue.

ALCMARIA, vel ALMERIA, diſtat Harlemo itinere v. mill. & III. Horna, nomen illi impoſitum haud dubiè à lacubus, vulgò Meeren vocatis, quaſi dicas al Meer/id eſt, tota ex lacubus conſtans, quia ſita in loco paluſtri. Opidum hodie copioſum, amœnum, ac longè, quàm olim auguſtius. ex territorio circumiecto, largior multo caſei butyrique prouenit copia, quàm ex alia vſquam Hollandiæ parte.

PVRMERENDA mill. tantùm maioris ſpatio diſſidet Monachodamo, & bona vetuſtaque ſpectanda eſt arce, firmo totius illius tractus præſidio: Anguillarum captura quondam ita felix, vt multa nauigia pertuſis carinis ad hoc concinnè fabricata, quo relinqueretur anguillis interludente vndâ libera reſpiratio, in Britanniam quotannis Londinum mitteret, ingenti quæſtu & emolumento.

EDAMVM, adiacet ſinui maris auſtralis, III. mill. ab Amſtelodamo, Hornâ verò II. Opidum non contemnendum, in quo plurimæ ſemper ædificari ſolent magnitudine ſimul & ſpecie commendabiles naues. Laudatiſſimus in territorio circumiecto premitur caſeus.

MONACHODAMVM milliari vno diſſidet Edamo, opidum eſt non magnum, vallo & aliquantâ ſui parte muro cinctum. Extitiſſe ad annum ſalutis cIↄ. cc. xcvII. reperitur, quo tempore Friſij Epiſcopo Traiectenſi ſuppetias laturi eò cum claſſe appulerint.

WESOPVM diſtat Amſtelodamo ad duo milliaria. Opidanorum res ſunt ſatis lautæ, ædificia pro loci conditione ſplendida, ad crepidinem præſertim labentis amnis.

MVDA diſtat Weſopo ad III. paſſuum millia. Adiacet illi arx opportuna ſatis ac munita vtcunque, captiuitate Florentij Quinti nobilitata. Incolas habet pleroſque omnes piſcatores.

NARDA, alij NAERDENVM ſcribunt, opidum muris arduis, iiſque vitibus fermè veſtitis, circumdatum. Domuum ſtructurâ & elegantiâ impar eſt Weſopo. Viuit ibi memoria Frederici Albani Ferdinandi F.

WOER-

WOERDA, ſiue WOERDENVM oppidum eſt non ignobile, diſſidet Leida ſpatio v. mill. Aſſidet Rheno, arce validè ſatis munita conſpicuum.

OVDEWATERA, Latinis VETERAQVINVM flumini Iſelæ adiacet, Woerdâ vnius tantum mill. ſpatio diſſitum, opidulum probè munitum. Canabinorum funiculorum, qui ad texenda retia, quorum in alecum captura vſus eſt, maximè expetuntur, officinam dicere liceat: quæ tam magni momenti res eſt, vt in ea conſiſtat quaſi fundus & columen fortunarum vtriuſque vrbeculæ.

SCHOONHOVIA ſedet ad dexteram ripam fluminis Leccæ, miliari tantum ab Oudewatera, eſt nitidum opidum, laudabili ſatis portu. Hortorum amœnitas & accuratus cultus huic opido dediſſe nomen putatur: quod aliud non ſonat, quàm hortorum delitias. Capitur hîc, inter cæteros piſces, ingens admodum vis Salmonum.

ISELSTEINIVM ſemimil. tantummodo diſtat Vianâ, oppidulum tenue, cui & ampla ſatis in pagos agroſque finitimos iuriſdictio.

VIANA poſita eſt ad læuam Leccæ ripam, & Schoonhouia II. tantum mil. abiuncta, opidulum quadratum. Caſtellum habet opere pulchrum & validum & territorio imperat ſatis lato.

LEERDAMVM opidulum eſt muro clauſum, adſidens flumini Lingę, ſemimil. tantum ab Aſpera. Paret Comiti Burano.

ASPERA eſt ad prædictum Lingam. Præterlabitur vrbeculam fluuius eâ ſuauitate, ac tam leni ſuſurro, vt hoc loci AMORIS ſibi cognomen inuenerit, dicaturque De Liefde.

HVECLOMVM, ad eundem amnem poſitum opidulum vetuſtum, conditum anno IƆ. CC. LXXXIV. Arcem habet antiquiſſimam.

GORICOMIVM Schoonhouia diſtat III. miliaribus, eſtque ad dexteram ripam fluminis Rheni. Opidum copioſum & opulentum, & arce validè ſatis munitâ conſpicuum. Spectantur è ſumma turri, præter innumeros pagos XXII. opida muris clauſa, pulcher profectò & memorandus adſpectus. Mercatum habet quotidie frequentem, quem ingens omnis generis auium rerumque eſculentarum affluentia exornat.

WORCOMIVM adiacet læuæ Vahalis ripæ, Goricomio pęne aduerſum, mediocre opidum, eſtque in ditione Comitis Hornani.

HEVSDENVM ſiue HEVSDA, Worcomio diſtat II. mil. arcem habet ſic ſatis egregiam, & amplum in pagos aliquot circumiectos imperium. In campis vrbi vicinis eruitur copioſè vſtibilis ille ceſpes.

ROTE-

Digitized by Google

ROTERODAMVM propinquum eſt Moſæ, & ad Roteræ, vnde nomen deſumit. fauces. Opidum copioſum, & pannificio ſatis florens: ſed potiſſimâ ex parte mari quærit alecaria capturâ augetque opes, ad quam paratos habet frequentes piſcatorios lembos prægrandes, Buſas nominant. Nauale habet, & portum tranquillum & tutum. Summum templum ſacrum eſt D. LAVRENTIO. Inter publica ædificia eminet maximè domus Senatoria. Hinc BVRSA quam vocant, ſiue Baſilica, celebrandis negotiatorum conuentibus deſtinata. Monſtratur hodie ſumma cum reuerentia non procul ſummo templo familiaris Magni Eraſmi lar, cui viro S. P. Q. Roterod. refricandæ in ciuium animis quotidie conciuis doctiſs. memoriæ, togatam in foro ſtatuam L. M. Poſ.

SCHIEDAMVM eidem Moſæ vicinum eſt, ad foſſam, ſiue canalem Schiam. Opidani plerique arti piſcatoriæ, texendiſque verriculis ac retibus in alecarium negotium ſunt operati.

GERTRVDOBERGA, vulgò Geertruydenbergh/ à Diuæ fortaſſe tutelaris nomine appellatum. Opidulum in ſiniſtra Meruæ ripa ſitum, piſcatu nobile. Vbi tanta eſt tamq; felix Aloſarum captura, vt in retibus vno aliquo die numerata ſint plus octodecim piſcium millia. Neque infelix eſt in præterlabente amne piſcatio Salmonum & Acipenſerum. De huius opiduli poſſeſſione ingens fuit maiorum noſtrorum tempeſtate controuerſia, Hollandis hinc, illinc Brabantis eam ſibi vendicantibus, ob ſitus opportunitatem.

SEVENBERGA ſita eſt ad eundem Neruam, & Gertrudobergâ Bredaque æquali III. mil. interuallo abiuncta. Non procul à Sceuenberga durante hoc bello ciuili, in inſula vulgò De Ruygenhil / munitiſſimum quoddam & ſitu admodum oportunum opidum Ordines fœderatarum Prouinciarum condiderunt, nomenque fecêre Belgicè Willemſtadt/ in memoriam Guilielmi Principis Arauſini, Mauritij patris.

HAGA, mari ab occidente vicina eſt, ac Delphis quidem vno prægrandi, Leidâ verò II. Roterodamo deniq; III. mil abiungitur: non pulcherrimus modò, ſed ditiſſimus quoq; & fortaſſis etiã maximus vniuerſæ Europæ pagus eſt. Habet ſuprà III. mille domos, in iiſq; complures bonas & laxas, maximè autẽ ampliſſimum illud Palatium regium, foſſis vndiq; communitum, conditum olim à Guilielmo Hollandiæ Comite. Nolunt incolæ, ſolâ quâdam animi magnitudine impulſi, nobiliſſimũ iſtud municipium muris & mœnibus claudere, quia nempe honeſtius ipſis videtur, ſi Domini ſint pulcherrimi potentiſſimiq; Europæ totius pagi, quam eiuſmodi vrbis, quæ ſi mœnibus foret clauſa, cenſeretur quodammodo inter minores. Eſt hîc Senatus Hollandię, à cuius ſententijs prouocare licet Mechliniam, & ſupremum inibi Regis Concilium. HAGAE adiacet amœniſſimum nemus (quem lucum Furori & Sæuitiæ dicatum fuiſſe conſecratumque olim creditur vulgò) vario in venantium vſus ferarum genere copioſum, capreolorum paſtione frequens, annoſis quercubus & fagis alniſque vmbroſum, ſupra mille quingentos paſſus longum. Digna certè Muſis ſedes. Et vt finem Hollandiæ imponamus, lubet recenſere breui ea quæ noſtris temporibus vidimus de lacu BAMESTRAE, vulgò Bemſter / exſiccando. Eſt BAMESTRA ex aduerſo vrbis Amſtelodamenſis in Waterlandia, iuxta Purmerendam, longitudinem quinque M. P. latitudinem

mille

mille quingentorum; & pedum denique v. aut vi. profunditatem habens, hodieque octo horarum circuitum complecti memorant. Hunc lacum, exſtructis circumquaque molendinis plurimis, additiſque cataractis, & operariorum populo, exhauſtum, & ſolum, quod eſſe limoſum deprehendebatur, ſationi atque hominum cultui idoneum reddidêre HENRICVS & THEODORVS VAN OS, Antuerpienſes, auunculi mei: ARNOLDVS GROTENHVSIVS, & IOANNES NICOLAVS CROCVS ciues vrbis Amſtelodamenſis, quibus mox alij adſociati. Plura qui velit de Hollandia, conſulat Hadrianum Iunium Hornanum Medicum, Hiſtoricum & Criticum inſignem.

DITIO VLTRAIECTINA.

PROVINCIA VLTRAIECTINA, etſi cum Hollandia coniunctiſſima, peculiaris tamen & diſtincta eſt ditio, cuius metropolis VLTRAIECTVM. Cingitur hic ſtatus à Septentrione, occaſu atque meridie, pænè omni ex parte Comitatus Hollandiæ finibus: ab ortu terminatur Ducatu Geldriæ. Situm eſt Vltraiectum ad veterem alueum Rheni, vrbs ampla & potens, elegantes admodum domus exornant. Templa magnifica, & præſertim v. illa primaria, totidem perantiquis reuerendiſque Canonicorum Collegijs olim ſpectanda, D. nempe Martini, Sanctiſs. Saluatoris, quod & D. Bonifacij dicebatur, D. Petri, D. Ioannis, & D. MARIAE, quod poſtremum pulcherrimum ſane & artificioſi admodum operis templum eſt. Sunt præterea Vltraiecti ampliſſima duo Cœnobia, alterum Equitum Melitenſium, alterum Teutonicorum ſuo vtrumque templo & ſuperbis admodum ædificijs nobile. Sunt & alia multa templa, & varia variorum Ordinum atque Profeſſionum vtriuſque ſexus Cœnobia. Ciues humani, induſtrij, locupletes. Vltraiectenſis fuit HADRIANVS VI. Pont. Max. qui Louanij ſtruxit amplum illud Collegium, quod hodieq; nomen ipſius conſeruat, & Pontificium dicitur. Illud notatu dignum, eo loco poſitam eſſe hanc vrbem, vnde vnius diei itinere pedibus peruenire queas ad quodcumque libuerit è quinquaginta vt minimum opidis, noſtrum hoc vndique circumſtantibus. Certum etiam, factâ ſponſione, compertum fuiſſe, rem ita vt diximus ſeſe habere; amplius, poſſe aliquem manè Vltraiecto egreſſum ad quoduis è ſex & xx. prædictis opidis etiam lento gradu inambulantem accedere, genio inibi indulgere, & veſpere domi rurſus ad cœnam adeſſe. Complectitur Vltraiectum iv. opida muris clauſa, BATAVODVRVM ſcilicet, RHENAM, AMERSFORDIAM & MONTFORTIVM.

BATAVODVRVM, vulgò Wijck te Duerſtede, opportunè admodum ſitum eſt ad ramum illum, Rheni, quem Leccam vulgariter nuncupant. Diſtat Culenburgo vnius, Vltraiecto verò iii. mill. itinere. Vetuſtiſſimum opidum, cuius meminit Cornelius Tacitus. Hodie ſatis potens & opibus florens, bonâ inſuper arce conſpicuum.

RHENA eſt ad eumdem illum Rheni ramum, Batauoduro ii. Vltraiecto v. & prægrandibus quidem mill. abiuncta. Rhenâ Vltraiectum petentibus vaſti occurrunt campi, & prædiuites venæ vſtibilis ceſpitis.

AMERS-

AMERSFORDIA Vltraiecto III. mill. diſtat, ſita eſt ad torrentem Emam, opidum valdè bonum & populoſum, quod aliquoties olim captum, ac poſtremò quidem anno Chriſtianæ ſalutis CIↃ. IↃ. XLIII. vi & manu armatâ inuaſit Martinus Roſſemius.

MONTFORTIVM adſidet flumini Iſalæ, & Woerdâ, Veteraquino, Iſelſteinioque pari vnius mill. interuallo abiungitur. Opidum concinnum ac validè ſatis munitum.

Solum Vltraiectinum bonum eſt & fertile, quod vt editum magis & ſiccum, ita etiam multò eſt quàm Hollandicum illud excultius & ad ſegetem opportunius. Pius II. Pontifex Max. affirmat tam potentem olim fuiſſe hunc ſtatum, vt poſtulante neceſſitate coadunare poſſet è ſuiſmet hominibus XL. millium armatorum exercitum.

COMITATVS ZELANDIÆ.

ZELANDIÆ nomen recens eſt, ac veteribus incognitum, à terra ac mari conflatum, quaſi dicas, TERRAM AC SOLVM MARITIMVM: mari enim vndique cingitur, multiſque inſulis diſtincta eſt, quarum III. præcipuè cum Oceani æſtu continenter luctantur, atque immenſis ſumptibus aduerſus barbarum hoc atque indomitum elementum ægrè ſe tuentur. Harum Inſularum ſitus eſt inter Moſæ & Scaldis fluminum oſtia, à Septentrione Hollandiam, ab Oriente Brabantiam, verſus Meridiem Flandriam vicinas habent regiones, ab Occidente mare Germanicum reſpiciunt.

MIDDELBVRGVM vrbs harum Inſularum primaria, inde factum nomen, quod ſita ſit in Inſulæ Walachriæ meditullio. Vrbs luculenta, amœna, & cum firmis admodum mœnibus, tum latis quoque & altis foſſis. Vias habet admodum elegantes, domos amplas & laxas, pulchra denique & magnifica cùm templorum tùm & cœnobiorum ædificia. Inter quæ potiſſimum eminet auguſtum illud Cœnobium Ord. Præmonſtratenſis, vulgò dictum Abbatia D. Nicolai. Deſtinatum eſt hodie comitio Ordinum Zelandiæ, Cameræ item rationum, Comitio Senatorum rei maritimæ, officinæ denique monetariæ. Spectabilis quoque eſt Curia, ſiue Senatorum domus, ſtatuis & emblematis variè ornata. Gaudet Middelburgum ſtapulâ, ſiue emporio vini, è Gallia, Luſitania, Hiſpania, aliiſque Prouinciis via maritima in has partes importari ſoliti.

VERIA, quæ & CAMPO-VERIA potiùs dicitur, opidulum ſatis concinnum, & mercimoniis florens, Middelburgo vnius mill. interuallo abiungitur, Fliſſingâ verò altero tanto. Naues Scoticæ in iſto potiſſimum portu ſtabulantur. Incolæ piſcationibus maximè & halecum capturis inuigilant.

FLISSINGA tertium eſt in Walachria opidum, in Flandriæ terræ conſpectu: Middelburgo mill. vnius itinere diſſita, ab illuſtri Heroë Adolpho Burgun-

Burgundo muris & portis clauſa, ſic vt hodie dici queat clauis Oceani Belgici. Floret hodie nauigatione & mercimonijs inter Belgicæ primas. Inter opera publica ſpectabilis maximè eſt Curia nuper extructa à ſecto lapide.

ARNEMVDA, opidorum Walachriæ poſtremum, perexiguum quidem illud, ſed muris & portis clauſum: Portum habuit totâ Europâ celebratiſſimum, idque ob nauium vndique adpellentium, & in varias rurſus terrarum plagas diſcedentium propè innumeram multitudinem. Veterem illum ſplendorem, ob puluinos, quos vocant, & arenas maris, reciproco fluctuum meatu denſatas, ac ſoli inſtar duratas, hodie totum amiſit, & importuoſa iam prorſus, vixque vectorijs nauibus adeunda, in miſerandam planè conditionem eſt redacta.

Plura qui velit, legat *Leuinum Lemnium Zirizeum*, & abſolutam omnium habebis cognitionem, adde *Adrianum Barlandum* & *Guicciardinum*. De huius incolis vulgò celebrantur hi verſiculi:

Creſcit nequitia, ſimul creſcente ſenectâ,
In Zelandinis non fallit regula talis.

Inſulani nauiculariæ maximè & piſcationibus dediti, hinc vt agriculturam omittam & pecuariam, quam vtramque ſatis ſedulò profitentur. Purgant præterea & nitrium inſtar candifaciunt propè immenſam vim rudioris illius & popularis ſalis ex varijs mundi plagis in Zelandiam ſuam conuecti. Hanc purgandi & excoquendi ſalis rationem teſtantur annales apud homines iſtos fuiſſe in vſu iam à CCCC. & amplius annis retrò. Peruenerunt ad fidei ſacroſanctæ cognitionem inde vſque à tempore D. WILLEBRORDI.

DITIO TRANS-ISALANA.

DITIO TERRAE TRANS-ISALANÆ, nomen ſumit ab Iſala flumine, vltra quod ipſum eſt poſita. Adiacet ab Aquilone partim Occidentali Friſiæ, partim Dominio Groeningenſi, à meridie Geldriam habet, vel magis propriè Comitatum Zutphaniæ, ab ortu Weſtphaliam, ab occaſu denique Iſalam flumen. Diuiditur hæc regio in III. luculenta cum primis membra, Salandiam nempe, Drentam, atque Tubantiam. Opida in ea ſunt muris clauſa VIII. Dauentria ſcilicet, Swolla, Campæ, Vollenhouia, Stenouicum, Haſſeletum, Otmarſia, Oldeſalia.

DAVENTRIA ſita eſt ad ripam dexteram Iſalæ fluuij, Swolla IV. mil. abiuncta, opidum ſitu prævalidum, humanaque induſtriâ mirificè communitum, ſalo amplum, ſpatioſum & ciuibus denſum, vniuerſæque Tranſ-Iſalanæ metropolis.

SWOLLA poſita eſt ad exiguum quendam torrentem, qui aquas ſuas in Vidrum exonerat, diſtat Campis prægrandi duntaxat mil. eſt opidum duplici foſſa circundatum, validum & lautum.

CAMPÆ, Dauentriâ V. milliarib. abiunctæ. Ciuitas ampla & concinna. Tria hæc opida anno Chriſti CIↃ. CCCC. XCV. adcenſita ſunt

vrbibus ſacri Romani Imperij, & priuilegijs luculentis ſupra alias aliquot vrbes donata.

VOLLENHOVIA poſita eſt ad lacum Fleui, & Stenouico II. milliaribus abiuncta, opidum hercle lautum & ſitu admodum opportunum, ob annonam inprimis, quæ ſummâ vndiq́ue abundantia ciuibus terra marique ſubuehitur.

STENOVICVM, opidum munitum contra omnes hoſtiles inſultus, adſidet amni Blocſilæ influenti in lacum Fleui.

HASSELETVM adiacet flumini Vidro, duobus mill. ab Vollenhouia, opidulum opulentum.

OTMARSIA III. mil. ſpatio diſſidet Almeloâ, opidũ valde antiquum.

OLDESALIA mil. tantùm itinere diſtat Otmarſiâ, opidulum mediocre & hoc tempore munitum cum præſidiario milite.

TERRITORIVM
GRONINGENSE.

TERRITORIVM GRONINGENSE, etſi cum Friſia ita arctè coniunctum ſit, vt à multis habeatur pro eius prouinciæ membro, diſtincta tamẽ & ſingularis eſt ditio, planè vt ſtatus Vltraiectinus ab Hollandia ſolet diſcerni. Metropolis GRONINGA, à qua & toti prouinciæ nomen eſt. Sita eſt ad gradus XXVIII. minut. XXIV. longitudinis, latitudinis verò grad. LIII minut. XVI. Leouardiâ VI. mil. interuallo diſtat. Ampla & pulchra, & ędificijs plena. Primarium templum in primis magnificum, ſacrum eſt D. Martino. Ciuitas frequens & potens. Ab ortu atque occaſu ager eſt longè lateque porrectus, tunc fertilis quoque.

Groningâ duorum mil. itinere diſſidet DAMMA, opidulum olim ſatis lautum, verùm anno CIↃ. IↃ. XXXVI. cùm tuentibus illud Geldris, expugnatum fuiſſet à Cæſarianis, muris & mœnibus ſpoliarunt.

FRISIA OCCIDENTALIS.

FRISIAM OCCIDENTALEM alluit à Septemtrione & ſolis occaſu Oceanus: à Meridie partim eſt lacus Fleui, partim ditio Tranſ-Iſalana: ab ortu deniq; habet quidem Friſiam Orientalem, ſed maiori ex parte clauditur fluuio Amaſia, vulò De Ems. Grauiſſimus ille ſcriptor *Cornelius Tacitus*, Friſios tranſ-Rhenanã & Germanici ſanguinis gentẽ eſſe adfirmat. Gentis magnanimitas & de ſe virtutis fiducia, ex Verriti & Malorigis eorũ Principp. hiſtoria clara eſt. Hi enim (eodem Tacito teſte) Profecti Romam, dum alijs curis intentum Neronem oppetiuntur, inter ea quæ Barbaris oſtentantur, intrauêre Pompeij

Thea-

Theatrum, quo magnitudinem viſerent. Illic per otium (neque enim ludieris ignari oblectabantur) dum conſeſſum caueæ, diſcrimina ordinum, qui eques, vbi Senatus percunctantur, aduertêre quoſdam cultu externo in ſedibus Senatorum: & qui nam forent rogitantes, poſtquam audiuerant, earum gentium legatis, id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE, exclamant: digrediunturque & inter Patres conſidunt. Quod comiter à viſentibus exceptum, quaſi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero ciuitate Romana ambos donauit. Hodiè Friſij in mercatura ferè & re nautica toti ſunt dediti & plurima ſtruunt omne genus nauigia piſcatui item inuigilant. Libertatis præ cæteris gentibus amantiſſimi, vt ſeruent eam intactam, iuxta illud:

Friſo ſatus tumidus, eſt impatiens dominatus:
Diligit antiquos patria gens libera mores.

Vrbes habet LEOVARDIAM, FRANEKERAM, BOLSVARDVM, SNECAM, ILSTAM, SLOTAM, HARLINGAM, WORCOMIVM, HINDELOPIAM, STAVERAM, & DOCCOMIVM.

LEOVARDIA cum arce, hîc totius regionis Curia ſiue Senatus ſupremus, & Cancellaria, vt vulgò dicitur. Diſtat Doccomio II. mill. opidum amplum, ac Comitatuum Oſtergoani, Weſtergoani & Septiſiluenſis metropolis.

DOCCOMIVM eſt in ditione Oſtergoënſi, & Groninga non niſi V. Franekerâ verò VIII. maioribus mill. abiungitur. Opidum inſigne, patria Gemmæ Friſij Medici & Mathematici clariſſimi.

FRANEKERA ſita eſt in ditione Weſtergoënſi, & Leouardiâ II. mill. interuallo abiuncta, opidum amplum ac lautum, Nobilium huius terræ ſeceſſus, & priuilegijs gaudet ampliſſimis. Anno CIↃ. IↃ. LXXXV. hîc publicum Athenæum inſtitutum eſt, curantibus Ordinibus.

BOLSVARDVM diſtat Snecâ vnius, Leouardiâ III. mill. itinere, opidum eſt mediocre, & vnum è confœderatis Hanſæ Teutonicæ.

SNECA ſemimil. tantum ab Ilſta, Leouardiâ verò III. mil. eſt diſſita. Opidum luculentum, & patria Ioachimi Hopperi I. V. D. eximij.

STAVRIA ſita eſt ad mare meridionale & in faucibus lacus Fleui. Fuit antiquis temporibus ciuitas admodum potens & populoſa, cæteras Friſiæ vrbes longè exuperans. Crebræ inundationes aliaque maris incommoda grauiſſimè eam non ſemel afflixerunt, & ad minorem redegerunt fortunam. Exiſtimatur hoc opidum omnium Friſiæ vetuſtiſſimum, & conditum anno mundi 3970. Chriſti Saluatoris autem primo. Incolæ rei nauticæ plurimũ dediti, omnium primi Zondam, Daniæ fretum, tranſmiſerunt, quo nomine amplis iam olim priuilegijs à Dano donati ſunt. De Slota, Harlinga, Worcomio & Hindelopia, quid dicam? opidula ſunt ad littus maris occidui ſita.

EPISCOPATVS LEODICENSIS.

DITIO LEODICENSIS, à Septentrione pariter atque Occaſu terminatur Ducatu Brabantiæ: ab Ortu partim Moſam habet, ac Ducatum Limburgenſem, partim Prouinciam Namurcenſem: ab Auſtro denique Lucemburgenſi Ducatui confinis eſt. Cœlo fruitur clementiſſimo temperatiſſimoque, ſolum tritici aliarumque frugum feraciſſimum. Naſcitur vinum ſatis bonum, licet exile. Carnes, piſces, & omne genus farinæ, non præſtantes hic tantum, ſed & abundantes. Plurimæ ferri, nonnullæ & plumbi venæ, neque deſinunt fodinæ vitrioli ſulphuriſque. Eruitur hic quoque lapis ille niger atque vſtibilis, quem in Namurcenſi tractu reperiri narrauimus. Vtuntur hi homines iſthoc lapide, non ſecus quàm alij Belgæ vſtibili illo ceſpite. Calor ei nigerrimus, ac vulgò audit *Charbon de Liege*, carbo Leodicenſis. Ignem mox vt ſentiſcere cœpit, apprehendit, accenſus verò paulatim inardeſcit, ac vehementiſſimum edit æſtum. Vnde iactare ſolent, & quidem verè, Leodicenſes, tria præcipuè ſingularia ſibi ſuppetere, panem videlicet pane meliorem, ferrum ferro durius, ignemque igne calidiorem. Gignit aër quoque magnâ copiâ præſtantiſſimum genus Nitri, & vt paucis dicam, regio eſt prorſus felix & admiranda, in tantum vt vulgò dicatur PARADISVS SACERDOTVM. Habet Epiſcopatus ditioni ſuæ ſubiectas complures vrbes, arces, pagos municipia, &c. Pagos adſerunt eſſe ſupra CIↃ. CC. in quibus Baroniæ complures & toparchiæ, & XXIV. opida muris clauſa.

LEODICVM ſiue LEODIVM, quæ & Legia dicitur, ſitum eſt inter colles & montes in amœniſſima valle ad Moſam flumen, quod duplici cornu eam ſcindit, pluſculas creans inſulas habitatas. Opidum capax valdè & amplum, plurima continet ædificia miræ puchritudinis, idque è viuo ſaxo. Habet VIII. luculentiſſima Canonicorum Collegia, & in ijs ampliſſimum illud D. LAMBERTI, ciuium tutelaris. Pulchra & decora facies Eccleſiæ Leodienſis anno CIↃ. C. XXXI. celebri namque fertur memoria fuiſſe Canonicos Eccleſiæ S. LAMBERTI IX. Regum filios, Ducum XIV. Comitum XXIX. Baronum VII. quorum nomina ad eiuſdem Eccleſiæ gloriam hic addere in gratiam curioſi Lectoris non indignum duximus.

Filij Regum LOTHARIVS & ANSELMVS, Lotharij Regis Alemannorum FF. quorum prior Præpoſitus S. LAMBERTI, alter Archidiaconus fuit Condroſij.

PHILIPPVS filius Ludoici Groſſi Regis Franciæ, Archidiaconus Hanoniæ.

THEOBALDVS filius Regis Hungariæ, Archidiaconus Ardennæ.

OTGERVS & GODEFRIDVS FF. Regis Daciæ, quorum prior Archidiaconus Famennæ, alter Archidiaconus fuit Brabantiæ.

GVIDO filius Regis Bohemiæ, Archidiaconus Hasbaniæ.

PHILIPPVS & GVIDO FF. Regis Nauarræ. quorum prior Archidiaconus fuit Campiniæ.

Filij

Filij Ducum, BERTRANDVS & HAYMO filij Ducis Bauariæ.

GVILIELMVS filius Ducis Saxoniæ, Cantor Leodicenſis.

CONRADVS filius Ducis Sueuiæ, Præpoſitus Huyenſis.

GVIDO filius Ducis Ardennæ, Decanus Leodicenſis, vir doctiſſimus.

DOYCKINVS filius Ducis Normanniæ, Abbas Eyckenſis.

CAROLVS & GVIDO filij Ducis Lotharingiæ, prior Cuſtos Leodicenſis, alter verò Scholaſticus.

FRANCO filius Ducis Auſtriæ, Præpoſitus Mechlinienſis.

CAROLVS, PETRVS & HVGO filij Ducis Burgundiæ, & Legum Doctores: prior Præpoſitus S. Dionyſij, ſecundus S. Petri, tertius S. Bartholomæi.

LVDOVICVS & BARETVS FF. Ducis Veturiæ, prior Abbas Amanienſis, alter Abbas Cellenſis.

Comitum & Baronum filiorum nomina habes Tom. II. Scriptorum Leodicenſium per Ioannem Chapeauillum collect. quem conſule.

Habet IV. longè ampliſſimas Abbatias virorum, & III. fœminarum. IV. Ordines Mendicantium, XXXII. Parochias, aliaque multa templa & Monaſteria, ſic vt intus foriſque c. & amplius numerentur templorum moles. Eſt Leodicum vrbs Imperialis, ſed in quam tamen nihil iuris habeat Imperator. Aulæ, quæ in regione D. LAMBERTI eſt, fundamentum poſ. ERARDVS A MARCA, operum magnitudine ſat notus, idemque abſoluit celeritate admirandâ, vt Imp. CAROLVM V. in ea exciperet. Hic viſuntur quoque pulchræ illæ ædes quas Dominus LAEVINVS TORRENTIVS, poſtea Antuerp. Præſul, & Lyrici carminis princeps ſuo ſumptu exſtruxit, in quibus, vt loco ab omni ea parte aperto, quæ ad ſalubritatem requiritur, adiutus; ita ſingulas earum partes congruè diſponendo, ſingulisque ſua aptando ornamenta, eſt adſecutus, vt his amœnius nihil eſſe poſſit, nec quamuis non ita amplo in ſpatio laxitatem deſideres.

BVLLONIVM ſatis munitum Iuoſio IV. Leodico XVI. milliaribus abiunctum, editoque monti impoſitum. Retinet hodie dignitatem Ducatus.

FRANCIMONS, olim muris clauſum, nec incelebre fuit opidum. Hodiè verò murorum expers, pagi duntaxat vocabulum ſuſtinet. Marchionatus titulum ſibi vindicat. Diſſidet à metropoli ſua IV. mill.

LOOTSIA, vulgò Loots/ Trudonopoli ſeſqui milliaribus, Leodico IV. milliaribus abiungitur, opidulum tolerabile, Comitatuſque titulo celebratur.

BORCWORMIA adſidet riuo Leckeræ, diſtat à metropoli ſua IV. mill. ciuibus tectiſque ſatis frequens, & Comitatus Hasbaniæ caput.

Opidum TVNGRI poſitum eſt ad Leckeram, & Leodico Traiectoque pari III. mill. interuallo abiunctum. Nomen habet (teſte Munſtero) à Tungris Germaniæ populis. Legitur iſta ciuitas, omnium vniuerſæ Galliæ ac Germaniæ prima, Chriſtianam fidem amplexa, idque operâ & concionibus D. Materni, anno iam tum C. L. Deſolauit hanc nobilem vrbem

cæſis ad internecionem ciuibus, dirutiſque inter alia plus centum primarijs templis (vnde & amplitudinem ſimul & magnificentiam vrbis facilè colligas) crudeliſſimus ille Hunnorum rex Attila. Deſtruxerunt iterùm Normanni, ita vt ex maxima potentiſſimaque ciuitate, in modicum infirmumque opidulum tandem migrauerit, ac presbyteris hodie pareat.

HVYVM antiquis temporibus opidum erat famoſum, amplum & potens, ſed crebrò deinde à barbaris nationibus dirutum, & dignitatem ſimul & nomen amiſit. Diſſidet Leodico v. mill. bona & valida arce communitum. Ager opido vicinus diues eſt optimi ferri venis, pecoris item magna vis.

HASSELETVM adſidet flumini Demeræ, & Traiecto ad Moſam IV. Leodico verò VI. mill. interuallo abiungitur. Opidum minimè contemnendum, ædificijs ſimul & ciuibus frequens.

DINANTVM adſidet dextræ Moſæ fluminis ripæ, Leodico plus XII. mill. abiungitur. Fuit opidum magni nominis, ac mercimonijs olim floruit, ſed bella ſæpius deſtruxerunt. Ager opido circumiectus, compluribus nigri marmoris, ferri, æris, aliorumque etiam lapidum operariorum venis eſt longè vberrimus.

MASACVM Stochemio II. Leodico verò VII. mill. abiungitur, ad læuam Moſæ ripam, opidulum non incelebre.

STOCHEMIVM ad eandem Moſæ ripam ſitum, opidulum ſatis bonum, Traiecto duntaxat III. Leodico VII. mill. abiunctum.

TRVDONOPOLIS, vulgò Sint Truyen/ ſedes olim, vt volunt, Centronum, populorum veteris Galliæ, quorum mentio apud Iul. Cæſarem. Tungris tertio tantum. Leodico verò VI. milliari abiungitur. Opidum bonum ac pulchrum, cuius incolæ linguâ vtuntur Brabantina. Eſt hic nobile illud Cœnobium D. Trudonis, opido à ſe faciens nomen, adeò potens & locuples, vt ipſum opidum Abbas è ſemiſſe poſſideat.

Sunt adhuc TVINVM, VISETVM, SINEIA, FLORENNA, opidula valdè exigua, ſed peropportunè ſita. Hæc de Leodico, procedamus ad Aquiſgranum, & videamus quam ingens ſit differentia inter terram viroſque Leodicenſes, nec non agrum & homines Aquiſgranenſes, quamquam ſexto duntaxat mill. abiunctos, imò conterminos inter ſe atque adfines. Leodicum ergo alieno premitur imperio: Aquiſgranum eſt ſui iuris: ſubſunt diuerſis Epiſcopis, etſi ambæ in clientela S. Imperij. Leodicum vtitur linguâ Gallicâ; Aquiſgranum Germanicâ: viri Leodicenſes alacres, feſtiui, tractabiles: Aquiſgranenſes, melancholici, ſeueri, difficiles. In ſumma, tantum alteri & naturâ & moribus, totaque adeò vitæ ratione ab alteris differunt, quantum Galli diſcrepant à Germanis.

Digitized by Google

AQVISGRANVM.

AQVISGRANVM perquam opportunè ſitum eſt inter Ducatus Brabantiæ, Limburgi, Iuliaci, & Epiſcopatum Leodicenſem, ac Traiecto ad Moſam Duraque pari IV. & prægrandium quidem, Limburgo III. Leodico denique VI. milliar. interuallo abiunctum. Pulcherrimum hîc templum ſanctiſſimo Seruatori, ac Deiparæ Virgini ſacrum, à Carolo Magno conditum, in quo etiamnunc oſtenduntur reliquiæ, ab eodem Imperatore in hoc opidum magnis impenſis comportatæ. Neque verò ſatis habuit condidiſſe vrbem, ſed excoluit inſuper quibuſcunque potuit modis illuſtrauit, iuſſo inter cætera, vt cis Alpes haberetur in poſterum principalis atque primaria Sacri Romani Imperij & Galliæ regni ſedes, vtque in ea ſuſciperet Romanorum Rex, manu Archiepiſcopi Colonienſis (cuius Cathedræ ipſa ſubijcitur) coronam quam vocant ferream, ſicut argenteam quidem Mediolani, auream verò Romæ ab ipſo Pontifice illum accipere voluit. Habet Aquiſgranum intus foriſque pulcherrimas quaſdam thermas, aquarum naturaliter calidarum è terræ viſceribus manantium; quæ cum alijs morbis, tum paralyſi maximè & aquæ intercuti expugnandæ conducunt; & non appetentiam modò lauantibus acuunt, & inſigniter iuuant concoctionem, ſed & propriâ quadam ſuauitate pollent.

IVLIACVM

DVCATVS.

IVLIACENSIS Ducatus Prouincia quoque Belgica eſt, ſita inter Moſam ac Rhenum, & eoſdem ferè terminos habet, quos Cliuia, puta ab Oriente Coloniam Agrippinam: ab Occidente Leodium, à Septentrione Geldriam, à Meridie Luxemburgum. Tota regio XII. milliar. interuallo longa eſt, lata VII. Antea Comitatus, poſtea in Ducatum euecta anno CIↃ. CCC. LVI. Oppida pleraque muris aut foſſis cincta ſunt: IVLIACVM, vulgò Gulick / Gallis *Iuliers*, Iuliæ metropolis, ad Ruram Flu. MARCODVRVM vulgò DVREN LINNICHIVM, MANSOVIVM, exiguum opidulum, quemadmodum & reliqua S. GREVENBROECK, CASTRVM, BERCHEMIVM, HINSBERGA, CLABBECA, SITTERDIVM, NIEVSTADIVM, aliaque.

CLIVIA

DVCATVS.

DVCATVS CLIVIÆ à CLIVIA opido, vulgò CLEVE nomen habet. Spectat ab ortu Montenſem Ducatum, Comitatum Marchiæ & Weſtphaliæ partem ab occaſu Geldriam ſuperiorem & Brabantiam, à Meri-

à Meridie Colonienſes & Aquiſgrani, à Septentrione Zutphaniam & Tranſ-Iſelaniam. Longitudo eſt XV. milliar. latitudo V. Opida CLIVIAE ſunt iſta: CLIVIA Prouinciæ caput, exiguum opidum, ſed vetuſtum. CRANEBVRGIVM, GENNEPIVM, HVESENVM, GOCHA, VDEMIVM, SANCTVM, aut XANTHVM, vulgò Santen / BERGA, vulgò Rhijnsbergh / CALCARIA, GRIETA, ORSOIVM, GRIETHVSIVM. Cætera trans Rhenum ſita, DVSSELDORPIVM, DVISBVRGVM, WESALIA, ROSA, EMERICA, &c. MEVRSII Comitatus clauditur Geldriæ ac Cliuiæ finibus, paret nunc HENRICO Principi Auraco, MAVRITII fratri.

IACOBVS AVGVSTVS THVANVS
SENAT. PARISIENSIS PRÆSES.

Hiſtoriarum ſui temporis lib. XL. compendio quodam Belgi laudes. Videtur complexus, his verbis:

NVllæ populoſiores aut opulentiores prouinciæ toto orbe terrarum ſunt, vt in quibus CC. VIII. vrbes mœnibus clauſæ, CL. oppida, quæ vrbibus clauſis magnitudine & opibus pares ſunt, VI. CIↃ. CCC. Parœciæ numerentur, cum ambitu non plus quàm CCC. XL. milliaria Flandrica totus ille tractus complectatur.

ELENCHVS

ELENCHVS
PRÆCIPVARVM ORBIS
BIBLIOTHECARVM

Ex Iuſto Lipſio, Fuluio Vrſino, Romano, aliiſq.

OSYMANDVAS primus Regum Ægypti illuſtrem Bibliothecam ſtruxit, & in eius fronte præſcripſit, teſte Diodoro Siculo lib. 1. Biblioth. ANIMI MEDICA OFFICINA.

PTOLOMÆVS PHILADELPHVS artium, ingeniorum & librorum cultor, ingentem Bibliothecam compoſuit Alexandriæ, inſtructione & exemplo Ariſtotelis adiutus, imò & ipſis eius libris. Præfuit Demetrius Phalereus exſul à ſuis Athenis. Septingenta librorum millia habuit, quæ ſub Dictatore CAESARE, dum diripitur ciuitas (Plutarchus aliter, vt ſaluus cum nauibus euaderet) conflagrarunt. Hic finis nobilis Bibliothecæ, Olympiade C. LXXXIII. cùm vix CC. XXIV. annos fuiſſet. Auctor verò inſtaurandi CLEOPATRA, illa amoribus M. ANTONI famoſa & irretita, quæ ab eo in auſpicium & velut fundamentum operis impetrauit Bibliothecam ATTALICAM ſiue PERGAMENAM, paulatim adornatam auctamque à diuerſis, quæ etiam Tertulliani tempore in vita & fama fuit.

PISISTRATVS Athenis diſciplinarum liberalium libros publicè ad legendum primus propoſuiſſe dicitur. Ab ipſis Athenienſibus variè aucta hæc Bibliotheca fuit, donec eam ſpoliauit & auexit XERXES Athenarum potitus. Furtiua volumina Olympiade C. XVII. SELEVCVS NICANOR Syriæ Rex liberaliter remittenda Athenis curauit, donauitque teſte Agellio lib. VI. & manſit ad SVLLAE tempora. ADRIANVS Romanor. doctiſſimus Imp. veterem reſtituit, & mirabilem ipſe conſtruxit nouam. Tandem nobilis hæc Bibliotheca à ſummis Philoſophis, Romanorumque Impp. tam ſplendidè, tam diligenter inſtructa & conſeruata, à barbaris Turcis funditus euerſa fuit, atque in nihilum redacta.

ATTALICA ſiue PERGAMENA Aſiæ, proxima claritate ab illa ALEXANDRINA fuit, & auctorem EVMENEM, Attali Regis F. Strabo ſcribit. Plutarchus ducenta millia ſingularium librorum, id eſt, voluminum fuiſſe memorat.

ÆMILIVS PAVLLVS, Perſe Macedonum Rege deuicto, deinde LVCVLLVS è Pontica præda primi ROMAM librorum copiam aduexêre. Tertium etiam his duobus addo CORNELIVM SVLLAM, poſtea Dictatorem, qui è Græcia Atheniſque magnam librorum vim traxit, & ROMAE diſpoſuit.

AVGV-

AVGVSTVS adoptione filius, inter alia ornamenta Vrbis & Imperij hoc quoque plurifariam adiunxit. Nam eo inuitante atque incitante, ASINIVS POLLIO, Orator & Senator nobilis, ATRIVM LIBERTATIS exſtruxit, atque in eo BIBLIOTHECAM publicam, de manubijs Dalmatarum quos vicerat. Duæ mox aliæ ab ipſo. Prior OCTAVIA, quam ſororis ſuæ memoriæ & nomini dedicauit. Altera PALATINA à loco dicta, quia in ipſo Palatio conſtituta, cui præfuit C. Iulius Higinus Grammaticus.

TIBERIVS ſtatim poſt AVGVSTVM in ipſo Palatio etiam BIBLIOTHECAM poſuit, eâ parte quâ viam ſacram ſpectat. Videtur & VESPASIANVM deinde ſtruxiſſe & adiunxiſſe templo PACIS. Fuit item alia à TRAIANO, quæ VLPIA paſſim nominatur.

Inuenio & CAPITOLINAM in Vrbe. Auctorem credo DOMITIANVM fuiſſe. Hæc dum in Capitolium fulmen ruit, cum ædibus iuxta ſitis arſit. P. Victor teſtatur CONSTANTINI tempore Romæ BIBLIOTHECAS publicas fuiſſe vnde triginta, & ex ijs præcipuas duas PALATINAM & VLPIAM. Ex illis XXIX. vix VII. indagare induſtria ſua vir CL. IVSTVS LIPSIVS potuit (magnus alioquin inueſtigator omnis Antiquitatis & eruditionis) & nomina ſaltem ab obliuione vindicare.

TIBVRTINA in Herculis templo Tibure fortaſſis ab ADRIANO Imp. inſtructa, de qua vide Agellium lib. IX. Noctium Atticarum, cap. XIV. & XIX. cap. V.

HIEROSOLYMIS Nehemias Dei Sacerdos è Babylonica captiuitate reuerſus BIBLIOTHECAM inſtituit: omnium Regum & Prophetarum libros vndique congeſſit, Epiſtolas etiam Regum & donaria. In qua obſeruabantur religioſè & præclarè geſta & victoriæ DEO duce partæ, vt à poſteris legi & cognoſci poſſent. Hic leges populi Iſraëlitici, hic præcepta à DEO tradita, à Pontificibus & ESDRA, cæteriſque conſcripta.

BYZANTINA ſiue CONSTANTINOPOLITANA inſtructiſſima quoque fuit, in qua C. XX. millia librorum recondita, inter ea Draconis inteſtinum C. XX. pedes longum, cui aureis literis HOMERI Poëma vtrunque erat inſcriptum, conflagrauit poſtea, Zonarâ & Cedreno teſtibus, BASILISCI imperio. THEODOSIVS Imp. SS. Patrum monumenta ſuâ manu deſcribebat, vt auctor eſt Nicephorus, quæ in hanc Bibliothecam reponeret. Librorum congerendorum tam ſtudioſus fuiſſe legitur, vt eâ laude PTOLOMAEO Rege Ægypti haud inferior eſſet. Ioannes Harlungus Catalogum dedit librorum adhuc hinc inde exſtantium, Argentorati impreſſum.

CÆSARIENSIS Bibliotheca initium ſumpſit à IVLIO APHRICANO, doctiſſimo Philoſopho, clariſſimo Hiſtorico, & grauiſſimo Theologo, quam Pamphilus & Euſebius ita locupletarunt, vt nulla tunc in vniuerſo terrarū orbe celebrior haberetur. Hanc D. Hieronymus in rebus difficilioribus conſulere ſolebat, & ad caſtigatiſſimorum exemplorum veritatem veteris teſtamenti libros

libros emendabat. Hanc nonnihil, vt videtur collapſam, reſtaurare conatus eſt Euzoivs Epiſcopus Cæſarienſis.

RHODIANA egregia quoque fuit; refert enim Athenæus libro 1. Dipnoſophiſtar. cap. 1. quod Ptolomaevs Philadelphvs in Bibliothecam ſuam multos libros ab Athenienſibus & Rhodijs acceperat.

In mari Ægeo Cycladæ inſulæ ſunt, hîc CNIDO quidam fuit; qui Bibliothecam habuit optimis quibuſque libris, præſertim Medicæ facultatis refertam, quam Hippocratem Medicorum propemodum Deum ex inuidia incendiſſe referunt, quod contrariam in Medicina facienda ſectam Cnidij tuerentur. Iure, ne an iniuriâ id factum ſit, non habeo dicere; mihi certè non videtur, quod liceat in ijs diſciplinis tutè ab alijs diſſentire.

EPAPHRODITVS CHARONEVS Grammaticus profeſſione, teſte Suida, Romæ vixit, & aſſiduè libros coëmit, vſque ad xxx. millia collegit, optimorum quidem & ſelectorum.

SAMMONICVS SERENVS Bibliothecam habuit, in qua lxii. millia librorum cenſebantur: moriens eam reliquit Gordiano Imperatori Iuniori.

VATICANA à ſanctiſs. illis Patribus prioribus Pontificibus, & ab ipſis adhuc ſurgentis Eccleſiæ primordijs inchoata, Laterani inſtituta: à poſterioribus deinde in Vaticanvm, vt ad vſus Pontificios paratior eſſet, tranſlata: à Nicolao V. Pont. Max. aucta. Referta eſt, ſi quæ alia in Europa antiquiſſimis omnium diſciplinarum artiumque libris, cùm Græcis, tùm Latinis atque Hebraicis, calamo in membranis olim exaratis. Sixtvs V. Pont. Max. noſtra memoria mirificè auxit, ornauit, illuſtrauitque picturis atque ædificio immenſo, liberalibuſque diſciplinis & publicæ ſtudiorum vtilitati dicauit. Eam Latine deſcripſit Angelus Roccha, Ord. Eremit. S. Auguſtini; Italicè verò Mutius Panſa. Xistvs IV. anno ab orbe redempto cIↃ. cccc. lxxv. perpetuum cuſtodem & veluti Bibliothecarium Vaticanae Bibliothecae tunc à ſe erectæ inſtituit *Bartholomæum Platinam*. Anno cIↃ. cccc. lxxxi. *Bartholomæum Manfredum*, linguarum peritia inſignem, Bibliothecarium creauit. Conſule vrbis Romæ Admiranda Francisci Schotti Antuerpienſis, vbi plura de Bibliothecarijs.

LATERANENSIS optimis quoque voluminibus ornata & referta; quæ annos ferè cIↃ. quamdiu Romani Pontifices Lateranum incoluêrunt, permanſit. Poſteà verò quam Clemens V. in Gallijs Romanam ſedem conſtituit, Pontificia hæc Bibliotheca Auenionem tranſlata fuit, ibidemque in Apoſtolico palatio ferè ſpatio c. xx. annorum retenta, quouſque Dei benignitate ſublato ſchiſmate, magna pars iterùm Romam perducta fuit, & non in Laterano, ſed in Vaticano, vt diximus, collocata.

Sunt & aliæ in Vrbe Domina, vt Collegi Canonicorvm S. Petri in Vaticano, Cardinalis quoque Gvilielmi Sirleti libris Græcis plena

plena, vt erat ille ad miraculum doctiſſimus: quæ nunc BIBLIOTHECA XX. millibus aureorum æſtimata, Illuſtriſſimo ASCANIO Card. COLVMNAE ceſſit.

SFORTIANA & FARNESIANA auctoribus Græcis M. SS. abundant. Taceo multas priuatorum BIBLIOTHECAS rarorum librorum rerumque pretioſarum, qualis eſt FVLVI VRSINI Romani, vtriuſque linguæ doctiſſimi; & altera ALDI MANVTI, PAVLI F. ALDI N. LXXX. vt putatur, millium librorum, & Piſis redempta publicè aſſeruatur.

Extra Romam BIBLIOTHECAS audio celebrari PATAVINAS, Græcis & Latinis libris inſtructas. Primam apud S. IOANNEM IN VIRIDARIO: alteram apud S. IVSTINAM, tertiam verò apud S. ANTONIVM.

VENETI quoque præcellentes habent BIBLIOTHECAS, ac inprimis Publicam vnam ad S. MARCI in foro, quæ ſtudio & operâ *Franciſci Petrarchæ* incrementa ſumpſit non pœnitenda. Acceſſit deinde Card. BESSARION Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir cumprimis eruditus & Reip. VENETAE percarus, qui anno CIↃ. CCCC. LXXIII. fatis cedens, libros omnes ſuos, quos magno ſtudio impenſiſque ſuos fecerat (quorum valor ad XXX. aureorum millia adſcendit) prædictæ BIBLIOTHECAE legauit. Idem factitatum à doctiſſimis magnique nominis Cardinalibus HIERONYMO ALEANDRO ac GRIMANO. Eadem in vrbe viſuntur magni pretij BIBLIOTHECAE S. IOANNIS & PAVLI, S. FRANCISCI, S. STEPHANI, SERVORVM MARIAE, S. GEORGI MAIORIS, S. DOMINICI, & S. ANTONI. Priuatorum hæ ſunt: IACOBI CONTARENI, quæ eſt præclariſſima. DANIELIS BARBARI, IOANNIS DELPHINI, MOCENIGORVM, LVDOVICI BALBI, AVGVSTINI AMADAEI, aliorumque.

FERRARIÆ ad Carmelitas inſtructiſſima quoque, in qua magna antiquorum librorum copia. Iuxta hanc præparamenta nouæ BIBLIOTHECAE, infinitus veterum M. SS. numerus, atque rariſſimæ venerandæ Antiquitatis reliquiæ, nimirum Statuæ marmoreæ, Signa, Tabulæ, Sigilla ærea: item Nummorum ex auro, argento & ære omnis generis: item Gemmarum cælatarum capſulæ plurimæ, quæ toto quatriduo exactè perluſtrari non poſſent. Multa ex his collegit in vſum ſuum PYRRHVS LIGORIVS Antiquitatis ſtudioſiſſimus peritiſſimuſque.

BONONIÆ publicæ duæ, vna ad S. SALVATOREM, quinquaginta pulpitis Hebraicis, Græcis, Latiniſque libris inſtructa: altera ad S. DOMINICVM maior, ſed non melior, in qua plurimi Iuriſconſultorum libri.

FLORENTIÆ BIBLIOTHECAE VI. Prima S. LAVRENTI, quæ MEDICEA appellatur: multi in ea auctores præſertim Græci, nondum excuſi. Hanc COSMVS MEDICES perficiundam curauit anno CIↃ. IↃ. LXXI. legiturque hæc inſcriptio:

DEO, PRAESIDIBVS FAMILIAE
D. CLEMENS VIII. MEDICES P. M.

LIBRIS

LIBRIS OPT. STVDIO MAIORVM
ET SVO VNDIQVE CONQVISITIS,
BIBLIOTHECAM
AD ORNAMENTVM PATRIAE,
CIVIVMQ. SVORVM VTILITATEM
D. D.

II. S MARCI, LAVRENTI MEDICIS & NICOLAI DE NICOLIS liberalitate ac teſtamento inſtructa atque aucta.

III. S. BENEDICTI, libros optimos habens, pulpitorum XXX. ei adiuncti itidem Græci, ſed pauciores.

IV. S. CRVCIS, à SEBASTIANO DE BVCCELLIS in humanioribus aucta, pulpitorum L. & librorum DCCLXXX. tota Latina, & ſanè præclara.

V. In ædibus Archiepiſcopi Florentini, Latinorum Auctorum pulpita XLIV.

VI. MARIAE NOVELLAE, tota Latina, pulpita XLV.

NEAPOLI BIBLIOTHECÆ aliquot inſignes, ex quibus præcipua S. DOMINICI, in qua libri non pauci IOANNIS IOVIANI PONTANI, ab EVGENIA filia, in doctiſſimi patris memoriam dicati ſacro loco, pulpita plena LXV.

Ad S. CATHARINAM pulpita XXXVI.

Ad S. MARIAM CARMELITAN.

Ad S. PETRVM Martyrem.

Ad S. MARIAM OLIVETI.

In S. IOANNIS CARBONARII, quod eſt cœnobium Patrum D. AVGVSTINI, eſt hic adhuc integra Card. HIERON. SERIPANDI BIBLIOTHECA, vbi exemplaria & monumenta multa, eiuſque præceptoris *Iani Parrhaſij*.

PERVSIÆ excellens quoque ad S. DOMINICVM BIBLIOTHECA.

VRBINVM ornat BIBLIOTHECA ſupellectile magna librorum, quorum alij panno aureo atque ſerico villoſo obducti ſunt: olim omnes auro argentoque ornati, ſed ab ALEXANDRO VI. Pont. Max. CAESARE BORGIA F. omnibus ornamentis ſpoliata atque tranſlata, quàm IVLIVS II. Pont. Max. poſtea reſtituit. Multæ in ea Græcorum auctorum tranſlationes, quæ hactenus lucem non aſpexerunt.

VICENTIÆ apud S. DOMINICVM pulcherrima quoque viſitur.

BERGOMI ſplendida quoque ad DOMINICANOS, ab ALEXANDRO MARTINENGO MALPAGA fundata, cum cæteris præclariſſimis Italiæ conferenda, teſte LEANDRO.

CESENÆ in æde D. FRANCISCI conſpicitur BIBLIOTHECA MALATESTAE, eximij ædificij, & pretioſis ac rariſſimis libris M.SS. plena.

MEDIOLANI nobilis eſt Illuſtriſſimi Card. FRIDERICI BOR-

ROMAEI hodie BIBLIOTHECA, Græcis quoque referta libris è media etiam Græcia petitis, Latiniſque quoque inſtructiſſima. Det illi DEVS Neſtoreos annos, quo magis magiſque indies poſſit augeri ad maiorem DEI gloriam.

PAPIENSIS ſiue TICINENSIS non contemnenda, extructa à IOANNE GALEATIO Vicecomite doctiſſimo & litterarum amantiſſimo, qui cuiuſcumque ſcientiæ Doctoribus annua ſalaria inſtituit. Obijt anno M. CCCCII.

Auguſta & copioſa etiam quæ in Carpetanis Hiſpaniæ eſt, ESCVRIACI, ad D. LAVRENTIVM, quam DIDACVS HVRTADVS MENDOZZA, Cæſaris olim apud Venetos Legatus, acceptâ è media Græcia Græcorum librorum plenâ naui, mirificè ornauit. Deſcripſit eam, vt & auguſtum totum Monaſterium IOANNES MARIANA Soc. IESV Theologus, lib. III. cap. X. De Regis inſtitutione.

MATTHIAS CORVINVS Hungariæ Rex, BIBLIOTHECAM & ipſe Budæ habuit, doctorum inprimis amans: ſed à Turcis captâ vrbe, direpta. Hinc HELIODORI ÆTHIOPICA primùm à milite Germano allata feruntur lucem aſpexiſſe. Direptionem huius nobiliſſimæ BIBLIOTHECAE deplorat *Alexander Braſſicanus* in Præfatione ad *M. Saluianum Maſſilienſem.*

VIENNÆ quanta Scriptorum ſit Græcorum librorum copia, oſtendit Tiguri BIBLIOTHECA excuſa, eamque valde auxit IOANNES SAMBVCVS, vir doctiſſimus, Medicus & Hiſtoricus Cæſareus.

BIBLIOTHECA vtriuſque iam Bauariæ Ducis certè præclara eſt, conſtans ex M.SS. Hebraicis, Chaldaicis, Arabicis, Græcis atque Latinis. Catalogum Græcorum M.SS. dedit nuper typis ſuis in lucem *Adamus Sartorius.*

PALATINA Heidelbergæ multis M.SS. Hebraicis, Græcis Latiniſque libris inſtructiſſima: dedicata primũ ab OTHONE HENRICO Electore, aucta verò egregiè ſub FREDERICO IV. Archidapifero, liberalitate VLRICI FVGGERI, adeò vt facile M. SS. & quidem potiſſima ſui parte authenticis omnem prouocet Europam. Huic poſt *Paulum Meliſſum* multis annis præfuit amicus noſter *Ianus Gruterus.* Sed cùm eam principem vrbem *Dominus de Tilly* militiæ Ducis Bauariæ Præfectus, armata vi nuper occupaſſet, celeberrima hæc BIBLIOTHECA Romam transmiſſa eſt ad Principem litterarum VRBANVM VIII. Pont. Max. vbi nunc in parte vna VATICANAE Bibliothecæ conſpicitur.

HENRICVS RANZOVIVS IOAN. F. FRIDERICI II. Regis Daniæ conſiliarius, tam vtriuſque ducatus Schleſwicenſis & Holſatiæ quam Ditmarſorum gubernator ac loci tenens, ampliſſimam habuit BIBLIOTHECAM, libris Græcis Latiniſque abundantem quos ita alloquitur, ad imitationem Flaminij:

Saluete aureoli mei libelli,
Meæ deliciæ, mei lepores.

Quam

Quam vos ſæpe oculis iuuat videre,
Et tritos manibus tenere noſtris.
Tot vos eximij, tot eruditi,
Priſci lumina ſæculi & recentis.
Confecêre viri, ſuaſque vobis
Auſi credere lucubrationes,
Et ſperare decus perenne ſcriptis.
Neque hac irrita ſpes fefellit illos,
Veſtro præſidio per vniuerſum
Æuo perpetuo leguntur Orbem,
Doctorumque volant per ora clari.
Vos eſtis requies honeſta mentis.
Iucunda ingenijs bonis voluptas,
Rebus perfugium minus ſecundis:
In latis decus & nitor refulgens.
Vos ætate puer virente, magno
Sum complexus amore; nunc vir autem.
Multo proſequor impotentiore.
Et quum Fata diu ſinent amare,
Vobis immoriar mei libelli:
Ac cum Rege lubens fatebor illo
ALPHONSO *egregio, eſſe cariores*
Veſtras amicitias mihi, benignæ
Quam ſors, quas mihi contulit caducas.
Saluete aureoli mei libelli,
Saluete, ex quibus hæc mihi voluptas.
Æuum percipitur per omne grata.
Quàm non intueor libenter? & quam
Lubens colloquor! Ecquid æſtimandum eſt
Curis eſſe beatius ſolutus?

Eius perpetuum de Bibliotheca ſua

DECRETVM.

QVAE INFRA SCRIPTA SVNT, HVNC IN MODVM
SANCITA SVNTO,
INVIOLATEQ. OBSERVANTOR.
RANZOVII, NEC QVISQVAM ALIVS,
HANC POSSIDENTO.
HEREDES EAM NON DIVIDVNTO,
NEMINI LIBROS, CODICES, VOLVMINA, PICTVRAS,
EX EA AVFERENDI, EXTRAHENDI,
ALIOVE ASPORTANDI,
NISI LICENTIA POSSESSORIS
FACVLTAS ESTO.
SIQVIS SECVS FECERIT,
LIBROS PARTEMVE ALIQVAM ABSTVLERIT

EXTRAXERIT, CLEPSERIT, RAPSERIT,
CONCERPSERIT, CORVPERIT,
DOLO MALO:
ILLICO MALEDICTVS,
PERPETVO EXECRABILIS,
SEMPER DETESTABILIS
ESTO, MANETO.

AVGVSTANA quoque Græcis abundat exemplaribus calamo exaratis, Reipub. ſumptu coëmptis. Eius indicem, vt publica eſſet communibus vſibus bis euulgauit qui præerat Dauid Hoeſchelius eruditiſſimus vir; nunc M. Elias Ehinger Auguſtanus, & ipſe Profeſſor Gymnaſij ad D. ANNAE ac Bibliothecarius, clarus libris foras datis. Ibidem hæ leguntur inſcriptiones:

BIBLIOTHECAM HANC S. P. Q. AVGVSTANVS BONARVM ARTIVM STVDIIS, ET DOCTORVM HOMINVM VSVI EXTRVXIT ANNO CIↃ. IↃ. LXII.

Hac Heliconiadum domus eſt, hic flauus Apollo
Caſtalio Vatum labra liquore rigat.

BIBLIOTHECA HOSPITIBVS.

Hoſpes in humanum rapiendi proÿce morem;
Quod tibi non fieri vis, prior ipſe caue.
Omnibus aſpectus datur: At maleſida rapina
Res eſt hoſtilis, plena latrociniÿ.

Ibidem.

Paullatim quoque ROMA *ſuis progreſſibus vſa*
Creuit. Id exemplum Bibliotheca ſequor.

BIBLIOTHECA CARMELITARVM Londinenſium (tota iam proh dolor perijt) multitudine & antiquitate ſuperauit omnes quotquot erant Londini. Tot in ea erant nobilium auctorum volumina, maiuſculis Romanis ſcripta, vt illa ætas x. ad minimum aureorum millibus æſtimauerit, anno nimirum Chriſtianæ ſalutis CIↃ. CCCC. XX.

Quid dicam de BIBLIOTHECA PVBLICA quam inſtituit in Academia OXONIENSI THOMAS BODLEIVS Eques Auratus? huius Catalogum euulgauit *Thomas Iames* ibidem Bibliothecarius. Quæ ſi fuerit ex Conditoris præſcripto bene adminiſtrata & gubernata, omnium totius Orbis BIBLIOTHECARVM luminibus facilè obſtruxerit.

PARISIIS, BIBLIOTHECA REGIA & MEDICAEA: illa à FRANCISCO I. Galliarum rege, literarum parente; hæc à CATHARINA MEDICAEA Galliæ regina, magnis impenſis comparata, & optimis vtriuſque linguæ auctoribus M. SS. inſtructiſſima.

Exſtat ibidem quoque THVANICA, præſtantiſſimis omnium diſciplinarum auctoribus, tam M. SS. quàm typis excuſis, refertiſſima: illam IAC. AVGVSTVS THVANVS Senatus Pariſienſis Præſes, XL. & amplius annos congeſſit, adeoq, ſupremis teſtamenti tabulis illam etiam exteris Philologis communem eſſe voluit. Sed præſtat ipſius verba è teſtamento eius deprompta, hic adſcri-

adſcribere: BIBLIOTHECAM *meam*, inquit, XL. *amplius annorum ſpatio magnâ diligentiâ ac ſumptu congeſtam, quam integram conſeruari non ſolum familiæ meæ, ſed etiam rei litterariæ interreſt, diuidi ac diſſipari veto, eamque communem cum Numiſmatis antiquis aureis, argenteis, æreis, inter filios qui literis operam nauabunt, facio, ita vt etiam exteris, aliiſque philologis ad vſum publicum pateat.*

IOANNIS VINCENTII PINELLI Patritij Genuenſis, Patauij defuncti, celeberrima quoque fuit, quam per annos XL. collegit magno labore: hanc Venetias deuehendam curauerant amici, vt inde mari Neapolim impendio minori appelleret, placuitque in tria nauigia capſas conijci, quæ recta *Fortori* portum in Apulia peterent. Nauium harum altera cum III. & XXX. capſarum ſarcina in piratas Turcas incidit, qui prædæ opulentæ inhiantes, cùm chartas ac libros inueniſſent, gaudio in iracundiam verſo, inutiles ſibi merces in mare abiecerunt. *I nunc qui ſine modo hæc amas. Reges magnos æmulare: heredum improbitas, latronum iniuria, domeſticorum fraus, elementa adeò ipſa perdent delicias tuas.*

LOVANII Societatis IESV eſt optimis inſtructa libris, conſtatque ex BIBLIOTHECIS LÆVINI TORRENTI Antuerpienſium Præſulis digniſſimi & doctiſſimi, & CAROLI LANGI Canonici Leodicenſis, editis ſcriptis notiſſimi: FRANCISCI CRANEVELDI Conſiliarij quondam CAES. CAR. V. & M. SS. Græcis IVSTI LIPSI Senatus litteratorum Principis.

ATREBATI in Cathedrali B. Virginis & Matris templo inſignis quoque M. SS. Theologicorum voluminum BIBLIOTHECA viſitur.

Eſt vicina Aloſto in Flandria celebris Abbatia AFFLIGEMIENSIS, & altera S. AMANDI inter Tornacum & Valentianas (quieſcit in ea famâ celeberrimus IANVS SECVNDVS *Hagienſis*, *quem ipſæ Muſæ ſtupuêre canentem*) vtraque Ordinis *Benedictini*, quæ BIBLIOTHECAS habent ſane elegantes: quibus neque GEMBLACENSIS cedit, fœcunda libris nuperis & priſcis. Abbatia iſta Brabantiæ prima, III. mill. Namurco diſtans: cuius mentio in Itinerario Abrahami Ortelij his verbis: *Hinc* GEMBLACVM *ire placuit, vt inſignem illam Bibliothecam librorum M. SS. quæ in eo ferebatur eſſe Cœnobio videremus. Nec nos ea fefellit opinio, adſeruantur enim hic optima exemplaria quamplurima, & librorum præcipuè, qui rem Theologicam tractant, quales ſunt veterum religionis noſtræ Antiſtitum lucubrationes, & quicunque ab eo tempore ſcripturam ſacram Latinè ſunt interpretati, nam ex Græcis nullos vidimus. Adſunt & Poëtarum, & Oratorum opera, & quidquid ad Latinas facit litteras aliquorum, & diuerſa exemplaria, quorum tamen nonnulla, quæ etiam habet Catalogus, hoc tempore deſiderantur. Hiſtoriarum præterea videre eſt longo ex ordine diſpoſita volumina, & inter ea* SIGEBERTI *ſui memoriam ſanctè conſeruat: qui quondam in hoc eodem agens Cœnobio, Chronicon illud ſuccinctum quod paſſim habetur, concinnauit, atque ab imperio* VALENTINIANI IVN. & GRATIANI AVGG. *exorſus, ad ſua vſque perduxit tempora. Vixit autem ſub* HENRICO *eius nominis III. Aug. & anno* CIↃ. Ↄ. XII. *diem clauſit ſupremum.*

TVNGERLOANA Abbatia Ordin. Præmonſtratenſis, & illa inter Brabanticas non ignobilis; cui nunc ſumma cum laude præfectus eſt Reuerendus

rendus Dominus ADRIANVS STALPART, vir ſuauiſſimis moribus, vitæque exemplaris, qui hoc vnum agit, Religioſos vt habeat pios & doctos. BIBLIOTHECAM habet, quæ non ſolum Belgis,ſed & exteris admirationi eſt. In ea & ex ea eximius CORNELIVS IANSSENIVS Gandenſium Epiſcopus, Concordantiam ſuam contexuit, dum hic Theologiæ Lectorem ageret. Ibidem hi verſus leguntur:

Miramur veterum ſtatuas grandeſq́ coloſſos,
Æra vel artificu viuere iuſſa manu.
Miramur turres & tecta minantia cælo,
Quæ ingenti lapidum mole parata vides.
At maiora tibi ſunt hic miracula, lector,
Quæ ſuperent gazas, Cræſe beate, tuas.
Temporis illa etenim ſenium triſtemq́ ruinam,
Aut Iouis irati fulmina ſaua timent.
Nil iuris tempus, nil inuidioſa vetuſtas
Hic habet; æterno nomine viuet opus.
Me iuuet hic reliquum vitæ conſumere tempus:
Hic dentur ſtudijs otia ſancta meis.
Diuitijs alius ferratas impleat arcas,
Ac tantas ſemper ſit miſer inter opes.
Pauperiem fugiens currit mercator ad Indos,
Audiat & rauci murmura ſæua maris.
Spumantes alius pateras,ardenſq́ falernum
Ebibat, atque gulæ fercula lauta paret.
Pernoctetque ſuæ male ſanus amator amicæ
Ante fores, imo pectore vulnus alens.
Hic me nulla fames auri argentique cupido,
Nec mea torrebit pectora cæcus amor.
Has facile abrumpent ſacrata volumina curas,
Si vigili euoluam ſæpius illa manu.
Huc ades ô quiſquis diſcendi raptus amore,
Quæris quæ docti compoſuere viri.
Inuenies ſacri quæcumque oracula vates
Afflati ſummo præcinuere Deo:
Siue Latina cupis, ſeu Græca reuoluere,fonte
Hæc velut è largo Bibliotheca dabit.

VICONIENSIS Abbatia Valentinianis adiacet, eiuſdem Ordinis Præmonſtratenſis, in ea nitor admirabilis, ſiue Eccleſiam Cœnobij ambitum BIBLIOTHECAMq́; ſtupendam ſpectes. ALEXANDER FARNESIVS, illud belli fulmen, in Belgio & Francia, illam luſtrans aliquando, affirmauit nihil in Italia ſimile à ſe viſum.

LVGDVNI BATAVORVM licet noua non contemnenda, cui hodie præeſt DANIEL HEINSIVS Gandenſis, vtriuſque linguæ doctiſſimus. Hanc auxit locupletauitque CL. IOSEPHVS SCALIGER CAES. F. nam moriens legauit omnes M SS. Græcos, Hebraicos, Chaldaicos, Syriacos, Arabicos, Æthiopicos, Perſicos & Armeniacos.

In Bibliotheca Franciſci Sweertii.

QVISQVIS ES,
HANC LEGEM LEGE,
HERVS ET HERES EDICO TIBI.
MVSARVM APOLLINISQ. SACER HIC LOCVS,
MVLTIS CLAVSVS, PAVCIS RECLVSVS.
SI CVM PAVCIS VOVIS, SAPIS,
ADESTO, INESTO.
QVOSCVMQVE LIBROS, QVALEISVECVMQ.
SPECTABIS INIBI, LIBERE
TANGITO, LEGITO.
IMPRESSI NEI PERTVRBANTOR:
M. SS. NEI TANGVNTOR:
AD TENTARE SECVS
CAPITAL ESTO.
VISI, LECTIVE, ELECTI, PLACITIVE,
NEI ROGITANTOR, NEI EFFERVNTOR.
IMPORTVNVS SI SIES,
EXESTO, ABITO.
IGNOTIS, NVLLOS, NONQVAM:
AMICIS RARO, PAVCOS
DABO, VIX DABO.
LEGIS QVI TEMPTOR CLVET:
MVSARVM APOLLINISQVE HOSTIS,
APOLLINI MVSISQ. HOSTIA
SACRVFICATOR
AST AVDIN? FALLENTI ME SEMEL
PERPETIM CLVSIVS INSISTO.

F. Proſper Stellartius Auguſtinianus.

IBIDEM.

Sumptu me multo Dominus ſtudioq. perornat,
Vt ſim culta bonis BIBLIOTHECA *libris.*
Spectatum admiſſus, probitatis munia ſeruet:
Ne quid deformet, ſurripiatue mihi.
Ordine quaque videt quo nunc digeſta, reponat:
Ne ſint diuerſis poſt repetenda locis.
Vrgenti Dominus ſi quicquam commodet, illud
Integrum, vt accepit, non monitus referat.
Si quadam inueniet non prorſus grata palato,
Iudicioque nimis forte probanda ſuo;
Seſe contineat placide: tacitus meditetur,
Inſunt & ſcriptis turpia menda meis.
Hanc quiſquis legem contemnes, BIBLIOTHECA
Abſtine ab alterius: volue reuolue tuam.

Ludebat CORN. KIL. Duffl.

SYLLABVS

EORVM QVI BIBLIOTHECAS, ELOGIA, EFFIGIES VITASQ. VIRORVM LITTERIS ILLVSTRIVM SCRIPSERVNT ET EVVLGARVNT.

ONVPHRIVS PANVINIVS Auguſtinianus M. S.
IVSTVS LIPSIVS Iſcanus Syntagma
FVLVIVS VRSINVS Canonicus Romanus } DE BIBLIOTHECIS.

IACOBVS MIDDENDORPIVS
PETRVS CRATEPOLIVS Ord. Minor.
ALFONSVS GARÇIAS MATOMORVS. } DE ACADEMIIS.

S. HIERONYMVS Stridonenſis Presbyter.
GENNADIVS, Maſſilienſis Presbyter.
ISIDORVS, Hiſpalenſis Epiſcopus, poſt HIERONYMVM & ante S. ILDEPHONSVM.
HONORIVS Auguſtodunenſis Presb.
SIGEBERTVS Gemblacenſis Monachus.
HENRICVS A GANDAVO, De Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus. Hos VI. Scriptores ſimul edidit SVFFRIDVS PETRVS Leouardienſis. Coloniæ Agrippinæ, typis Materni Cholini, M. D. LXXX.

Catalogus aliquot Hiſpaniæ Scriptorum illuſtrium, per S. ILDEPHONSVM, editus cum notis ab ANDREA SCHOTTO Soc. IESV & PETRO PANTINO Tiletano.

IOANNES TRITHEMIVS.
ROBERTVS BELLARMINVS Card. } De Scriptoribus Eccleſiaſticis.
BOSTONVS BVRIENSIS Anglus.

BIBLIOTHECA PHOTI, quam è Græco feliciſſimè vertit ANDREAS SCHOTTVS Soc. IESV.

BIBLIOTHECA & APPARATVS *Antonij Poſſeuini* Soc. IESV.
BIBLIOTHECA SACRA *Sixiti Senenſis*, Ord. Prædicatorum.
BIBLIOTHECA SS. PATRVM Bignæi.
BIBLIOTHECA THEOLOGICA *Ioannis Molani*, Theologi Louanienſis. M. S.
BIBLIOTHECA SACRA BELGICA Theologorum, Canoniſtarum, Scholaſticorum, &c. auct. *Gulielmo Gazæo.*

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISPANIAE, auct. ANDREA SCHOTTO prodijt ſub nomine *Peregrini.*

BIBLIOTHECA CARMELITANA *Petri Lucij* & *Arnoldi Boſtij.*

BIBLIOTHECA CARTVSIANA *Theodori Petreij.*

BIBLIOTHECA *Conrardi Geſneri*, aucta per *Ioſiam Semlerum* & *Ioannem Iacobum Friſium.* SVPPLEMENTVM dedit *Antonius Verderius.*

BIBLIOTHECA MEDICA *Paſchalis Galli Pictonis.*

BIBLIOTHECA MEDICA *Ioannis Georgij Schenckij.*

BIBLIOTHECA BELGICA *Valerij Andreæ* I.V.D.

IOANNES GARSONIVS.
ANTONIVS SENENSIS.
ALFONSVS FERNANDEZ Placentinus.
IOANNES ALBERTVS.
} De vitis & Scriptoribus Ord. S. DOMINICI.

TRIVMPHVS VIROR. ILLVST. ORD. PRAEDICATORVM, auctore *Ioanne Marieta* Cantabro, linguâ Hiſp. lib. XXII.

IOSEPHVS PAMPHILVS Epiſcopus, De Scriptoribus Ord. Eremitarum.

THOMAS GRATIANVS De Scriptoribus Ord. Eremit. S. Auguſtini.

IOANNES DE NIGRA VALLE, De Scriptoribus Ord. Canon. Regularium.

IACOBVS DE PLEBE, De Scriptorib. Ordinis Seruorum.

ARNOLDVS WION, Lignum Vitæ, ornamentum & decus Eccleſiæ lib. V. Sunt Elogia clarorum Ord. ſui S. BENEDICTI Scriptorum.

PETRVS RODVLPHVS.
HENRICVS WILLOT.
FRANCISCVS GONZAGA.
} De Scriptoribus. Ord. Minorum.

PETRVS RIBADENEIRA. De Scriptoribus relig. Soc. IESV.

IACOBVS PAMELIVS dedit Commentatores veteres in SS. Biblia.

ALFONSVS GARCIAS MATAMORVS Hiſpalenſis, De litteratis Hiſpaniæ viris.

IOANNES BVNDERIVS Dominicanus INDICEM reliquit M.SS. quos ante Iconomachiam viderat in Bibliothecis Belgicis.

NOMENCLATOR S. R. E. Card. qui ab anno Chriſti milleſſimo quippiam commentati ſunt, ſub nomine *Anonymi.*

ELOGIA Gallorum litteris clarorum lib. V. auct. *Sceuola Sammarthano.*

ELOGIA Ligurum litteris claror. auct. *Vberto Folieta.*

ELOGIA illuſtrium Belgij Scriptorum, auct. *Auberto Miræo Bruxell.*

ELOGIA Virorum illuſtrium, auct. *Laurentio Beyerlinck Antuerp.* ad opus Chronographum orbis vniuerſi *Petri Opmeri*

ATHE-

ATHENAE BELGICAE *Franciſci Sweertl Antuerp.*
MICHAEL POCCIANTIVS, de Scriptori bus Florentinis.
CORNELIVS ÇALLIDIVS. dę Scriptoribus ſuperioris Inferioriſque Germaniæ.
SVFFRIDVS PETRVS de Friſiæ Scriptoribus.
ANTONIVS SANDERVS. De Flandriæ Scriptoribus lib. III. Idem de Gandenſibus & Brugenſibus eruditionis fama claris.
IOANNES BALÆVS de Scriptoribus Angliæ. *Hic niger eſt.*
IOANNS PITSEVS de Scriptoribus Angliæ Catholicis, contra *Ioannem Baleum.*
BABTISTA CACCIALVPVS de Illuſtribus Iuriſconſ.
BERNARDINVS RVTILIVS de Vitis veterum. I. C.
IOANNES FICHARDVS de vitis recentiorum. I.C.
Catalogus Veterum I.C. carmine. auct. IOANNE LORICHIO.
Catalogus recentiorum I.C. auctore MATTHÆO GRIBALDO.
BALDVS PERVSINVS de commemorationibus famoſiſſimorum Doctorum in vtroque Iure.
THOMAS DIPLOVATIVS Patrit. Conſtantinopoli. de Præſtantia Doctor. & Clariſſimorum Iuriſconſultor. ad noſtra vſque tempora. lib. XII.

Nomenclator Scriptorum Medicorum auctore ISRAELE SPACHIO Medico.
SYMPHORIANVS CAMPEGIVS de Scriptoribus Medicinę Veteris & recentioris.
REMACLVS FVSCHIVS de Vitis Illuſtrium Medicorum.
PETRVS CASTELLANVS de Vitis Illuſtrium Medicorum veterum & recentiorum.
Icones & Elogia CL. Medicorum, auct. IOANNE SAMBVCO.

PAVLVS IOVIVS Epiſcopus.
FVLVIVS VRSINVS
NICOLAVS REVSNERVS.
PHILIPPVS GALLAEVS
} dederunt Icones & Elogia virorum illuſtrium.

THEODORVS. GALLÆVS PHILIPPI F. XII. Cardd. pietate doctrina rebuſque geſtis maximè illuſtrium Imagines & Elogia euulgauit & ſculpſit.

ACA-

ACADEMIÆ SCHOLÆQ.

ORBIS VNIVERSI

OLIM ET NVNC ILLVSTRES.

Ex Iuſto Lipſio, I. Middendorpio, P. Cratepolio alijſque Methodicè collegit Franc. Sweertius.

QVID LONGIS OPVS EST, SI BREVIS ESSE POTES?

IN Oriente ACADEMIA fuit, quæ DABIR dicta, & prius vocabarur CARIATSEPHER, id eſt, *Ciuitas litterarum.* Sed & opidatim in Iudæa Scholas habebant, quas ſuo nomine BATTE MIDRAS vocabant, inſtituendæ pueritiæ.

In alio Oriente item Scholæ. De *Indis* certum eſt *Brachmannos & Gymnoſophiſtas* fuiſſe, & cœtus ſuos docendi diſcendique habuiſſe. Manent, hodieque & nomen ipſum *Brachmannum* durat. Strabo auctor eſt, ſimulatque mater prolem concepiſſet, matri continentiæ præcepta, & certas viuendi leges *Brachmanni* præſcribebant : poſt verò pro ratione ætatis eleganriores & peritiores magiſtros dabant : qua ex re fiebat, vt matribus ipſis optimi liberi naſcerentur, & Rempublicam vtiliſſimis ciuibus replerent; atque in omni doctrina & virtute præſtantiſſimos viros, in vniuerſum terrarum Orbem INDIA produceret. Vide *Clementem Alexandrinum lib. VI. Stromatum.*

In IAPONIA BONZII ſunt : & ij magnos diſcentium cœtus in primarijs opidis habent, & qui cum Pariſienſi aliqua ACADEMIA componant. Hoc inter Scriptores conuenit, plurimos Græcorum maximis laboribus, eorum doctrinæ percipiendæ gratia, in Indiam nauigaſſe.

In ÆGYPTO olim SAIS ET HELIOPOLIS fuêre, & artium ibi doctores Sacerdotes. *Homerus Poëtarum* Princeps, eò diſcendi cauſſa, *Solon, Thales, Plato Philoſophorum* Deus alijque iuerunt: & ſacræ literæ palam MOYSEN *inſtitutum omni diſciplina Ægytiorum,* quorum Sacerdotum, quod bonis artibus cæteros longè ſuperarent. Apud Græcos Philoſophos de rebus naturalibus iudicium maximæ ſemper auctoritatis fuit. ARISTOTELES familiæ Peripateticæ pater, naturæ miraculum, cùm in Aſia verſaretur, plurima à Iudæis & Ægyptijs didicit. Paulatim Ægyptiorum Reges præſtantiſſimos quoque Philoſophos, maximis præmijs è Græcia euocarunt, qui Græcorum litteras & doctrinam in Ægyprum intule-runt.

ALEXANDRIA poſtmodum eminuit, & iam à conditore illo cœpit.

plena, vt erat ille ad miraculum doctiſſimus: quæ nunc BIBLIOTHECA XX. millibus aureorum æſtimata, Illuſtriſſimo ASCANIO Card. COLVMNAE ceſſit.

SFORTIANA & FARNESIANA auctoribus Græcis M.SS. abundant. Taceo multas priuatorum BIBLIOTHECAS rarorum librorum rerumque pretioſarum, qualis eſt FVLVI VRSINI Romani, vtriuſque linguæ doctiſſimi; & altera ALDI MANVTI, PAVLI F. ALDI N. LXXX. vt putatur, millium librorum, & Piſis redempta publicè aſſeruatur.

Extra Romam BIBLIOTHECAS audio celebrari PATAVINAS, Græcis & Latinis libris inſtructas. Primam apud S. IOANNEM IN VIRIDARIO: alteram apud S. IVSTINAM, tertiam verò apud S. ANTONIVM.

VENETI quoque præcellentes habent BIBLIOTHECAS, ac inprimis Publicam vnam ad S. MARCI in foro, quæ ſtudio & operâ *Franciſci Petrarchæ* incrementa ſumpſit non pœnitenda. Acceſſit deinde Card. BESSARION Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir cumprimis eruditus & Reip. VENETAE percarus, qui anno CIↃ. CCCC. LXXIII. fatis cedens, libros omnes ſuos, quos magno ſtudio impenſiſque ſuos fecerat (quorum valor ad XXX. aureorum millia adſcendit) prædictæ BIBLIOTHECAE legauit. Idem factitatum à doctiſſimis magnique nominis Cardinalibus HIERONYMO ALEANDRO ac GRIMANO. Eadem in vrbe viſuntur magni pretij BIBLIOTHECAE S. IOANNIS & PAVLI, S. FRANCISCI, S. STEPHANI, SERVORVM MARIAE, S. GEORGI MAIORIS, S. DOMINICI, & S. ANTONI. Priuatorum hæ ſunt: IACOBI CONTARENI, quæ eſt præclariſſima. DANIELIS BARBARI, IOANNIS DELPHINI, MOCENIGORVM, LVDOVICI BALBI, AVGVSTINI AMADAEI, aliorumque.

FERRARIÆ ad Carmelitas inſtructiſſima quoque, in qua magna antiquorum librorum copia. Iuxta hanc præparamenta nouæ BIBLIOTHECAE, infinitus veterum M. SS. numerus, atque rariſſimæ venerandæ Antiquitatis reliquiæ, nimirum Statuæ marmoreæ, Signa, Tabulæ, Sigilla ærea: item Nummorum ex auro, argento & ære omnis generis: item Gemmarum cælatarum capſulæ plurimæ, quæ toto quatriduo exactè perluſtrari non poſſent. Multa ex his collegit in vſum ſuum PYRRHVS LIGORIVS Antiquitatis ſtudioſiſſimus peritiſſimuſque.

BONONIÆ publicæ duæ, vna ad S. SALVATOREM, quinquaginta pulpitis Hebraicis, Græcis, Latiniſque libris inſtructa: altera ad S. DOMINICVM maior, ſed non melior, in qua plurimi Iuriſconſultorum libri.

FLORENTIÆ BIBLIOTHECAE VI. Prima S. LAVRENTI, quæ MEDICEA appellatur: multi in ea auctores præſertim Græci, nondum excuſi. Hanc COSMVS MEDICES perficiundam curauit anno CIↃ. IↃ. LXXI. legiturque hæc inſcriptio:

DEO, PRAESIDIBVS FAMILIAE
D. CLEMENS VIII. MEDICES P. M.

LIBRIS

FRANCISCI SWEERTII.
LIBRIS OPT. STVDIO MAIORVM
ET SVO VNDIQVE CONQVISITIS,
BIBLIOTHECAM
AD ORNAMENTVM PATRIAE,
CIVIVMQ. SVORVM VTILITATEM
D. D.

II. S MARCI, LAVRENTI MEDICIS & NICOLAI DE NICOLIS liberalitate ac teſtamento inſtructa atque aucta.

III. S. BENEDICTI, libros optimos habens, pulpitorum xxx. ei adiuncti itidem Græci, ſed pauciores.

IV. S. CRVCIS, à SEBASTIANO DE BVCCELLIS in humanioribus aucta, pulpitorum L. & librorum DCCLXXX. tota Latina, & ſanè præclara.

V. In ædibus Archiepiſcopi Florentini, Latinorum Auctorum pulpita XLIV.

VI. MARIAE NOVELLAE, tota Latina, pulpita XLV.

NEAPOLI BIBLIOTHECÆ aliquot inſignes, ex quibus præcipua S. DOMINICI, in qua libri non pauci IOANNIS IOVIANI PONTANI, ab EVGENIA filia, in doctiſſimi patris memoriam dicati ſacro loco, pulpita plena LXV.

Ad S. CATHARINAM pulpita XXXVI.

Ad S. MARIAM CARMELITAN.

Ad S. PETRVM Martyrem.

Ad S. MARIAM OLIVETI.

In S. IOANNIS CARBONARII, quod eſt cœnobium Patrum D. AVGVSTINI, eſt hic adhuc integra Card. HIERON. SERIPANDI BIBLIOTHECA, vbi exemplaria & monumenta multa, eiuſque præceptoris *Iani Parrhaſij*.

PERVSIÆ excellens quoque ad S. DOMINICVM BIBLIOTHECA.

VRBINVM ornat BIBLIOTHECA ſupellectile magna librorum, quorum alij panno aureo atque ſerico villoſo obducti ſunt: olim omnes auro argentoque ornati, ſed ab ALEXANDRO VI. Pont. Max. CAESARE BORGIA F. omnibus ornamentis ſpoliata atque tranſlata, quàm IVLIVS II. Pont. Max. poſtea reſtituit. Multæ in ea Græcorum auctorum tranſlationes, quæ hactenus lucem non aſpexerunt.

VICENTIÆ apud S. DOMINICVM pulcherrima quoque viſitur.

BERGOMI ſplendida quoque ad DOMINICANOS, ab ALEXANDRO MARTINENGO MALPAGA fundata, cum cæteris præclariſſimis Italiæ conferenda, teſte LEANDRO.

CESENÆ in æde D. FRANCISCI conſpicitur BIBLIOTHECA MALATESTAE, eximij ædificij, & pretioſis ac rariſſimis libris M. SS. plena.

MEDIOLANI nobilis eſt Illuſtriſſimi Card. FRIDERICI BOR-

ROMAEI hodie BIBLIOTHECA, Græcis quoque referta libris è media etiam Græcia petitis, Latiniſque quoque inſtructiſſima. Det illi DEVS Neſtoreos annos, quo magis magiſque indies poſſit augeri ad maiorem DEI gloriam.

PAPIENSIS ſiue TICINENSIS non contemnenda, extructa à IOANNE GALEATIO Vicecomite doctiſſimo & litterarum amantiſſimo, qui cuiuſcumque ſcientiæ Doctoribus annua ſalaria inſtituit. Obijt anno M.CCCCII.

Auguſta & copioſa etiam quæ in Carpetanis Hiſpaniæ eſt, ESCVRIACI, ad D. LAVRENTIVM, quam DIDACVS HVRTADVS MENDOZZA, Cæſaris olim apud Venetos Legatus, acceptâ è media Græcia Græcorum librorum plenâ naui, mirificè ornauit. Deſcripſit eam, vt & auguſtum totum Monaſterium IOANNES MARIANA Soc. IESV Theologus, lib. III. cap. X. De Regis inſtitutione.

MATTHIAS CORVINVS Hungariæ Rex, BIBLIOTHECAM & ipſe Budæ habuit, doctorum inprimis amans: ſed à Turcis captâ vrbe, direpta. Hinc HELIODORI ÆTHIOPICA primùm à milite Germano allata feruntur lucem aſpexiſſe. Direptionem huius nobiliſſimæ BIBLIOTHECAE deplorat *Alexander Braſſicanus* in Præfatione ad *M. Saluianum Maſſilienſem*.

VIENNÆ quanta Scriptorum ſit Græcorum librorum copia, oſtendit Tiguri BIBLIOTHECA excuſa, eamque valde auxit IOANNES SAMBVCVS, vir doctiſſimus, Medicus & Hiſtoricus Cæſareus.

BIBLIOTHECA vtriuſque iam Bauariæ Ducis certè præclara eſt, conſtans ex M.SS. Hebraicis, Chaldaicis, Arabicis, Græcis atque Latinis. Catalogum Græcorum M.SS. dedit nuper typis ſuis in lucem *Adamus Sartorius*.

PALATINA Heidelbergæ multis M.SS. Hebraicis, Græcis Latiniſque libris inſtructiſſima: dedicata primũ ab OTHONE HENRICO Electore, aucta verò egregiè ſub FREDERICO IV. Archidapifero, liberalitate VLRICI FVGGERI, adeò vt facile M. SS. & quidem potiſſima ſui parte authenticis omnem prouocet Europam. Huic poſt *Paulum Meliſſum* multis annis præfuit amicus noſter *Ianus Gruterus*. Sed cùm eam principem vrbem *Dominus de Tilly* militiæ Ducis Bauariæ Præfectus, armata vi nuper occupaſſet, celeberrima hæc BIBLIOTHECA Romam tranſmiſſa eſt ad Principem litterarum VRBANVM VIII. Pont. Max. vbi nunc in parte vna VATICANAE Bibliothecæ conſpicitur.

HENRICVS RANZOVIVS IOAN. F. FRIDERICI II. Regis Daniæ conſiliarius, tam vtriuſque ducatus Schleſwicenſis & Holſatiæ quam Ditmarſorum gubernator ac loci tenens, ampliſſimam habuit BIBLIOTHECAM, libris Græcis Latiniſque abundantem quos ita alloquitur, ad imitationem Flaminij:

Saluete aureoli mei libelli,
Meæ deliciæ, mei lepores.

Quam

Quam vos ſæpe oculis iuuat videre,
Et tritos manibus tenere noſtris.
Tot vos eximij, tot eruditi,
Priſci luminæ ſæculi & recentis.
Confecêre viri, ſuaſque vobis
Auſi credere lucubrationes,
Et ſperare decus perenne ſcriptis.
Neque hæc irrita ſpes fefellit illos,
Veſtro præſidio per vniuerſum
Æuo perpetuo leguntur Orbem,
Doctorumq́ue volant per ora clari.
Vos eſtis requies honeſta mentis.
Iucunda ingenij s bonis voluptàs,
Rebus perfugium minus ſecundis:
In lætis decus & nitor refulgens.
Vos ætate puer virente, magno
Sum complexus amore; nunc vir autem.
Multo proſequor impotentiore.
Et quam Fata diu ſinent amare,
Vobis immoriar mei libelli:
Ac cum Rege lubens fatebor illo
ALPHONSO *egregio, eſſe cariores*
Veſtras diuitias mihi, benignæ
Quam ſors, quas mihi contulit caducas.
Saluete aureoli mei libelli,
Saluete, ex quibus hæc mihi voluptas.
Æuum percipitur per omne grata.
Quàm non intueor libenter? & quam
Lubens colloquor! Ecquid æſtimandum eſt
Carius eſſe beatius ſolutis?

Eius perpetuum de Bibliotheca ſua

DECRETVM.

QVAE INFRA SCRIPTA SVNT, HVNC IN MODVM
SANCITA SVNTO,
INVIOLATEQ. OBSERVANTOR.
RANZOVII, NEC QVISQVAM ALIVS,
HANC POSSIDENTO.
HEREDES EAM NON DIVIDVNTO,
NEMINI LIBROS, CODICES, VOLVMINA, PICTVRAS,
EX EA AVFERENDI, EXTRAHENDI,
ALIOVE ASPORTANDI,
NISI LICENTIA POSSESSORIS
FACVLTAS ESTO.
SIQVIS SECVS FECERIT,
LIBROS PARTEMVE ALIQVAM ABSTVLERIT

EXTRAXERIT, CLEPSERIT, RAPSERIT,
CONCERPSERIT, CORVPERIT,
DOLO MALO:
ILLICO MALEDICTVS,
PERPETVO EXECRABILIS,
SEMPER DETESTABILIS
ESTO, MANETO.

AVGVSTANA quoque Græcis abundat exemplaribus calamo exaratis, Reipub. ſumptu coëmptis. Eius indicem, vt publica eſſet communibus vſibus bis euulgauit qui præerat Dauid Hœſchelius eruditiſſimus vir; nunc M. Elias Ehinger Auguſtanus, & ipſe Profeſſor Gymnaſij ad D. ANNAE ac Bibliothecarius, clarus libris foras datis. Ibidem hæ leguntur inſcriptiones:

BIBLIOTHECAM HANC S. P. Q. AVGVSTANVS BONARVM ARTIVM STVDIIS, ET DOCTORVM HOMINVM VSVI EXTRVXIT ANNO CIↃ. IↃ. LXII.

Hæc Heliconiadum domus eſt, hic flauus Apollo
Caſtalio Vatum labra liquore rigat.

BIBLIOTHECA HOSPITIBVS.

Hoſpes in humanum rapiendi proijce morem;
Quod tibi non fieri vis, prior ipſe caue.
Omnibus aſpectus datur: At malefida rapina
Res eſt hoſtilis, plena latrocinij.

Ibidem.

Paullatim quoque ROMA *ſuis progreſſibus vſa*
Creuit. Id exemplum Bibliotheca ſequor.

BIBLIOTHECA CARMELITARVM Londinenſium (tota iam proh dolor perijt) multitudine & antiquitate ſuperauit omnes quotquot erant Londini. Tot in ea erant nobilium auctorum volumina, maiuſculis Romanis ſcripta, vt illa ætas X. ad minimum aureorum millibus æſtimauerit, anno nimirum Chriſtianæ ſalutis CIↃ. CCCC. XX.

Quid dicam de BIBLIOTHECA PVBLICA quam inſtituit in Academia OXONIENSI THOMAS BODLEIVS Eques Auratus? huius Catalogum euulgauit *Thomas Iames* ibidem Bibliothecarius. Quæ ſi fuerit ex Conditoris præſcripto bene adminiſtrata & gubernata, omnium totius Orbis BIBLIOTHECARVM luminibus facilè obſtruxerit.

PARISIIS, BIBLIOTHECA REGIA & MEDICAEA: illa à FRANCISCO I. Galliarum rege, literarum parente; hæc à CATHARINA MEDICAEA Galliæ regina, magnis impenſis comparata, & optimis vtriuſque linguæ auctoribus M. SS. inſtructiſſima.

Exſtat ibidem quoque THVANICA, præſtantiſſimis omnium diſciplinarum auctoribus, tam M. SS. quàm typis excuſis, refertiſſima: illam IAC. AVGVSTVS THVANVS Senatus Pariſienſis Præſes, XL. & amplius annos congeſſit, adeoq; ſupremis teſtamenti tabulis illam etiam exteris Philologis communem eſſe voluit. Sed præſtat ipſius verba è teſtamento eius deprompta, hic adſcri-

adſcribere: BIBLIOTHECAM *meam*, inquit, XL. *amplius annorum ſpatio magnâ diligentiâ ac ſumptu congeſtam, quam integram conſeruari non ſolum familiæ meæ, ſed etiam rei litterariæ intereſt, diuidi ac diſsipari veto, eamque communem cum Numiſmatis antiquis aureis, argenteis, æreis, inter filios qui literis operam nauabunt, facio, ita vt etiam exteris, aliiſque philologis ad vſum publicum pateat.*

IOANNIS VINCENTII PINELLI Patritij Genuenſis, Patauij defuncti, celeberrima quoque fuit, quam per annos XL. collegit magno labore: hanc Venetias deuehendam curauerant amici, vt inde mari Neapolim impendio minori appelleret, placuitque in tria nauigia capſas conijci, quæ recta *Fortori* portum in Apulia peterent. Nauium harum altera cum III. & XXX. capſarum ſarcina in piratas Turcas incidit, qui prædæ opulentæ inhiantes, cùm chartas ac libros inueniſſent, gaudio in iracundiam verſo, inutiles ſibi merces in mare abiecerunt. *I nunc qui ſine modo hæc amas. Reges magnos æmulare: heredum improbitas, latronum iniuria, domeſticorum fraus, elementa adeo ipſa perdent delicias tuas.*

LOVANII Societatis IESV eſt optimis inſtructa libris, conſtatque ex BIBLIOTHECIS LÆVINI TORRENTI Antuerpienſium Præſulis digniſſimi & doctiſſimi, & CAROLI LANGI Canonici Leodicenſis, editis ſcriptis notiſſimi; FRANCISCI CRANEVELDI Conſiliarij quondum CAES. CAR. V. & M. SS. Græcis IVSTI LIPSI Senatus litteratorum Principis.

ATREBATI in Cathedrali B. Virginis & Matris templo inſignis quoque M. SS. Theologicorum voluminum BIBLIOTHECA viſitur.

Eſt vicina Aloſto in Flandria celebris Abbatia AFFLIGEMIENSIS, & altera S. AMANDI inter Tornacum & Valentianas (quieſcit in ea famâ celeberrimus IANVS SECVNDVS *Hagienſis*, *quem ipſæ Muſæ ſtupuêre canentem*) vtraque Ordinis *Benedictini*, quæ BIBLIOTHECAS habent ſane elegantes: quibus neque GEMBLACENSIS cedit, fœcunda libris nuperis & priſcis. Abbatia iſta Brabantiæ prima, III. mill. Namurco diſtans: cuius mentio in Itinerario Abrahami Ortelij his verbis: *Hinc* GEMBLACVM *ire placuit, vt inſignem illam Bibliothecam librorum M. SS. quæ in eo ferebatur eſſe Cœnobio videremus. Nec nos ea fefellit opinio, adſeruantur enim hic optima exemplaria quamplurima, & librorum præcipuè, qui rem Theologicam tractant, quales ſunt veterum religionis noſtræ Antiſtitum lucubrationes, & quicunque ab eo tempore ſcripturam ſacram Latinè ſunt interpretati, nam ex Græcis nullos vidimus. Adſunt & Poëtarum, & Oratorum opera, & quidquid ad Latinas facit litteras aliquorum, & diuerſa exemplaria, quorum tamen nonnulla, quæ etiam habet Catalogus, hoc tempore deſiderantur. Hiſtoriarum præterea videre eſt longo ex ordine diſpoſita volumina, & inter ea* SIGEBERTI *ſui memoriam ſanctè conſeruat: qui quondam in hoc eodem agens Cœnobio, Chronicon illud ſuccinctum quod paſsim habetur, concinnauit, atque ab imperio* VALENTINIANI IVN. & GRATIANI AVGG. *exorſus, ad ſua vſque perduxit tempora. Vixit autem ſub* HENRICO *eius nominis III. Aug. & anno* CIↃ. C. XII. *diem clauſit ſupremum.*

TVNGERLOANA Abbatia Ordin. Præmonſtratenſis, & illa inter Brabanticas non ignobilis; cui nunc ſumma cum laude præfectus eſt Reue-

rendus Dominus ADRIANVS STALPART, vir ſuauiſſimis moribus, vitæque exemplaris, qui hoc vnum agit, Religioſos vt habeat pios & doctos. BIBLIOTHECAM habet, quæ non ſolum Belgis, ſed & exteris admirationi eſt. In ea & ex ea eximius CORNELIVS IANSSENIVS Gandenſium Epiſcopus, Concordantiam ſuam contexuit, dum hic Theologiæ Lectorem ageret. Ibidem hi verſus leguntur:

Miramur veterum ſtatuas grandeſq́ coloſſos,
Æra vel artificis viuere iuſſa manu.
Miramur turres & tecta minantia cælo,
Quæ ingenti lapidum mole parata vides.
At maiora tibi ſunt hic miracula, lector,
Quæ ſuperent gazas, Crœſe beate, tuas.
Temporis illa etenim ſenium triſtemq́ ruinam,
Aut Iouis irati fulmina ſæua timent.
Nil iuris tempus, nil inuidioſa vetuſtas
Hic habet; æterno nomine viuet opus.
Me iuuet hic reliquum vitæ conſumere tempus:
Hic dentur ſtudijs otia ſancta meis.
Diuitijs alius ferratas impleat arcas,
Ac tantas ſemper ſit miſer inter opes.
Pauperiem fugiens currit mercator ad Indos,
Audiat & rauci murmura ſæua maris.
Spumantes alius pateras, ardenſq́ falernum
Ebibat, atque gulæ fercula lauta paret.
Pernoctetque ſuæ male ſanus amator amicæ
Ante fores, imo pectore vulnus alens.
Hic me nulla fames auri argentique cupido,
Nec mea terrebit pectora cæcus amor.
Has facilè abrumpent ſacrata volumina curas,
Si vigili euoluam ſæpius illa manu.
Huc ades ô quiſquis diſcendi raptus amore,
Quæris quæ docti compoſuere viri.
Inuenies ſacri quæcumque oracula vates
Afflati ſummo præcinuere Deo:
Siue Latina cupis, ſeu Græca reuoluere, fonte
Hæc velut è largo Bibliotheca dabit.

VICONIENSIS Abbatia Valentinianis adiacet, eiuſdem Ordinis Præmonſtratenſis, in ea nitor admirabilis, ſiue Eccleſiam Cœnobij ambitum BIBLIOTHECAMq; ſtupendam ſpectes. ALEXANDER FARNESIVS, illud belli fulmen, in Belgio & Francia, illam luſtrans aliquando, affirmauit nihil in Italia ſimile à ſe viſum.

LVGDVNI BATAVORVM licet noua non contemnenda, cui hodie præeſt DANIEL HEINSIVS Gandenſis, vtriuſque linguæ doctiſſimus. Hanc auxit locupletauitque CL. IOSEPHVS SCALIGER CAES. F. nam moriens legauit omnes M. SS. Græcos, Hebraicos, Chaldaicos, Syriacos, Arabicos, Æthiopicos, Perſicos & Armeniacos.

In

In Bibliotheca Franciſci Sweertl.

QVISQVIS ES,
HANC LEGEM LEGE,
HERVS ET HERES EDICO TIBI.
MVSARVM, APOLLINISQ. SACER HIC LOCVS,
MVLTIS CLAVSVS, PAVCIS RECLVSVS.
SI CVM PAVCIS VIVIS. SAPIS;
ADESTO, INESTO.
QVOSCVMQVE LIBROS, QVALEISVECVMQ.
SPECTABIS INIBI, LIBERE
TANGITO, LEGITO.
IMPRESSI NEI PERTVRBANTOR:
M. SS. NEI TANGVNTOR:
AD TENTARE SECVS
CAPITAL ESTO.
VISI, LECTIVE, ELECTI, PLACITIVE,
NEI ROGITANTOR, NEI EFFERVNTOR.
IMPORTVNVS SI SIES,
EXESTO, ABITO.
IGNOTIS, NVLLOS, NONQVAM:
AMICIS RARO, PAVCOS
DABO, VIX DABO.
LEGIS QVI TEMPTOR CLVET:
MVSARVM APOLLINISQVE HOSTIS,
APOLLINI MVSISQ. HOSTIA
SACRVFICATOR
AST AVDIN? FALLENTI ME SEMEL
PERPETIM CLVSIVS INSISTO.

F. Proſper Stellartius Auguſtinianus.

IBIDEM.

Sumptu me multo Dominus ſtudioq; perornat,
Vt ſim culta bonis BIBLIOTHECA *libris.*
Spectatum admiſſus, probitatis munia ſeruet:
Ne quid deformet, ſurripiatue mihi.
Ordine quæque videt quo nunc digeſta, reponat:
Ne ſint diuerſis poſt repetenda locis.
Vrgenti Dominus ſi quicquam commodet, illud
Integrum, vt accepit, non monitus referat.
Si quadam inueniet non prorſus grata palato,
Iudicioque nimis forte probanda ſuo;
Seſe contineat placide: tacitus meditetur,
Inſunt & ſcriptis turpia menda meis.
Hanc quiſquis legem contemnes, BIBLIOTHECA
Abſtine ab alterius: uolue reuolue tuam.

Ludebat CORN. KIL. Duffl.

SYLLABVS

EORVM QVI BIBLIOTHECAS, ELOGIA, EFFIGIES VITASQ. VIRORVM LITTERIS ILLVSTRIVM SCRIPSERVNT ET EVVLGARVNT.

ONVPHRIVS PANVINIVS Auguſtinianus M. S.
IVSTVS LIPSIVS Iſcanus Syntagma
FVLVIVS VRSINVS Canonicus Romanus
} DE BIBLIOTHECIS.

IACOBVS MIDDENDORPIVS
PETRVS CRATEPOLIVS Ord. Minor.
ALFONSVS GARÇIAS MATOMORVS.
} DE ACADEMIIS.

S. HIERONYMVS Stridonenſis Presbyter.
GENNADIVS, Maſſilienſis Presbyter.
ISIDORVS, Hiſpalenſis Epiſcopus, poſt HIERONYMVM & ante S. ILDEPHONSVM.
HONORIVS Auguſtodunenſis Presb.
SIGEBERTVS Gemblacenſis Monachus.
HENRICVS A GANDAVO, De Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus. Hos VI. Scriptores ſimul edidit SVFFRIDVS PETRVS Leouardienſis. Coloniæ Agrippinæ, typis Materni Cholini, M. D. LXXX.

Catalogus aliquot Hiſpaniæ Scriptorum illuſtrium, per S. ILDEPHONSVM, editus cum notis ab ANDREA SCHOTTO Soc. IESV & PETRO PANTINO Tiletano.

IOANNES TRITHEMIVS.
ROBERTVS BELLARMINVS Card.
BOSTONVS BVRIENSIS Anglus.
} De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

BIBLIOTHECA PHOTI, quam è Græco feliciſſimè vertit ANDREAS SCHOTTVS Soc. IESV.

BIBLIOTHECA & APPARATVS *Antonij Poſſeuini* Soc. IESV.
BIBLIOTHECA SACRA *Sixiti Senenſis*, Ord. Prædicatorum.
BIBLIOTHECA SS. PATRVM Bignæi.
BIBLIOTHECA THEOLOGICA *Ioannis Molani*, Theologi Louanienſis. M. S.
BIBLIOTHECA SACRA BELGICA Theologorum, Canoniſtarum, Scholaſticorum, &c. auct. *Gulielmo Gazæo*.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISPANIAE, auct. ANDREA SCHOTTO prodijt ſub nomine *Peregrini.*

BIBLIOTHECA CARMELITANA *Petri Lucij* & *Arnoldi Boſtij.*

BIBLIOTHECA CARTVSIANA *Theodori Petreij.*

BIBLIOTHECA *Conradi Geſneri*, aucta per *Ioſiam Semlerum* & *Ioannem Iacobum Friſium.* SVPPLEMENTVM dedit *Antonius Verderius.*

BIBLIOTHECA MEDICA *Paſchalis Galli Pictonis.*

BIBLIOTHECA MEDICA *Ioannis Georgii Schenckij.*

BIBLIOTHECA BELGICA *Valerij Andreæ* I.V.D.

IOANNES GARSONIVS.
ANTONIVS SENENSIS.
ALFONSVS FERNANDEZ Placentinus.
IOANNES ALBERTVS.
} De vitis & Scriptoribus Ord. S. DOMINICI.

TRIVMPHVS VIROR. ILLVST. ORD. PRAEDICATORVM, auctore *Ioanne Marieta* Cantabro, linguâ Hiſp. lib. XXII.

IOSEPHVS PAMPHILVS Epiſcopus, De Scriptoribus Ord. Eremitarum.

THOMAS GRATIANVS De Scriptoribus Ord. Eremit. S. Auguſtini.

IOANNES DE NIGRA VALLE, De Scriptoribus Ord. Canon. Regularium.

IACOBVS DE PLEBE, De Scriptorib. Ordinis Seruorum.

ARNOLDVS WION, Lignum Vitæ, ornamentum & decus Eccleſiæ lib. V. Sunt Elogia clarorum Ord. ſui S. BENEDICTI Scriptorum.

PETRVS RODVLPHVS.
HENRICVS WILLOT.
FRANCISCVS GONZAGA
} De Scriptoribus. Ord. Minorum.

PETRVS RIBADENEIRA. De Scriptoribus relig. Soc. IESV.

IACOBVS PAMELIVS dedit Commentatores veteres in SS. Biblia.

ALFONSVS GARCIAS MATAMORVS Hiſpalenſis, De litteratis Hiſpaniæ viris.

IOANNES BVNDERIVS Dominicanus INDICEM reliquit M.SS. quos ante Iconomachiam viderat in Bibliothecis Belgicis.

NOMENCLATOR S. R. E. Card. qui ab anno Chriſti milleſſimo quippiam commentati ſunt, ſub nomine *Anonymi.*

ELOGIA Gallorum litteris clarorum lib. V. auct. *Scæuola Sammarthano.*

ELOGIA Ligurum litteris claror auct. *Vberto Folieta.*

ELOGIA illuſtrium Belgij Scriptorum, auct. *Auberto Miræo Bruxell.*

ELOGIA Virorum illuſtrium, auct. *Laurentio Beyerlinck Antuerp.* ad opus Chronographum orbis vniuerſi *Petri Opmeri*

ATHE-

ACADEMIÆ SCHOLÆQ.

ORBIS VNIVERSI

OLIM ET NVNC ILLVSTRES.

Ex Iuſto Lipſio, I. Middendorpio, P. Cratepolio aliiſque Methodicè collegit Franc. Sweertius.

QVID LONGIS OPVS EST, SI BREVIS ESSE POTES?

IN Oriente ACADEMIA fuit, quæ DABIR dicta, & prius vocabatur CARIATSEPHER, id eſt, *Ciuitas litterarum.* Sed & opidatim in Iudæa Scholas habebant, quas ſuo nomine BATTE MIDRAS vocabant, inſtituendæ pueritiæ.

In alio Oriente item Scholæ. De *Indis* certum eſt *Brachmannos & Gymnoſophiſtas* fuiſſe, & cœtus ſuos docendi diſcendique habuiſſe. Manent, hodieque & nomen ipſum *Brachmannum* durat. Strabo auctor eſt, ſimulatque mater prolem concepiſſet, matri continentiæ præcepta, & certas viuendi leges *Brachmanni* præſcribebant: poſt verò pro ratione ætatis elegantiores & peritiores magiſtros dabant: qua ex re fiebat, vt matribus ipſis optimi liberi naſcerentur, & Rempublicam vtiliſſimis ciuibus replerent; atque in omni doctrina & virtute præſtantiſſimos viros, in vniuerſum terrarum Orbem INDIA produceret. Vide *Clementem Alexandrinum lib. VI. Stromatum.*

In IAPONIA BONZII ſunt: & ij magnos diſcentium cœtus in primariis opidis habent, & qui cum Pariſienſi aliqua ACADEMIA componant. Hoc inter Scriptores conuenit, plurimos Græcorum maximis laboribus, eorum doctrinæ percipiendæ gratia, in Indiam nauigaſſe.

In ÆGYPTO olim SAIS ET HELIOPOLIS fuêre, & artium ibi doctores Sacerdotes. *Homerus Poëtarum* Princeps, eò diſcendi cauſſa, *Solon, Thales, Plato Philoſophorum* Deus aliique iuerunt: & ſacræ literæ palam MOYSEN *inſtitutum omni diſciplina Ægytiorum*, quorum Sacerdotum, quod bonis artibus cæteros longè ſuperarent. Apud Græcos Philoſophos de rebus naturalibus iudicium maximæ ſemper auctoritatis fuit. ARISTOTELES familiæ Peripateticæ pater, naturæ miraculum, cùm in Aſia verſaretur, plurima à Iudæis & Ægyptiis didicit. Paulatim Ægyptiorum Reges præſtantiſſimos quoque Philoſophos, maximis præmiis è Græcia euocarunt, qui Græcorum litteras & doctrinam in Ægyptum intule-runt.

ALEXANDRIA poſtmodum eminuit, & iam à conditore illo cœpit.

Ivl. Caesar, cum poſt *Pompeij* necem eò veniſſet, teſte *Appiano*, vrbem circumiens, mirabatur pulchritudinem, & ſtans inter plebem Philiſophos audiebat: nempe in publicis auditorijs & Gymnaſijs. Sacras etiam ibi litteras ab antiquo floruiſſe auctor *Euſebius Cæſarienſis*, vbi de Pantæno. Docebat *is*, inquit, *Alexandriæ, cum ex antiquo Schola illic conſtituta eſſet ſacrarum litterarum, quæ & ad noſtra tempora peruenit*. Viguit & Medicina. Audi *Ammianum: Adeò*, inquit, *vt pro omni experimentâ ſufficiat Medico ad commendandam artus auctoritatem, ſi* Alexandriae *ſe dixerit eruditum*. In eadem vrbe doctrinæ variæ ſemper quoque flouêre, donec Avreliano Imperatore ciuilibus diſſidijs concuſſa, amiſit regionis maximam partem, quæ Brvchion appellatur, diuturnum præſtantium hominum domicilium. *Gregorius Nazianzenus*, Officinam omnis doctrinae appellat. *Ariſtarchus* Grammaticus maximi iudicij, Alexandiae bonarum litterarum publicus Profeſſor fuit, & ſupra mille Commentarios reliquit. *Apollonius Dioſcorus Herodiani* Grammatici pater hic Grammaticam docuit. *Arrius* Philoſophus, Profeſſor Alexandrinus, Avgvsto Caesari Alexandriam venienti ſeſe obtulit, tantoque in honore apud eum fuit, vt Avgvstvs palam fateretur *Alexandrinos* triplici de cauſa à ſe conſeruatos eſſe: *Ob Alexandri memoriam, vrbis pulchritudinem, Arrij doctrinam.* Philo Iudæus liberalibus artibus hic eruditus eſt. *Porphyrius Originem*, aureum illud orationis flumen, hic ſe vidiſſe fatetur.

In ipſa Græcæ *Bœtia*, vetuſta Schola *Mycaleſſi* fuit, bello Peloponneſiaco, *Thucydide* teſte. Narrat vrbem eam ex improuiſo à Thracibus captam, & inter clades præcipuam fuiſſe, incidentes in ludum litterarium (qui maximus ibi erat, & pueri etiam paullò antè ingreſſi) omnes interfecerunt.

ATHENÆ celebritate & gloria hanc ſuperarunt, aliaſque vetuſtate. De quibus *Iuſtinus: Litteræ ac facundia, & hic ciuilis ordo diſciplinæ, velut* Templvm *Athenas habent*. Philo ſcitè ſcripſit: *Quod pupilla in oculo, in anima mens ſiue ratio, hoc in Græcia* Athenæ. Atque alius breuiter, ἑλλάδος ἑλλάδα, Græciæ Græciam, eas dixit. Deplorandum, quod ſub Honorio & Arcadio nil niſi mellis ferè opifices illic agerent, vt eſt apud *Syneſium* Epiſtola cxxxvi. omnibus artibus in exilium pulſis. *Gymnaſia* publica olim Athenis præcipua fuerunt Lycivm & Stoa, vnde ſecta Stoica, & Philoſophi Stoici nominati ſunt. His acceſſerunt Cavponvm, Pritanivm & Tempe, ſunt qui addunt Cynosargicvm, in quo Anthiſtenes Cynicæ familiæ auctor & Princeps philoſophabatur. Lvcianvs *in Dialogo de laudibus Demoſthenis*, haud inter poſtremas eius felicitates refert, quod Athenis natus & inſtitutus eſſet. Nemo apud veteres perfectus Philoſophus, & ſummus Orator habebatur, qui Athenis non ſtuduerat. Quapropter nobiliſſimi quique Romani, ad capiendum ingenij cultũ eò ferè proficiſcebantur, teſte Agellio. *Horatius Flaccus* perfectum ſe Athenis Poëtam euaſiſſe gloriatur. *Marcus Tullius* hic eruditus eſt: *Pomponius* quoq; *Atticus*, intimus *Ciceronis* amicus. *Baſilius* & *Nazianzenus* ſummi Theologi ibi Philoſophiæ & eloquentiæ doctrinam hauſerunt.

CYRENENSIS florentiſſima vniuerſitas, doctiſſimos in omni littera-

rum

rum genere Philoſophos erudiuit, qui recitantur apud *Strabonem lib. XVII. Cratippus* nimirum Socraticus Cyreniacæ Philoſophiæ auctor & Princeps. *Areta* eius filia, quæ in Schola illi ſucceſſit. Præterea *Callimachus* & *Eratoſthenes*, quos Ægyptiorum reges propter variarum artium doctrinam honorarunt. Item *Carneades* & *Cronus Apollonius*. Ab eruditione & induſtria huius ACADEMIAE alumni cùm apud alios ſcriptores, tum inprimis CICERONEM frequenter meritò prædicantur. Habuerunt & Iudæi celeberrimam hic Synagogam, cùm *Ptolomeus Epiphanes* & *Antiochus de Paleſtina* Imperio decertabant, vt victoris tyrannidem euaderent. Chriſtianam Theologiam docuit Marcus Euangeliſta.

ANTIOCHENA, præter florentiſſimam Iudæorum *Synagogam*, celeberrimum quoque Philoſophorum *Gymnaſium* habuit. CN. POMPEIVS poſt bellum *Mithridaticum*, mirabiliter honorauit, auctore *Eutropio*. *Hic Lucianus Samoſatenſis* Iuriſprudentiam, *Vlpianus* præſtantiſſimus Orator Rhetoricam docuêre. *Hic Libanius Sophiſta*, publicus eloquentiæ Profeſſor, Magnum illum *Baſilium*, *Gregorium Nazeanzenum*, & aureum orationis flumen *Chryſoſtomum* erudiuit. *Origenes Adamantius* à *Mammea* ALEXANDRI Imp. matre ex Ægypto Antiochiam euocatus, Philoſophiam magno cum fructu profeſſus eſt.

EPHESINA, teſte *Iuſtino* Philoſopho floruit, atque in ea omnium artium atque linguarum peritiſſimi viri olim fuerunt. Hic *Phyloxenus* Poëta Lyricus profeſſus eſt. *Phormio* etiam Philoſophus Peripateticus eo tempore ibidem in honore & pretio fuit, quo HANNIBAL à Romanis ſuperatus apud Antiochum Regem exulabat. Nam cùm aliquandò de re militari & Imperatoris officio grauiter ornateque (vt ſuis videbatur) in præſentia eorum diſſeruiſſet: HANNIBAL *multos ſe deliros ſenes vidiſſe dicebat, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem, quippe qui cum nec hoſtem nec caſtra vnquam vidiſſet, de re militari præcipere imperatoribus auderet*. APOLLONIVS TIANEVS ex India reuerſus Epheſi aliquot annos quoque floruit.

CÆSARIENSIS bonarum artium ſtudijs & litterarum gloria *Synagogas* & *Academias* alias ſuperare conata eſt. *Origenes*, Theologorum & Philoſophorum decus, auctore *Euſebio*, Sacras litteras publicè hic interpretatus eſt: vbi cùm aliquamdiu hæreret, multos præclaros viros produxit. Doctiſſimum illum *Gregorium Ponticum* ex Philoſopho Chriſtianum, ex I C. Theologum reddidit. *Procopius* quoque hic floruit, qui IVSTINIANI Imp. per *Beliſarium* res geſtas feliciter deſcripſit.

NICOMEDIENSIS Synagoga in Bythinia olim famoſiſſima; nam poſtquam *Nicodemia* in eum ſplendorem & magnificentiam excreuiſſet, vt Romani Imperatores ibi crebrò verſarentur, doctiſſimos & ſanctos Epiſcopos haberet, liberales etiam artes, Græcæ Latinæque litteræ florere cœpiſſent. CONSTANS IMP. CONSTANTINVM F. eò erudiendum miſit, teſte *Nicephoro lib. VII. Hiſtor.* Eccleſiaſticæ cap. XVIII. Hic diſertiſſimus ille Chriſtianorum *Cicero* FIRMIANVS LACTANTIVS Eloquentiam docuit.

HELIOPOLITANVM *Gymnaſium* non obſcurum fuit. Omne diſciplinarum genus præſtantiſſimi viri olim hic tradiderunt. Philoſophorum Græcorum habitationes hic ſe vidiſſe ſcribit *Strabo. Hic Dionyſius Areopagita*, Athenienſium Epiſcopus, bonis artibus operam dabat, quando ob mortem Saluaris noſtri Sol obſcuratus, & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſum orbem terrarum, vt ipſe refert Epiſtola VII. ad *Polycarpum*.

BERYTENSIS. Academia in Phœnicia, præ cæteris florentiſſima olim quoque fuit, LEGVM NVTRIX meritò appellata, quæ vt rectius ibi florerent DIOCL. & MAXIM. magnis priuilegijs ornarunt. *Dorotheus* & *Anatolius*, (quorum operâ Imperator in emendando Codice vſus eſt) Legum hîc Doctores fuêre. *Gregorius* etiam *Ponticus* Iuriſprudentiam profeſſus eſt. *Apollinaris* ſenior Grammaticam docuit. Dolendum hanc Academiam, quæ in tantum ſplendorem & litterarum gloriam excreuerat, cum clariſſ. Profeſſoribus & iuuentute lectiſſima, horrendo terræ motu concidiſſe tempore IVSTINIANI, *Agathiâ* teſte.

SIDONIENSIS Vniuerſitas multarum optimarumque quoque artiũ Magiſtros, atque Aſtronomiæ & Arithmeticæ doctiſſimos Profeſſores, reliquarumque Philoſophiæ partium doctrina clariſsimos habuit. Antiquum de *Atomis* dogma, *Poſſidonio* teſte, *Moſchi* eſt Doctoris *Sidonij*; qui ante bellum Troianum in magno pretio. Hinc *Beotus*, cum quo *Strabo* peripateticè philoſophatus eſt, & *Diodorus* eius frater, multique alij viri excellentiſsimi prodierunt.

CORINTHIORVM celebris non minus quàm ATHENIENSIVM Vniuerſitas. *Dionyſius Syracuſanorum* tyrannus, dum in exilio ageret, hic bonas artes profeſſus eſt, vt eſt apud *Ciceronem lib. III. Tuſcul. queſtion. & Valer. Max. lib. VI. Decearchus Philoſophus* de animo in hoc Gymnaſio diſſeruit, eamque diſputationem & prælectiones ſuas III. lib. complexus eſt. Hic Philoſophos & celeberrimam Vniuerſitatem fuiſſe, B. PAVLVS, in priori ad ipſos epiſtola perſpicuè ſatis declarat, qui & animorum immortalitatem carniſque reſurrectionem pernegarent, & PAVLVM vt indoctum & barbarum faſtidirent.

TARSENSIS *Synagoga in Cilicia*, teſte *Strabone*, *Athenas* & *Alexandriam* ſuperauit Philoſophiâ & reliquis diſciplinis. Præſtantiſsimi hic Philoſophi floruerunt; D. PAVLVS, illud vas electionis, tantam humanarum & diuinarum ſcientiam hic percepit, inſigni illo *Gamaliele* vſus præceptore.

LACEDÆMONIORVM Academiam antiquiſsima. *Pythagoras* ille *Samius* ex Ægypto & Perſia reuerſus, *Lacedæmoniam* ſtudiorum bonorum ergo nauigauit. *Phocion* Athenienſis, cùm filij ſui intemperantiam domeſticâ diſciplinâ cohibere non poſſet, ad *Lacedæmonios* tranſmiſit inſtituendum, Atticæ diſciplinæ (quæ tum omniũ præſtantiſsima habebatur) *Lacedæmoniorũ* præferens.

RHODIVM Gymnaſium propter incredibilem loci opportunitatem vrbiſq, auctoritatem famoſiſsimum quoq; fuit: quippe in quo omne diſiplinarum genus

genus accuratiſſimè tradebatur. POMPEIVS MAGNVS ex Aſia reuerſus omnes Profeſſores audiuit, & ſingulis auri talentum obtulit. *Poſidonium* quoque Stoicum audire voluit; ſed cùm audiret eum decumbentem, nobiliſſimum Philoſophum inuiſit. TIBERIVS etiam Imperator RHODI ſalubritate delectatus circa Profeſſorum auditoria, tam aſſiduus fuit, vt à pleriſque reprehenderetur. *Ariſtodemus Strabonis Geographi* præceptor, duas hic Scholas habebat, mane enim Rhetoricam, meridie Grammaticam profitebatur. Ad hanc Vniuerſitatem non Romani ſolùm, ſed ſapientiſſimi etiam Athenienſes ingenium ſuum exculturi confluxerunt. Conſule *Diogenem Laërtium lib. IV.*

CRETENSIS *Academia* celebris olim fuit: dabant enim *Cretenſes* maximam operam iuuentuti inſtituendæ. *Ephorus lib. de repub. Europa*, ſcribit horum Rempub. à doctiſſimis viris, optimiſque legibus ita inſtitutam fuiſſe, vt pleræque Græcorum ciuitates, eam ferè imitarentur: quas tamen METELLVS, vbi eam inſulam Romano adiecíſſet imperio, abrogauit, legeſque Romanas introduxit. *Muſicam* ita hic coluêre, vt plerique ſcriptores eam ipſos reperiſſe probent. Tandem veram Philoſophiam accepêre à D. PAVLO, ipſis relinquens *Titum* Epiſcopum.

In PERSIA & ACADEMIAS habuerunt, arteſque ab *Aſſyrijs* & *Babylonijs* acceperunt. Doctores MAGI diligentiſſimi naturæ ſcrutatores, diuinas res contemplando, diſcipulos ſuos iiſdem myſterijs initiabant: tantæque apud eos ſemper auctoritatis fuerunt, vt conſilij capiendi gratiâ regibus aſſiſterent, & nemini regnare liceret, qui non ante MAGORVM diſciplinam ſcientiamque perceperat, vt eſt apud *Ciceronem lib. I. de Diuinat.*

ÆTHIOPES bonarum artium adeò ſtudioſi fuerunt, vt LVCIANO teſte, reliquos mortales ſapientiâ antecellere, & *Aſtrologiæ* peritiam vniuerſo Orbi tradidiſſe affirmet. Non pauci hic reperiuntur, qui non ſolum omnium hominum voces, auiumque cantus addiſcere, effingere atque imitari, verùm etiam ſimul interrogare & reſpondere, ſorbere & flare poſſint: linguam diſſectam habent & ferè duplicem, ad omnes neceſſarios vſus accommodatiſſimam, vt præ cæteris hominibus ad percipiendam ſapientiam ab ipſa natura inſtructi eſſe videantur.

AFRICANI vafra & acuta natio, nouarum & mirabilium rerum, maximorum ingeniorum doctiſſimorumque hominum procreatrix ſemper extitit. Nam acerrimi Eccleſiæ Chriſtianæ & veræ ſapientiæ euerſores hæretici quamplurimi: grauiſſimi quoque & eruditiſſimi eiuſdem patroni & vindices *Tertullianus*, *Cyprianus*, *Auguſtinus*, *Optatus Miluetanus*, alijque ex APHRICA prodierunt: quorum præſtans ingenium, vehemens, acre & neruoſum dicendi genus, vniuerſi terrarum orbis ſapientes non immeritò admirati ſunt. *Ioannes Leo* teſtis atque arbiter oculatus ſcribit *AlmanZorem Regem* ſtudijs propagandis in opido MAROCO ſuperba ædificia inſtituiſſe, *Templum eſt*, inquit, *quo maius vix reperitur in toto orbe, in cuius porticu centum circiter librariorum officinæ, itemque alia totidem è regione fuerunt. Præterea* COLLEGIVM *ibidem nobiliſſimum, in quo xxx. Aula, ſiue Atria, & in medio vnum ampliſſimum: vbi*

legere publicè ſolent, dum vrbs ea, & ibi litteræ florebant. Hæc omnia perierunt, & tempore LEONIS X. Pont. Max. adhuc fuiſſe, ſed poſtea FESSAM migraſſe ſcribit idem LEO. In hac ipſa FESSA ducentæ ferè numerantur Scholæ, quarum quælibet formam habet ampliſſimæ aulæ: & in ambitu diſpoſiti gradus, quibus pueri ceu ſedilibus vtuntur.

CARTHAGINENSIS Academia olim Philoſophorũ officina aliarumque artium. *Tertullianus* doctiſſimus ſcriptor hic Profeſſorem egit. *S. Cyprianus*, antequam Chriſtianam religionem amplexus, Rhetoricam docuit, vt eſt apud *D. Hieronymũ B.* quoque *Auguſtinus*, omnium hæreticorum flagellum, vbi bonarum artium fundamenta vtcumque ad *Medauros* iecerat, CARTHAGINEM à patre ſtudiorum cauſsâ miſſus eſt, atque ſummo labore in tantum profecit, vt *Ariſtotelis Cathegorias* ſine præceptore perciperet: Rhetoricam publicè profiteretur, & Mathematicarũ artium difficultates ſuperaret. SEVERVS Imp. Carthagini quoque tantos in humanioribus diſciplinis progreſſus fecit, vt decimo octauo ætatis anno publicè declamauerit. Et CLODIVS ALBINVS in vtraque humaniori litteratura doctiſſimus Cæſar euaſit.

MEXICANOS *Scholas* in Templis habuiſſe teſtatur LVPVS GOMARA; & ad eas, diuites præſertim nobileſque filios ſuos miſſitare ſolitos ab anno ætatis quinto: vbi à præceptoribus ſuis docebantur, coërcebantur, neque egredi fas erat. Et ad vſum iuuentutis huius, terræ & agri erant, è quibus fructus & annonam colligebant.

ITALIÆ, VICINARVMQ.
REGIONVM.

BERGOMENSIS *Schola*, talis eſt *Leandro*, vt planè nec Iuriſperitis, nec Medicis, nec Grammaticis externis vrbs opus habeat, quæ eſt ſub ditione *Venetorum ad Padum* ſi.

BONONIENSIS Vniuerſitas antiquiſſima, fundata ab Imperatore THEODOSIO circa annum Dominicæ natiuitatis CCCCXXII. CÆLESTINO Pont. Max. CAROLVS MAGNVS collapſam reſtituit, paulatimque ſummorum Pontificum & Imp. munificentiâ ita excreuit, vt in hodiernum diem indigitetur BONORVM STVDIORVM MATER, & FONS OMNIVM SCIENTIARVM. CLEMENS V. Pont. Max. in Concilio Viennenſi decreuit, vt præter omnium liberalium artium ſtudia, *Hebraicæ*, *Chaldaicæ & Arabicæ* linguæ docerentur. CAROLVS V. Imp. ad bene merendum de Repub. Chriſtiana Princeps (ne quicquam eius gloriæ deeſſe videretur) cùm CLEMENS VII. Pont. Max. ei coronam imponeret, optimis eam priuilegijs ornauit, dotauitque. Clariſſ. hic ſemper viri extiterunt, qui tam Iuriſprudentiam quàm liberales reliquas artes profiterentur, & doctiſſimis commentarijs illuſtrarent.

CATHANA Academia in Sicilia initium habuit, teſte *Cratepolio*, à quodam MARCELLO Prætore Romano, atque vt ſtudijs dicaretur liberalibus

ralibus à ſummo Pontifice impetraſſe. Temporis iniuria collapſa eſt, aſt poſtea ſtudioſorum hominum operâ inſtaurata, vt iam in omnium artium liberalium diſciplinis ſit frequens.

CONSTANTINOPOLITANA inſtituta fuit anno CCCCXXV. XXVII. Febr. ab Imp. THEODOSIO, quæ haberet Oratores III. Grammaticos X. & in Latina ac Græca lingua Sophiſtas. V. Philoſophum vnum, Iuris Doctores duos, qui Imperatorum impenſis ad ſtudia promouenda & conſeruanda lautè alebantur. In illum ſplendorem videtur tempore eſſe perducta, vt ipſam ROMAM veterem litterarum gloria ſuperaret *Ioannes Gerundinenſis* Epiſcopus, genere Gothus. hic bonis artibus & S. Theologia ſic imbutus fuit, vt per Hiſp. & Luſitaniam Arrianorum hæreſin extingueret tempore PHOCAE Imp. *Ioannes* quoque *Damaſcenus* eximius Theologus & inſignis Philoſophus euaſit.

FERRARIENSIS ad *Padum* Fl. ortum ſuum acceptum fert ALBERTO ESTENSI Marchioni, confirmante eam BONIFACIO VIII. Pont. Max. anno Chriſtianæ ſalutis M. CCCXVI. Lectionū initium fecit *Bartholomæus de Saliceto*, legum Doctor præclariſsimus. Ex hac noſtris temporibus multi Philoſophi ac legum peritia eruditi, viri prodierunt excellentes, qui patriæ ſuæ ac familiæ ornamento fuêre.

FLORENTINA vetus admodum putatur. COSMUS MEDICES, maximus ingeniorum liberalium educator, artiumq; omnium & elegantiarū pater, eam reddidit florentiſsimam, è media Græcia euocatis viris vndiquoque doctiſsimis, qui litterarum ſtudia vindicarent Huc Germana natio ſuos ſolent ablegare liberos, ob acumen ingenij ciuiumque humanitatem. Conſule *Iacobum Middendorpium lib. IV. de Academijs.*

MANTVANA bonis litteris & artibus liberalibus floruit, quas tradidêre *Marius Philelphus Franciſci F. & Victorinus*, vt teſtantur *Blondus & Volaterranus*. Quando primum fundata & inſtituta, incertum.

MEDIOLANENSIS antiqua quoque, vbi *Virgilius Maro* litteris operam dedit; *D. Auguſtinus* Eloquentiæ, & *Alipius* Iuriſprudentiæ. *Petrus Ayroldus Marcellinus* Academiam ornatiſſimam, multis ſumptibus exſtructam, mirifico excogitatam ingenio, adeoque excultam dicit, vt totius Italiæ nobiliſſimum theatrum verè dici poſſit. *Demetrius Cydonius Theſſalonicenſis* è patria huc venit Latinæ linguæ & Theologiæ operam daturus. *M. Ant. Maioragius* cum eſſet rerum ſcientiſſimus & eloquentiſſimus, *Mediolanenſium Gymnaſia* ornauit, vrbem beauit, inclinantem eloquentiam erexit, adeò vt ad eum audiendum vndique populi & nationes confluerent *Hermolaus Barbarus*, *Franciſcus Philelphus*, *Georgius Merula*, *C elius Rhodoginus*, *Iaſon IC. Hieronymus Cardanus Medicus Erycius Puteanus Iuſti Lipsi* in Academia Louanienſi ſucceſſor, omnes præſtantiſsimi viri, in hac floruerunt, indieſque reſurgit curâ & induſtria Illuſtriſsi. Cardinalis FREDERICI BORROMAEI. *Puteanus* in patriam rediens, in Schola PALATINA poſteritati hanc reliquit inſcriptionem:

QVISQVIS ES, OTIOSVS, SEV NEGOTIOSVS,
SVSPICE.
OTI HIC LOCVS EST, OLIMQ; FVIT,

Digitized by Google

IN QVO THEMIDEM ET SVADAM COLAS:
HAEC TE VIRVM, ILLA CIVEM FACIET,
BONA BONVM.
SED HEIC FACIET. VENI,
VT IN OTIO NEGOTIOSVS SIES,
IN NEGOTIO OTIOSVS.
ERYCIVS PVTEANVS C. R.
PROFESSOR ELOQVENTIAE, ET
HISTORIOGRAPHVS REGIVS
D. D D. P. P. P.
VIDO MAZENTA PRAECTO VRBIS
M. D. C. V.

MESSANA in Sicilia nota eſt potiſſimum ſtudijs BEMBI iunioris Veneti viri doctiſſimi, qui ibidem vſus eſt XIV. integris menſibus quodam *Conſtantino* N. Profeſſore, ad linguæ Græcæ cognitionem. PAVLVS III. Pont. Max. ſuis expenſis collapſam reſtituit anno M. D. XLVIII. commiſitque SOC. IESV Clericis, teſte *Cratepolio*. Præſtantiſſimis iam inde ab initio viris abundauit.

MVTINENSIS Schola in ora hominum maximè venit docente ibidem AZONE Ius Ciuile, quod olim ibidem ſummopere floruit.

NEAPOLITANA antiquiſſima eſt omnium diſciplinarum Vniuerſitas: viguiſſe putatur æuo *Pythagoræ*. Certè *Lucilium*, *Virgilium*, *Liuium*, *Silium*, *Statium*, *Claudianum*, locum eum, tamquam Muſis amicum, optimarumque literarum matrem, incoluiſſe conſtat. Hanc Romani Pontifices & FREDERICVS II. Imp. ampliſſimis prærogatiuis & muneribus, teſte *Collenutio*, ornarunt & decorarunt. ROBERTVS. Rex ſapientiſſimus poſtea inſtaurauit, & poſt centum ferè annos, ALPHONSVS ARRAGONIVS Rex collapſam nonnihil reſtituit, illuſtrauitque, & hodie floret ſub potentiſſimo optimoque PHILIPPO IV. Catholicæ Religionis Defenſore & Protectore Max. Hic vitam quoque degerunt *Franciſcus Petrarcha*, *Antonius Panormitanus Laurentius Valla*, *Blondus*, *Bartholomæus Facius*, alijque plurimi viri excellentes.

PANORMITANA Schola in Sicilia, vt & SYRACVSANA ſub Imperio Romano nomen famamque habuêre, poſtea Regum & Archiepiſcoporum libertate exquiſitiſſimis priuilegijs, & multis ornatæ. In SYRACVSANA præcipuè Mathematicarum artium ſtudia floruerunt.

PAPIENSIS ſiue TICINENSIS Acàdemia, à CAROLO MAGNO non diu poſt *Pariſienſem* erecta creditur. Reſtaurata & aucta ſub IOANNE GALLEATIO Vicecomite, qui ſuo tempore LVMEN ITALIAE & PATRIAE DECVS; celeberrimam hic quoque inſtruxit BIBLIOTHECAM. PIVS IV. Pont. Max. eam iterum exornauit. Multi viri celebres

Digitized by Google

ri celebres ex ea prodiêre, hinc FELICISSIMA vocatur. Hic BALDVS poſtremam ſuam doctrinam & animam effudit, ſepultuſque ad Minores.

PATAVINAE vel PADVANAE Academiæ origo incerta. Sunt qui CAROLVM MAGNVM initia dediſſe ſcribant, anno D. CC. XCI ſed nullo certo auctore. Illud conſtat, FRIDERICO II. Imp. graſſante in *Bononienſes*, Gymnaſium illud tranſlatum PATAVIVM anno M. CC. XXII. Quadraginta verò poſt annos ab VRBANO IV. deinde à CLEMENEE VI. denique ab EVGENIO IV. fuiſſe comprobatum. Eſt hæc totius Italiæ celeberrima, litterarum emporium, quæ ſemper omnium nationum viros claros produxit & fouit. *Cœlius Rhodoginus* hic bonam ætatis partem educatus imbutuſque tum Græcè tum Latinè, prouincialium ſtipendijs tandem profitendi munere perfunctus eſt. Lege *Antonium Riccobonum de Gymnaſio Patauino.*

PERVSINA nomen habere cœpit anno à nato Saluatore noſtro M. CC. XXXIV. vel ſecundum alios M. CC. XC. Iiſdem eſt ornata priuilegijs, quorum mentio in *L. vnica. Cod. de Profeſſoribus, qui in vrbe Conſtant. doc. mer. comit.* In hac *Hoſpertus Cremonenſis* primus Ius prælegit. Hæc Vniuerſitas inprimis I. C. præſtantiſs. viris ſemper abundauit.

PISANA, Tuſciæ vrbe antiquiſsimâ & olim celeberrimâ, dedicatur ad *Arnum fl*, anno M. CCC. XXX. IX. nouoſque quaſi natales accepit anno à Chriſto nato M. CCCC. XXXVII. ſub parente illo litterarum litteratorumque LAVRENTIO MEDICE, qui luculenter & fouit Muſas, & feliciter exercuit, Virtutis veræ æſtimator vnicus: hic vndiquaque eruditiſſimos quoſque ampliſſimis præmijs eò euocauit, quorum ſplendore non Etruriam modo ſuam, ſed totam illuſtrauit Italiam *Eruditi ſæculi decus immortale*. COSMVS MEDICES anno M. D. XLIII. medicam ei adhibuit manum, ac per MATHAEVM CVRTIVM excellentis doctrinæ virum, alioſque omnium ſcientiarum Profeſſores, erexit. Hic docuêre *Franciſcus Aretinus, Philippus Decius, Bertolus & Felynus Sandaus.*

ROMANA exorta eſt ex *Athenienſis Gymnaſij* reliquijs, vt quibuſdam placet: & ſicut olim honeſtiſſimum erat *Athenis* ſtuduiſſe, ita poſtquam ex Ægypto & Græcia Muſæ Romam immigrarunt, honoratiſſimum fuit ROMAE docuiſſe, vel litteris operam dediſſe. *Porphyrius* Apoſtata è Tyro huc venit ad *Plotinum* inſignem profeſſorem. SEVERVS Imp. bonorum ſtudiorum gratiâ ex Aphrica Romam quoque venit. Nec fruſtra eſt, quod vterque HERODIS F. Romæ Græcis Latiniſque litteris fuit eruditus. *D. Aurelius Auguſtinus Cartagine* profeſſionis cauſa *Romam* venit, & *Alipius* vt ius ciuile ibi addiſceret. Diuus quoque *Hieronymus* hic docuit, & DAMASI Pontif. iuſſu Pſalterium correxit. Multo tempore tandem collapſa, reſtaurata eſt ab EVGENIO IV. Pont. anno M. CCCCXXXII. poſt EVGENIVM plurifariam ſtudia promouit NICOLAVS V. LEO X. PIVS V. alijque vſque ad SIXTVM V. qui omnes exſtructionum numero elegantiaque longè ſuperauit. Non immerito *Iuſtus Lipſius* ROMAM vocat ATHENAS NOSTRI OCCIDENTIS: quæ poſtquam litteras accepit, ſtatim vna cum imperio diffudit & ſparſit in has omnes terras.

SALE-

SALERNITANA in regno Neapolitano, famæ quondam fuit eximiæ, teſte libello *De conſeruanda valetudine*, inſcripto Angelorum Regi, qui ſuper ea re Scholam eam conſuluerat. Temporis iniuria, aliarumque *Academiarum* quæ illi ſunt vicinæ, ſplendorem omnem amiſit: nunc deſiderium ſupereſt. Multi aliquando inſignes viri in ea floruerunt.

SENENSIS in Tuſcia omnium diſciplinarum Vniuerſitas non vnas paſſa eſt vexationes, tandem tamen conſtitit. M. CCCLXXXVII. Admirabiliter eam exornarunt Pontifices PIVS II. IVLIVS III. MARCELLVS II. Gaudet iiſdem priuilegijs quibus BONONIENSIS, teſte *Panormitano*. Floret hodie ad inuidiam vſque. Nuſquam libentius nobilitas Germanica & Polonica quàm hîc commoratur, ob loci elegantiam, & ciuium mores ſuauiſſimos. Produxit hæc ACADEMIA multos illuſtres viros.

TAVRINA, ſeu TAVRINENSIS, ſub Ducibus *Allobrogum* florentiſsima circa annum M. CCCCXC. Legum, Medicinæ, aliarumque liberalium artium prouentu. Patrum noſtrorum quoque æuo, vt etiam nunc hodie, famam veterem ſic ſatis egregiè ſuſtinet. *Hic Eraſmus Roterodamus* Theologiæ Doctor factus eſt: taceant qui Grammaticum tantum vel litteratorem & Rhetorem ineptum vocant.

VENETA Schola perpetuò viguit, eique plus quàm æternum intulit lumen EMANVEL CHRYSOLORAS *Byzantinus*, qui primus Græcas litteras, varijs Barbarorum irruptionibus expulſis, poſt DCC. annos in Italiam reportauit: ex cuius Schola, tanquam ex equo Troiano, innumerabilis præſtantiſſ. ingeniorum prodijt ſoboles in Europam vniuerſam. Sed clarius adhuc magnus ille BESSARION Patriarcha Conſtantinopolitanus & S.R.E Cardinalis, morte ſua eum locum dotante Bibliothecâ ſelectiſſ. librorum. *Hermolaus Barbarus*, *Guarinus Veronenſis*, *Aldus Manutius*, eiuſque filius *Paulus*, *Antonius Sabellicus* & complures alij celeberrimi viri hic profeſsi ſunt.

VERONENSIS Schola floruit anno M. CCCCLX. annisque aliquot inſequentibus, cum *Guilielmus Placentinus* Medicus, & *Domitius Calderinus* Poëta elegans, ac omnis obſcuritatis illuſtrator, alijque plures egregij viri publico ſtipendio ibidem profiterentur.

HISPANIÆ

VICINARVMQVE DITIONVM.

BARCINONENSIS *Academia in Catalonia*, in qua Eloquentia, Philoſophia, Medicina & Theologia docentur. *Pet. Ioan. Nunneſius Valentinus, & Franciſcus Scobarius* Medicus diſertus & expertus annos XX. ferè hîc Philoſophiam & linguam vtramque cum fructu magno docuerunt.

CÆSAR AVGVSTANA in Arragoniæ regno ab ADRIANO VI. Pont.

Pont. Max. confirmata, & à CAROLO V. Imp. vtputatur.. Inſtaurata verò anno CIↃ. IↃ. LXXXIV. euocatis Profeſſoribus à *Petro Coruina* Epiſcopo Tarraconenſi, ANDREA SCHOTTO Antuerpiano, qui Eloquentiam, linguam Græcam Hiſtoriamque ibi docuit: *Ioanne Coſta IC. Hieronymo Ximenio & Tauario* Medicis, alijſque doctrina claris.

COMPLVTENSIS in regno Caſtellæ, à FRANCISCO XIMENIO S. R. E. Card. & Archiepiſcopo Toletano magnificè reſtituta anno Domini M. D. XV. Hallucinatur *P. Cratepolius*, qui exſtructam ſcribit à dicto XIMENIO anno Chriſti M. CCCXVII. Hîc *Ioannes Petreus & Ambroſius Morales* Cordubenſis, *Alphonſus Matamorus* Hiſpalenſis eloquentiam docuerunt. Græcam verò linguam *Domitius Cretenſis*, *Ferdinandus Pintianus*, *Franciſcus Vergara*, *& Laurentius Balbus*. De hac certè præclarum eſt *Deſ. Eraſmi Roterodami ad Franciſcum Vergaram Epiſtol. lib. XVII. Gratulor*, inquit, COMPLVTO, *quod duorum Præſulum* FRANCISCI XIMENII & ALPHONSI FONSECAE, *felicibus auſpicijs ſic efflореſcat omni genere ſtudiorum, vt iure optimo* παμπλυδῆς *appellare poſſumus.* IGNATIVS LOIOLA Soc. IESV auctor hic Logica, Phyſica & Theologica ſtudia, teſte Maffeio deguſtauit.

COMPOSTELLANA in regno Galiciæ, verùm non magni nominis Collegium à CAROLO MAGNO, teſte *Cratepolio* inſtitutum, iuxta regulam *S. Iſidori*.

CONIMBRICENSE Collegium in Luſitania IOANNES III. Rex Portugalliæ regia munificentia ædificauit, vbi CC. & eo plures ſocij alerentur: illiſque minores Academiæ Conimbricenſis ſcholas, Philoſophiæ videlicet, ac triplicis linguæ regendas tradidit; euocatis è Gallia Doctoribus, operâ *Andreæ Goueani Luſitani*, aliorumque. Loci natura amœniſſima eſt, & omni litterarum genere clariſſ. teſte *Iacobo Payua Andradio*, in præfatione libri *Orthodoxarum explicationum*, qui ibidem non infeliciter literis incubuit. MARTINVS NAVARRVS hic Ius Canonicum docuit, vt refert *Didacus Conarruuias*. Ibidem leguntur hi verſiculi:

Regum olim hæc fuerat, Muſarum regia nunc eſt:
Eſſe vſquam melius non potuêre Deæ.

EBORENSE in Luſitania nuper ab HENRICO S. R. E. Card. eiuſdem ciuitatis Præſule conſtructum, quod anno M. D. LIX. ampliauit ad ſumptuoſam vſque molem, iunctumque Collegio Lycæum Academicum exſtruxit, in quo cum maieſtate operis pulchritudo certat. Atque vt communia hominum inuitaret ſtudia, Magiſtros inprimis è Soc. IESV eſſe voluit, deinde annuos reditus, & ex illis annuas portiones tum Theologis, tum Philoſophis aſſignauit. Itaque eò breui ventum, vt Collegium CXX. religioſos homines congruis reditibus aleret, & Academia diuinæ inprimis ac moralis Theologiæ, deinde Philoſophiæ, ac humaniorum facultatum vocibus magno cum bonorum applauſu perſonaret. Quod ſi Academiarum gloria magis litterarum & virtutum ſplendore quàm Antiquitate conſtat, hæc cum antiquiſſimis & toto orbe celeberrimis iure certare poterit. Prodiêre hinc Doctores

ctores quàm plurimi litteris ac virtute præſtantes, quos hodiè Fama toto orbe celebrat. Hinc oriundus *L. Andreas Reſendius*, Poëta pius, Orator, & Theologus.

GANDIANA Academia in regno Valentiæ, quam *Franciſcus Borgia* Gandiæ Dux erexit, vt ibi SOC. IESV Clerici iuuentutem cum liberalibus diſciplinis & Philoſophiam docerent, & ſacræ ipſi Theologiæ vacarent.

GRANATENSIS in regno Granatæ, ſatis florens. Hic *Ioannes Latinus* Æthiops noſtris temporibus Rhetoricam permultos annos publicè docuit maximo concurſu: nunc SOC. IESV Clericis commiſſa eſt.

HISPALENSIS vetus Academia, quæ multos doctiſſimos viros orbi dedit. *Auicenna* Medicus & Philoſophus, *S. Leander* & *Iſidorus* Præſul Hiſpalenſis hic floruerunt & eruditi ſunt. *Nicolaus Manardus* hic quoque rem Medicam profeſſus eſt.

ILERDENSIS in Hiſp. Tarraconenſi vetutiſſima Vniuerſitas, & Iuris tractatione celebris & Theologiæ. S. VINCENTIVS FERRERIVS S. Theologiæ magiſterium hic accepit, & CALIXTVS III. Pont. Max. I. V. Doctor hic creatus eſt.

MAIORICANA ſeu BALEARICA, quæ & LVLLIANA olim, à *Raymundo Lullo*, eò quod ibi Lulli doctrina peculiariter tradatur & cuius corpus ibi religioſe aſſeruatur.

MVRGITANA, à SOC. IESV Presb. Theologiam docentibus valde aucta.

ONNATENSIS in Cantabria, quam erexit N. Epiſcopus Abulenſis noſtra ætate, vir doctus ac ſtudiorum patronus vnicus.

OSCANA in regno Arragoniæ, miræ vetuſtatis: hanc ante CHRISTI aduentum, *Plutarcho* teſte, SARTORIVS excitauit, vt Hiſpanam iuuentutem bonis litteris excolendam curaret.

OSSVNENSIS in regno Granatenſi, noſtra tempeſtate condita à Comite de Vrenna. Vide *Alphonſum Matamorum de litteratis Hiſpaniæ viris*.

PALLENTINA in *Salmanticenſem* mutata intercidit, vbi hæc legitur inſcriptio.

ANNO DOMINI M.CC. ADELPHONSVS CASTELLAE REX PALLENTIAE VNIVERSITATEM EREXIT, CVIVS ÆMVLATIONE ALPHONSVS IX. LEGIONIS REX SALMANTICAE ITIDEM ACADEMIAM CONSTITVIT:

STITVIT: ILLA DEFECIT DEFICIENTIBVS STIPENDIIS, HÆC VERO INDIES FLORVIT, FAVENTE PRÆCIPVE ALPHONSO REGE.

SALMANTICENSIS in regno Caſtellæ, non Luſitaniæ, vt hallucinatur *Cratepolius*, celeberrima eſt & florentiſſima, iuris ciuilis præſertim tractatione. Inter præcipuas Orbis terrarum *Academias* in hunc vſque diem numeratur, in qua non artes ſolùm, verùm etiam Hebraica, Chaldaica & Arabica lingua doceri iubentur. A MARTINO V Pont. Max confirmata eſt, ac varijs priuilegijs dotata. ADRIANVS VI. Pont. Max. cùm in Hiſpanijs ageret huic magnopore fauit & in magno pretio habuit. Hanc *Ioan. Gorop. Becanus* luſtrauit, & Scholarum magnificentiâ longè omnibus in Europa Gymnaſijs præſtare & antecellere affirmat. Redditus Academiæ ſunt annui xxx millium aureorum.

SEGVNTINENSIS vulgò ZIGVENSANA in finibus regni Caſtellæ, de hac nihil certi conſtat.

TARRACONENSIS memoria noſtra, inchoata à GASPARE CERVANTES S. R. E. Card. anno à Chriſto nato M. D. LXXII. vt hæc pro foribus inſcriptio oſtendit:

D. PAVLO APOSTOLO SAC.

CVM GASPAR CERVANTES GAETE, S. R. E. CARD. OPT. ATQ. RELIGIOSISSIMVS TARRACONENS. ANTISTES, MAGNAM VIM AVRI, EX QVO VECTIGALIA MERCEDIBVS SOLVENDIS PRÆCEPTORIBVS OMNIVM DISCIPLINARVM EMERENTVR, REIPVB. NOSTRÆ DEDISSET, S.P.Q. TARRACONENSIS TANTO BENEFICIO EXCITATI, LOCVM HVNC EISDEM DISCIPLINIS DOCENDIS EXTRVI IVSS. VII. EID. SEPT. ANNO SALVTIS CHRISTIANÆ M.D.LXXII. LVD. IOAN. LIVLA. FRANC. FEBRER. PET. LIBER COSS.

TOLETANA florens Academia ad Tagum fl. à BERNARDINO SANDOVALLIO inſtituta: in qua *Aluarus Gometius* multos annos Græcam linguam docuit, quem excepêre anno M. D. LXXX. *Andreas Schottus*, poſt *Petrus Pantinus* Belgæ. In hac *Andreas Lacuna* multorum Pontificum Medicus, lauream accepiſſe ſe gloriatur. Iiſdem gaudet priuilegijs quibus Pariſienſis, teſte *Cratepolio*.

VALENTINA ingente Edetanorum, ad diſcrimen VALENTIAE in Gallia, vbi Ius floruit, docente *Iacobo Cuiacio*. Hæc anno M. CCCCLXX. mirificè claruit. Multos & clariſſimos Theologicæ & præcipuæ Medicinæ Doctores ha-

res habuit. *S. Vincentius Ferrerius* ſacras hic litteras publicè docuit, & *S. Dominicus* Prædicatorum fundator, Philoſophiæ & Theologiæ operam dedit.

GALLIARVM

VICINARVMQVE GENTIVM.

ANDEGAVENSIS Academia erecta fuit anno à nato Saluatore CIↃ. CCCXCVIII. à LVDOVICO II. Andium Duce. Ex ea prouenêre *Lazarus Baifius I.C.* nobiliſſ. *Ioachimus Bellaius*, Poëta vtraque lingua clariſſimus; *Ioannes Bodinus I.C.* alijque innumeri.

AVGVSTODVNENSIS ſummi erat nominis cùm ROMA adhuc caput mundi ageret Vide *Tacitum lib. III. Annalium, cap. XLIII.* Hanc poſtea. ferè euerſam, reſtaurauit comitas CONSTANTI Imp. patris CONSTANTINI MAGNI.

AVINIONENSIS Vniuerſitas ad *Rhodanum* fl. egregiè floruit ab anno M. CCCVII. Romanis Pontificibus ſedem ibidem habentibus, à quibus optimis priuilegijs ornata fuit. Huic multum ſplendoris attulit *Paulus Caſtrenſis I.C.* *Andreas* quoque *Alciatus DC.* aureorum ſtipendio conductus Ius hîc docuit.

AVRELIANENSIS in Ducatu Turonenſi ad Ligerim ſita, initium ſumpſit anno dominicæ incarnationis M. CCCXII. à PHILIPPO PVLCHRO Gall. Rege, inſignita iiſdem priuilegijs quibus TOLOSANA. S. Iuo aduocatus pauperum & iuriſconſultorũ patronus hic Iuris Pontificij & Theologiæ ſtudijs ſe totum tradidit, & in Diuorum numerum relatus anno M. CCCC.

BITVRIGENSIS originem ſuam refert ad S. LVDOVICVM Gall. Regem, & CAROLO fratri LVDOVICI XI. multum debet, qui egregia priuilegia impetrauit à PAVLO II. Pont. Max. Hic *Rebuffus, Alciatus, Hotomannus, Donellus & Cuiacius* vixerunt & docuerunt maximo concurſu & ſumma laude. Dicitur hæc Academia litterarum decus & domicilium. Eſt hîc Schola Theologica in qua diligentiſſimè, ſacræ litteræ, religio & pietas Chriſtiana promouentur. Viget etiam Philoſophia, Medicina, ſed præcipuè Iuriſprudentia. Ex vltimis Europæ finibus nobiliſſimi iuuenes, tanquã ad ciuilis ſapientiæ mercaturam, certatim confluere videmus, huius Gymnaſij fama & celebritate permoti.

BVRDEGALENSIS ſita eſt ad oſtium Garumnæ, vocaturq; Gymnaſium AQVITANICVM per excellentiam, quod in nulla alia eius regionis Schola, omne genus artium publicè doceatur. Floruit à tempore Auſonij. EVGENIVS P. M. exoletam reſtaurauit anno Chriſti. M. CCCCXLII. procurantibus Maiore Vrbis & Iuraris, tamquam patronis tutelaribus.

CADOMENSIS verſus occaſum in Ducatu Normanniæ, inſtituta fuit ab Anglorum Rege HENRICO V. anno M. CCCCXVIII. alij anno

M. CCCC

M. CCCC. XXXI. occupatâ à CAROLO rege Franciæ totâ Normannia, & ad perpetuam rei memoriam hanc Academiam in illis partibus extare voluit.

CADVRCENSIS non procul à Garumna fl. olim celebris fuit, cuius ſplendor euanuit ad iubar ingens *Academiæ* TOLOSANAE. Inde originem traxit IOANNES XXII. Pont. Max. prius vocatus *Iacobus Cadurcenſis. Rebuffus & Petrus Gregorius* Tholoſanus hic iuriſprudentiæ Profeſſores fuerunt.

DOLANA in Burgundia vetus eſt, ſed circa annum reconciliatæ Diuinitatis M. CCCC. XCVIII. alij anno M. CCCC. LXXXIV. tantum caput extulit inter alias *Academias*.

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſsi.

Superioribus annis cùm Muſæ ex alijs Galliæ Academijs à Marte earum inimico pellerentur, DOLAM Doctores & infinitus ſtudioſorum numerus petierunt. *Carolus Molinæus* hic publicè Ius docuit.

GENEVENSIS ſchola à toto ferè Orbe viſitatur, tum ob Gallicæ linguæ ſtudium, tum ob religionem, quam vocant, reformatam, maioribus noſtris incognitam, abundante ea perpetuò iuuentute Gallicâ, Germanicâ, Polonicâ, Hungaricâ, Anglicâ & Scoticâ, raro Hiſpanicâ, quippe religioni Catholicæ addictiſſima.

GRATINOPOLITANA Metropolis in Delphinatu, ad Iſaram amnem, quondam nominis erat non poſtremi *Academia*. Summa cùm laude ibi docuit lumen illud Orbis IACOBVS CVIACIVS IC.

LAVSANNENSIS ſchola ad lacum Lemanũ, ſub Duce Allobrogum viguit Patrum noſtrorum æuo anno M. D XXX. & ſequentibus aliquot luſtris, cùm *Cunrardus Geſnerus* ibidem Græcas litteras profiteretur. Hodie non admodum multa eſt.

LVGDVNENSIS Vniuerſitas ad Rhodanum fl. floruit ab anno Chriſti D. CCCXXX. vſque ad annum M. CCCXXVIII. Ante natum quoque Chriſtum viguiſſe hic ſtudia liberalia, non ineptis argumentis euincit *Paradinus lib. I. Cap. II. Hiſtoriæ Lugdunenſis*. Hic EVCHERIVS Epiſcopus dicendi & docendi elegantia excelluit. Notiſſimus etiam *Fauſtus* Poeta. Claruit quoq; *Ioannes Gerſon*, corporiſq; exuuijs honeſtauit anno M. DXXIX XII. Iulij, ætat. LXVI. eam exinde exornauit *Iodocus Badius* Belga, *Petrus Toletus, Bartholomæus Argenterius*, alijque magni nominis viri.

MASSILIENSE Athænum à *Tacito* celebratur in vita Agricolæ, tanquam bonarum litterarum domicilium. Laudatur quoque à *Cicerone* pro *L. Flacco*. Floruit quamdiu Roma fuit Romana: occupata autem à Gothis alijſq; barbaris, etiam nomen litterarum minus claruit, exorientibus alibi paſſim per Galliarum Italiamque humanarum diſciplinarum quaſi ſcaturiginibus. Romani

Digitized by Google

mani huc filios ſuos diſcendi gratia deſtinabant. *D. Hieronymus* à trilingui traditione, ſuo encomio celebrat.

MONTISPESSVLANA Academia in Narbonenſi prouincia, olim Iuris, nunc Medicinæ ſtudijs frequentiſſima. Sunt qui eam erectam putent anno M.CXCVI. VRBANVS V. Pont. Max. hanc egregiè promouit, & priuilegijs dotauit. Rectoris hîc tanta eſt auctoritas, vt ſtudioſi, quacunque etiam de cauſa egredientem, comitari honoris gratiâ cogantur.

MVSSIPONTANA in agro Lotharingico, ſine ſeculi quingenteſimi longè latèque celebratur, traductis ibidem *Petro Gregorio Tholoſano IC.* & *Frontone Ducao* Theologo excellenti, & in Græcorum Patrum ſcriptis nemini ſecundo.

NANNETENSIS in Britonum Ducatu olim vigebat: hodie vix nomen literarum retinet.

NEMAVSENSIS ſchola in Gallia Narbonenſis ſiue Delphinatu memoria patrum noſtrorum inſeruire cœpit literis humanioribus.

PARISIENSIS Academia vitam accepit à CAROLO MAGNO Imp. Multis modis aucta eſt tempore LVDOVICI VII. operaque PETRI LOMBARDI immenſum creuit. Conſule *Antiquitates Galliæ Andreæ Quercei lib. I. cap. XII.* FRANCISCVS I. parens litterarum honeſtis ſtipendijs inſtituit Hebraicarum, Græcarumque litterarum & Mathematicarum artium Profeſſores, hortante *Guilelmo Budæo* & *Ioanne Bellaio S.R.E. Card.* Hæc litterarum quaſi domicilium & origo ac mater ſemper fuit. Vide *Iacob. Middendorpium lib. VI. Academiarum.*

PICTAVIENSIS famoſa in Ducatu Auerniæ, conſtituta fuit à CAROLO VII. Francorũ Rege, anno M CCCCXXX priuilegiaq; recepit ab EVGENIO IV. Pont. Max. Hæc alterum poſt Parienſem obtinere locũ putatur, vtpote in qua omnium artium ſtudia frequentiſſimis auditorijs tradantur, præſertim *Iuriſprudentia. Ioannes Capnion & Chriſtophorus Longolius* Belga hic egère Profeſſorem.

RHEMENSIS Academiæ fundamenta fuère iacta tempore EVGENII III. & LVDOVICI VII. vrgente S. BERNARDO in Concilio ibidem habito, ſed res ea demum ad felicem exitum deducta fuit per CAROLVM Lotharingium S. R.E. Card. & Archiepiſcopum Rhemenſem, qui nihil ſtudij & laboris prætermiſit vt indies ſplendoris capiat incrementa.

SAMVRENSE *Gymnaſium* ad Ligerim fl. anno M.DC. nomen ſuum habere cœpit, eò confluentibus nuper exortæ religionis, aut ſi mauis Caluiniſticæ, liberis.

SEDANENSIS ſchola iuxta Lotharingiam, natalem ſuum auſpicata eſt anno M.D.XCII. inuitante eò literas literatoſque *Henrico Duce Bullionæo*, ſed ſuceſſu parum proſpero.

THOLOSANA Academia ad Garumnam fl. ſtatim poſt Pariſienſem

ſem exordium ſumpſit. Ad altiora deinde aſcendit, priuilegijs & prærogatiuis IOANNIS XXII. Pont. Max. & INNOCENTI VI. Ius ciuile per quadriennium hic audiuit VRBANVS V. Pont. Max Celebrantur hic certo die FLORALIA, vbi præmia publicè diſtribuuntur adoleſcentibus de re literariâ inter ſe certantibus. Vide *Agoniſtica Petri Fabri*, ciuitatis illius Solis perennis.

VALENTIANA Vniuerſitas in Delphinatu ad Rhodanum in pretio fuit anno M.CCCC.LXX. Hic *Philippus Decius* Mediolanenſis, IC. celeberrimus, maximo Gallorum Italorumque concurſu docuit, & noſtra memoria doctrinâ ſuâ illuſtrarunt *Iacobus Cuiacius* & *Franciſcus Roaldus*.

GERMANIÆ

VICINARVMQVE REGIONVM.

ARGENTINENSIS ſiue ARGENTORATENSIS ſchola inſtituta eſt à Senatu eiuſdem vrbis auctore potiſſimum IACOBO STVRMIO, qui conſtituto ibidem rectore *Ioanne Sturmio* Belgâ, breui temporis ſpatio eum euocauit ſtudioſorum numerum, vt nulla ferè ſit natio quæ eò non miſerit liberos, hodieque præcipuè frequentatur à magnæ nobilitatis præcipuâ iuuentute. Ad Dominicanos hæc legitur inſcriptio:

ANNO POST M.D.XXXVIII. DEPOSITIS ARMIS
ET PACATA GRAVI INTER CAROLVM V.
IMP. ROM. ET FRANCISCVM I.
GALLIAR. REGEM DISCORDIA,
S.P.Q. ARGENT.
IVVENTVTI CHRISTIANAE RELIGIONE ET
LIBERALIBVS DISCIPLINIS INSTITVENDAE
LVDVM LITERARIVM APERVIT
PRAEFECTO PRIMARIO IAC. STVRMIO
RECTORE IOANNE STVRMIO.

ALTORFIANA ſchola beneficio S. P. Q. Noribergenſis aperta eſt anno Chriſtianæ ſalutis M.D.LXXV. primo Rectore *Valentino Erythræo*. Ante hanc natam ſummo fuerat in pretio ipſamet Noriberga ob viros eminentiſſimos in omni diciplinarum genere, nempe *Vitum Theodorum*, *Bilibaldum Pirckheymerum*, *Eobanum Heſſum*, *Ioannem Schonerum*, *Ioachimum Camerarium*, aliosque.

BASILEENSIS Academia priuilegia ſua habet à PIO II. P. M. qui hanc inſtituit & confirmauit, æqua priuilegijs Bononienſium, & publicè celebrauit natalem ſuum *D. Ambroſi* feſto anno M.CCCCLX. Profeſſiones hic ſunt IV. *Theologia*, *Ius*, *Medicina*, & *Artes*.

CHEMNICENSIS ſchola in Saxonia, magno in honore fuit

quamdiu magnus ille, imò ſui ſeculi maximus *Georgius Agricola*: quod Gymnaſium cum eo & natum videtur & exſtructum.

CLIVENSIS, Muſarum olim Academia fuit, vt pluribus verbis & argumentis aſtruere conatur *Vinandus Pighius*. EVMENIVS Rhetor ſcholis hic præfuit, atque in ea vrbe *Cliuia* Gallicam iuuentutem ingenuis literis atque Oratoria arte inſtituit, cum annuo. DC. ſeſtertium ſtipendio, ex eius ciuitatis viribus dependendo. Conſule *Iacobum Middendorpium lib. V. Academiarum*.

COLONIENSIS ad Rhenum in omnium doctrinarum Academiam euaſit anno M. CCC.LXXXVIII. dotante eam priuilegijs paribus Pariſienſi VRBANO VI. Pont. Max. inſtantia Senatus. In hac Academia *Nicaſius de Voerda*, tertio ætatis ſuæ anno cæcus, omnium Doctorum conſenſu Doctor Canonici Iuris factus eſt, & legum quoque Imperialium cautus interpres. Summi Pontifices, Imperatores, Reges & Principes, præ cæteris Germaniæ Academijs hanc ſemper honorarunt. LEO X. Pont. Max tam hanc quam ipſius filiam Louanienſem agri dominici piiſſimam glorioſiſſimamque cultricem appellabat. Aliæ *Academiæ* à loci amœnitate, à ciuium humanitate, bonarum litterarum gloria & diuino cultu commendantur: his ſanè omnibus hæc abundat.

CORONENSIS in Tranſſyluania ſchola, nomen aliquod indepta fuit anno M D. XXX. Origo incerta.

CRACOVIENSIS in Polonia, fundamenta ſua habuit à CAZIMIRO rege, anno reparatæ ſalutis M.CCCC.LXI. ſed vltima ei acceſſit manus anno. M. CCCC. à VLADISLAO IAGELLONE Duce Lithuaniç, qui ex Pragenſi Academia omne genus Theologos, Medicos, Iuriſconſultos, Philoſophoſq́, accerſijt, conſenſu BONIFACII IX. ac ratificatione IOANNIS XXIII. & MARTINI V. qui obſcuram claram reddidit. Mathematicæ diſciplinæ hic floruerunt, teſte *Iouio lib. XIII. Hiſtor.*

DAVENTRIENSIS ſchola apud Tranſ-Iſelanos in Belgio, patrũ memoria celeberrima fuit: Hanc *Alexander Hegius xxx.* annos cũ laude rexit. Diſcipulos habuit *Deſ. Eraſmũ Roterodamũ, Ioan. Murmelliũ, Hermannum Buſchiũ*, alioſq́; infinitos.

DILINGANA in Bauaria ſuperiore initium ſuum acceptum fert OTHONI TRVCHESIO S. R. E. Card. Auguſtano, qui eam introduxit ſolemniter anno M.D.LXIV. Profeſſoribus mutuatis Louanio atque Ingolſtadio, vt in ea humaniores literæ & S. Theologia traderetur.

DVACENSIS vel DVACENA in Flandria Gallicana, originem accepit v. Octobris, anno M.D.LXII. auctore magno illo PHILIPPO II. Hiſp. Indiarumque Rege, procurantibus ANTONIO PERRENOTO *Granuellano*, VIGLIO ZVICHEMIO Præſide, & PHILIPPO NIGRIO primo Antuerpienſiũ Epiſcopo deſignato: ea potiſſimũ de cauſa, vt auerteretur iuuentus ab Academijs Gallicis hæreſeos ſuſpectis, & nihilominus Gallicam linguam ibidem addiſceret. Acceſſit hic non ſolum regis munificentia, verum & bonorum hominum, qui Catholicam Religionem conſeruare & promouere non deſiſtunt, auxilia. Vt

nihil

Digitized by Google

nihil quod ad florentiſſimi Gymnaſij gloriam pertinet, in eo nunc deſideretur. Docendi hic principium honorarium auſpicatus eſt *Franciſcus Richardotus*, magnâ vir doctrinâ, probitate ac facundiâ. Habuit habetque nunc multos præſtantes viros, nempe *Boëtium Eponem*, *Matthiam Boſſenium*, *Andream Hoium* Brugenſem, Græcarum litterarum Profeſſorem, alioſque infinitos.

ELBINGENSIS Schola fundata eſt in *Boruſſia* anno poſt natum Saluatorem M.D.XLII. ab ALBERTO Duce I.

ERPHORDIENSIS in Thuringia originem ſuam tribuit DAGOBERTO Francorum Regi, circa annum Domini M.CCC.XCII. honorante eam varijs prærogatiuis BONIFACIO IX. & PIO II. Pontiff. *Godeſcalcus de Meſchede & Ioannes de Mylbach* ſacrarum litterarum eximij profeſſores, partim viua voce partim eruditis ſcriptis, teſte *Trithemio*, hanc ſcholam illuſtrauerunt.

FRANCFORDIENSIS ad Oderam fl. in Marchia Brandeburgenſi, fecit auſpicium ſui anno M. D. VI. procurantibus IOACHIMO & ALBERTO poſtea Card. & Archiepiſcopo Moguntino & Magdeburgenſi. Priuilegia ſua habuit à IVLIO II. annuente MAXÆMYLIANO Imp. qui ſexennio antè priuilegia omnia confirmarat. Hallucinatur *Middendorpius*, qui priuilegia ab ALEXANDRO VI. habere ſcribit, cùm mortuus ſit anno M.D.III. XV. Kal. Septemb. Sunt hic omnium artium egregij Profeſſores, Latinè, Græcè & Hebraicè doctiſſimi.

FRANEKERENSIS in Friſia Occidentali ſchola inſtituta eſt ab eiuſdem ditionis Ordinibus anno M.D.LXXXVI. Habuit viros omnibus linguis verſatiſſimos, nempe *Petreium Tiaram*, *Ioannem Druſium* linguæ Hebraicæ doctiſſimum, *Ioannem Arcerium* alioſque.

FRIBVRGENSIS in Briſgoia Rhetia, auctorem agnoſcit ALBERTVM Auſtriacum, circiter annum. M. CCCCL. vel, vt quibuſdam videtur, M. CCCCLX. quæ anno M. CCCCLXVII. non ſolum leges & ſtatuta, verùm etiam Theologiæ & Iuris Canonici atque ingenuarum artium Profeſſores Viennâ euocauit, donauitque iuſtis reditibus & prouentibus. Tandem ſub FREDERICO Imp. Rom. anno M.CCCCLXXII. non parum inſtaurata & aucta eſt. *Vlricus Zaſius IC.* publicè hic docuit, & quorundam ſtatutorum ſe auctorem prædicat, diſputatque an Collegium appellari debeat *Inſignis illa domus Sapientiæ, doctiſſimorum hominum procreatrix.*

GIESSANA initium habuit VIII. die Octobris M.DCVII. præſente LVDOVICO Haſſiæ Landgrauio. Concurſus ibidē ſtudioſorum admodum eſt frequens, ob priuilegiorum magis licentiam, quàm Doctorum celebritatem.

GOLTPERGENSIS in Sileſia, ſub Ducatu Principum Lignicenſium & Brigenſium. Schola fuit quantiuis pretij ab anno M.D.XX. quo Scholarcham ibidem egit *Hieronymus Fertmontanus*, deinde *Franciſcus Siluius*, poſtea *Georgius Helmericus*, vtriuſque linguæ doctiſſimus.

GORLICENSIS Monaſterij ſchola in Luſatia ſuperiori aperta eſt

 IX. Iulij,

Digitized by Google

IX. Iulij, anno à reſtituta ſalute M.D.LXV. introductuſque primus Rector *Petrus Vincentius* Oratiſlanienſis.

GRÆCENSIS Academia in Stiria inſtituta eſt à CAROLO Archid. Auſtriæ, permiſſu ſummorum Pontiff. GREGORI XII.. & SIXTI V. poſtmodum etiam Pontificio Cæſareoque decreto confirmata, cuius rei ſeries apud *Iacobum Pontanum* Societ. IESV in Atticis Bellarijs II. menſæ, Syntagmate VI.

GRIPSWALDENSIS in Pomerania, principium ſuum, qua ciuitas facta eſt, debet anno M. CCCX. qua *Academia*, anno M. CCCCLVI. ſub VRATISLAO Pomeraniæ Principe IX. priuilegijs ornata à FREDERICO III. Imp. Primus Rector fuit, qui & præcipuus auctor ac fundator *Henningus Rubenouius I.V.D.* Inſtaurata poſtea à PHILIPPO Pomeranorum Duce, anno à Saluatore nato M.D.XLVII.

HAFNIENSIS ſiue KOPPENHAGENSIS Daniæ. Huius Academiæ inſtituendæ occaſionem & facultatem ERICVS Rex à MARTINO V. Pont. Max. primus impetrauit, ſed bellis implicatus perficere nequiuit: tandem CHRISTIANVS OLDENBVRGICVS anno M.CCCC LXXVIII. ad optatum finem perduxit, & vt Academiæ Bononienſis priuilegijs gauderet, impetrauit. FREDERICVS II. Rex Daniæ, anno M. D. LXIX. Profeſſorum ſalaria munificentiſſimè auxit, & ſtudioſi nunc ibi regia liberalitate aluntur centum, teſte *Adriano Romano* in Theatro vrbium.

HAILBRVNENSIS Schola in Franconia initium ſumpſit anno poſt natum mundi redemptorem M. D. LXXXII. à GEORGIO FRIDERICO Marchione Brandeburgico die Aprilis V. natali ſuo.

HARDEVICENSIS Schola fuit antiquitus illuſtris, ſed paulatim defloruit, & quaſi perijt. Quæ nunc in præſentiarum eſt, anno M. DC. initium ſuum habuit. Dignitates Lycæi illius hodie egregiè ſuſtinent *Anthonius Thiſius & Ioannes Iſacius Pontanus*, qui ſcriptis nomen acquiſiuerunt.

HEIDELBERGENSIS in Comitatu Palat. Rheni, ad exemplar Pariſienſis inſtituta fuit à RVPERTO II. Duce Bauariæ, anno M. CCCXLVI. Primus Rector MARSILIVS FICINVS, ab ingenio in diuinis ſcripturis & in Philoſophia non mediocriter verſatus, Pariſijs euocatus, vt Gymnaſio illi naſum fingeret; quod exornant Doctrina excellens, ordo ſingularis, & diligentia maxima.

HELMSTADIANA Academia anno M. D. LXXVI XV. Octobris fundatorem habuit IVLIVM Ducem Brunſuicenſem & Luneburgenſem, hinc IVLIA dicta. HENRICVS IVLIVS Epiſcopus Halberſtadienſis declaratus eſt primus huius Academiæ Rector perpetuus, ætatis anno XIII. Celeberrimas profeſſiones in Theologia, Iuriſprudentia, Medicina, Philo-ſophia,

ſophia, Hiſtoria, & III. linguis hic haberi prædicat *Ioannes Caſius*, in Oratione De bono Academiæ.

HERBIPOLENSIS, ſiue WIRTZBVRGENSIS Academia ad Mœnum fl. erecta fuit anno Chriſti M. CCCCIII à IOANNE Epiſcopo Herbipolenſe, auctoritate BONIFACI IX. Pont. Max. pleriſque doctoribus & Magiſtris aliunde vocatis & conductis. Nec caruit ſucceſſu opus inceptum. Cæterum quotidianæ diſceptationes, iurgia, & rixæ inter clerum & ciues ortæ, in ſcholas & Doctores redundare tandem inceperunt, quibus incrudeſcentibus, ipſis hic non tutum viſum eſt. Mortuo IOANNE Epiſcopo, anno nimirum M. CCCCX. maior pars ſtudioſorum ERFORDIAM abijt. Ita nouum hoc Gymnaſium antè deſijt, quàm rectè conſtitutum eſſet. IVLIVS DE ECHTEREN *Reuerend. & Illuſt. Princeps*, patronus ſtudiorum ſingularis, collapſum Gymnaſium munificentia ſua & dexteritate reſtaurauit, *Societate* IESV introducta, cui duo aſſignauit Collegia, vbi omnia, quæ ad ſtudiorum neceſſitatem requiruntur, larga manu ſuppeditauit anno M. D. LXXXII. Ex omnibus ferè totius Europæ prouincijs atque nationibus, Italia, Gallia, Hiſpania, Lotharingia, Scotia, Anglia, Belgio, Polonia, Ruſcia, Lithuania, adoleſcentes ſtudiorum causâ, longis itineribus, tanquam ad inſtructam litterarum officinam vndique huc aduolant.

HERBORNENSIS Schola fundata eſt à IOANNE Comite Naſſonio anno M. D. LXXXIX. & poſt decennium maioris commoditatis docentium ac diſcentium causâ tranſlata Sigenam.

IENENSIS in Thuringia excitata à IOANNE FREDERICO Electore Saxoniæ XXV. Ianuarij, anno M. D. XLVIII. alij M. D. L. at enim IOANNES FREDERICVS F. cum fratribus vniuerſalem ei loco impetrarunt Scholam publicamque fecêre priuilegij Cæſarei proclamationem anno M. D. LVIII.

INGOLSTADIENSIS in Bauaria orta eſt ex Viennenſi, quàm inſtituit LVDOVICVS DIVES HENRICI AVARI F. qui viuere deſijt anno M. CCCC. LXXIX. GEORGIVS DIVES LVDOVICI opt. patris exemplum imitatus, Collegium nouum, quod ab ipſius nomine GEORGIANVM vocatur, ædificauit; qui obijt anno M. D. III. Luculenta priuilegia impetrauit à PIO II. Pont. Max. Hanc ornare non deſtitêre ERNESTVS & ALBERTVS Bauariæ Duces, quorum poſtremus non modò peculiare Collegium Theologicum erexit, ſed & inſigne Pædagogium fundauit, in quo *Ieſuitæ* Eloquentiam & Philoſophiam profitentur. *Fredericus Staphylus* Theologorum ſui temporis Phœnix, Academiæ ſuperintendens hîc floruit, quem cùm pileo Doctorali in Theologia & iure Canonico ornari cupiebant FERDINANDVS Imp. & Ordines Catholici, à nulla Academia, quod vxoratus eſſet, conſequi potuit: Pontifex rubrum pileum Archiepiſcopo Saltzburgenſi tranſmiſit, quem illi in præſentia Doctorum, qui examine præuio, dignum iudicarent, imponeret, & Theologiæ & Iuris Canonici Doctorem crearet.

LAVINGENSIS Schola in ſuperiori Palatinatu, omnium profeſſionum numeris ornata, fundamenta ſua accepit ab Wolfgango Comite Palatino Rheni Bipontino ad Danubij ripas, annuente Ferdinando Imp. ſemper auguſto.

LIPSENSIS ſeu LIPSIACA auſpicijs Frederici I. Elect. Saxoniæ ſolemni ritu introducta eſt XII. Nouemb. anno ſal. M. CCCCVIII, creuitque è ruina ſcholæ Pragenſis. Alexander V. & Pius II. confirmarunt, eamque non nihil collapſam Georgius Saxoniæ Dux reſtituit. Primus eius Rector *Ioannes Otto Munſterbergius*, & *Petrus Moſellanus* Græcarum litterarum hic Profeſſor fuit.

LOVANIENSIS Vniuerſitas initium debet Ioanni Duci ſuo. Diploma accepit à Martino V. Pont. Max. qui bonarum etiam artium ſciens & cupiens erat, anno M. CCCCXXV. Cæterum quanquam Papa Martinus noluerit eo loco doceri Theologiam, ſcientiarum Reginam, id tamen poſt annuit Eugenius IV. quinto ipſo anno à ſchola inſtituta: cùm ſuper hac re legatos ad eum Philippus Bonus miſiſſet. Deriuata eſt ex Colonienſi, & ad maxima quæque aſcendit. Eſt hic quoque Collegium *Trilingue*, alio nomine Buslidianum dictum, ab auctore Hieronymo Buslidio Præpoſito Arienſi, qui moriens opes ſuas in ſtudiorum vſus communiter reliquit. *Valerius Andreas* doctè & accuratè nuper ſcripſit *De initijs ac progreſſu eiuſdem Collegij, deque vita & ſcriptis Profeſſorum*. Sunt præterea IV. præclara Pædagogia, Porcus, Falco, Castrum & Lilium vulgo indigetant. Adrianus VI. Pont. Max. egregium hic quoque Collegium extruxit, vbi ipſe tum Rector & Cancellarius erat. *Ioannes Goropius Becanus* vir doctiſſimus, nullam vel in Italia, vel Gallia, vel Hiſpania reperiri ſcholam ſcribit, cum hac comparandam. Plura qui velit, legat Iusti Lipsi Lovanium.

LVGDVNENSIS Batava ſiue Leydensis ſchola, auctoritatem ſuam nacta eſt ab Ordinibus confœderatarum Prouinciarum, atque Gvilielmo Principe Avriaco Mavriti patre. Primus dies inſtitutæ Academiæ fuit VIII. Februarij, anno CIↃ. IↃ. LXXIII. auſpicijs valdè ſecundis vtpote è qua ingens multitudo egregiorum prodierit ingeniorum. Magiſtratus hic conſtruxit Hortum infinitis herbis refertum, in gratiam Medicinæ ſtudioſorum: eſt & Theatrum *Anatomicum*, viſu dignum. *Iuſtus Lipſius*, *Bonauentura Vulcanius*, *Franciſcus Iunius*, *Ioſephus Scaliger*, *Cluſius*, alijque quamplurimi hic docuerunt.

MARPVRGENSIS in Haſſia ornata eſt liberalibus ſtipendijs anno Saluatoris M. D. XXVI. & M. D. XXXV. inſtaurata. Omnis generis Profeſſores nacta eſt curâ Philippi Landgraui, qui primo Rectori *Ioanni Ferrario Montano* addidit collegas doctiſſimos, nempe *Eurycium Cordum*, *Hermannum Buſchium*, *Gerardum Noviomagum*, aliosque voce ſcriptiſque celebres. Clemens VII. Pont. Max. & Carolvs V. Imp. Gymnaſium iſtud confirmarunt libertatibus & immunitatibus Academiæ Viennenſis.

MECH-

Digitized by Google

MECHLINIENSIS Schola olim celeberrima fuit, ita vt Muſarum domicilium nuncupatum fuerit. *Michaël Neander* & *Adrianus Romanus* teſtantur aliquando IX. filios Regum diuerſorum, XXIV. Principum XXIX. Comitum eodem tempore operam literis hoc in loco dediſſe. *Nicolaus Clenardus* in Epiſtola ad *Franciſcum Houerium* ibidem Moderatorem honorificam huius ſcholæ mentionem facit, his verbis: *Meritò tibi hoc opuſculum dicandum duxi, vt hoc veluti teſtimonio, Mechlinienſium iuuentuti gratularer, quæ tam diligentem ſortita præceptorem, non ipſa modò in Græcis literis ſtrenuè promouet, ſed exterios quoque plurimos ſtudiorum famâ in ludum tuum pellicit: adeò vt non triuiali ſchola, ſed celeberrima cuipiam* ACADEMIAE *præeſſe videaris, induſtria paratus ædibus, quæ numero noſtrorum Gymnaſiorum ſint æmula*, &c. Academiæ Louanienſis teſtimonium hic adiungere libuit in gratiam curioſorum, quod tale eſt: *Conſiderantes quantus fructus, quantaque vtilitas in vniuerſam Rempublicam Chriſtianam tam Eccleſiaſticam quàm ciuilem ex hac Schola deriuetur, non potuimus eiuſmodi rationabili & æquæ Rectoris petitioni non annuere, & ſcholam illam honeſto teſtimonio (vt par eſt) condecorare. Nam ex illius ſcholæ ſtudioſis, qui quotannis magno numero ad noſtram Vniuerſitatem, & præcipuè ad ſtudium noſtræ facultatis accedunt, ſatis conſtare poteſt iuuenes in ea & in humanioribus literis ac moribus Chriſtianis inſigniter erudiri, & ad altiores diſciplinas percipiendas congruè diſponi & præparari. Quin etiam qui in ea humaniorum literarum fundamenta hauſerunt, ſine faſtu, aut tumida animi elatione Pædagogiorum legibus & diſciplinæ facile plerumque ſeſe accommodant, ſic vt obſeruantiâ ac morum probitate cum quibuſuis alterius ſcholæ ſtudioſis facilè poſſint comparari, ſi non anteferri. Cui proinde bona inſtructioni pro parte adſcribi poteſt felix ſucceſſus promotionis, quem iuuenes in ea ſchola eruditi, poſt curſum ſtudij biennalis in noſtra facultate ſunt conſecuti, adeò vt IV. enumerare liceat qui ab hinc minus quàm XX. annorum ſpatio primum Vniuerſitatis locum in ſua promotione fuerint conſecuti, vltra plures alios qui vel ad ſecundum, vel ad alium aliquem locum primo vicinum peruenerunt, quorum aliquot in noſtra facultate alios docendo etiamnum laborant: vt omittamus plures alios magno numero qui in vtroque ſtatu tam Eccleſiaſtico quàm ſeculari in diuerſis functionibus vtilem Reipub. operam præſtant, de quibus alijs iudicium relinquimus*, &c. *Datum Louanij in rubra camera domus noſtræ facultatis Artium, anno M. DC. XX. menſis Ianuarij die XXIX.*

Rectores habuit viros doctos, *Bernardum Huyſmannum*, *Lambertum Schenckelium*, *Iudocum Blieckium* S. Theol. Licentiatum, & nunc cum laude aliquot annos præfuit *Franciſcus Opbemius* amicus noſter, qui nihil hactenus in lucem, præter eruditos diſcipulos dedit. Ad ſcholæ ingreſſum leguntur hi verſus:

Arte probus, probitate pius, pietate beatus
Vt verè fias, hæc Schola culta dabit.

MISNÆ in Saxonia, beneficientia MAVRITI Ducis Saxoniæ, V. NON. Iulij, anno redemptionis humanæ M.D. XLIII. Ludus illuſtris dedicatus eſt, deſtinatis ei reditibus cœnobij Afrani. Plurimum auctoritatis ei acquiſiuit *Georgius Fabricius* & *Adamus Siberus*.

MOGVNTINENSIS ad Rhenum emerſit anno M. CCCC.LXI. vel vt alijs placet, M. CCCC. LXXXII. dotata ſtipendijs DIETHERI ISENBVRGII eius loci Archiepiſcopi. Primò ſchola inſtituta eſt, vt omne diſcipli-

diſciplinarum genus ibidem proponeretur: nunc Philoſophia & Theologia ferè ſolùm vigent.

MONS REGALIS ſiue CONINCXBERGA Vniuerſitas in Pruſſia erecta eſt anno Domini M.D.XLIV. per illuſtriſſ. ALBERTVM Ducem, primumque Rectorem habuit *Georgium Sabinum* Poëtam eximium.

NEOSTADIANA ſiue NEAPOLITANA, ſchola Nemetum inſtituta eſt prima die Aprilis, anno M. D. LXXVIII. ab IOANNE CASIMIRO, Comite Palatino ad Rhenum. Primum Rectorem habuit *Hieronymum Sanchium*, eiuſque collegas *Zachariam Vrſinum*, *Henricum Smetium* Belgam aliosque.

POSNENSIS in Polonia, aliquando non nihil emerſit. Origo incerta:
Nunc iterum collapſa iacet: dic, quando reſurget?

PRAGENSIS Vniuerſitas fundata eſt anno Chriſti M. CCC. LVII. *Cunrardus Ritterhuſius* anno M. CCC. LXVII. à CAROLO. IV. Rom. Imp. Hallucinatur *Cratepolius* qui anno M. CCCC. LX. à CAROLO IV. fundatam ſcribit, nam tunc in viuis eſſe deſierat. Refert ÆNEAS SYLVIVS, quod cùm ſcholam hanc aliquando ingreſſus eſſet Imperator, quatuor integris horis attendiſſe Magiſtrorum diſputationi: cumque id Aulici ægrè ferrent, dicerentque adeſſe tempus cœnæ, reſpondit. *Hic ſuam eſſe cœnam, ipſi abirent, & ſe oblectarent in aula cibo potuque qui mox tranſeat.* Egregium præterea hic CAROLVS Imp. Collegium extruxit, atque inſignem Bibliothecam, quam Huſſitæ diripuere. Academiam hanc ferè collapſam Imp. FERDINANDI I. & MAXAEMYLIANI II. opera reſtituta eſt.

ROSTOCHIENSIS in Ducatu Megapolitano, ad mare Baltheum, fundamenta ſua accepit anno M. CCCC. LI. teſte *Munſtero*, impetratis à Pontifice & Imperatore priuilegijs; ſed anno M. D. IX. Coloniæ inſtar florere demum cepit ex *Erfurdienſi* potiſſimum ac Lipſienſi deducta XII. die Nouembris.

SERVESTANVM Gymnaſium vltimam accepit manum per *Ioachimum* ERNESTVM Principem *Anhaltinum* anno redemptionis humanæ M. D. LXXXV. Primus eius Rector *Gregorius Berſmannus* Poëta egregius qui doctiſſimam ipſæ inaugurationis die XXI. Iunij ſtilo veteri Orationem habuit.

SORANÆ in Dania illuſtrem ſcholam haberi teſtatur *Cythræus* in ſuo itinerario, & in cœnobij cuiuſdam cœnaculo hos verſus legiſſe:

Omni ſunt famuli monachorum tempore tardi,
Sudant quando vorant, frigeſcunt quando laborant.

STEINSFORTENSE Gymnaſium dedicauit ARNOLDVS Comes Benthemius & Teckelburgicus, ita tamen vt eius auſpicium fuerit

SCVT-

SCVTTORFII anno M.D.LXXXIX. vnde mox tranſlatum eſt propter maiorem loci commoditatem.

STETINENSE Pædagogium in Pomerania, anno M.D.XLIII nominis erat minimè protriti: ſed *Francofurtum ad Oderam* & *Roſtochium* Megapolitani, in cauſa fuerunt cur exinde non admodum eximiè floruerit.

SWOLLANA olim floruit. Fratres de communi vita, ſiue bonæ voluntatis egregium Collegium in gratiam ſtudioſorum adoleſcentum erexerunt ex bonis cœnobij, vnde multi doctiſſimi viri & opt. Magiſtratus prodierunt. *Iacobus Middendorpius* vir doctiſſ. eruditionis ſuæ rudimenta illi accepta refert. *Ioannes Telgius*, *Ioannes Lingius & Boëthius Epo* hic aliquando Rectorem egerunt. *Hermannus Torrentius* hic quoque floruit.

SYLVÆDVCENSIS ſchola in Brabantia, centum quinquaginta circiter anni, ita floruit, vt in ea aliquando M.CC. ſtudioſi numerarentur. Teſtabitur Louanium eos cæteris ſcholis palmam præripuiſſe. Profeſſores habuit celeberrimos *Macropedium*, *Vladeracum*, *Nemium*, alioſque. Soc. IESV Clericorum imperio nunc ſubditur, ſed propter temporum iniuriam vix nunc CCCC. claſſes eorum frequentant.

TIGVRINA ſchola videri nequeat imi ſubſellij, ex quo ab anno ferè M.D.XXVIII. ad finem ſeculi illius, multi viri docti eam nominis ſui famâ celebrauêre.

TREVIRENSIS omnium Academiarum Germaniæ antiquiſſima, floruit tempore GRATIANI Imp. vt apertè ipſius reſcriptum teſtatur, ſed propter varias eius mutationes temporiſque iniurias ferè collapſa, niſi quod nuper Præſulis IOANNIS DE LAPIDE munificentia & liberalitate inſtaurata fuerit, opera eorum qui ſunt de Soc. IESV.

TVBINGENSIS in Ducatu Wirtenbergenſi Academia initium ſumpſit anno ſalutiferæ incarnationis M.CCCC.LXXVII. ſub EBERHARDO BARBATO Wirtenbergiæ Mompelgradiæque Comite. Priuilegia Pontificis SIXTI & Imp. FREDERICI permiſſu indulta die S. DIONYSI. Creuit ciuitas non parum poſtquam ornamentum ſcholæ acceſſit. *Ioannes Stofflerus* Aſtronomus doctiſſimus, vel *Archimedi Syracuſio* non concedens machinarum peritiâ, & *Ioannes Reuchlinus* Hebraicus & Græcus, *Gabriel Biel* & *Ioannes Nauclerus* hîc cum fructu docuerunt.

VIENNENSIS in Auſtria, fundata eſt ad exemplum Romanæ & Pariſienſis à FREDERICO Imp. anno M.CC.XXXVII. ſed renouauit eam M.CCC.LXV. ALBERTVS III. Archidux Auſtriæ. Quam deinde RODOLPHVS eius nominis IV. ALBERTVS III. & LEOPOLDVS II. fratres, in commodiorem locum, ad ſupremam ſcilicet vrbis Curiam tranſtulerunt, egregijs impetratis priuilegijs à PIO II. Pont. Max. & CAROLO IV. Imp. Sed cum & ibi propter aulicorum inſolentiam ac ſtrepitum parum eſſet quieta,

quieta, idem ALBERTVS elegit Dominicanorum monaſterium, emitque domum Templariorum, inhabibitandã XII. Artium & Philoſophiæ Profeſſoribus. Impetrauit quoque ab VRBANO VI. vt Theologia ibidem publicè doceretur. Eiuſdem beneficentiæ debentur quoque Iuriſconſultorum ſcholæ, & Burſæ, vt vocant, in ſtudioſorum pauperum vſum erectæ.

VISONTINA in Burgundia. Hanc ANTONIVS PERENOTTVS S.R.E. Card. Archiepiſcopus Mechlinienſis & doctorum virorum Mecænas vnicus inſtituit, vt eruditi illic viri producantur, qui miſerrimam perturbatam Rempub. Chriſtianam conſtituere, & Catholicam religionem propugnare & defendere poſſint.

VPSALIENSIS in Suecia originis quidem eſt vetuſtæ, ſed famæ erat ingentis anno M. D. XL. lucem ei commodante *Iacobo Zieglero* Batauo & *Olao Magno*, vna cum fratre ſuo *Ioanne Magno* Archiepiſcopo eiuſdem vrbis.

VRATISLAVIENSIS in Sileſia, à Senatu inſtituta fuit anno M.D.V conſenſu VRADISLAI Regis Hungariæ ac Bohemiæ, & IVLI II. Pont. Max. in vanum opponente ſe Vniuerſitate Cracouienſi, vt gloriam ſuam atque rum maieſtatem tueretur.

WITTENBERGICA Academia ſolemni ritu introducta eſt XVIII. Octob. die, qui erat Martis, anno gratiæ M.D.II. auctoritate FREDERICI Electoris Saxoniæ, qui ita exornauit, vt ex frigida, teſte *Eraſmo Roterodamo*, celebris euaſerit. In monaſterio ad portam Eliſtrinam, ſupra Principp. Electorum Saxoniæ imagines extat talis inſcriptio:

ACADEMIAM WITTENBERGENSEM IO. FREDERICVS DEI BENIGNITATE DVX SAXONIÆ, SACRI ROM. IMP. ELECTOR ET ARCHIMAR. LANTGR. TVR. MARCHIO MISNIAE ET BVRG. MAG. FVNDAVIT. FREDERICVS INCHOAVIT, IOAN. CONSERVAVIT, MAVRITIVS BELLO DISSIPATAM INSTAVRAVIT: AVGVSTVS EXORNAVIT, AMPLIFICAVIT ET CONFIRMAVIT.

Heningus, Clingius, Weſenbecius, Oldendorpius. IC. celebres hic floruerunt & docuerunt.

ZVICCAVIENSE Gymnaſium in Miſnia ante LXX. annos nomen aliquod gerebat, hodie vix nomen vllum retinet.

ANGLIÆ, vel
MAGNÆ BRITANNIÆ.

ABERDONIENSIS in Scotia auſpicijs IACOBI III. Regis Collegio exornata fuit à GVLIELMO ELPHINSTONIO anno ſalutis M.CCCC.

M.CCCC.LXXX. tum temporis regni Cancellario. Multum lucis ei adtulit *Hector Boëthius*, Philoſophus & Hiſtoricus egregius, anno M.D.XXVI.

BANGORIENSIS Academia in Anglia antiqua & celebris Hanc LVCIVS Rex Chriſtianus erexerat, ſed CONGILLVS Bangorienſium Epiſcopus in monachorum cœnobium mutauit, cùm CCCL. annis floruiſſet.

CANTABRIGIENSIS Academia inſtituta anno Domini DC XXX à SIGEBERTO Anglorum Orientalium rege. Alij longè antiquiorem faciunt, voluntque *Cantabrum* Hiſpaniarum Regem auctorem. Hæc Vniuerſitas tanta ædificiorum magnificentia, tantiſque opibus ornata, vt regis palatia eſſe dicas, non ſtudioſorum domicilia. Doctiſſimis ea ſemper hominibus abundauit. Hic Venerabilis ille BEDA, illiuſque diſcipulus, CAROLIQVE MAGNI præceptor *Alcuinus*, ſiue *Albinus*, *Ioannes Roffenſis* Epiſcopus, *Thomas Morus*, *Thomas Linacer*, *Deſ. Eraſmus Roterodamus*, & infiniti ſimiles celeberrimi viri floruerunt, & diuerſi Romani Pontifices, Reges & Duces hanc egregijs priuilegijs ornarunt. Lege *Ioannem Caium de Antiquitatib.* huius Academiæ.

CARLEONENSIS ſchola antiquitus celeberrima in Anglia: ſed nunc aut intercidit, aut alio nomine oportet viuat.

GLASQVENSIS ſiue GLASCONIENSIS in Scotia, Archiepiſcopali ſede inſignior eſt, quàm Scholaſticorum abundantia, quia parum dotata. Originem ſuam debet TVRNBVLLO loci Præſidi, anno Domini M.CCCCLIV.

LEGIONENSIS Vniuerſitas, à Legionum vrbe, quam nunc *Sariſberiam* vocant, antiquiſſima eſt: Huic olim præfuit *Maugantius Genethliacus*, Britannus anno Chriſti CCCC. LXX. Laudatur *Galfrido Monumetenſi* & *Ioanni Baleo*, tanquam CC. Philoſophorum ſepulcris celebris.

LONDINENSIS ſchola fundata eſt patrum ætate, circiter annum Chriſtanæ ſalutis M. CCCC. LXXXIX. per IOANNEM COLETVM Theol. Doctorem & Decanum Eccleſiæ *S.Pauli*. ibi & ſepultus hoc epitaphio:

Inclyta IOANNES *Londinæ gloria gentis,*
Is tibi qui quondam, PAVLE, *Decanus erat,*
Qui toties magno reſonabat pectore Chriſtum,
Doctor & interpres fidus Euangelij:
Qui mores hominum multum ſermone diſerto
Formarat, vita ſed probitate magis:
Quique Scholam ſtruxit celebrem cognomine IESV,
Hac dormit tectus membra COLETVS *humo.*

Viguerunt in hac ſchola ſub HENRICO VII. & VIII. Angl. Regibus integræ L. annorum ſpatio præſtantiſſimorum virorum cohortes, nimirum *Richardus Paceus*, *Thomas Linacer*, *Ioannes Lelandus*, *Gulielmus Lilius*, *Deſ. Eraſmus Roterodamus*, *Polydorus Virgilius*, alijque plurimi exquiſitæ doctrinæ viri.

OXONIENSIS Vniuerſitas antiquiſſima eſt, verùm difficile quod certi de origine ſtatuere: ortum ſuum adſcribit ALFREDO Occidentali Angliæ Regi, anno poſt natum Saluatorem D.CCC.LXXIII. Ego potius reſtitutorem puto. Exinde publica priuataque Principum Præſulumque munificentia, ampliſſimis ſtructuris, reditibus ac Priuilegijs exornata eſt, habetque collegia Hallaſque aliquot XX. Regum aulis nihilo inferiores. Tempore EDOVARDI I. anno M. CC.L.XXIII. tantus concurſus factus eſt, vt XXX. millia ſtudiorum cenſerentur. Multa loca varijs temporibus variarum ſcientiarum ſtudijs floruiſſe leguntur, omnibus tamen Vniuerſitas OXONIENSIS ſecundum alliquos, fundatione prior, quadam ſcientiarum pluralitate generalior, in veritatis Catholicæ profeſſione firmior, & Priuilegiorum multiplicitate præſtantior. Numerantur Collegia XVI. ſtructuræ ſpecie magnificâ, ſoliditate æternâ. Omnium nouiſſimũ eſt, cui *Hugo Pricius I.V.* Doctor ſenex admodum anno Chriſti M.D.LXXII. prima iecit fundamenta, & IESV Saluatoris nomen impoſuit. Vt primùm murorum frontem ad ipſius portæ altitudinem excitaſſet, curauit lapidi portæ imminenti, hos verſus incidi:

Struxit HVGO PRICIVS *tibi clara palatia* IESV,
Vt Doctor legum pectora docta daret.

Quidam non illepidi ingenij tranſiens, atque PRICII illius exactam iam ætatem, ſimul & operis vix dum inchoati magnitudinem animo expendiſſet, aliud tale diſtichon illi diſticho oppoſuit, quo præproperam ſenis in titulo præfigendo feſtinationem redarguebat:

Nondum ſtruxit HVGO, *vix fundamenta locauit,*
Det Deus, vt poſſis dicere, ſtruxit HVGO.

Magnus ille *Eraſmus Roterodamus*, ita quodam loco: Oxonienſis Academiæ collegia propius ad religioſorum monachorumque optimè ordinata cœnobia, quàm ad iuuenum & adoleſcentulorum in vnas ædes congregatorum conuentus accedunt. Egregia certè laus. *Nicolaus Fierbertus* peculiari libello hanc Academiam deſcripſit. *Gulielmus Camdenus* Athenas Angliæ nobiliſſimas, Solem, occultam animam, litterarum & ſapientiæ clariſſimam officinam vocat, vnde religio, humanitas & doctrina in omnis regni partes vberrimè diſtribuuntur.

SANCTANDREANVM Gymnaſium in Scotia cæptum eſt anno M. CC.CIX. conuenientibus ad id viris vndecunq; doctiſſimis, qui profiterentur, & cupidiſſimis qui docerentur, ſed in immenſum excreuit cùm IACOBVS Rex I. in Scotiam ex carcere redijt. Conuenêre enim XIII. Theologiæ Doctores, VIII. Decretorum, infinituſque auditorum numerus: illoſque omnes Magiſtratibus aut Socerdotijs donauit: hos verò priuilegijs inſignibus.

Finis hic eſto politioris Orbis ACADEMIARVM. *Enimuero, benigne Lector, hoc te hic monitum volo, & ſi ſapis, monentem audi. Quid quaſo illud eſt, quod mentis oculo ſublimes illos & aëreos orbes luſtraueris,* STOAM *Stoicorum Ariſtotelicum Lycæum adieris, & planetarum cælique materiam probè noueris, ipſum te niſi noueris, ac luſtrando inſpiciendoque vniuerſa ad tui ipſius noſſe penetraueris. Diſce itaque in Scholis accedere proficiendi ſtudio. Ni feceris, prædico, viues miſerè, & morieris parum feliciter. O beatam illum, ter & iterum, qui hoc monitum meum in ſecretoria pectoris ſui admiſerit. Dixi vt ſapias, vt viuas & moriaris ex voto tuo & meo. Ita ſiet.*

ATHE-

ATHENÆ BELGICÆ
SIVE
NOMENCLATOR
GERMAN. INF. SCRIPTORVM
QVI DISCIPLINAS OMNES
ILLVSTRARVNT
PHILOSOPHIÆ, THEOL. PHILOLOGIÆ, IVRISPR. MEDICINÆ AC MVSICÆ.

A.

ABRAHAMVS GORLÆVS, Antuerpiæ in Ocello vrbium naſcitur, mihi familiaris. Liberalibus ſtudijs à primis adoleſcentiæ annis delectatus, condiſcipulum habuit ANDREAM SCHOTTVM Soc. IESV Presb. Propriâ induſtriâ, doctorumque virorum colloquijs, rerum priſcarum notitia ſenſim ſuccreuit, reique dulcedine allectus, totum ſeipſum tradidit huic contemplationi, & tanquam in Collegium III: virorum monetalium cooptatus, nihil præter nummos veteres ſomniauit & tractauit. Habuit tantâ vbertate, vt votum ſuperarint. Audiamus ÆL. EVERARDVM VORSTIVM Medicum celeberrimum: *Contigit quidem mihi toto illo nouennio quo Italiam incolui multa eaque præclara antiquæ ſupellectilis inſpicere conditoria præſertim Romæ, Neapoli, Florentiæ, Bononiæ, Venetijs, vidi, & aliquot in Germania alijsque in locis: vidi, inquam, & diligenter inſpexi, ſed ingenuè dico, & citra vllam adulationis notam, nullibi tam præclara, tam rara, tam copioſa vnum apud hominem ſimul collecta. Ratus nullum amplius ſupereſſe culturæ ingenij genus* BELGIS *noſtris hodie incognitum, & vt omnis elegantioris litteraturæ gloria, ita & rei Antiquariæ laude noſtrates nulli iam concedere genti, nec Romuleâ propemodum exceptâ*, &c.

Migrauit GORLÆVS ex humanis Delphis Batauorum, anno reparatæ ſalutis M. DC. IX. XV. Aprilis. Heredes hunc venerandæ Antiquitatis theſaurum vendiderunt IACOBI Magnæ Britanniæ Regis F. HENRICO Walliarum Principi, qui non diu eo quoque eſt potitus, inuidentibus Fatis. Euulgauit

Dactyliothecam, ſeu Annulorum ſigillarium, quorum apud priſcos tam Græcos quàm Romanos vſus, è ferro, ære, argento & auro Promptuarium. Norinbergæ impreſſ. anno 1600. in 4.

Theſaurum Numiſmatum Romanor. aureor. argenteorum & æreorum ad Familias æternæ vrbis ſpectantium, vſque ad Auguſti obitum, cum expoſitione eorundem. Lugd Batauor. 1608. fol.

Paralipomena Numiſmatum antiquorum, quorum *Fuluius Vrſinus* Romanus, de

quamdiu magnus ille, imò ſui ſeculi maximus *Georgius Agricola*: quod Gymnaſium cum eo & natum videtur & exſtructum.

CLIVENSIS, Muſarum olim Academia fuit, vt pluribus verbis & argumentis aſtruere conatur *Vinandus Pighius*. EVMENIVS Rhetor ſcholis hic præfuit, atque in ea vrbe *Cliuia* Gallicam iuuentutem ingenuis literis atque Oratoria arte inſtituit, cum annuo. DC. ſeſtertium ſtipendio, ex eius ciuitatis viribus dependendo. Conſule *Iacobum Middendorpium lib. V. Academiarum.*

COLONIENSIS ad Rhenum in omnium doctrinarum Academiam euaſit anno M. CCC.LXXXVIII. dotante eam priuilegijs paribus Pariſienſi VRBANO VI. Pont. Max. inſtantia Senatus. In hac Academia *Nicaſius de Voerda*, tertio ætatis ſuæ anno cæcus, omnium Doctorum conſenſu Doctor Canonici Iuris factus eſt, & legum quoque Imperialium cautus interpres. Summi Pontifices, Imperatores, Reges & Principes, præ cæteris Germaniæ Academijs hanc ſemper honorarunt. LEO X. Pont. Max tam hanc quam ipſius filiam Louanienſem agri dominici pijſſimam glorioſiſſimamque cultricem appellabat. Aliæ *Academiæ* à loci amœnitate, à ciuium humanitate, bonarum litterarum gloria & diuino cultu commendantur: his ſanè omnibus hæc abundat.

CORONENSIS in Tranſſyluania ſchola, nomen aliquod indepta fuit anno M D. XXX. Origo incerta.

CRACOVIENSIS in Polonia, fundamenta ſua habuit à CAZIMIRO rege, anno reparatæ ſalutis M.CCCC.LXI. ſed vltima ei acceſſit manus anno. M.CCCC. à VLADISLAO IAGELLONE Duce Lithuaniç, qui ex Pragenſi Academia omne genus Theologos, Medicos, Iuriſconſultos, Philoſophoſq́, accerſijt, conſenſu BONIFACII IX. ac ratificatione IOANNIS XXIII. & MARTINI V. qui obſcuram claram reddidit. Mathematicæ diſciplinæ hic floruerunt, teſte *Iouio lib. XIII. Hiſtor.*

DAVENTRIENSIS ſchola apud Tranſ-Iſelanos in Belgio, patrũ memoria celeberrima fuit: Hanc *Alexander Hegius* XXX. annos cũ laude rexit. Diſcipulos habuit *Deſ. Eraſmũ Roterodamũ, Ioan. Murmelliũ, Hermannum Buſchiũ*, alioſq́; infinitos.

DILINGANA in Bauaria ſuperiore initium ſuum acceptum fert OTHONI TRVCHESIO S. R. E. Card. Auguſtano, qui eam introduxit ſolemniter anno M.D.LXIV. Profeſſoribus mutuatis Louanio atque Ingolſtadio, vt in ea humaniores literæ & S. Theologia traderetur.

DVACENSIS vel DVACENA in Flandria Gallicana, originem accepit v. Octobris, anno M.D.LXII. auctore magno illo PHILIPPO II. Hiſp. Indiarumque Rege, procurantibus ANTONIO PERRENOTO *Granuellano*, VIGLIO ZVICHEMIO Præſide, & PHILIPPO NIGRIO primo Antuerpienſiũ Epiſcopo deſignato: ea potiſſimũ de cauſa, vt auerteretur iuuentus ab Academijs Gallicis hæreſeos ſuſpectis, & nihilominus Gallicam linguam ibidem addiſceret. Acceſſit hic non ſolum regis munificentia, verum & bonorum hominum, qui Catholicam Religionem conſeruare & promouere non deſiſtunt, auxilia. Vt nihil

Digitized by Google

nihil quod ad florentiſſimi Gymnaſij gloriam pertinet, in eo nunc deſideretur. Docendi hic principium honorarium auſpicatus eſt *Franciſcus Richardotus*, magnâ vir doctrinâ, probitate ac facundiâ. Habuit habetque nunc multos præſtantes viros, nempe *Boëtium Eponem*, *Matthiam Boſſenium*, *Andream Hoium* Brugenſem, Græcarum litterarum Profeſſorem, alioſque infinitos.

ELBINGENSIS Schola fundata eſt in *Boruſſia* anno poſt natum Saluatorem M.D.XLII. ab ALBERTO Duce I.

ERPHORDIENSIS in Thuringia originem ſuam tribuit DAGOBERTO Francorum Regi, circa annum Domini M.CCC.XCII. honorante eam varijs prærogatiuis BONIFACIO IX. & PIO II. Pontiff. *Godiſcalcus de Meſchede & Ioannes de Mylbach* ſacrarum litterarum eximij profeſſores, partim viua voce partim eruditis ſcriptis, teſte *Trithemio*, hanc ſcholam illuſtrauerunt.

FRANCFORDIENSIS ad Oderam fl. in Marchia Brandeburgenſi, fecit auſpicium ſui anno M. D. VI. procurantibus IOACHIMO & ALBERTO poſtea Card. & Archiepiſcopo Moguntino & Magdeburgenſi. Priuilegia ſua habuit à IVLIO II. annuente MAXÆMYLIANO Imp. qui ſexennio antè priuilegia omnia confirmarat. Hallucinatur *Middendorpius*, qui priuilegia ab ALEXANDRO VI. habere ſcribit, cùm mortuus ſit anno M.D.III. XV. Kal. Septemb. Sunt hic omnium artium egregij Profeſſores, Latinè, Græcè & Hebraicè doctiſſimi.

FRANEKERENSIS in Friſia Occidentali ſchola inſtituta eſt ab eiuſdem ditionis Ordinibus anno M.D.LXXXVI. Habuit viros omnibus linguis verſatiſſimos, nempe *Petreium Tiaram*, *Ioannem Druſium* linguæ Hebraicæ doctiſſimum, *Ioannem Arcerium* alioſque.

FRIBVRGENSIS in Briſgoia Rhetia, auctorem agnoſcit ALBERTVM Auſtriacum, circiter annum. M. CCCCL. vel, vt quibuſdam videtur, M. CCCCLX. quæ anno M. CCCCLXVII. non ſolum leges & ſtatuta, verùm etiam Theologiæ & Iuris Canonici atque ingenuarum artium Profeſſores Viennâ euocauit, donauitque iuſtis reditibus & prouentibus. Tandem ſub FREDERICO Imp. Rom. anno M.CCCCLXXII. non parum inſtaurata & aucta eſt. *Vlricus Zaſius IC.* publicè hic docuit, & quorundam ſtatutorum ſe auctorem prædicat, diſputatque an Collegium appellari debeat *Inſignis illa domus Sapientiæ, doctiſſimorum hominum procreatrix.*

GIESSANA initium habuit VIII. die Octobris M.DCVII. præſente LVDOVICO Haſſiæ Landgrauio. Concurſus ibidē ſtudioſorum admodum eſt frequens, ob priuilegiorum magis licentiam, quàm Doctorum celebritatem.

GOLTPERGENSIS in Sileſia, ſub Ducatu Principum Lignicenſium & Brigenſium. Schola fuit quantiuis pretij ab anno M.D.XX. quo Scholarcham ibidem egit *Hieronymus Fermontanus*, deinde *Franciſcus Siluius*, poſtea *Georgius Helmericus*, vtriuſque linguæ doctiſſimus.

GORLICENSIS Monaſterij ſchola in Luſatia ſuperiori aperta eſt

Digitized by Google

IX. Iulij, anno à reſtituta ſalute M.D.LXV. introductuſque primus Rector *Petrus Vincentius* Oratiſlanienſis.

GRÆCENSIS Academia in Stiria inſtituta eſt à CAROLO Archid. Auſtriæ, permiſſu ſummorum Pontiff. GREGORI XII.. & SIXTI V. poſtmodum etiam Pontificio Cæſareoque decreto confirmata, cuius rei ſeries apud *Iacobum Pontanum* Societ. IESV in Atticis Bellarijs II. menſæ, Syntagmate VI.

GRIPSWALDENSIS in Pomerania, principium ſuum, qua ciuitas facta eſt, debet anno M. CCCX. qua *Academia*, anno M. CCCCLVI. ſub VRATISLAO Pomeraniæ Principe IX. priuilegijs ornata à FREDERICO III. Imp. Primus Rector fuit, qui & præcipuus auctor ac fundator *Henningus Rubenouius I.V.D.* Inſtaurata poſtea à PHILIPPO Pomeranorum Duce, anno à Saluatore nato M.D.XLVII.

HAFNIENSIS ſiue KOPPENHAGENSIS Daniæ. Huius Academiæ inſtituendæ occaſionem & facultatem ERICVS Rex à MARTINO V. Pont. Max. primus impetrauit, ſed bellis implicatus perficere nequiuit: tandem CHRISTIANVS OLDENBVRGICVS anno M.CCCC LXXVIII. ad optatum finem perduxit, & vt Academiæ Bononienſis priuilegijs gauderet, impetrauit. FREDERICVS II. Rex Daniæ, anno M. D. LXIX. Profeſſorum ſalaria munificentiſſimè auxit, & ſtudioſi nunc ibi regia liberalitate aluntur centum, teſte *Adriano Romano* in Theatro vrbium.

HAILBRVNENSIS Schola in Franconia initium ſumpſit anno poſt natum mundi redemptorem M. D. LXXXII. à GEORGIO FRIDERICO Marchione Brandeburgico die Aprilis V. natali ſuo.

HARDEVICENSIS Schola fuit antiquitus illuſtris, ſed paulatim defloruit, & quaſi perijt. Quæ nunc in præſentiarum eſt, anno M. DC. initium ſuum habuit. Dignitates Lycæi illius hodie egregiè ſuſtinent *Anthonius Thiſius & Ioannes Iſacius Pontanus*, qui ſcriptis nomen acquiſiuerunt.

HEIDELBERGENSIS in Comitatu Palat. Rheni, ad exemplar Pariſienſis inſtituta fuit à RVPERTO II. Duce Bauariæ, anno M. CCCXLVI. Primus Rector MARSILIVS FICINVS, ab ingenio in diuinis ſcripturis & in Philoſophia non mediocriter verſatus, Pariſijs euocatus, vt Gymnaſio illi naſum fingeret; quod exornant Doctrina excellens, ordo ſingularis, & diligentia maxima.

HELMSTADIANA Academia anno M. D. LXXVI XV. Octobris fundatorem habuit IVLIVM Ducem Brunſuicenſem & Luneburgenſem, hinc IVLIA dicta. HENRICVS IVLIVS Epiſcopus Halberſtadienſis declaratus eſt primus huius Academiæ Rector perpetuus, ætatis anno XIII. Celeberrimas profeſſiones in Theologia, Iuriſprudentia, Medicina, Philoſophia,

Digitized by Google

ſophia, Hiſtoria, & III. linguis hic haberi prædicat *Ioannes Caſius*, in Oratione De bono Academiæ.

HERBIPOLENSIS, ſiue WIRTZBVRGENSIS Academia ad Mœnum fl. erecta fuit anno Chriſti M. CCCCIII à IOANNE Epiſcopo Herbipolenſe, auctoritate BONIFACI IX. Pont. Max. pleriſque doctoribus & Magiſtris aliunde vocatis & conductis. Næc caruit ſucceſſu opus inceptum. Cæterum quotidianæ diſceptationes, iurgia, & rixæ inter clerum & ciues ortæ, in ſcholas & Doctores redundare tandem inceperunt, quibus incrudeſcentibus, ipſis hic non tutum viſum eſt. Mortuo IOANNE Epiſcopo, anno nimirum M. CCCCX. maior pars ſtudioſorum ERFORDIAM abijt. Ita nouum hoc Gymnaſium antè deſijt, quàm rectè conſtitutum eſſet. IVLIVS DE ECHTEREN *Reuerend. & Illuſt. Princeps*, patronus ſtudiorum ſingularis, collapſum Gymnaſium munificentia ſua & dexteritate reſtaurauit, *Societate* IESV introducta, cui duo aſſignauit Collegia, vbi omnia, quæ ad ſtudiorum neceſſitatem requiruntur, larga manu ſuppeditauit anno M. D. LXXXII. Ex omnibus ferè totius Europæ prouincijs atque nationibus, Italia, Gallia, Hiſpania, Lotharingia, Scotia, Anglia, Belgio, Polonia, Ruſcia, Lithuania, adoleſcentes ſtudiorum causâ, longis itineribus, tanquam ad inſtructam litterarum officinam vndique huc aduolant.

HERBORNENSIS Schola fundata eſt à IOANNE Comite Naſſouio anno M. D. LXXXIX. & poſt decennium maioris commoditatis docentium ac diſcentium causâ tranſlata Sigenam.

IENENSIS in Thuringia excitata à IOANNE FREDERICO Electore Saxoniæ XXV. Ianuarij, anno M. D. XLVIII. alij M. D. L. at enim IOANNES FREDERICVS F. cum fratribus vniuerſalem ei loco impetrarunt Scholam publicamque fecère priuilegij Cæſarei proclamationem anno M. D. LVIII.

INGOLSTADIENSIS in Bauaria orta eſt ex Viennenſi, quàm inſtituit LVDOVICVS DIVES HENRICI AVARI F. qui viuere deſijt anno M. CCCC. LXXIX. GEORGIVS DIVES LVDOVICI opt. patris exemplum imitatus, Collegium nouum, quod ab ipſius nomine GEORGIANVM vocatur, ædificauit; qui obijt anno M. D. III. Luculenta priuilegia impetrauit à PIO II. Pont. Max. Hanc ornare non deſtitère ERNESTVS & ALBERTVS Bauariæ Duces, quorum proſtremus non modò peculiare Collegium Theologicum erexit, ſed & inſigne Pædagogium fundauit, in quo *Ieſuitæ* Eloquentiam & Philoſophiam profitentur. *Fredericus Staphylus* Theologorum ſui temporis Phœnix, Academiæ ſuperintendens hîc floruit, quem cùm pileo Doctorali in Theologia & iure Canonico ornari cupiebant FERDINANDVS Imp. & Ordines Catholici, à nulla Academia, quod vxoratus eſſet, conſequi potuit: Pontifex rubrum pileum Archiepiſcopo Saltzburgenſi tranſmiſit, quem illi in præſentia Doctorum, qui examine præuio, dignum iudicarent, imponeret, & Theologiæ & Iuris Canonici Doctorem crearet.

LAVINGENSIS Schola in ſuperiori Palatinatu, omnium profeſſionum numeris ornata, fundamenta ſua accepit ab WOLFGANGO Comite Palatino Rheni Bipontino ad Danubij ripas, annuente FERDINANDO Imp. ſemper auguſto.

LIPSENSIS ſeu LIPSIACA auſpicijs FREDERICI I. Elect. Saxoniæ ſolemni ritu introducta eſt XII. Nouemb. anno ſal. M. CCCCVIII, creuitque è ruina ſcholæ Pragenſis. ALEXANDER V. & PIVS II. confirmarunt, eamque non nihil collapſam GEORGIVS Saxoniæ Dux reſtituit. Primus eius Rector *Ioannes Otto Munſterbergius*, & *Petrus Moſellanus* Græcarum litterarum hic Profeſſor fuit.

LOVANIENSIS Vniuerſitas initium debet IOANNI Duci ſuo. Diploma accepit à MARTINO V. Pont. Max. qui bonarum etiam artium ſciens & cupiens erat, anno M. CCCCXXV. Cæterum quanquam Papa MARTINVS noluerit eo loco doceri THEOLOGIAM, ſcientiarum Reginam, id tamen poſt annuit EVGENIVS IV. quinto ipſo anno à ſchola inſtituta: cùm ſuper hac re legatos ad eum PHILIPPVS BONVS miſiſſet. Deriuata eſt ex Colonienſi, & ad maxima quæque aſcendit. Eſt hic quoque Collegium *Trilingue*, alio nomine BVSLIDIANVM dictum, ab auctore HIERONYMO BVSLIDIO Præpoſito Arienſi, qui moriens opes ſuas in ſtudiorum vſus communiter reliquit. *Valerius Andreas* doctè & accuratè nuper ſcripſit *De initijs ac progreſſu eiuſdem Collegij, deque vita & ſcriptis Profeſſorum*. Sunt præterea IV. præclara Pædagogia, PORCVS, FALCO, CASTRVM & LILIVM vulgo indigetant. ADRIANVS VI. Pont. Max. egregium hic quoque Collegium extruxit, vbi ipſe tum Rector & Cancellarius erat. *Ioannes Goropius Becanus* vir doctiſſimus, nullam vel in Italia, vel Gallia, vel Hiſpania reperiri ſcholam ſcribit, cum hac comparandam. Plura qui velit, legat IVSTI LIPSI LOVANIVM.

LVGDVNENSIS Bataua ſiue LEYDENSIS ſchola, auctoritatem ſuam nacta eſt ab Ordinibus confœderatarum Prouinciarum, atque GVILIELMO Principe AVRIACO MAVRITI patre. Primus dies inſtitutæ Academiæ fuit VIII. Februarij, anno CIↃ. IↃ. LXXIII. auſpicijs valdè ſecundis vtpote è qua ingens multitudo egregiorum prodierit ingeniorum. Magiſtratus hic conſtruxit HORTVM infinitis herbis refertum, in gratiam Medicinæ ſtudioſorum: eſt & THEATRVM *Anatomicum*, viſu dignum. *Iuſtus Lipſius*, *Bonauentura Vulcanius*, *Franciſcus Iunius*, *Ioſephus Scaliger*, *Cluſius*, alijque quamplurimi hic docuerunt.

MARPVRGENSIS in Haſſia ornata eſt liberalibus ſtipendijs anno Saluatoris M. D. XXVI. & M. D. XXXV. inſtaurata. Omnis generis Profeſſores nacta eſt curâ PHILIPPI Landgraui, qui primo Rectori *Ioanni Ferrario Montano* addidit collegas doctiſſimos, nempe *Eurycium Cordum*, *Hermannum Buſchium*, *Gerardum Nouiomagum*, alioſque voce ſcriptiſque celebres. CLEMENS VII. Pont. Max. & CAROLVS V. Imp. Gymnaſium iſtud confirmarunt libertatibus & immunitatibus Academiæ Viennenſis.

MECH-

MECHLINIENSIS Schola olim celeberrima fuit, ita vt Muſarum domicilium nuncupatum fuerit. *Michaël Neander* & *Adrianus Romanus* teſtantur aliquando IX. filios Regum diuerſorum, XXIV. Principum XXIX. Comitum eodem tempore operam literis hoc in loco dediſſe. *Nicolaus Clenardus* in Epiſtola ad *Franciſcum Houerium* ibidem Moderatorem honorificam huius ſcholæ mentionem facit, his verbis: *Meritò tibi hoc opuſculum dicandum duxi, vt hoc veluti teſtimonio, Mechlinienſium iuuentuti gratularer, quæ tam diligentem ſortita præceptorem, non ipſa modò in Græcis literis ſtrenuè promouet, ſed exterios quoque plurimos ſtudiorum fama in ludum tuum pellicit: adeò vt non triuiali ſcholæ, ſed celeberrimæ cuipiam* ACADEMIAE *præeſſe videaris, induſtria paratis adibus, quæ numero noſtrorum Gymnaſiorum ſint æmulæ*, &c. Academiæ Louanienſis teſtimonium hic adiungere libuit in gratiam curioſorum, quod tale eſt: *Conſiderantes quantus fructus, quantaque vtilitas in vniuerſam Rempublicam Chriſtianam tam Eccleſiaſticam quàm ciuilem ex hac Schola deriuetur, non potuimus eiuſmodi rationabili & æquæ Rectoris petitioni non annuere, & ſcholam illam honeſto teſtimonio (vt par eſt) condecorare. Nam ex illius ſcholæ ſtudioſis, qui quotannis magno numero ad noſtram Vniuerſitatem, & præcipuè ad ſtudium noſtræ facultatis accedunt, ſatis conſtare poteſt iuuenes in ea & in humanioribus literis ac moribus Chriſtianis inſigniter erudiri, & ad altiores diſciplinas percipiendas congruè diſponi & præparari. Quin etiam qui in ea humaniorum litterarum fundamenta hauſerunt, ſine faſtu, aut tumida animi elatione Pædagogiorum legibus & diſciplinæ facilè plerumque ſeſe accommodant, ſic vt obſeruantiâ ac morum probitate cum quibuſuis alterius ſcholæ ſtudioſis facilè poſſint comparari, ſi non anteferri. Cui proinde bonæ inſtructioni pro parte adſcribi poteſt felix ſucceſſus promotionis, quem iuuenes in ea ſchola eruditi, poſt curſum ſtudij biennalis in noſtra facultate ſunt conſecuti, adeò vt IV. enumerare liceat qui ab hinc minus quàm XX. annorum ſpatio primum Vniuerſitatis locum in ſua promotione fuerint conſecuti, vltra plures alios qui vel ad ſecundum, vel ad alium aliquem locum primo vicinum peruenerunt, quorum aliquot in noſtra facultate alios docendo etiamnum laborant: vt omittamus plures alios magno numero qui in vtroque ſtatu tam Eccleſiaſtico quàm ſeculari in diuerſis functionibus vtilem Reipub. operam præſtant, de quibus alijs iudicium relinquimus*, &c. *Datum Louanij in rubra camera domus noſtræ facultatis Artium, anno M. DC. XX. menſis Ianuarij die XXIX.*

Rectores habuit viros doctos, *Bernardum Huyſmannum, Lambertum Schenckelium, Iudocum Blieckium* S. Theol. Licentiatum, & nunc cum laude aliquot annos præfuit *Franciſcus Ophemius* amicus noſter, qui nihil hactenus in lucem, præter eruditos diſcipulos dedit. Ad ſcholæ ingreſſum leguntur hi verſus:

Arte probus, probitate pius, pietate beatus
Vt verè fias, hac Schola culta dabit.

MISNÆ in Saxonia, beneficientia MAVRITI Ducis Saxoniæ, V. NON. Iulij, anno redemptionis humanæ M.D. XLIII. Ludus illuſtris dedicatus eſt, deſtinatis ei reditibus cœnobij Afrani. Plurimum auctoritatis ei acquiſiuit *Georgius Fabricius* & *Adamus Siberus.*

MOGVNTINENSIS ad Rhenum emerſit anno M. CCCC.LXI. vel vt alijs placet, M. CCCC. LXXXII. dotata ſtipendijs DIETHERI ISENBVRGII eius loci Archiepiſcopi. Primò ſchola inſtituta eſt, vt omne diſcipli-

diſciplinarum genus ibidem proponeretur: nunc Philoſophia & Theologia ferè ſolùm vigent.

MONS REGALIS ſiue CONINCXBERGA Vniuerſitas in Pruſſia erecta eſt anno Domini M.D.XLIV. per illuſtriſſ. ALBERTVM Ducem, primumque Rectorem habuit *Georgium Sabinum* Poëtam eximium.

NEOSTADIANA ſiue NEAPOLITANA, ſchola Nemetum inſtituta eſt prima die Aprilis, anno M. D. LXXVIII. ab IOANNE CASIMIRO, Comite Palatino ad Rhenum. Primum Rectorem habuit *Hieronymum Sanchium*, eiuſque collegas *Zachariam Vrſinum*, *Henricum Smetium* Belgam aliosque.

POSNENSIS in Polonia, aliquando non nihil emerſit. Origo incerta:
Nunc iterum collapſa iacet: dic, quando reſurget?

PRAGENSIS Vniuerſitas fundata eſt anno Chriſti M. CCC. LVII. *Cunrardus Ritterhuſius* anno M. CCC. LXVII. à CAROLO. IV. Rom. Imp. Halluciuatur *Cratepolius* qui anno M. CCCC. LX. à CAROLO IV. fundatam ſcribit, nam tunc in viuis eſſe deſierat. Refert ÆNEAS SYLVIVS, quod cùm ſcholam hanc aliquando ingreſſus eſſet Imperator, quatuor integris horis attendiſſe Magiſtrorum diſputationi: cumque id Aulici ægrè ferrent, dicerentque adeſſe tempus cœnæ, reſpondit. *Hic ſuam eſſe cœnam, ipſi abirent, & ſe oblectarent in aula cibo potuque qui mox tranſeat.* Egregium præterea hic CAROLVS Imp. Collegium extruxit, atque inſignem Bibliothecam, quam Huſſitæ diripuere. Academiam hanc ferè collapſam Imp. FERDINANDI I. & MAXAEMYLIANI II. opera reſtituta eſt.

ROSTOCHIENSIS in Ducatu Megapolitano, ad mare Baltheum, fundamenta ſua accepit anno M. CCCC. LI. teſte *Munſtero*, impetratis à Pontifice & Imperatore priuilegijs; ſed anno M. D. IX. Coloniæ inſtar florere demum cepit ex *Erfurdienſi* potiſſimum ac Lipſienſi deducta XII. die Nouembris.

SERVESTANVM Gymnaſium vltimam accepit manum per *Ioachimum* ERNESTVM Principem *Anhaltinum* anno redemptionis humanæ M. D. LXXXV. Primus eius Rector *Gregorius Berſmannus* Poeta egregius qui doctiſſimam ipſæ inaugurationis die XXI. Iunij ſtilo veteri Orationem habuit.

SORANÆ in Dania illuſtrem ſcholam haberi teſtatur *Cythræus* in ſuo itinerario, & in cœnobij cuiuſdam cœnaculo hos verſus legiſſe:

Omni ſunt famuli monachorum tempore tardi,
Sudant quando vorant, frigeſcunt quando laborant.

STEINSFORTENSE Gymnaſium dedicauit ARNOLDVS Comes Benthemius & Teckelburgicus, ita tamen vt eius auſpicium fuerit

SCVT-

SCVTTORFII anno M.D.LXXXIX. vnde mox tranſlatum eſt propter maiorem loci commoditatem.

STETINENSE Pædagogium in Pomerania, anno M.D.XLIII nominis erat minimè protriti: ſed *Francofurtum ad Oderam* & *Roſtochium* Megapolitani, in cauſa fuerunt cur exinde non admodum eximiè floruerit.

SWOLLANA olim floruit. Fratres de communi vita, ſiue bonæ voluntatis egregium Collegium in gratiam ſtudioſorum adoleſcentum erexerunt ex bonis cœnobij, vnde multi doctiſſimi viri & opt. Magiſtratus prodierunt. *Iacobus Middendorpius* vir doctiſſ. eruditionis ſuæ rudimenta illi accepta refert. *Ioannes Telgius, Ioannes Lingius & Boëthius Epo* hic aliquando Rectorem egerunt. *Hermannus Torrentius* hic quoque floruit.

SYLVÆDVCENSIS ſchola in Brabantia, centum quinquaginta circiter anni, ita floruit, vt in ea aliquando M.CC. ſtudioſi numerarentur. Teſtabitur Louanium eos cæteris ſcholis palmam præripuiſſe. Profeſſores habuit celeberrimos *Macropedium, Vladeraccum, Nemium*, alioſque. Soc. IESV Clericorum imperio nunc ſubditur, ſed propter temporum iniuriam vix nunc CCCC. claſſes eorum frequentant.

TIGVRINA ſchola videri nequeat imi ſubſellij, ex quo ab anno ferè M.D.XXVIII. ad finem ſeculi illius, multi viri docti eam nominis ſui famâ celebrauêre.

TREVIRENSIS omnium Academiarum Germaniæ antiquiſſima, floruit tempore GRATIANI Imp. vt apertè ipſius reſcriptum teſtatur, ſed propter varias eius mutationes temporiſque iniurias ferè collapſa, niſi quod nuper Præſulis IOANNIS DE LAPIDE munificentia & liberalitate inſtaurata fuerit, opera eorum qui ſunt de Soc. IESV.

TVBINGENSIS in Ducatu Wirtenbergenſi Academia initium ſumpſit anno ſalutiferæ incarnationis M.CCCC.LXXVII. ſub EBERHARDO BARBATO Wirtenbergiæ Mompelgradiæque Comite. Priuilegia Pontificis SIXTI & Imp. FREDERICI permiſſu indulta die S. DIONYSI. Creuit ciuitas non parum poſtquam ornamentum ſcholæ acceſſit. *Ioannes Stoffler us* Aſtronomus doctiſſimus, vel *Archimedi Syracuſio* non concedens machinarum peritiâ, & *Ioannes Reuchlinus* Hebraicus & Græcus, *Gabriel Biel* & *Ioannes Nauclerus* hìc cum fructu docuerunt.

VIENNENSIS in Auſtria, fundata eſt ad exemplum Romanæ & Pariſienſis à FREDERICO Imp. anno M.CC.XXXVII. ſed renouauit eam M.CCC.LXV. ALBERTVS III. Archidux Auſtriæ. Quam deinde RODOLPHVS eius nominis IV. ALBERTVS III. & LEOPOLDVS II. fratres, in commodiorem locum, ad ſupremam ſcilicet vrbis Curiam tranſtulerunt, egregijs impetratis priuilegijs à PIO II. Pont. Max. & CAROLO IV. Imp. Sed cum & ibi propter aulicorum inſolentiam ac ſtrepitum parum eſſet quieta,

quieta, idem ALBERTVS elegit Dominicanorum monaſterium, emitque domum Templariorum, inhabitandã XII. Artium & Philoſophiæ Profeſſoribus. Impetrauit quoque ab VRBANO VI. vt Theologia ibidem publicè doceretur. Eiuſdem beneficentiæ debentur quoque Iuriſconſultorum ſcholæ, & Burſæ, vt vocant, in ſtudioſorum pauperum vſum erectæ.

VISONTINA in Burgundia. Hanc ANTONIVS PERENOTTVS S.R.E. Card. Archiepiſcopus Mechlinienſis & doctorum virorum Mecænas vnicus inſtituit, vt eruditi illic viri producantur, qui miſerrimam perturbatam Rempub. Chriſtianam conſtituere, & Catholicam religionem propugnare & defendere poſſint.

VPSALIENSIS in Suecia originis quidem eſt vetuſtæ, ſed famæ erat ingentis anno M. D. XL. lucem ei commodante *Iacobo Zieglero* Batauo & *Olao Magno*, vna cum fratre ſuo *Ioanne Magno* Archiepiſcopo eiuſdem vrbis.

VRATISLAVIENSIS in Sileſia, à Senatu inſtituta fuit anno M.D.V conſenſu VRADISLAI Regis Hungariæ ac Bohemiæ, & IVLI II. Pont. Max. in vanum opponente ſe Vniuerſitate Cracouienſi, vt gloriam ſuam atque rum maieſtatem tueretur.

WITTENBERGICA Academia ſolemni ritu introducta eſt XVIII. Octob. die, qui erat Martis, anno gratiæ M.D.II. auctoritate FREDERICI Electoris Saxoniæ, qui ita exornauit, vt ex frigida, teſte *Eraſmo Roterodamo*, celebris euaſerit. In monaſterio ad portam Eliſtrinam, ſupra Principp. Electorum Saxoniæ imagines extat talis inſcriptio:

ACADEMIAM WITTENBERGENSEM IO. FREDERICVS DEI BENIGNITATE DVX SAXONIÆ, SACRI ROM. IMP. ELECTOR ET ARCHIMAR. LANTGR. TVR. MARCHIO MISNIAE ET BVRG. MAG. FVNDAVIT. FREDERICVS INCHOAVIT, IOAN. CONSERVAVIT, MAVRITIVS BELLO DISSIPATAM INSTAVRAVIT: AVGVSTVS EXORNAVIT, AMPLIFICAVIT ET CONFIRMAVIT.

Heningus, Clingius, Weſenbecius, Oldendorpius. IC. celebres hic floruerunt & docuerunt.

ZVICCAVIENSE Gymnaſium in Miſnia ante LXX. annos nomen aliquod gerebat, hodie vix nomen vllum retinet.

ANGLIÆ, vel

MAGNÆ BRITANNIÆ.

ABERDONIENSIS in Scotia auſpicijs IACOBI III. Regis Collegio exornata fuit à GVLIELMO ELPHINSTONIO anno ſalutis M.CCCC.

M.CCCC.LXXX. tum temporis regni Cancellario. Multum lucis ei adtulit *Hector Boëthius*, Philoſophus & Hiſtoricus egregius, anno M.D.XXVI.

BANGORIENSIS Academia in Anglia antiqua & celebris Hanc LVCIVS Rex Chriſtianus erexerat, ſed CONGILLVS Bangorienſium Epiſcopus in monachorum cœnobium mutauit, cùm CCCL. annis floruiſſet.

CANTABRIGIENSIS Academia inſtituta anno Domini DC XXX à SIGEBERTO Anglorum Orientalium rege. Alij longè antiquiorem faciunt, voluntque *Cantabrum* Hiſpaniarum Regem auctorem. Hæc Vniuerſitas tanta ædificiorum magnificentia, tantiſque opibus ornata, vt regis palatia eſſe dicas, non ſtudioſorum domicilia. Doctiſſimis ea ſemper hominibus abundauit. Hic Venerabilis ille BEDA, illiuſque diſcipulus, CAROLIQVE MAGNI præceptor *Alcuinus*, ſiue *Albinus*, *Ioannes Roffenſis* Epiſcopus, *Thomas Morus*, *Thomas Linacer*, *Deſ. Eraſmus Roterodamus*, & infiniti ſimiles celeberrimi viri floruerunt, & diuerſi Romani Pontifices, Reges & Duces hanc egregijs priuilegijs ornarunt. Lege *Ioannem Caium de Antiquitatib.* huius Academiæ.

CARLEONENSIS ſchola antiquitus celeberrima in Anglia : ſed nunc aut intercidit, aut alio nomine oportet viuat.

GLASQVENSIS ſiue GLASCONIENSIS in Scotia, Archiepiſcopali ſede inſignior eſt, quàm Scholaſticorum abundantia, quia parum dotata. Originem ſuam debet TVRNBVLLO loci Præſidi, anno Domini M.CCCCLIV.

LEGIONENSIS Vniuerſitas, à Legionum vrbe, quam nunc *Sariſberiam* vocant, antiquiſſima eſt : Huic olim præfuit *Maugantius Genethliacus*, Britannus anno Chriſti CCCC. LXX. Laudatur *Galfrido Monumetenſi* & *Ioanni Balæo*, tanquam CC. Philoſophorum ſepulcris celebris.

LONDINENSIS ſchola fundata eſt patrum ætate, circiter annum Chriſtanæ ſalutis M. CCCC. LXXXIX. per IOANNEM COLETVM Theol. Doctorem & Decanum Eccleſiæ *S. Pauli*, ibi & ſepultus hoc epitaphio :

Inclyta IOANNES *Londinæ gloria gentis,*
Is tibi qui quondam, PAVLE, *Decanus erat,*
Qui toties magno reſonabat pectore Chriſtum,
Doctor & interpres fidus Euangelij :
Qui mores hominum multum ſermone diſerto
Formarat, vita ſed probitate magis :
Quique Scholam ſtruxit celebrem cognomine IESV,
Hac dormit tectus membra COLETVS *humo.*

Viguerunt in hac ſchola ſub HENRICO VII. & VIII. Angl. Regibus integræ L. annorum ſpatio præſtantiſſimorum virorum cohortes, nimirum *Richardus Pacæus*, *Thomas Linacer*, *Ioannes Lelandus*, *Gulielmus Lilius*, *Deſ. Eraſmus Roterodamus*, *Polydorus Virgilius*, alijque plurimi exquiſitæ doctrinæ viri.

Digitized by Google

ATHENÆ BELGICÆ
SIVE
NOMENCLATOR
GERMAN. INF. SCRIPTORVM
QVI DISCIPLINAS OMNES
ILLVSTRARVNT
PHILOSOPHIÆ, THEOL. PHILOLOGIÆ, IVRISPR. MEDICINÆ AC MVSICÆ.

A.

ABRAHAMVS GORLÆVS, Antuerpiæ in Ocello vrbium naſcitur, mihi familiaris. Liberalibus ſtudijs à primis adoleſcentiæ annis delectatus, condiſcipulum habuit ANDREAM SCHOTTVM Soc. IESV Presb. Propriâ induſtriâ, doctorumque virorum colloquijs, rerum priſcarum notitia ſenſim ſuccreuit, reique dulcedine allectus, totum ſeipſum tradidit huic contemplationi, & tanquam in Collegium III. virorum monetalium cooptatus, nihil præter nummos veteres ſomniauit & tractauit. Habuit tantâ vbertate, vt votum ſuperarint. Audiamus ÆL. EVERARDVM VORSTIVM Medicum celeberrimum: *Contigit quidem mihi toto illo nouennio quo Italiam incolui multa eaque præclara antiquæ ſupellectilis inſpicere conditoria præſertim Romæ, Neapoli, Florentiæ, Bononiæ, Venetijs, vidi, & aliquot in Germania alijsque in locis: vidi, inquam, & diligenter inſpexi, ſed ingenuè dico, & citra vllam adulationis notam, nullibi tam præclara, tam rara, tam copioſa vnum apud hominem ſimul collecta. Ratus nullum amplius ſupereſſe culturæ ingenij genus* BELGIS *noſtris hodie incognitum, & vt omnis elegantioris litteraturæ gloria, ita & rei Antiquariæ laude noſtrates nulli iam concedere genti, nec Romuleâ propemodum exceptâ*, &c.

Migrauit GORLÆVS ex humanis Delphis Batauorum, anno reparatæ ſalutis M. DC. IX. XV. Aprilis. Heredes hunc venerandæ Antiquitatis theſaurum vendiderunt IACOBI Magnæ Britanniæ Regis F. HENRICO Walliarum Principi, qui non diu eo quoque eſt potitus, inuidentibus Fatis. Euulgauit

Dactylıothecam, ſeu Annulorum ſigillarium, quorum apud priſcos tam Græcos quàm Romanos vſus, è ferro, ære, argento & auro Promptuarium. Norinbergæ impreſſ. anno 1600. in 4.

Theſaurum Numiſmatum Romanor. aureor. argenteorum & æreorum ad Familias æternæ vrbis ſpectantium, vſque ad Auguſti obitum, cum expoſitione eorundem. Lugd Batauor. 1608. fol.

Paralipomena Numiſmatum antiquorum, quorum *Fuluius Vrſinus* Romanus, de

 Antiqui.

Antiquitate optimè meritus, non meminit, edita à *Petro Bertio* GORLAEO defuncto.

ABRAHAMVS VANDER MILIVS, natione Gelder naſcitur Sherenbergæ in Comitatu Illuſtriſſ. Comitum Bergenſum XIII. Maij ſtilo vetere, anno CIↃ.IↃ.LXIII. Genus ab illis VANDER MILIIS, quorum & nomen & res & fortuna in vrbe Dordreckto antiquitus in pretio fuerunt. Muſis illum parentes à puero conſecrarunt. Magna illi olim familiaritas interceſſit cum IVSTO LIPSIO, ſeculi noſtri Phœnice, dum Lugd. Batauor. ageret: fidem facit docta ſubſequens apprecatio, quam illius Amicorum albo inſcriptam voluit.

MORIBVS ANTIQVIS RES STAT ROMANA VIRISQ.
AT RES ET SOCIETAS HVMANA AMICITIA:
QVAM TIBI
ABRAHAME VANDER MILI,
SANCTAM FIDAMQVE PROMITTO,
(ITA INGENIO, DOCTRINA, VIRTVTE MERERIS)
QVAMDIV SVPERSTES EGO,
SALVE A IVSTO LIPSIO TVO,
QVI TIBI AD VIRTVTES PROGRESSVM PRECATVR,
A PEREGRINATIONE REGRESSVM.
Scelerum cauſa mortalibus egris
Naturam neſcire Deum.
ANNO CIↃ. IↃ. LXXXV. EID. AVGVSTI.

Scripſit librum, cui titulus:

Lingua Belgica, ſiue *De lingua illius communitate tum cum plerisque alijs, tum præſertim cum Latina, Græca, Perſica, deque communitatis illius cauſis, tum de linguæ illius origine, & latiſſima per nationes quamplurimas diffuſione*. Lugd. Batauor. 1612. 4.

Conſolationem ſuper morte EILARDI AB ALMA (Poëtæ non infelicis, qui carmine inſigni conſcripſit Gigantomachiam) *ad pullatam eius familiam*.

Gloſſarium veteris linguæ Belgicæ paratum habet. Item.

Meditationes in Teſtamenta Patriarcharum Iacobi & Moyſis

Tranſtulit. *Prælium Lepantinum*, ductore IOANNE AVSTRIACO ex Scotico Rythmo in Belgicum, compoſitum à Rege IACOBO tum Scotiæ, iam verò magnæ Britanniæ.

Meditationem in Pſalmum XXIII. Belgicè. Amſtelodami & Dordraci, typis Caſparis Troiani, 1611. 8.

Viuit valetque anno M. DC. XXV. Multa alia indies promittit.

ABRAHAMVS ORTELIVS Leonardi F. Auguſtâ Vindelicorum oriundus, mihi familiaris, naſcitur Antuerpiæ anno CIↃ. IↃ. XXVII. IV. Non. Aprilis. Cum *Ioanne Viuiano* Valencenate mercatore & ſtudijs dedito viro, & *Hieronymo Scoliers* Antuerpiano, Leodicenſes, Treuerenſes, Tungros & Moguntinos luſtrauit. Poſt ſocio vſus *Emanuele Demetrio* item Antuerpiano cognato ſuo Angliam Hyberniamq; inſpexit. Italiam, illam Antiquitatis parentē, ter peragrauit. Domū rediens cæpit, poſteritati ſuæ ſubſeruire & regiones viſas, inuiſas & ignota Maria Geographico calamo aperire: denique in THEATRVM illud quod nunc tanta omnium admiratione legitur & inſpicitur totus incumbere; quo in opere ita omnibus ſuam probauit induſtriam & operā, vt à PHILIPPO II. Geographi Regij inſignibus ſit ornatus, & audire meruit *ſæculi noſtri Ptolemæus Orbiſq;*

terrarum

terrarum ornamentum. Vixit ſemper cælebs, veritus ne in caniculam incideret, quæ latratu ſuo perpetuas ei crearet moleſtias. Symbolum illi fuit: CONTEMNO ET ORNO, MENTE, MANV. Illius ſunt iſta:

Theatrum orbis terrarum, opus ſæpius Tabulis auctum & illuſtratum, ex eoque *Epitomen* contexuit forma minori *Michael Coignetus*, egregius Mathematicus, typis Plantini in 4.

Synonyma Geographica excuſa primùm eiuſdem typis anno 1578. 4. quæ poſt aucta in *Theſaurum Geographicum* excreuerunt, ibidem, 1587. & 1596. in folio.

Aurei ſeculi imago, ſiue Germanorum Veterum vita, mores ritus & religio cum iconibus. Apud Philippum Gallæum, 1598. 4.

Deorum Dearumq. Capita, ex vetuſtis numiſmatibus in gratiam Antiquitatis ſtudioſorum: poſtea hiſtoricâ narratione illuſtrata per *Franciſcum Sweertium* Antuerp. in 4. typis Bapt. Vrientij & Moreti.

Itinerarium per nonnullas Galliæ-Belgicæ partes, ab *Ortelio* & *Ioanne Viuiano* deſcriptum, typis Plantini. 1584. 8.

Antuerpiæ æternitatis iter ingreſſus eſt. Defunctum fratrem cœlibem ANNA ORTELIA ſoror & ipſa cœlebs, ad D. Michaelem Præmonſtratenſium intra vrbis muros Abbatiam tumulauit. *Franciſcus Sweertius* eius vitam THEATRO præfixam, conſcripſit, LACRYMASQ. POETARVM mortuo parentantium collegit, publicauit, inſcripſitq; S.P.Q. Antuerp. IVSTVS LIPSIVS, illud Muſarum corculum illi amiciſſimus, heredum rogatu hoc epitaphium ſcripſit:

ABRAHAMI ORTELI
QVEM VRBS VRBIVM ANTVERPIA EDIDIT
REX REGVM PHILIPPVS GEOGRAPHVM HABVIT
MONVMENTVM HIC VIDES
BREVIS TERRA EVM CAPIT
QVI IPSE ORBEM TERRARVM CEPIT,
STILO ET TABVLIS ILLVSTRAVIT,
SED MENTE CONTEMPSIT,
QVA CAELVM ET ALTA SVSPEXIT,
CONSTANS ADVERSVM SPES AVT METVS.
AMICITIAE CVLTOR CANDORE, FIDE, OFFICIIS
QVIETIS CVLTOR, SINE LITE, VXORE, PROLE
VITAM HABVIT QVALE ALIVS VOTVM.
VT NVNC QVOQVE AETERNA EI QVIES SIT
VOTIS VOVE LECTOR
OBIIT IV. KAL. IVLII. CIƆ.IƆ. XCIIX.
VIXT ANNOS LXXI. MEN. II. DIES IIXX.
COLII EX SORORE NEPOTES B. M. POSS.

Aliud.

Quid primùm ORTELI, *quid ſummum pectore promam*
Quo poſſim cineri ſoluere iuſta tuo?
Exciturus eram doctas in carmina Diuas;
Carmina ſunt meritis inferiora tuis.

Impendendus erat MVNDVS, *ſed pectore Mundum*
Cepiſti, laudes non capit ille tuas.
Laudibus ergo tuis melius deſiſtere. Abundè
Laudatur, cui laus nulla ſat eſſe poteſt.

IOSEPHVS SCALIGER IVL. CAES. F.
amico opt. max. POS.

ADAMVS KEZELIVS Bredanus, famliaris vixit *Gilberto Cognato*, eius extant *Poëmata*, Baſileæ vulgata à Ioanne Pareo 1556. 8.

ADAMVS SASBOLDVS (vulgò *Saſbouth*) Delphis Batauorum naſcitur patriciâ familiâ anno clↄ. Iↄ. XVI. XXI. Decembris. Vltraiecti à *Georgio Macropedio* Poëtarum Rhetorumque præcepta hauſit, à quo Græcè doctus adoleſcens, primum librum Iliados totidem conuertit verſibus. Tam erat tenax fidaque memoria, vt XII. libb. Æneidos ſine monitore recitaret. Theologus inſignis, Hebraicarum literarum bene peritus, habitum *S. Franciſci* amplexus, ſacras literas ſuos docuit. Vixit in ordine annos IX. Magnam apud omnes ſui æſtimationem peperit ob vitæ ſanctimoniam. Edidit, vt quidam opinantur, quæ à *Ioanne Heſſelio* Theologo Lauanienſi (cuius antea auditor fuerat) acceperat,

Commentaria in Eſaiam Prophetam, quibus præmiſit *Tractatum de Scripturarum ſenſibus*

Explicationes in omnes D. PAVLI *Epiſtolas, & quorundam aliorum Apoſtolorum*, hæreticorum noſtri temporis errores refutans. Coloniæ, typis Birckmanni.

Ipſe verò conſcripſit,

Homiliarum opus egregium, quas varijs in Collegijs habuit, etiam in *D. Petri* Louanij, à *Michaele Voſmero* Coloniæ illuſtratas anno 1613. cum vita eiuſdem, & Apologia contra æmulum, qui ſcripſit *Commentaria in Eſaiam & D. Pauli Epiſtolas* non eſſe ADAMI noſtri ſed *Haſſelij*.

Orationem Quodlibeticam, De vera Chriſti Eccleſia.

Conciones III. in illud Leuitici, Eritis mihi Sancti. Louanij 1552.

Orationem funebrem in obitum Tilmanni Geldropij, Collegij Pontificij in Academia Louanienſi Præſidis.

Viuere deſijt Louanij, anno poſt Chriſtum natum clↄ. Iↄ. LIII. Kal. Decemb. & ſepultus in æde Franciſcanorum. *Cornelius Muſius* conciui & amico max hoc epitaphium poſ.

ADAMVS *nomen, Batavi mea patria Delphi:*
Progenies SASBOVTH *non inhonora fuit.*
Traiectum Latias & Græcas tradidit artes,
Louanium Hebræas addidit atque ſacras.
Quas vt proferrem (culpa eſt ſepelire talentum,
Et Domino vſuras non coluiſſe ſuas)
Commoda viſa mihi FRANCISI *ſemita at illam*
Dum ſequor in medijs curſibus eripior.

ADEL-

ADELBOLDVS, alij ADELBODVS, natione Friſius, domi nobilis, ex monacho Lobienſi, Ord. S. Benedicti, Epiſcopus Vltraiectinus XIX. teſte *Ioanne de Beka* Canon. Vltraiectino. Neſcio quo fretus auctore *Valerius Andreas* Epiſcopum XXIX. ſcribat Vir fuit tam in profanis quàm in SS. literis egregiè eruditus. Anno Domini M. XV. *S. Martini* templum (eâ ferè qua nunc viſitur forma) auguſtius reædificari iuſſit. Migrauit ad Dominum anno M. XXVII. v. Kal Decemb. cùm præfuiſſet ann. XIX. & ſepultus in æde ſacrarum maximâ. Scripſit

Vitam S. Henrici Imp. lib. II. cuius Cancellarius ac Conſiliarius fuerat.

De laude S. Crucis, ac B. MARIAE *Virginis Matris* & alia *Trithemio* teſte, qua metro, qua proſa oratione.

ADELMANNVS ex Clerico & Scholaſtico Leodicenſi Epiſcopus Brixienſis, *Fulbertum Carnotenſem* Antiſtitem quondam audiuit, & Berengarij in ſtudijs ſocius. Scripſit contra *Beringarium Turonenſem*,

De Corpore & Sanguine Domini, Louanij anno 1561 edente & cenſente *Ioanne Vlimmerio*.

Epiſtolarum librum ad diuerſos.

Claruit anno Chriſti CIↃ. XL.

ADEODATVS A MARIVORDA Patricius Brugenſis, vinctâ ſolutaque numeris oratione promptus, *Carmina* quædam euulgauit. Huius eſt illud epitaphium quod Antuerpiæ in B. MARIAE Virg. æde ſolebat conſpici in ambitu ante Iconoclaſtiam, ſcriptum Æueæ à Mariuorda patrueli ſuo: quod quia cæteris eius Opuſculis non eſt coniunctum, hic in gratiam Lectoris adpoſui:

Quis ſim, quis olim denique
Viuens fui, requiris Hoſpes optime?
Sum puluis olim nobilis,
Dum Fata vitam haut inuident ſuperſtiti;
Belli, togæ, domi, foris
Heroas inter ſplendidos haut infimus,
Et miles, & Dux agminis.
At fortè nomen, & genus quæſiueris
Et patriam? de nomine
Reſpondeo, quod Cypridis quondam fuit
Nato Creuſæ coniugi,
Idem parentes indidère infantulo.
Vocatus Æneas fui,
Gens Mariuorda originem mihi dedit
Antiquitate ſplendida.
Brugis in auras me parens primum tulit
Herois inclyta, & pia.
Quid ſim, quid olim, vel potius nuper fui,
Scis hoſpes, at tu quis fies,
Tenebris ſitus nequeo quidem cognoſcere,
Sed tu teipſum noueris.

ABIIT AD SVPEROS XIX. MAII, ANNO M. D. LXXVI.

ADOLPHVS A MEETKERKE Brugenſis, Equeſtris Ord. ſummi Flandriæ Concilij Præſes, in creandis per Flandriam vrbium ciuitatumque Magiſtratibus Legatus perpetuus. Legationes Ordinum Belgicarum Prouinciarum nomine, apud varios Germaniæ Principes maxima fide ſummaque cum laude obiuit. Eximiæ cognitionis tum Iuriſprudentiæ tum Hiſtoriæ famâ celeberrimus: nec minus à bonarum artium humanarumque diſciplinarum & linguarum, præſertim Latinæ & Græcæ (quarum poſterioris fuit reſtaurator) commendatiſſimus. Scripſit doctum & elegantem libellum

De veteri & recta lingua Græca pronuntiatione. Brugis & Antuerpiæ, typis Chriſtophori Plantini, 1576. Adiecta eſt eodem auctore

Ephemeris ſyllabica dierum feſtorum Eccleſiæ Romanæ.

Poëmata varia luſit, Moſchi & Bionis Idyllia ſcholijs illuſtrauit. Brugis, typis Goltzij 1565.

Theocriti Syracuſani Epigrammata veſte Latina donauit, *Wirtzeburgi* cum Parergis Poëticis *Ioannis Poſthij* edita.

De tumultibus Belgicis M. S. apud heredes.

Diem clauſit extremum Londini, anno poſt natum Meſſiam Saluatorem noſtrum cIↃ. IↃ. XCI. prid. Non. Octob. anno ætatis LXIII. Menſ. VI. & ſepultus in D. Pauli. Eius ſymbolum: ET AMICO FRATER ET HOSTI. Vide Auberti Miræi Elogia Belgi Illuſtr. ſcriptorum.

ADRIANVS ADRIANI Antuerpienſis, Soc. IESV Clericus. Deum immortalem! quæ mentis puritas, qui candor ingenij, quàm prudens ſimplicitas, qui ſtudiorum ardor, quàm nullum omnino in tot dotibus ſupercilium! Tales, tales opinor fuiſſe priſcos illos religionii Antiſtites. Scripſit opuſcula varia idiomate Belgico, ſpiritualium exercitationum, his titulis:

Mons Spiritalis.

De vita activa libb. III.

In Orationem Dominicam.

De bonis temporalibus.

De operibus miſericordiæ.

De III. votis monaſticis.

De origine & progreſſu vitæ monaſticæ.

De obedientia, & quomodo ſubditus ſe gerere debet erga Prælatum, & Prælatus erga ſubditum.

De paupertate Euangelica.

De ſemel in anno, ſæpius & quotidie communicando.

Hæc omnia vno volumine Catholici in Batauia anno 1570. commodo publico euulgarunt, addito & *Hieronymi Wellæi* (qui Louanij excuderat) nomine.

De Inſpiratione ſeu interna locutione Dei, & de confeſſione libellum latinè reddidit G. Bruneſius, Coloniæ typis Birckmanni, 1601.

Libellum qui inſcribitur *Traiectus in cœlum*, poſt mortem auctoris *Adriani de Witte*, in gratiam deuotorum, euulgauit.

Sanctè

Sanctè vitam finiuit Louanij, ipſo ſancti Lucæ feſto, anno CIↃ. IↃ. LXXXI. Academiæ Louanienſis humeris propè elatus.

ADRIANVS BALTIN Brugenſis teſte *Antonio Sandero lib. I. de Brugenſis eruditione clarus*, Franconatium Penſionarius, politiorum literarum ac ciuilis diſciplinæ peritiâ clarus, ſcripſit.

Orationem in funere ſereniſſ. Alberti Auſtriaci, quam Brugis dixit in templo fratrum Minorum. Gandaui, typis Ioannis Lapidani.

ADRIANVS BARLANDVS Cornelij frater Zelandus, naſcitur circa annum Domini CIↃ. CCCCXCVIII. ante diem IV. Kal. Octob. in Barlandia, qui pagus eſt inſignis Zuytbeuelandiæ Zelandorum inſulæ. Gandaui iecit prima ſtudiorum fundamina ſub *Petro Scoto*. Primus in Collegio Buſlidiano Latinam linguam docuit. Multos raræ eruditionis diſcipulos habuit, in his *Cornelium Crocum, Gerardum Moringum*, alioſque. Scripſit Latinè ac terſe.

Dialogos, vnà cum opuſculo DE INSIGNIBVS OPPIDIS *infer. Germaniæ.*

Chriſtiani hominis inſtitutionem Aphoriſmis deſcriptam. Lugduni, anno 1539. in 8.

Inſtitutionem artis Oratoriæ, compendioſam.

Iocorum veterum ac recentium lib. III. è Cicerone, Martiale, Macrobio, & Fabio Quintiliano. Coloniæ 1529. typis Ceruicorni.

Prouerbiales verſus è Virgilio collegit & illuſtrauit. Baſileæ.

Enarrationes in IV. *priores libros Æneidos*, è Donato & M.SS. Antuerpiæ, apud Hillenium, anno 1529.

In primam Ciceronis Catilinariam & Philippicam IX.

Scholia in ſelectas Plinij II. *Epiſtolas.*

Scholia in Menandri pauca carmina.

Argumenta cum artificio Rhetorico & Commentario in ſingulos Actus & ſcenas Comœdiarum Terentij, Pariſijs & Francofurti 1537.

Epitomen Chiliadum Adagiorum & Epiſtolarum Deſ. Eraſmi Roterod. approbante & laudante Deſiderio. Coloniæ 1524.

HISTORIAM quoque egregiè illuſtrauit, ediditque

De literatis vrbis Romæ Principibus.

De Ducibus Venetorum, è Sabellico.

Chronologiam breuem ac Hiſtoriam ab orbe condito ad annum 1532.

De Comitibus Hollandiæ, quæ typis Plantini exiit longè auctior.

De Epiſcopis Vltraiectinis.

De rebus geſtis Ducum Brabantiæ lib. qui cùm ætatis noſtræ memoriam non attigiſſet, R. ANDREAS SCHOTTVS adhæc vſque tempora ſuppleuit, iconibus æri inciſis ornauit *Antonius Succa* meus olim ſtudiorum ſocius apud *Guilielmum Fabium*. Antuerpiæ, typis Moreti M.DC.

Omnia eiuſdem HISTORICA Coloniæ typis Bernardi Gualteri ſimul ſunt edita, anno CIↃ. IↃCIII. cum Auctoris elogio, qui obijt Louanij circa annum M.D.XLII. *Martini Dorpij, Eraſ. Roterod.* & æqualium eruditorum hominum amicitiâ clarus. Plura qui velit conſulat *Valerium Andream in libello De collegio Trilingui*, ſiue *Buſlidiano*.

ADRIANVS BLYEN-BVRCHIVS Patricius Dordracenus & Præ-

& Prætor, ſcripſit *Poemata varia* impreſſa Lugduni Batauorum anno M. D. LXXXVIII.

Viuere deſijt anno Chriſti M. D. XCIX. & ſepultus Dordraci in templo primario.

ADRIANVS VANDER BVRCHIVS Lamberti & Ioannis frater, Vltraiectinus V. N. *Iuſto Lipſio* amiciſſimus, Poëta non infelix. Illius ſunt

Pia decaſticha, ſeu *Sententiarum & exemplorum Centuriæ* III. Anno 1599.

Epigrammatum ſacrorum Centuriæ III, Lugd. Batauorum anno 1590. 8.

Charites, ſiue *Silua piorum amorum*, Ibidem. 1595. 8.

Hymnus Paſchalis, in quo breuiter vita mors & reſurrectio Chriſti, anno 1593. 8.

Farrago piarum ſimilitudinum.

Fides ac Spes, carmine, 1596. 8.

Solatia. Vltraiecti, 1602.

LAVDES HIERONYMAE *Columnæ, Aſcanij Columnæ & Ianæ Aragoniæ F.* vario carminum genere à diuerſis celebratæ, typis Plantini, *cum miſcellaneis aliquot eiuſdem* ADRIANI *Poëmatijs in* 4.

Petri Apollonij Collatij, Presbyteri Nouarienſis, *De excidio Ieroſolymitano lib.* IV. emendauit, cum eiuſdem ad marginem notis. in 8. eiuſdem typis.

Valerium Maximum quoque plurimis in locis correxit ad M. SS.

ADRIANVS BVT Hulſtenſis, monachus Dunenſis monaſterij in Flandria, Scripſit *Hiſtoriam ſui temporis*, teſte *Iacobo Meyero*. Vixit circa annum Domini M. CCCC. LXVIII.

ADRIANVS CHILIVS, Flander, Maldeghemius, Brugis ad D. Donatianum iuuentutem docuit, poſt Paſtorem egit, vir Græcè Latinèque peritus: verſu Latino reddidit

Ariſtophanis Plutum, &

Luciani podagram poſteriorem. Antuerpiæ, typis Hillenij, 1533. 8.

ADRIANVS DAMMAN Gandauenſis, Poëta elegans, à *Georgio Buchanano* in Scotiam vocatus ad nobilem iuuentutem politiſſimis literis imbuendam, *Carmen* ſcripſit excuſum apud Plantinum 1582. hoc titulo: *Franciſco Francor. Reg. Franciſci I. N. Errici* II. *F. Valleſia; Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Geldriæ, Andium & Alenconiæ Duce, Gandauum ad capiendum Flandriæ Comitatum accerſito*.

Elegias, quæ extant inter opera *Iacobi Sluperij*.

Tranſtulit multa de Græco in Latinum, & *Salluſtium Bertas* ſuauiſſimum Poëtam Gallum carmine Heroico Latinum fecit.

ADRIANVS FABER Atrebas, S.T. Licent. & Canonicus Audomarenſis edidit à ſe habitam

Orationem in obitum Ioannis de Vernou Burgundi, Epiſcopi Audomarenſis, qui cœlo tranſcribitur anno M. D XCIX. Ætat. LX. Infulæ IX.

ADRIANVS FLORENTIVS, parentis nomine, gentis Batauæ more

more cognominatus, Vltraiecti naſcitur anno Chriſtiano cIɔ. CCCC. LIX. Cùm Theologorum apud Louanienſes Collegij alumnus, ſacris ſe totum conſecraſſet, eos in virtute & doctrina progreſſus fecit, vt baſilicæ *D. Petri* Decanus, & Academiæ Cancellarius omninum ſuffragijs renuntiaretur. Maxemylianus Imp. Caroli V. ſeptennis ad huc ſtudijs eum præfecit. In Hiſpaniam ad *Ferdinandum* Regē ampliſſimo legationis munere mittitur, à quo virtutis ergo *Dertuſanus* in Catalaunia Epiſcopus, exinde à LEONE X. Cardinalis creatus, Deinde cum imperio toti Hiſpaniæ præficitur. Cæſare vrgente LEONI demortuo abſens (raro & inuiſitato ſanè exemplo) Pontifex Max. vnde quadraginta Patrum purpuratorum ſuffragijs creatur. Sed heu! altero Pontificatus anno, humanis rebus eximitur. Ædes ſuas Louanij in celeberrimum Theologorum Collegium, PONTIFICIVM inde dictum (quod tamen prius ex bonis ante Pontificatum acquiſitis dotauerat) conuertit. Vitam deſcripſerunt *Paulus Iouius*, *Onuphrius Panuinius* Veronenſis Ord. D. Auguſtini, & Louanij *Gerardus Moringus*. Iter verò ex Hiſpania Romam, *Didacus Stunica* Hiſpanus. Iacuit primum in Vaticano duos inter PIOS II. & III. poſt ad S. MARIAM DE ANIMA auguſto mauſolio à *Guilielmo Enkefortio* Brabanto, quem vnicum crearat Cardinalem, conditus eſt hoc elogio:

ADRIANVS VI. PONT. MAX.
TRAIECTO INSIGNIS INFERIORIS GERMANIAE VRBE ORIVNDVS,
DVM HVMANARVM RERVM
MAXIME AVERSATVR SPLENDOREM
VLTRO A PROCERIBVS
OB INCOMPARABILEM SACRARVM DISCIPLINARVM
SCIENTIAM AC PROPE DIVINAM
CASTISSIMI ANIMI MODERATIONEM
CAROLO V. CAESARI AVGVSTO PRAECEPTOR
ECCLESIAE DERTVSENSI ANTISTES, S. SENATVS PATRIB. COLLEGA
HISPANIARVM REGNIS PRAESES
REIPVBL. DENIQVE CHRISTIANAE DIVINITVS
PONTIFEX ABSENS ADSCITVS
VIXIT ANN. LXIV. MENSES VI. DIES XIII.
DECESSIT XVIII. KAL. OCTOB. ANNO A PARTV VIRGINIS
cIɔ. Iɔ. XXIII. PONTIFICATVS SVI ANNO II.
GVILIELMVS ENKEFORTIVS ILLIVS BENIGNITATE
ET AVSPICIIS TT. SS. IOANNIS ET PAVLI
PRESBYTER CARDINALIS
ET DERTVSEN. EPISCOPVS FACIVNDVM CVR.

Ante corporis tranſlationem in Vaticano:

Quo Romanorum Sextus Pater atque Sacerdos,
Hoc etiam PIETAS *conditur in tumulo.*

PROH DOLOR, QVANTVM REFERT IN QVAE TEMPORA
OPTIMI CVIVSQ. VIRTVS INCIDAT!

Aliud.

ALIVD.

ADRIANVS VI. HIC SITVS EST,
QVI NIHIL SIBI INFELICIVS
IN VITA
QVAM QVOD IMPERARET
DVXIT.

Inſignis Pietas tua, ADRIANE,
Viuenti tibi profuit, decuſſque
Aurei diadematis parauit.
Iure id me hercle, at æquius tuaq́.
Certius Pietatis hoc trophæum eſt,
Defunctus quod honoribus tot, inter
Duos contigerit PIOS *iacere.*

MAXÆMYLIANVS VRIENTIVS S.P.Q. Gandauenſi à ſecretis in eius effigiem elegantiſſimos hos luſit verſiculos:

Quæ facies tam dia viri? Sextine ADRIANI?
Hoc ita. quo functus munere? pene DEI.
Quis dedit hunc? humili Traiectum ſtirpe; ſupremus
Sed cui mox dominæ traditus vrbis apex.
Qui docuere virum? Grudij, BelgI orbis Athenæ,
Hic vbi Gymnaſium condidit ille nouum.
O bene! ſed tenui quis opes ſuffecit & aurum?
Diſcipulus Cæſar CAROLVS *Auſtriades:*
Qui pius & gratus Pellei more monarchæ,
Rectorem hunc voluit noſſet vt omnis Iber.
Nouit, & inde ſacra radiantem luce Tiara
Pontificem Latij percoluere Patres.
Omnia ſic vnum decorarunt maxima Belgam,
Traiectum, Grudij, Cæſar, Iber, Latij.

Scripſit ADRIANVS cùm Louanij Profeſſor, Theologiæ adita reſeraret.
In IV. Sententiarum quæſtiones & Expoſitiones. Pariſijs 1512. & 1516.
Quodlibeticas Quæſtiones XII. varij argumenti, Louanij 1515.
Cardinalis verò & Epiſcopus Dertuſenſis in Hiſpp. ſcripſit.
Computum hominis agonizantis.
De ſacculo pertuſo, ſiue *De ſuperbia Sermonem.* Antuerpiæ, 1520.
Pontifex denique max. ſcripſit miſitque *Epiſtolam ad Germaniæ Principp.* quâ eos ad concordiam ſeruandam hortatur. Item.
Ad Fredericum Saxoniæ Ducem, & Senatum vrbis Bambergenſis. Coloniæ anno 1535.
Ad Deſ. Eraſmum Roterodamum alteras, quibus illum Romam vocat, hortaturque vt aſſurgat in adiutorium cauſæ Dei, ſtilumque ſtringat in Lutherum.
Inſtructionem ad Franciſcum Cheregatum Epiſcopus Interamnenſem.

ADRIANVS HECQVETIVS, Atrebas, Carmelita, in patria Prior, Doctor

Doctor Theologus Colonienſis, Poëta, & celeberrimus Eccleſiaſtes, edidit

Homelias in Euangelia Quadrageſimalia. Pariſijs apud Sonnium anno 1570.

Sermones in Euangelia & Epiſtolas Dominicales.

Peripetaſma argumentorum inſignium, De immortalitate æternaque felicitate, De Euangely ſemine; Funera potiſſimum doctorum virorum. De crapula vitio, Iocos & ſales, Epigrammata & Carmina miſcellanea. Louanij anno 1564. typis Ioannis Bogardi. 4.

Reuocationē hæreticorum à Lutheraniſmo ad Euangelicam & vere Catholicam Eccleſiæ fidem Antuerpiæ 1557 apud Bellerum, & Grauium.

Orationes funebres.

Anni curriculum.

Scenam rerum inuerſam, verſu heroico & proſâ.

ADRIANVS HEGIVS Ooſtburgenſis, Flander. ſcripſit *Epiſtolarum opuſculum & carmina multa* circa annum Domini M.D.LXX. celebratur verſibus *Iacobi Sluperij & Franciſci Hami.*

ADRIANVS HOFSTADIVS Louanienſis, Ord. Minor. Theologus, Eccleſiaſtes egregius, in antiquis Patribus optimè verſatus, ore & calamo promptus, quem ſæpiſſimè Antuerpiæ (ſibi & regi Catholico reſtitutæ) de ſuggeſtu tonantem cum admiratione audiui. A morte eius editi curâ & diligentia *P. Sedulij* Minoritæ

Sermones Euchariſtici LXIX. ſumptibus N.V. *Henrici van Etten*, militaris annonæ Præfecti, Antuerpiæ typis Tornæſij, anno 1608. & Coloniæ.

Decalogi & Catechiſmi Explanatio indies lucem expectat.

Moritur Traiecti ad Moſam, & ſepultus in illo nobili D. Virginis ſacello, ad dextram altaris, hoc epitaphio:

D. O. M.

REVEREND. ADMODVM PATRI
P. ADRIANO HOFSTADIO,
HVIVS ET ALIORVM CONVENTVVM GVARD.
MERITISS. S. THEOL. PRÆLECTORI,
AC DIVINI VERBI PRAECONI FAMOSISS.
OBIIT XXII. NOVEMB. M.D.XCVIII.

HOFSTADIVS *ſacro iacet hic*, FRANCISCE, *tuorum*
De numero, magnis notus vbique viris:
Ingenij cuius vires Brabantia paſſim
Senſerat; & Batauigens generoſa ſoli.
Louanium genuit, quem verbi deinde miniſtrum
Lectoremque ſtupens audijt eximium.
Hoc, multis tandem fractus ſudoribus, antro
Conditus, ætherei viuat in arce poli.

ADRIANVS HOFFERVS Ziriziæus Zelandus, edidit libellum, cui titulus PROTEVS, *ſiue diſticha Synonima in inſolitam nimis; nec à multo iam tempore auditam anni M.D.CXV. ſiccitatem.* Lugd. Bat. typis Baſſon. 4.

ADRIANVS HOLLANDINVS Cartuſianus, profeſſus Montis S. Gertrudis vir fuit diuinarum humanarumq; literarum cognitione apprimè inſtructus, ac SS. Theologiæ Doctor profundiſſimus, & vitę ſanctimonia ſpectabilis. Quo tempore vixerit, non conſtat. Scripſit inſigne opus libris duobus diſtinctū, *De vtriuſque fortunæ remedijs*, fortè *Franciſci Petrarchæ* exemplo. Prodijt Coloniæ, apud Arnoldum ter Hornen. 1471.

Petrus Sutor & Dorlandus alia nonnulla ingenij monumenta ad poſteros tranſmiſiſſe ſcribunt, quæ alibi in bibliothecis latent.

ADRIANVS IVNIVS Batauus, Hornanus, Doctor medicus, Philoſophus, Hiſtoricus ac Poëta, Grecè Latineq; peritiſſimus, ſcripſit ſequentia.

De fungo Phalli in ſabuletis Hollandiæ naſcente. Delphis 1564. 4. apud Herm. Schinckelium.

De Anno & menſibus Commentarium, cui adiungitur *Faſtorum liber*. Baſileæ 1556. typis Henrici Petri.

Emblematum & Ænigmatum libellum, cum Annotationibus ipſius pereruditus, apud Chriſt. Plantinum.

Animaduerſorum libb. VI. omnigenæ lectionis theſauros.

De Coma Commentarium eruditum. Baſileæ 1556. 8. & Pariſijs.

Nomenclatorem, in quo omnium rerū propria nomina VII. linguis explicata, Antuerpiæ apud Plantinū non ſemel 1567. & 1577. Francof. & Amſtelodami.

Eiuſdem operis *Epitome* prodijt typis Raphelingij.

Adagiorum poſt Eraſmum Centurias VIII. eruditiſſimas. Baſileæ & Pariſijs, cum eiuſdem *Eraſmi Chiliadibus*.

PHILIPPEIDEM, ſeu carmen heroicum in nuptias PHILIPPI II. Hiſpan. regis, ac MARIÆ reginæ Angliæ. Londini 1554. 4.

Denique à morte eiuſdem Iunij prodijt poſtumus fœtus

BATAVIA, in qua præter gentis & Inſulæ antiquitatem, originem, decora, mores, aliaque ad eandem hiſtoriam pertinentia declarantur, quæ fuerit

VETVS BATAVIA. Lugd. Batauor. ex officina Plantiniana, apud Franciſcum Raphelingium 1588. 4.

Poëmata pleraque ſacra, poſtuma quoque ſunt, exierunt ſimul Antuerpię apud Plantinum 8. 1599.

Multorum etiam veterum ſcripta è Græcis Latina fecit, aut Latina ſcholijs illuſtrauit vt, *Iſocratis ad Demonicum admonitoria*.

Plutarchi Sympoſiacωn ſeu Conuiualium Problematum Decades V. ſcholijs breuibus explicauit. Lugduni, typis Gryphij 8.

Caſſij Iatroſophiſtæ medicas Quæſtiones, cum Græci exemplaris Caſtigationibus. Pariſijs 1541. 4 apud Wechelum.

Item *Heſychium, de ijs qui eruditionis famâ claruerunt*, cui acceſſit *Eunapius de vitis Sophiſtarum*, typis Plantini 1572. 8.

Ex magnis illis *Euſtathij Commentarijs in Homerum*, vtiliſſima quæq; in vnum volumen collegit, quod CORNV COPIAE inſcripſit. Baſileæ fol. 1558. typis Hieronymi Frobenij.

Lexicon Græcolatinum multis vocabulis auxit. Ibidem anno 1548. fol.

Scholia in L. Annæi Senecæ Ludum Claudij Cæſ.

Obſeruationes breuiores in Plauti Comœdias, typis Heruagianis anno 1568. cum *Caroli Langij Variantibus* lectionibus, apud Plantinum.

Nonium

Nonium Marcellum ope veterum codicum *pluribus locis reſtituit, multiſq́ locupletauit.* Apud Plantinum, 1565. 8.

Fulgentium Placiadem De priſco ſermone repurgauit, Ibidem.

Recognouit & *Ioannis Rauiſij Textoris Epithetorum Epitomen*, auxitque. Ibidem & Lugd. Batauor apud Raphel.

Vita exceſſit *Arnemudæ* in Zelandia, & ſepultus Middelburgi in famoſa Præmonſtratenſium Abbatia, hoc epitaphio:

D. O. M. S.

ADRIANO IVNIO HORNANO
PHILOSOPHO, MEDICO, POETAE CELEBERR.
BATAVIAE HISTORICO FIDELISS.
CVIVS IN OMNI DISCIPLINARVM GENERE
EXQVISITA ERVDITIO
SINGVLARIS INDVSTRIA
MVLTIPLEX LINGVARVM SCIENTIA
PARI CONIVNCTA COMITATE
DOCTORVM OMNIVM ADMIRATIONEM LAVDEMQ.
MERVIT.
POST VARIA INCOMPARABILIS INGENI
MONVMENTA
QVIBVS AETERNAM SIBI MEMORIAM COMPARAVIT
SVB HOC MARMORE CONDITO
PATRI OPT. DE SE MERITO
PETRVS IVNIVS
MOESTISSIMVS PIETATIS ERGO P. C.
VIXIT ANN. LXIII. OBIIT XVI. SIBI
COGNOMINE MENSIS
ANNO SALVTIS CHRISTIANAE CIↃ. IↃ. LXXV.

Aliud, auctore Iano Douza.

IVNIVS *hîc ſitus eſt: Vltra ne quære, viator,*
Oculiſq́, ſat debere te tuis puta,
Tam magni ſpectare viri, queis contigit vrnam.
Oculi ô beati, ô verè ingens ſpectaculum!

ADRIANVS LOPIVS Brugenſis, origine Hiſpanus. *Antonius Sanderus lib. I. de Brugenſibus eruditionis famâ claris*, hallucinatur, dum *Adrianum Lapium* vocat, fortaſſis ea culpa typopraphi eſt. Edidit elegantis venæ & ingenij non vulgaris

Poëmata Græca & Latina. Viuebat anno M.D.LXXX.

ADRIANVS MANGOTIVS Gaudæ (quod eſt Hollandiæ opidum) naſcitur anno M.D.LIV. Louanij ann. IX. Philoſophiæ & Theologiæ operam dedit, annoſq; aliquot Paſtorem egit, deinde CIↃ. IↃ. LXXXV. kal. Octob. Soc. IESV Clericis adſcribitur. Louanij & Antuerpiæ Eccleſiaſtes aſſiduus fuit, viuit valetque in domo profeſſa Antuerpienſi, anno CIↃ IↃ. CXXV. Edidit

Monita ſacra Tom. IV. typis Verduſſijs, ſemel iterumque in omnia Feſta Dominicoſque anni dies. Quartus Tomus B. Virginis Homelias & in Paſſio-

 nem

nem Domini continet, è ſacris literis & SS. Patribus potiſſimum deprompta, & in celebri Academia Louanienſi ſodalibus Deiparæ Virginis dicta: *Iuſtum Lipſium* ſæpiſſimè auditorem & laudatorem habuit.

ADRIANVS MARIVS, *Nicolai Euerardi F.* Machlinienſis, *Ioannis Secundi* & *Nicolai Grudij* (quia Louanij natus) frater, Geldriæ Zutphaniæque Cancellarius, à negotiorum curis, ad Muſas non rarò diuertit, & Iuriſprudentiam cum poëtica coniunxit, præter *Dialogos Luciani* aliquot carmine redditos, eiuſdem *De Vitanda Calumnia* libellum proſa oratione conuertit.

Epicedium Ioanni Secundo fratri, & quædam alia luſit.

Vitâ exceſſit Bruxellis plenus dierum, CIↃ.IↃ.LXVIII.XII.kal.Apr. Corpus Machliniæ conditum in *D. Maria* ad parentis fratriſque Præſidum tumulum.

ADRIANVS METIVS Batauus Alcmarianus, Franekeræ apud Friſios Matheſeos Profeſſor, Aſtronomiam quoque in Germania tum priuatim tum publicè docuit. Edidit

Doctrinæ Sphericæ lib. V. Francofurti. 1591. 8.

Aſtronomiæ vniuerſæ inſtitutionem lib. III. Franekeræ, 1605. 8. *liber IV. Inſtitutionis, in quo Aſtronomia obſeruatrix, quem titulus pollicetur, alterius voluminis opus erit.*

Arithmeticæ & Geometricæ Practicam, Franekeræ. 1611. 4.

De genuino vſu vtriuſq́. Globi Tractatum. Amſtelod. typis Ianſonij. 4 1624.

Praxin nouam Geometricam per vſum Circini & regulæ proportionalis. Ibid 1623.

ADRIANVS MEERBECANVS Antuerpienſis, Scholaſter Aloſtanus, mihi familiaris, ſcripſit idiomate patrio in gratiam verè Catholicorum.

Chronicon rerũ toto in orbe geſtarũ, in quo accuratè omnia quæ in miſero noſtro Belgio ad hæc noſtra tẽpora contigerunt. Antuerpiæ typis Verduſſij. 1620. fol.

Funus ALBERTI PII, *Belgarum Principis*, 1622. 8. Flandricè.

ADRIANVS DE PROOST Gandenſis, I.V. Doctor & Profeſſor in Academia Louanienſi, Louanij edidit typis Dormalij 1620. 4.

Panegyricum D. THOMAE AQVINATI, Doctori Angelico, diuinæ & humanæ ſapientiæ Phœnici, Non. Mart. ipſi ſacris in templo PP. Prædi. Bruxellis dictum.

ADRIANVS ROMANVS, Louanienſis, naſcitur an. CIↃ IↃ LXI. XXIX. Septemb. Medicus & Mathematicorũ ſui temporis, teſte *Michaele Coigneto* Antuerpienſi, facilè princeps. Hic mores hominum multorum vidit & vrbes. Louanio Herbipolim à loci illius Epiſcopo euocatus, Medicinam ibidem publicè primus docuit, & vxore defunctâ, ſacerdos ac Canonicus renuntiatus eſt à *Iulio Herbipolenſium* Principe. In Poloniam migrans, vniuerſam vidit, *Ioan. Samoſcij* Cancellarij viri doctiſſ. biennio ferè toto domeſticus, Cæſareus regiuſq; Mathematicus atque Eques auratus. Dum in Belgium cogitat, curando morbo inſtituta profectione ad aquas Spadanas, Moguntiæ vitam cùm morte commutauit anno CIↃ. IↃ C. XV. IV. Non. Maias, in ſinu *Iacobi F.* Medicinæ ſtudioſi. Scripſit

Ouranographiam, ſiue *Cæli Deſcriptionẽ*. Antuerpiæ apud Ioannẽ Keerbergiũ. 4.

Methodum Polygonorum, deque circuli quadratura. Ibidem 1593. 4.

Speculum Mathematicum, ſiue *Organum formâ mappæ expreſſum*, ex Aſtrolabio Gemmæ Friſij, & ſpeculo Coſmographico Appiani. Louanij 1606. 4.

Ideam Matheſeos vniuerſæ. Herbipoli. 1602. 8.

Matheſin

Matheſin Polemicam, Francofurti 1605 8.

Theatrum vrbium cum Iconibus, in quo breuis & dilucida Vrbium præcipuarum per orbem vniuerſum deſcriptio. Ibidem 1595. 4. typis Nicolai Baſſæi.

Exercitationes Cyclicas, contra Scaligerum, Orontium Finæum Gallos, & Raymarum Vrſinum in X. Dialogos tributas, 1597. fol.

Supputationem Eccleſiaſticam, iuxta nouam veteremque Calendarij rationem.

Theoriam Calendariorum, Wirceburgi, 1595. 4.

Expoſitionem & Analyſin in Archimedis Circuli dimenſionem.

Apologiam pro Archimede, ad Ioſephum Scaligerum.

Canonem Triangulorum Sphæricorum. Moguntiæ, 1609. 4.

Canonem Triangulorum rectangulorum tam ſphæricorum quàm rectilineorum.

Pyrotechnion, ſiue *de ignibus feſtiuis*. 8.

Arithmeticæ IV. Inſtrumenta, nouâ methodo ac formâ patente exhibita. Herbipoli, 1603. in folio.

Mathematicæ Analyſeos Triumphum, Louanij anno 1607. in folio expanſo.

Methodum exprimendi numeros quantumuis maximos, Cifris vulgaribus notatos, iuxta gentium ferè omnium conſuetudinem. Ibidem, 1607.

Reſolutionem chordarum arcubus circuli primarijs ſubtenſarum. Wirceburgi, 1602.

In Mahumedis Arabis Algebram, in fol.

ADRIANVS ROVLERIVS Inſulenſis, Duaci in collegio Marchianenſi Poëſin docuit, & *D. Petri* Seminario in patria præfuit, obijtque ibidem paſtor in D. Saluatoris, ſcripſit

Stuartam Tragædiam, ſiue *Martyrium* MARIÆ *Sereniſſ. Reginæ Scotiæ* Matris Iacobi magnæ Britanniæ Regis. Duaci, typis viduæ Boſcardi, 1593. 4. exhibitam ludis Remigialibus à Iuuentute Gymaſij Marcianenſis.

A veteri SENECA *nouus hic diſtinguitur vno:*
Ficta vetus narrat crimina, facta nouus.

ADRIANVS SARAVIA Flander, origine Hiſpanus, ſcripſit

De diuerſis miniſtrorum Euangelij gradibus, ſicut à Domino fuerunt instituti & traditi ab Apoſtolis, ac perpetuo omnium Eccleſiarum vſu confirmati. Francofurti, 1561. typis Wecheli & Fiſcheri.

Contra hunc Tractatum *Theodorus Beza* reſponſum in lucem emiſit 1562.

ADRIANVS SCHOLASTICVS, vulgo *Scoliers*, Scholarcha fuit celebris Antuerpiæ, *Carmina Saturnalitia De Amicitia*, ſtrenæ loco luſit, 1566. typis Plantini. Vxoris illius epitaphium extat in Abbatiæ S. Michaelis Præmonſtratenſium Canonicorum æde ſacra, mortuæ XVI. Kal. Sextil. anno CIↃ.IↃ. LXIII.

Terra tegit cineres, Spiritus aſtra colit

ADRIANVS SCORELIVS Batauus, è Scorelio pago genitus. Poëta elegans, argutus ac feſtiuus. At dum Romæ ſe corrumpit (teſte *Adriano Iunio*) & reuerſus arentibus ſemper faucibus intempeſtiua ducit pocula, cum paralyticis artubus menris ſtuporem acceſſit, & venæ igniculos omnes obturatos extinxit in ipſa viridi adhuc iuuenta, cùm annum ætatis trigeſimum nondum attigiſſet. Scripſit:

Elegiarum lib. II.

Eclogarum lib. I

Calumniæ proſopographiam.

Epigrammatum lib. I. Omnia typis Plantini 1566 cum Cornelij Valerl *Triumphis* in aduentum CAROLI V. CAES. AVG. à S.P.Q. Vltraiectino apparatis, anno cIↄ. Iↄ. XL. ſtudio *Gulielmi Mennens* Antuerpienſ. euulgata. Hos moriens verſiculos effudit noſter *Adrianus:*

Finis Mors, ſic ſunt hominus vana omnia, præter,
Quàm cui diuino pectus amore calet.

ADRIANI SCORELI MANIBVS
NICOLAVS NICOLAIVS GRVDIVS.

Luſtrata Anſonij poſt culmina ſacra Quirini
Regnaq́; ſollicito Gallica trita pede,
Ad patrias reduci ſedes proauitaque rura
Vt iuueni ſecuit ſtamina Parca tibi,
Hollando qua ſtat nimium vicina profundo
Felix rurigenis Scorela delitijs;
Haud volupe eſt (inquit) mihi ſcindere fila Poëta,
Nec mors æternis vatibus vlla venit.
At fatis parere mihi, tibi ludere fas eſt,
Perpetuùm Eyſijs perfruiture locis.
Laudibus ornaſti patriam; memor illa rependet
Elogium cineri, ſemper amica tuo.
Quin etiam (ventura licet ſi pandre Parcis,
Et noſtrum quicquam ponderis omen habet)
Iſtius vt faciem obruerint telluris arena,
Quas vomit emotis Ennoſygæus aquis;
Ipſe per ora virûm volitabis viuus, & illa
Nomen inextinctum poſt ſua fata feret.

ADRIANVS SCRIECKIVS *Rodornius*, vir Prætorius, Belgicis Principp. *Alberto* & *Iſabellæ* à conſilijs & mihi familiaris, naſcitur Brugis cIↄ. Iↄ. LX. V. Kal. Ianuar, Lutetiæ Philoſophiæ ac Iuriſprud. operam dedit. Ipris in otio literato & negotio publico poſtea egit. Edidit opus nouum in folio linguâ Belgicâ

Originum Celticarum & Belgicarum lib. XXIII. quo docet linguam Celticam Latinâ, Græcâ, Chaldæaque antiquiorem eſſe. Ipris typis Franciſci Belleti, anno 1614. auctoris impenſis.

Monita ſecunda, ſiue *Europam rediuiuam lib. V.* Ibidem.

In meliorem vitam tranſlatus Ipris anno cIↄ. Iↄ. CXXI. X. Ianuarij, apoplexi tactus. IVSTVS RYCQVIVS Gandenſ. & Canonicus, hoc epitaphium pio adfectu ſcripſit:

D. O. M.
Si quis Belgica perſonare verba

Primæuâ

Primauâ cupis inſtitutione,
Et quæ myſticæ denotent, quibuſue
Sint affinia vocibus Syrorum,
Chaldæaque & Hebraica loquelæ,
Et Græca, Schyticaq́, Celticaque,
Et quàm priſci Aborigines ſonabant,
Et Lunâ populi ſati priores,
Et quàm Barbarus, aut Latinus orbis,
Mirandos cape SCRIECKII *libellos:*
Lingua totius hic pateſcit orbis.
Hunc iam plurima talia inchoantem,
Aures qui ſibi credulas pararet,
Et famam strueret perenniorem;
Strinxit liuida Mors, viroq́, in vno
Tot myſteria, tot bona interemit.
Luge quiſquis es, vndecumq́, Lector:
LINGVA TOTIVS HIC SILESCIT ORBIS.

ADRIANVS SPIGELIVS, Bruxellenſis, Eques Venetus, Medicus ac Philoſophus ſcripſit
Iſagogen in rem Herbariam, Patauij, 1607.
De lumbrico lato librum, Venetijs 1619. 4.
De Semitertiana lib. IV. Francofurti, typis de Bry. 1624. 4.

ADRIANVS STRATIVS Brugenſis, I. C. in Franconatu Flandriæ Syndicus, poſt Dammi vrbis Præfectus, conſcripſit iuuenis Norinbergæ.
Orationis Dominicæ Explanationem.
Poëmata ad amicos & preces aliquot pias.

ADRIANVS TODESCHINVS Gandenſis, Pontificis δορυφόρων Capitaneus, ſcripſit
De Caſtrorum metatione & machinis bellicis Commentarium.
Fecit vitæ finem Romæ, & *Adrianus Scorelius* Batauus tale poſuit epitaphium:

Pontificis qui fida fuit cuſtodia PAVLI,
Hæc TODESCHINI *ſunt monumenta Ducis:*
Quo non militibus gratus Dux extitit alter,
Quo non Pontifici gratior alter erat.
Gandani natus, Romanâ conditur vrnâ,
Et patria & tumuli nobilis ille loco.
Quis vigor ingenij fuerit, quæ bellica virtus
Vis referam? Fama crede viator, ABI.

ADRIANVS DE VETERI BVSCO, Religioſus monaſterij S. Laurentij prope Leodicum, ſcripſit
Chronicon Leodicenſe ab anno M. CCCC. XLIX. quo IOANNES STABV-

LARIVS eiuſdem monaſterij monachus deſijt, ad annum M. CCCC. LXXXIII.

ADRIANVS WILLAERT Brugenſis, Muſicus excellens, compoſuit.

Motettas, ſeu *Cantiones ſacras* ſuauiſſimas 3. 4. & 5. vocum, Venetijs apud Ant. Gardanum 1542.

Eiuſdem & *Iachet Muſici* ipſius æmuli *Pſalmi Veſpertini omnium dierum feſtorum per annum IV. Vocum*, Venetijs impreſſi anno 1557. Celebratur verſibus Adriani Scorelij.

ADRIANVS DE WITTE, aliàs *Candidus*, Antuerpienſis, Soc. IESV Clericus, vir non minus re quàm nomine candidus, & cum alijs omnibus virtutibus ornatus, tum maximè morum ſuauitate amabilis. Scripſit libellũ qui inſcribitur TRAIECTVS IN CAELVM, ſeu *Spirituale iucundum Monaſteriolum*, quem *Adrianus Adriani* poſt mortem euulgauit.

Abijt Louanij ad meliores ſedes, & ſepultus ad *S. Claram* M.D.LVIII. Idib. Ianuarij, cùm Soc. Clerici nondum haberent Collegium, aut certam domum.

ÆGIDIVS A HACKERIVS, natus in Vreeſwijck prope Vltraiectum, Coloniæ S. Theologiæ Profeſſor, ſcripſit

EINOTIKON *diſſecti Belgij*, ſub nomine *Salomonis Theodoti*. Vrſellis, anno 1618. 8.

ÆGIDIVS AVRIFABER Cartuſianus, Vicarius domus montis Sion in Zelandia prope Ziriżæam, vir in ſacris ſcripturis peregregiè verſatus, ſcripſit

De laude CARTVSIANA.

Sermones de Tempore & Sanctis, per totius anni circulum.

Opus exemplorum, vtile concionatoribus.

Vide *Arnol. Boſtium* de viris Illuſt. Ord. Cartuſ. & *Ioannem Maiorem*, alioſque. Vitam cum morte commutauit M. CCCC. LXVI. XX. Februarij.

ÆGIDIVS BAVARIVS Flander Soc. IESV Clericus, Poëta non infelix, cuius nuper prodijt libellus hoc titulo: *Muſa Catholica Maronis*, ſiue *Catechiſmus Maroniano carmine expreſſus*. Antuerpiæ typis Nutij, anno 1622. 12. Item

Paſſio Dominì noſtri Ieſu Chriſti, verſibus heroicis potiſſimum è *Marone*.

ÆGIDIVS BETSBRVGGIVS, Donſanus, Flander I.C. ſcripſit

De Vſura centeſima, Beſſe, Triente, &c. aduerſus I.C. ab *Hermolao Barbaro* diſſentientes. Item *Declarationem eruditam*, *quâ diſputatur an I.C. ab Oratoribus inſcitiæ ac infantiæ ſæpe damnati, Iura Ciuilia* ſiue *Eloquentiæ ope intelligere atque exponere poſſint.*

AEGIDIVS BREDEYCK Brabantus, monaſterij VII. fontium, inſtituti

inſtituti Canonicorum regularium, iuxta Bruxellam fundator, & primus Prior STATVTA ſuis conſcripſit. Item

Epiſtolam prolixam ad Ioan. Presb. Buſcoducenſem. M.S. in dicto monaſterio. Deceſſit ſenex anno Chriſtianæ ſalutis CIↄ. CCC. Prior in Buſco Iſaac, adicatâ VII. fontium Prælaturâ.

AEGIDIVS BVCHARVS, alij *Bucherius* Atrebas Soc. IESV clericus, Theologus, & Hiſtoricus, vir multæ lectionis, in annorum, temporumque calculis ſubducendis verſatiſſimus, ſcripſit

Diſputationem Hiſtoricam de primis Tungrorum & Leodicenſium Epiſcopis.

Chronographiam Hiſtoriæ Leodicenſis, poſteriorum Epiſcoporum, additis Pontificum Romanor. Impp. Romanorum & Regum Franciæ tabulis Leodici, cum ſcriptorib. Leodic. à *Chapeauillio* editis.

GREGORIVM TVRONENSEM, *ampliſſimis* NOTIS illuſtrauit.

AEGIDIVS CARLERIVS, *Henrici* affinis, Canonicus & Decanus Metropolitanæ Eccesiæ Cameracenſis S. Theol. Doctor, claruit in Concilio Baſileenſi, peracri ingenio & ſtudiorum rerumque omnium notitia perornatus. Extant eius.

Orationes aliquot habitæ contra Bohemos.

Diuerſas *Caſuum conſultationes* ſcripſit duobus voluminibus comprehenſas, priori *Sportam fragmentorum* titulum dedit, poſteriori *Sportulam fragmentorum.* Vtrumque opus ſe vidiſſe ſcripſit *Valerius Andreas* linguæ ſanctæ Profeſſor in Collegio Trilingui, editum M. CCCC. LXXVIII. *In Sporta* hæc continentur de multis:

De conſeruatione Bonorum Eccleſiæ.
Defenſorium Eccleſiæ.
De perpetua Virginitate B. MARIAE.
Contra Iconomachos.
Pro cœlibatu, præſertim Eccleſiaſticorum.
In SPORTVLA verò Tractatus ſequentes:
De electione Iudæ proditoris.
De Hierarchia Eccleſiaſtica.
De reditibus ad vitam.
Pro Decimis. De Imaginibus.
De integritate Confeſſionis & poteſtate Papæ.
De non eſu carnium apud Benedictinos.
Contra calculatores conſummati ſeculi.
De clauſura Religioſorum Ord. S. Dominici, &c.

Louanij in valle Martiniano Canonicorum regul. cœnobio, extat eiuſdem *Carlerij* liber, hoc titulo: *Scutum Veritatis.*

AEGIDVS CONINCX, ſiue *Regius*, Flander, Bellanus, Soc. IESV Clericus, Theologus, & Profeſſor annos plures apud ſuos Theologiæ Scholaſticæ, vir in omni politiore doctrina quoque inſigniter ornatus, edidit Antuerpiæ typis Nutij fol. 1616. & 1619.

Commentariorum ac diſputationum in vniuerſam D. THOMAE *doctrinam.*
De Sacramentis ac Cenſuris, Tomos II.

Digitized by Google

De moralitate, natura, & effectibus actuum ſupernaturalium in genere, & Fide, Spe ac Charitate ſpeciatim lib. IV. typis Belleri, anno 1623. & Nutij 1624. fol.

ÆGIDIVS DE LA COVLTVRE Inſulenſis, è Caluiniſmo ad gremium matris Eccleſiæ Romanæ redux, ſcripſit idiomate Gallico

Apologiam, contra *Antonium l'Eſcaillet*, in Magna Britannia Miniſtrum Gallum *De viſitatione Eccleſiæ, eiuſque perpetuitate.* Antuerpiæ typis Plantini, anno 1588. 8.

ÆGIDIVS DELPHVS, S. Theologiæ eximius Profeſſor & Poëta facilis, multâ eruditione præditus, vertit carmine, inſcripſitque Stephano Epiſcopo Pariſienſi,

Epiſtolam Pauli ad Romanos, cum annotationibus Gilberti Cognati, Baſil. 1588. Item Pariſijs apud Badium, cui adiecta eiuſdem

Defenſio pro Cleri Flandriæ libertate, cùm Brugis peteretur ſubſidium, Rege Caſtellæ Hiſpanias cogitante.

Pſalmos VII. pœnitentiales ac Litanias carmine reddidit.

Eraſmus Roterodamus ſcribit noſtrum AEGIDIVM totum ferme diuinæ ſcripturæ corpus carmine complexum fuiſſe.

ÆGIDIVS DIEPENBORRIVS, Brabantus, religioſus monaſterij VII. fontium, canonicorum regularium, ſcripſit

Exercitium de V. vulneribus Chriſti lib. I.

De incarceratione & liberatione D. Petri lib. I.

Inuectiuam in malos Presbyteros, carmine.

Omnia olim M. SS. in dicto monaſterio.

AEGIDIVS EVERARDVS (alias *Gerardus*) Medicus Antuerpienſis, ſcripſit

Commentarium de herba Panacea, quam alij Tabacam, alij *Petum*, aut *Nicotianam* vocant. Antuerpiæ 1583. typis Belleri. 16.

De Mechiaca radice, ibidem 16.

ÆGIDIVS FABER, Bruxellenſis, Carmelitani Ordinis, Doctor Theol. Louanienſis, celeberrimus ſui ſeculi Eccleſiaſtes: cùm auditum eſſet, eum eſſe dicturum, loca omnia in ſubſellijs occupabantur & templum complebatur, auditoreſque omnes adſtabant erecti & intenti. Tantæ auctoritatis locum apud MAXÆMYLIANVM Imp. eſt adſecutus, vt ſuis eum conſilijs adhiberet, & plurimis Carmelitana cœnobia beneficijs adficeret, atque in his Bruxellenſe ſolemni etiam Equitum aurei Velleris inauguratione, illuſtraret. Scripſit

In magiſtrum Sententiarum.

Contra Proprietarios lib.

Chronicon ſui ordinis.

Hiſtoriam Brabantiæ.

Quaſtiones ordinarias.

Determinationes Theologiæ.

Orationes ad Clerum.

De

De teſtamento Chriſti in Cruce.
Sermones ad populum.
De ortu Religionum.
Commentarios in Ruth, Iob & Epiſtolam Pauli ad Romanos.
Præcepta vitæ religioſæ.

Obijt Bruxellis placidâ morte, eo ipſo anno quo delicium humani generis PHILIPPVS CAROLI V. parens apud Hiſpanos fato ereptus eſt, anno nempe M. D. VI.

ÆGIDIVS A GANDAVO, Theologus ac Philoſophus, ſcripſit *Quodlibeta XXXIV*. Louanij M. SS. ad S. MARTINVM, quod Canonicorum regularium eſt cœnobium. Tractat quæſtiones Logicas, Phyſicas, Metaphyſ. ac Morales.

AEGIDIVS DE HERTOGHE Medicus, ſcripſit
Epiſtolam ad Matthiam Cornarium.
De geſtatione fœtus mortui per annos XIII.

AEGIDIVS LEODICENSIS, in Ducatu Luceburgenſi, Vallis aureæ, Ciſtercienſis Ord. monachus, ſcripſit
Hiſtoriam Epiſcoporum Tungrenſium, Traiectenſium & Leodicenſium, à S. Materno, primo Tungrorum Epiſcopo ad annum ſalutis CIƆ. CCLI. Ex ea *Vitam & Martyrium* S. ALBERTI, *Card. & Epiſcopi Leod.* primùm edidit amicus noſter *Aub. Miræus* Antuerpiæ 1610. typis Dauidis MartinI.

AEGIDIVS A LESSINIA Flander (vel Hanno potius, à Leſſina, ditionis illius opido) Ordinis S. Dominici Theologus, qui propter ſacrarum literarum ſcientiam pluſquam mediocrem, apud ſuos celebre nomen conſecutus eſt. Scripſit
In lib. I. & II. Sententiarum.
De concordijs temporum.
De Geometria.
De Cometis.
De Vſuris.
Flores caſuum.
Quæſtiones Theologicas.

Hæc omnia Valencenis, Tornaci, item Bruxellæ in Cartuſia lecta fuêre, teſte *Ioanne Bunderio*, indice libb. M.SS. per Belgium.

AEGIDIVS DE LOVANIO, Canonicus Regularis S. Auguſtini, reliquit
Sermones per annum, M.SS. Louanij ad S. Martinum in pergameno.

AEGIDIVS MVISIVS, Abbas cœnobij Benedictini ad ſanctum Martinum Tornaci, ſcripſit *Chronicon à Chriſto nato ad annum* CIƆ. CCC. XLVIII. quo vixit.
Extat quoque M. S. in dicto D. Martini cœnobio, Louanij.

AEGI-

AEGIDIVS NETTELET S. Theol. Doctor, & Eccleſiæ Cameracenſis Decanus, edidit. *Opus celeberrimum, omni ſtatui neceſſarium, ex D. Hieronymi Epiſtolis collectum, & libb. IV. diſtinctum*, teſte *Trithemio*, cui æqualis fuit anno Domini cIↄ. CCCCXCIV.

ÆGIDIVS PAESMANS NOBENVS Ægidij F. naſcitur Haſſeleti oppido Diœceſ. Leodicenſ. anno redemptionis noſtræ M.D.XLI. XV. Auguſti. In literis humanioribus magiſtrum nactus eſt *Andream Alenum* magninominis virum. Experimentum Muſicæ (quam egregiè tenebat) Viennæ aliquando dedit Inuictiſſ. Imp. CAROLO. V. audiente. Ibi tum ars eius ac vox laudata eſt. Nobiliſſimas Europæ prouincias, puta Germaniam, Bohemiam, Sileſiam, Hungariam & Hiſpaniam cum fructu inſpexit. In Theologia Louanij eximios viros & libris editis clariſſimos *Iudocum Raueſteyn Tiletanum, Michaëlem Bayum & Auguſtinum Hunnæum* doctores habuit, quorum lectionibus ita profecit, vt breui tempore in Theologia Lauream adipiſceretur. Varijs locis ſeduli Paſtoris officio fungitur. Hæreticæ prauitatis inquiſitioni præficitur ab *Erneſto Bauaro* Leodicenſ. Antiſte, & contra Eccleſiæ rebelles claſſicum canit. Demùm cæleſti inhians quieti, tertiæ D. FRANCISCI regulæ congregationis Zeperenſis, Diœceſ. Leodicenſ. (propter Chriſtum paruulus factus) ſe totum ſacrat, anno M. D. CXVI. Anno verò M. D. CXXI. menſ. Iunij die XV. Iubilæum ſui ſocerdotij in Eccleſia de Steynoickerzeel cecinit ad maiorem DEI gloriam. Scripſit

Tractatum Catechiſticum de VII. Sacram. de Indulgentijs.

Conciones XVI. de Paſſione Dominicâ.

Elucidationem Catechiſtam Chriſtianæ ac Catholicæ fidei in Symb. Apoſtol. Orat. Domin. & Salut. Angelicam.

Defenſionem breuem pro SALVE REGINA ET AVE MARIA, contra Orthodoxæ fidei inimicos, vernaculo ſermone, Bruxellæ typis Ioannis Pepermanni, anno 1622.

Vixit valetque decrepitus anno M.DC.XXVI.

ÆGIDIVS PERIANDER Bruxellenſis, Poëta, iuuenis operam dedit literis humanioribus Viluordiæ apud Antonium Syluium, dedit in lucem

Germaniam, in qua doctiſſimor. virorum elogia & iudicia continentur, ex diuerſorum noſtri temporis Poetarum ſcriptis congeſta, Francofurti, anno 1567. typis Petri Fabricij.

Promiſit *Italiam & Galliam.*

Veneris hortis Erotica luſit, aliaq́ extemporanea.

Noctuæ ſpeculum ex idiomate Germanico Latinitate donauit, additis elegantiſſ. iconibus ſingularum hiſtoriarum, Francofurti, anno 1567. 8.

ÆGIDIVS, RAPHAEL, IOANNES, SADELER fratres, Antuerpienſes Calcographi celeberrimi, magnatibus grati & accepti, inprimis aliquot Impp. Auſtriacis & MAXÆMYLIANO Bauariæ Duci illuſtriſſ. vulgarunt ærique inciderunt multa, quorum monumenta æternùm viuent. Eorum extant

Symbola

Symbola diuina & humana Pontificum, Impp. Regum, ex muſæo *Octaui de Strada C.R.* Pragæ. 1600. fol.

Schema, ſeu *Speculum Principum*.

IV. Anni tempora.

Boni & mali ſcientia, & quid ex horum cognitione à condito Mundo ſuccreuerit, quam Martinus de Vos figurauit.

Bonorum & malorum conſenſio & horum præmia, illorum pœna.

Solitudo ſiue *Vitæ Patrum Eremicolarum ex D. Hieronymo*. Idem de Vos figurauit.

Sylua ſacra.

Bauaria ſacra, vel *Sancti Bauariæ, hiſtorica enarratione illuſtrati per Matthæum Raderum*, & inſcripti Max. Bauariæ Duci. 1615.

ÆGIDIVS SCHONDONCHVS, Brugenſis, Soc. IESV Clericus, Theol. & Collegij Audomaropolitani Rector, mihi familiaris, vtriuſque linguæ peritiſſimus. Hoc nemo læta iucundius, nemo facunda cultius aut dixit, aut (quod liberrimum eſt) cogitauit. Vertit

Sicam Tragicam è Belgica Franciſci Coſteri eiuſdem Soc. qua Lugdunenſium Batauorum in Societatem calumnia retunditur. Antuerpiæ anno 1599. typis Tornæſij.

Multa inchoata, morte prĉuentus, reliquit, inter alia *Admiranda huius ſeculi*.

ÆGIDIVS SYNEGORVS, Limburgenſis, in gymnaſio Duſſeldorpiano apud Cliuios iuuentutem docuit, circa annum Domini M. D. XLVIII. quo anno edidit

Prouerbia Salomonis, verſu Elegiaco, Coloniæ. 8.

AEGIDIVS TOPIARIVS, vide DOMINICVS AEGIDIVS TOPIARIVS.

AEGIDIVS WALLIVS, Brugenſis, S. Theologiæ Profeſſor Louanienſis, ſcripſit

Paræneſin Antiquitatis, contra nouorum dogmatum ſectatores, Louanij, apud Maſium anno 1595. 4.

Orationem de vera Eccleſiæ poſteritate, ibidem anno 1599. 4.

Moritur Louanij, anno CIↃ. IↃ. CIII. XXVIII. Octob. & in *D. Petri* ſepultus, qua in æde Canonicum beneficium obtinebat.

AEGIDIVS WITSIVS I.C. Brugenſis, vrbis Syndicus, & poſtea Concilij Prouincialis Flandriæ Senator, ſcripſit

Contra mendicabulum publicum pro noua pauperum ſubuentione, Antuerpiæ, typis Syluij anno 1562. Ibidemque apud Plantinum anno 1561. 8.

De Magiſtratibus Romanorum ſuo vindicauit auctori *Andreæ Dominico Flocco* falsò hactenus *Feneſtellæ* adſcriptum, quem tamen *Franciſcus Robortellius Iacobo Poggio* adſcribere maluit.

Carmen ad Hubertum Goltzium, contra illud *Philippi Beroaldi* ſenioris: *Veras eſſe imagines ex literis, vanas & otioſas ex numiſmatu*, cum *Goltzij* CAESARE editum Brugis anno 1563. fol.

AELIVS EVERARDVS VORSTIVS Gelder, Ru-

remundæ naſcitur anno M. D. LXV. XXVI. Iulij, ex Vorſtiorum clara in illo tractu, familia. Dordraci humanioribus literis informari cœpit. Lugduni Batauor. *Lipſium*, *Vulcanium*, aliosque audiuit viros celeberrimos. Germaniam vidit, deinde Coloniæ Philoſophiæ & Medicinæ ſtudijs addictus. In Italiam profectus, vt Medicinam vberius perfectiusque hauriret, in qua totos annos IX. tranſegit. Patauij audiuit III. *Hieronymos. Mercurialem*, *Capiuaccium* & AQVAPENDENTEM. Tandem longæ à patria pertæſus abſentiæ, domum redijt, quò incolumis peruenit poſt XIV. annorum peregrinationem, anno M. D. XCVI. Ductâ vxore Lugdunum ad Profeſſionem publicam vocatus fuit; bis ſummo in Academia Magiſtratu functus. Scripſit

Commentariolum de Annulorum origine, in gratiam *Abrahami Gorlai*, qui *Dactylioth ecæ* eius præfixus eſt.

Orationes funebres in obitum Caroli Cluſij & Petri Pauwij. Lugduni anno Domini 1617. 4.

Obſeruationum, rerumque memorabilium per magnam Græciam, Iapygiam, Lucaniam, Brutios, adiacentesq; regiones Commentarium Hodæporicum.

De Batauia piſcibus.

NOTAS *ad Cornelium Celſum, De re medica, aliaque.*

Obijt Lugduni Batauorum anno Domini M. DC. XXV. Defunctum funebri laudatione proſecutus eſt *Petrus Cunæus* Profeſſor Iuris, & Academiæ Rector.

ARNOLDVS BVCHELIVS IC.
AFFINI CARISS. MOESTVS P.

VORSTIVS *en iacet hic, cum quo Medicina ſaluſq;*
Atque ſilent Coi dogmata ſancta Senis.
Delicium Phœbi, Batauí decus atque Lycæi,
Eſt ſolitus magnæ qui dare iura Scholæ
Heu tacet, in proprio quem luxit funere Leida,
Cuique dedit lacrymas turba Nouena ſuas.
Reſtat vt in natis genitoris imago reſurgat:
Sic cum Sol abijt, ſydera clara micant.

ÆLIVS FRANCISCVS VANDER WILLIVS, Batauus, Hagienſis, euulgauit

De naturalium rerum ſcientia cum appendice, Lugduni Batauor. typis Plantini, anno Domini 1592. 8.

Erotica. Ibidem.

ÆLSIVS EDOVARDVS LEON, Friſius, ſcripſit

Friſiam carmine Heroico, inſcripſitque Præſidi *Viglio Zuichemo.*

Carmen gratulatorium in inaugurationem lætumque vrbis Antuerpienſis introitum Franciſci Valeſij, Ducis Alenconij. anno Domini CIↃ. IↃ. LXXXII. Antuerpiæ 4.

ALA-

ALANVS DE RVPE Batauus, Dominicanus, Doctor Theologiæ, ac diuini verbi Eccleſiaſtes inſignis, ſcripſit inter alia, *Trithemio* teſte, ingenij ſui monumenta,

Compendium Pſalterij Mariani.

De miraculis ſanctiſſ. Roſarij lib. I.

Monaſticæ vitæ excellentias xxx.

In Cantica Canticorum lib. I. ſingula Salomonis verba ad Chriſtum & B. Virginem ſe inuicem colloquentes accommodanda.

De XV. laudibus Pſalterij B. MARIAE, ſecundum XV. lapides in rupe altiſſima Angelicæ ſalutationis repertos. M. S. Vltraiecti in Biblioth. publ.

Sermones varios.

Obijt vir pius & B. MARIAE Virginis, cœlorum Reginæ vnicus admirator atque amator in conuentu ſuo Swollenſi, anno Domini M. CCCC. LXXIV. pridie Aſſumptionis Virginis, cuius hodie vix ſcriptum vllum, præter libellum in *Cantica* Pariſijs olim in 8. paruo excuſum, & *De dignitate Pſalterij* IESV *&* MARIÆ, extare certè dolendum eſt. Hic *Roſarium & Paſſionis Chriſti recordatiuum Pſalterium* (quod diu fuerat neglectum) reuocauit ad mentes hominumque exercitia, in cuius honorem Confraternitatem inſtituit, quæ per Apoſtolicam ſedem confirmata fuit, multiſque ſalutare præbuit exercitium.

ALANVS DE RVPE Inſulenſis (alij ALANVM DE INSVLIS vocant) liberalium artium peritus, Pariſijs Eccleſiaſticæ ſcholæ ſumma cum laude præfuit, Doctor, & Poëta non vulgaris, & ab omnigena eruditione, DOCTOR VNIVERSALIS appellari meruit. Scripſit

Summam ad prædicationis officium vtilem.

De naturis quorundam animalium.

Super Sententias lib. IV.

Summam virtutum & vitiorum.

In Cantica Canticorum lib. I. Pariſijs in 16.

Oculum S. Scripturæ lib. I.

De planctu naturæ lib. contra Sodomiæ vitium, partim metro, partim proſa M. S. Oxoniæ in bibliotheca Balliolenſi.

In Pentateuchum, ſiue *V. libb. Moyſis.*

Sermones plures.

De doctrina, ſiue *Regula Theologiæ lib. I. M. S.* in monaſterio VII. fontium.

De æquiuocis myſticis lib. I.

De VI. alis Cherubin lib. I.

Quodlibeticas quæſtiones.

De arte prædicandi.

De Parabolis, carmine Elegiaco lib. I.

Anticlandianum, ſeu de viro optimo, & in omnibus perfectiſſimo lib. IX. Baſil. anno 1536. 8.

Naturæ debitum ſoluit Pariſijs, cuius Monumentum apud Ci-

ſtercienſes oſtenditur exeuntibus oratorio ad dexteram ex marmore, hac inſcriptione:

ALANVM breuis hora breui tumulo ſepeliuit,
Qui duo, qui ſeptem, qui totum ſcibile ſciuit.
Scire ſuum moriens dare vel retinere nequiuit.
Labentis ſecli contemptis rebus egens fit.
Intus conuerſus, gregibus commiſſus alendis.
Mille ducenteno nonageno quoque quarto,
Chriſto denatus mortales exuit artus.

Trithemius & Hermannus Schedel, vel quis alius auctor, in eo volumine quod *Mundi Chronica* inſcripſit, hallucinantur, dum noſtrum ALANVM anno Domini M. CCC. floruiſſe ſcribant, nam tunc defloruerat.

ALARDVS ſiue ADELARDVS AMSTELODAMVS Batauus, à patria ſic cognominatus, multæ & lectionis & eruditionis Theologus, Philoſophus, & Poëta. In ss. literis *Ruardum Tapperum & Iacobum Latomum* ſummos tum Theologos Louanij audiuit, familiaritateque *Eraſmi Roterodami*, *Dorpi*, *Petri Ægidij* aliorumque vſus fuit. Operum *Rodolphi Agricolæ* fidelis explicator. Erat naturâ ſurdaſter, ſed linguâ volubili, vnde quodam loco *Eraſmus* ALARDVM, ait, quod auribus diminutum eſſet, linguâ penſare. Obijt pius ſacerdos Louuanij, anno à Chriſto nato M. D. XLI. (*Ioannes Iſacius* Pontanus in ſua Amſtelodami deſcriptione anno Domini M. D. XLIV. mortuum ſcribit) relictâ orphanis Amſtelodamenſibus Bibliothecâ, hoc ſibi ſcripto epitaphio, alludens ad vernaculum AL AERDT, in monaſterio Franciſcanorum:

TOTA TEGIT TELLVS, QVI TELLVS TOTA VOCATVR.

Edidit *de Euchariſtia Sacramento lib.* I. Louanij, typis Reſcij anno Domini 1537. 8.
Paraſceuen ad SS. Euchariſtiæ Sacramenti perceptionem, additis *Orationibus pijs de Paſſione Chriſti*, è ſanctis Patribus alijſque collectis.
Subiungitur in fine *Panegyris* CAROLO V. *Caeſ. verſu heroico dicta*, cùm SS. Euchariſtiam in flammis repertam, & à multis retro ſeculis miraculis coruſcantem Amſtelodami inuiſeret. Coloniæ anno 1561. typis Quentelij.
Selectarum Similitudinum ſiue *Collationum Tom.* III. ex Biblijs ſacris, & SS. Patribus. Coloniæ, Pariſijs & alibi.
Eccleſiaſten, ſiue *Concionatorem*, iuxta locos *Rodol. Agricolæ*. Coloniæ apud Gymnicum, Pariſijs apud Wechelum.
Deſcriptionem Heretici, ſecundum locos eiuſdem *Agricolæ* anno Domini 1539. 8.
Ritum edendi agnum Paſchalem, cum X. plagis Ægypti, carmine heroico, Amſtelodami, anno 1523.

Baptiſ-

Baptiſmum Chriſtianum & Matrimonium deſcriptum per Dialecticæ locos Rodolphi Agricolæ.

Diſſertatiunculas III. aduerſus Hæreticos, quarum I. De peccato originali. II. De iuſtificatione per Chriſtum. III. *De Iuſtorum operibus ac meritis.* Antuerpiæ 1541. 8. typis Ant. Dumæi.

Encomium hoſpitalitatis Abrahæ cum adiunctis Poëmatijs.

Paræneſin de Eleemoſyna.

Siluulam Concionum pœnitentialium.

De miraculis SS. Euchariſtiæ Bruxellis frequentatæ libellum.

Rodolphi Agricolæ opera Scholijs aucta. Coloniæ, 1539. 4. & *Dialecticas Inſtitutiones eiuſdem in epitomen redegit*, typis Gymnici 1542.

Hippocratis Coi Epiſtolam ad Damagelum de atra bile bene longam, paraphraſi longiore reddidit Latinè. Salingiaci anno 1539. 8. apud Soterem.

Matthæi Philadelphienſis precationes pias, & ad ſumptionem Dominici corporis non parum conducentes, *in linguam Latinam tranſtulit.*

Marbodæum de Gemmis Lapidibuſq́; ſcholijs illuſtrauit, vt & poſtea *Ioannes Gamerius.* Coloniæ anno 1539.

ALBERTVS ARNHEMIVS, cognomento KIVET, Cartuſianus in Inſula Reginæ cœli, apud Weſaliam, vir antiquæ virtutis & fidei, miræq́ue innocentiæ, ſcripſit volumen ſatis magnum, cui titulus eſt

Referendarium Exemplorum, VII. *diſtinctionibus partitum.* Solet aſſeruari M. S. apud Cruciferos Ruræmundenſes.

Efflauit animam in Cartuſia Weſalienſi, anno Chriſtianæ ſal. M. CCCC. XLIX. XVII. Maij, ætatis LXXX. profeſſionis. LX.

ALBERTVS, Canonicus & Cuſtos Eccleſiæ Aquiſgranenſis, ſcripſit

Expeditionem ſacram Godefridi Bullonij, & aliorum Princip. Chriſtianor. vſque ad annum CIↃ. C. XC. Louanij M. S. apud Clericos Soc. IESV.

ALBERTVS EVFRENIVS Georgiades, Amſtelo. Batauus, Medicus & Poëta, modeſti vir ingenij, mihi familiaris, dedit iuuenis carmine

Erotica, Baſia, Comam & Syluam, Lugduni Batauor. anno 1601. apud Chriſtophorum Guyotum.

Vtebatur Symbolo: VICTRIX MORTIS VIRTVS.

ALBERTVS HERLEMANNVS Brabantus, Dieſtenſis, in patria egregius iuuentutis moderator, ſcripſit

Inſtitutiones Grammaticas, typis Plantini, in 4.

ALBERTVS HERO Friſius, Snecæ natus, ab ipſis incunabulis ſtudio indefatigabili ad eruditionem & pietatem contendit. Philoſophiam Coloniæ docuit in gymnaſio Laurentiano. Obijt in Ducatu Montenſi propè Duſſeldorpium in munere paſtorali, integræ adhuc ætatis, vtpote quadragenario non minor, anno Domini M. D. LXXXIX. X.

 Martij.

Martij. Habuit abſolutam III. linguarum cognitionem, ſcripſitque

De prouidentia Dei lib. V. Coloniæ, anno 1582. typis Materni Cholini.

Epigrammata diuerſa Latinè, Græcè & Hebraicè.

Præfationem, quæ Polianthea apud Maternum excuſa, præmittitur, etſi nomen ſuum non expreſſerit, aliaque nonnulla quæ videre non contigit.

ALBERTVS IOANNIS Harlemenſis, Carmelita & Theologiæ Doctor Louanienſis, vir eximiæ virtutis & doctrinæ, ſcripſit

Quæstiones in Magiſtrum Sententiarum.

Lecturam in Eccleſiaſticum.

In Canonicam Ioannis primam.

Sermones. Et alia, quæ nondum lucem viderunt.

Naturæ debitum ſoluit Machliniæ post natum Chriſtum M.CCCCXCVI.

ALBERTVS LEONINVS à Groenewoude, Vltraiectinus, domi nobilis, Iuris Doctor, & Mathematicus egregius, ſcripſit

De quantitate anni Tropici libellum.

De anni correctione in theoria motuum, ad GREGORIVM XIII. Pont. Max. Coloniæ, 1578. 8.

Contra Genethliacos. Antuerp. typis Plantini. 4.

Comœdiam moralem, de reducenda pace. Baſil. 1589.

ALBERTVS MEIERVS, Strantfriſius, Geographus & Hiſtoricus, ſcripſit

Methodum apodemicam, quâ docetur, quid ſingulis in locis, præcipuè in peregrinando, obſeruare debeant ſtudioſi. Roſtochij, anno 1591. 8. typis Mylandrianis.

ALBERTVS PIGIVS Campenſis, Tranſiſalanus, patritio ſanguine natus Louanij ſtudijs nauata egregiè opera in Gymnaſio Falconenſi, liberalium artium ac Philoſophiæ laurea donatus, Theologiæ Doctor Coloniæ eſt renuntiatus, ſummamque Aſtronomiæ cognitionem adiunxit. Vir multæ ac variæ lectionis, ſcientiæque omnifariæ, æternâ gloriæ laude victurus perpetuò. ADRIANVM VI Pont. Max ex Belgio prius in Hiſpaniam, atque hinc porrò in Italiam comitatus eſt. Matheſin (qua plurimum excelluit) PAVLVM III. P.M docuit, donatuſque ideò eſt ab eodem duobus ducatorum millibus Scripſit accuratè, & doctè vt cætera omnia

Aſſertionem hierarchiæ Eccleſiaſticæ ad PAVLVM III. P. M. poſt *Dionyſium Areopagitam.* Coloniæ, fol.

De Æquinoctiorum Solſtitiorumque inuentione, ad Franciſcum Molinium, ſancti Maximini Abbatem.

De ratione Paſchalis celebrationis, deque reſtitutione kalendarij Eccleſiaſtici, ad LEONEM X. Pont Max. anno 1520. cum is Theologorum Louanienſium ſuper ea re ſententiam poſtulaſſet, vt ipſe præfatur.

Epiſtolam ad LEONEM X. Pariſijs M.D.XX.

Apologiam aduerſus nouam M. Beneuentani Aſtrologiam, & Apologiæ defenſionem.

Aſtrologiæ defenſionem, aduerſus Prognoſticatores. Pariſijs apud Stephanum.

De

De Miſſæ officio, contra Lutheranos.

De libero hominis arbitrio, & diuina gratia lib. X. contra Caluinum, ad *Iacobum Sadoletum* Card.

Apologiam contra Buceri calumnias, Moguntiæ, 1543. 8.

De Controuerſijs in Comitijs Ratisbonæ tractatis.

Rationem componendorum diſſidiorum, & ſarcienda in religione concordia. Coloniæ 1542. 8.

Apologiam indicti à PAVLO III. *Concilij. Ibidem* 1538.

De diuortiatorum coniugijs.

De actis ſextæ Synodi.

Explicationem Controuerſiarum, quibus nunc exagitatur Chriſtifides. Coloniæ, anno 1542.

Extat & Pighij nomine *De Muſcouia* liber, Venetijs typis euulgatus anno 1543. quem tamen Pighij noſtri laborem eſſe pridem dubitaui, niſi ALBERTI PII Principis eſt, qui in Eraſmum noſtrum ſatis acerbè ſtilum ſtrinxit.

Vltraiecti honorum & opum plenus ad *S. Ioannem Baptiſt.* Præpoſitus, legationibus domi foriſque ſpectatus ab hominibus demigrauit clↄ. Iↄ XLIII. IV. kal. Ianuar. Elogium illi ſcripſere *Paullus Iouius*, & *Aubertus Miræus*, vitamque *Ioannes Gunterus*. *obſeruet Lector, quædam Pighij Theologis doctoribus diſplicêre*, teſte *Poſſeuino in Apparatu ſacro, vt de peccato originis, de Prædeſtinatione* DEI *ac gratia Chriſti, in quibus à* D. AVGVSTINI *ſententia, (quam Eccleſia Chriſti, Romana ſequitur) diſceſſiſſe videtur. Ioannes Latomus* hoc illi epitaphium ſcripſit:

Ne turba tumulum, Viator, iſtum,
Sed adita reuerenter, & ſaluta
Sacratum cinerem viri ſacrati.
Ille eſt PIGHIVS *hoc loco ſepultus,*
Aures qui Batauas ita expoliuit,
Vt dicas ſapere Atticos lepores.
Quare tam bene dormiat, precare,
Quàm doctè nitideq; & eleganter
Defendit Latia decus tiara,
Et morem ſtatuit pium ſacrorum:
Vtro vt nomine debeant Latini
Plus illi addubitent; vtroq; certè
Ingens promeritum viri fatentur.

ALBERTVS VERLANIVS Hornanus, *Adriani Iunij* ex filia nepos, edidit

Poëmata, fertilis & eruditæ venæ ſpecimen.

Obijt in patria anno 1606. AEtatis 28.

ALEXANDER GRAPHAEVS Antuerpienſis Cornelij F. S. Q. P. ibidem à ſecretis, Philologus & Poëta elegans, teſtantur *Carmina ſparſim edita*, è quibus amplum eſt præfixum *Tabulis Vrbium, Georgio Bruno* auctore. *Abrahamo Ortelio Coſmographo* & *Ludouico Guicciardino* fuit familiariſſi-

 mus,

Digitized by Google

mus. Multa imperfecta reliquit, quæ adhuc latent apud heredes, fortaſſis aliquando lucem viſura.

ALEXANDER HEGIVS, Weſtphalus, naſcitur in pago Hegh, ditionis Monaſterij, Belgis ideò meritò accenſendus, quod primus in Belgio literas Græcas cum *Rodol. Agricola* & *Rodolpho Langio* excitauerit. Dauentriæ per annos XXX. ſcholam rexit magna cum laude. Diſcipulus *Rodolphi Agricolæ* atque ipſe diſcipulos habuit *Eraſ. Roterod. Ioannem Murmellium, Hermannum Buſchium*, omneſque fere in Germania doctos. Celebratur eius liberalitas in pauperes ſtudioſos, quos & ope & operâ pro virili iuuit. Venit aliquando *Rodolphus Agricola* in *Hegij* ſcholam & cùm ei diſcipulorum ſcripta monſtraſſet *Hegius*, prætulit *Rodolphus Eraſmicum* ſcriptum cæteris, proptet inuentionis acumen orationiſque puritatem: atque adeò delectatus eſt, vt accerſito ad ſe ERASMO, dixerit: TV ERIS OLIM MAGNVS, quod omen eum minimè fefellit. *Hegius* plenus dierum moritur Dauentriæ ſacerdos. Scripſit multa, quæ maximè poſt mortem pro dijſſe dicuntur, aut ædita illo inuito, nullam poſteritatis habens rationem, nempe

Dialogos de Scientia.
De tribus animæ generibus.
De Phyſica.
De ſenſu & ſenſibili.
De arte & inertia..
De Rhetorica & Moribus.
De natali Seruatoris noſtri.
De vtilitatibus artium, Grammatica, Logica & Rhetorica.
Inuectiuam contra libellum barbarum MODI SIGNIFICANDI.
Farraginem vocabulorum quorundam & dictorum.
Epiſtolas ad diuerſos.
De aurea mediocritate Elegiam.
Epigrammata ad Chriſtum & aliquot Sanctos.
Hymnum ſuauiſſimum in Chriſti natalem.
De natiuitate, Paſſione & glorioſa Chriſti reſurrectione.
De vtilitate linguæ Græcæ.
Sapphicum in habendi amorem, & ad Mariam Virginem, & alia.

Hæc omnia Dauentriæ ferè excuſa anno M. DI. & M. DIII.

ALEXANDER SYLVANVS, alias *vanden Boſche*, Flander, CAROLI IX. & HENRICI III. Regum Franciæ domeſticus, multa ſcripſit Gallico ſermone:

De mulieribus virtute illuſtribus.
Dialogum de honeſto amore.
De miſerijs huius mundi Poëticum tractatum. Pariſijs anno 1575.
Proceſſum Tragicum, qui continet LV. hiſtorias
Quinquaginta anigmata cum expoſitionibus, typis Ægidij Beijs, anno 1581.
Poëmata & Anagrammatiſmos. 1570.
Arithmeticam militarem. 1579.

ALEX.

ALEXANDER, Abbas Aquicinctinus, ordinis S. Benedicti, altero à Duaco lapide, ſcripſit

Vitam B. Goſuini, prædeceſſoris ſui M.S. Vide *Valerium Andream* qui dubitare de auctore videtur.

ALEXANDER CAROLVS TROGNAESIVS Antuerpienſis, Ioachimi F. Familiam ſuam ad nobiles ac veteres Salecos refert. Louanij ac Duaci operam literis dedit. Ætatis anno XXV. I.V. Doctor renuntiatus eſt, ac ſacris initiatus, adlectus eſt in Collegium primarium Canonicorum Vltraiectenſium, ac Archidiaconatus honore ſublimatus. Scripſit & collegit

Comparationes veterum Poëtarum, typis Trognæſij, anno Domini 1610. 8. Antuerpiæ.

Lexicon Flandrico Latinum. Ibidem.

Vitam æternæ ſalutis, idiomate vernaculo. 12. Ibid.

Circulum Roſarum.

Vitam S. Matris Tereſæ, Fland. ſermone. 8. Ibidem.

Viuit, valetq; Antuerpiæ anno M.D.C XXVI.

ALGERVS, ex Canonico Leodicenſi ac Scholaſtico, Monachus S. Benedicti, Cœnobij Cluniacenſis, vixit circa annum CIↃ.CXXX. ſcripſit doctiſſimè & ſolidiſſimè contra *Berengarium* hæreticum

De Veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, lib. III. Antuerpiæ ex *Eraſmi* recognitione, poſt Louanij 1561. 8.

Obſeruet Lector quædam in Algero cautè & cum cura legenda, videatque Rob. Bellarmin. De Scriptoribus Eccleſiaſt.

De gratia & libero arbitrio.

De miſericordia & iudicio lib. III. M.SS. in Bibliotheca Villarienſi.

Et quaſdam *Epiſtolas*, aliaque complura teſte *Trithemio*.

Conſule *Petrum* Cluniacenſem lib. *Miraculorum*.

ALVINVS Friſius, ſcholæ Snecanæ Rector, poſt vrbi ſuæ à ſecretis, ſcripſit rythmo vernaculo, teſte *Suffrido Petro*,

Compendium Hiſtoriæ Friſonicæ, ab exordio gentis ad CAROLI MAGNI tempora.

Vixit circa annum M.CCCC.

ALVLPHVS, alijs ALALPHVS Tornacenſis, Ord. ſancti Benedicti, ad D. Martinum, intra muros vrbis, collegit ex D. Gregorij ſcriptis opus

Exceptionum in Nouum teſtamentum, quod inſcribitur Gregorianum. Pariſijs 4. & Argentinæ anno 1516.

AMANDVS, Prior monaſterij Aquicinctini ordinis ſancti Benedicti, altero à Duaco milliari, ſcripſit

Epiſtolam de Vita & obitu venerabilis ODONIS *Epiſcopi Cameracenſis. M.S.* Aquicincti legitur. Floruit anno CIↃ.CXIII.

AMANDVS ZIERIXÆENSIS, patria Zelandus, Ord. Minor.

de

de Obſeruantia, Theologus & Hiſtoricus, & antiquitatis ſcientiſſimus indagator, cum magna laude Theologiam Louanij profeſſus eſt in Conuentu Minor.

Ex probatis auctoribus, atque erudita breuitate congeſſit

Chronicon à mundi exordio ad annum Domini M. D. XXXIV. lib. VI. quod Scrutinium vel Venationem veritatis Hiſtoricæ vocabat. Antuerpiæ 1534. 8. apud Simonem Cocum.

De LXX. *Hebdomadibus Danielis lib. I.*
Commentarios in Geneſin & Iobum.
Spiritualis militiæ XII. *horas lib* I.
Dominicæ Paſsionis Hiſtoriam.
De Chriſti Reſurrectione & Aſcenſione.
In Eccleſiaſten Salomonis.
De S. Annæ coniugio.
De XL. manſionibus.
Conciones varias.
De Sophi Rege Perſarum. Louanij M.S.

Deceſſit Louanij apud ſuos, exſtatque hæc memoria in libro fratrum mortuorum:

Obitus venerabilis, zeloſi & deuoti Patris AMANDI ZIERIXAEENSIS, *Sacerdotis, Prædicatoris & Confeſſoris, qui fuit ante vnionem miniſter & cuſtos Fratrum reformatorum huius prouinciæ Coloniæ: nec non & Guardianus & Lector in diuerſis conuentibus etiam poſt vnionem. Vir vtique in ſacra pagina litteratiſsimus, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ linguæ peritiſsimus. Sepultus in choro Louanij ante ſummum altare anno Domini* M. D. XXIV. VIII. *Iunij.*

Annus mortis hic ponitur XXIV. porrò *Chronicon* eius ſub finem non vno loco meminit anni XXXIV. Hic hæreo, mecumque *P. Sedulius*, tu lector mihi faculam diſcutiendis his tenebris, accende.

AMBROSIVS GANDENSIS, Ord. D. Bernardi, in Hiſpania annos multos claruit, Matheſeos peritiſſimus, Hiſpanicè in Hiſpania ſcripſit

De temporum ratione, vel *Repertorios de los tiempos.* Burgis in 8.

AMBROSIVS DE WOESTINE, Ord. D. Benedicti Religioſus, Tornaci ad S. Martinum, verſibus complexus eſt

Ius Canonicum, hoc initio: A Ioue principium Muſæ, &c.

AMILIVS BVRANVS Batauus, congregationis Fratrum *D. Hieronymi, Gerardi Magni* æqualis, reliquit

Exhortationem de mutua Charitate ſeruanda.
Epiſtolam de felici obitu LVBERII.

Vide *Thomam Campenſem*, in vita diſcipulorum *Florentij*.

Dauentriæ viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt anno clↃ. CCCC. IIII. X. Iunij.

ANDREAS AEGIDIANVS Soc. IESV Clericus, Gandaui, apud ſuos Rhetoricam cum laude docuit, ſcripſit heroico carmine

Pane-

Panegyricum CAROLO MASIO *Gandenſium V. Epiſcopo*, typis Manilij.

Poſt in Indiam Occidentalem profectus eſt, religionis orthodoxæ propagandæ gratiâ, laboribus fractus, ſoluto communi mortalium debito, illic humari voluit.

ANDREAS ALENVS Herckenſis ex Haſbaniâ, Ludimagiſter in patria, *Ægidium Pacſmans* III. Ord. ſancti Franciſci, diſcipulum habuit aliosque magni nominis viros.

Scripſit carmine Elegiaco

Sacrarum Heroidum libb. III in quibus præter alia plurima, quæ ad intelligendas veteris & Noui Teſtamenti Hiſtorias & pietatis incrementum conferunt. Louanij, typis Velpij anno 1574. 8.

ANDREAS CATVLLIVS, Tornacenſis, I. C. Rhetoricam docuit Louanij in Vaulxiano gymnaſio, nunc in patria Officialis in conſiſtorio Epiſcopali: elegantis homo ingenij, ac iudicij. Scripſit Louanij

Prometheum, ſiue *De origine ſcientiarum Drama*, in quo vrbis & Academiæ Louanienſis encomium. Typis Dormalij, anno Domini 1613. 4. Exſtat quoque

Eiuſdem *Septuplex gladius*, de VII. Virginis Deiparæ doloribus *Elegia* totidem, ibidem, typis Flauij anno 1613.

Septuplex triumphus, ſiue Gaudia Virginis Deiparæ. Tornaci, anno 1614. 4. Apud Car. Martinum.

Lacrymæ, ſiue *Amores caſti*. Ibidem, anno 1614. 8.

ANDREAS CORNELIVS Staurienſis Friſo, Hiſtoricus, obijt Harlingæ, vbi & organis præfectus erat, anno à nato Chriſto M. D. LXXXIX. ſcripſit

Chronicon Friſiæ à *Suffrido Petro laudatum*, quod tamen *Vbbo Emmius* lib. De origine atque antiquitate Friſiorum, fabulis & narrationum portentis adornatum ſcribit, hinc veriſſimum: *Quot homines, tot ſententiæ.*

ANDREAS CROCQVETIVS, Duacenas, Theologiæ Doctor, Prior monaſterij Haſnonienſis, Ord. Benedictini. Præclarum eius doctrinæ ſpecimen, proponit elegans & ſapiens ad magnum Hiſpp. Regem PHILIPPVM Præfatio, quam collectis ex Catecheticis *Matthæi Galleni Homilijs*, dum eas in lucem ederet, præpoſuit. Edidit

Catecheſes Chriſtianas, ex Homilijs potiſſimum *Matthæi Galleni* Præceptoris ſui. Duaci, anno 1575. 4.

Commentarium in Epiſtolam Pauli ad Romanos. Ibidem, anno 1577. 8. apud Bogardum.

Comment. in Epiſtol. Pauli ad Hebræos. Ibidem, anno 1578. 8.

Sermones in VII. Pſalmos Pœnitentiales XXXIX. *idiomate Gallico*. Duaci apud Bogardum, anno 1579.

Obijt Valencenis à reſtituta ſalute CIↃ. IↃ. LXXX. ex peſte.

AN-

ANDREAS FABRICIVS Leodicenſis, Philoſophus & Theologus Louanij renuntiatus, *Alberto* & *Erneſto* eius filio Boiorum Ducibus à Conſilijs. Romæ per ſexennium Oratorem egit, PIO V. PONT. MAX. ſcripſit. *Harmoniam conſeſſionis Auguſtinianæ*, opus inſigne doctrinæ Euangelicę concordiam declarans. Coloniæ, typis Cholini anno 1573. 1587. fol.

Quæſtiones & annotatiunculas in Catechiſmum Romanum. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1572. Exſtant quoque

Tragœdia III. Ieroboan rebellans, ex libb. Regum & Paralip. qua ſucceſſus & miſerandos fructus earum defectionum & ſchiſmatum quæ noſtris temporibus in religione emerſerunt, in proſpectum, ſub illuſtri quodam typo adducit. Ingolſtadij, anno 1585. 8.

Samſon ex Iudicum hiſtoria, ibidem anno 1569.

Religio patiens, quâ ſæculi noſtri exhibentur ac deplorantur calamitates. Coloniæ, anno 1566. 8.

Diem clauſit extremum anno cIↄ. Iↄ. LXXXI.

ANDREAS ELIGIVS *Baccherius* Poperinganus I.V.D. Aduocatus in Concilio Flandriæ, poſtea in Biturigum ſchola Anteceſſor, ſcriptas reliquit & diſputandi gratia propoſuit *Theſes IX. ſupra CC.* quarum titulus eſt huiuſmodi:

Rationes de Iure, perſonis & rebus extra contractum acquirendis. Has Biturigibus anno 1560 apud Ioannem Gamerium impreſſas, dedicauit ampliſſ. viro *Michaëli Hoſpitalio* Galliar. Cancellario. Obijt Biturigibus, (vbi vxorem Gallam duxerat) circa annum Domini M. D. LXII. Ius ciuile in eadem Academia docentibus *Iacobo Cuiatio*, *Hugone Donello* & *Antonio Contio* tota Europa notiſſimis Iuriſconſ. collegis ſuis.

ANDREAS GAILIVS Colonienſis, IC. celeberrimus, vir candidus, prudens, eruditus, in ſumma omnibus omnium gratiarum ac muſarum dotibus vndique præditus, diem clauſit extremum Coloniæ, & ſepultus ad *D. Brigittæ* in choro, hoc epitaphio:

D. O. M.

VIATOR QVISQVIS ES, SISTE GRADVM,
QVOD SCRIPTVM EST LEGE.
HOC IS CVIVS CAVSSA SCRIPTVM
FIERI ROGAT.
ANDREAE GAILIO AGRIPPINATI, PHILIPPI F.
IVRISCONSVLTO TOTO ORBE CELEBERR.
ANTIQVAE VIRTVTIS ET SAPIENTIAE VIRO:
QVI EXQVISITORVM IN IVRE CIVILI OPERVM AVCTOR
SVPREMI. SACRI ROM. IMP. TRIBVNALIS
IN CAMERA SPIRENSI ADSESSOR ANN. XI.
MAXAEMYLIANI SECVNDI VIII.
RODOLPHI SECVNDI IMPP. VII.
AVLICVS CONSILIARIVS ET REFERENDARIVS
MVLTIS LABORIB. ET DIFFICILL. LEGATIONIB. ROMA
POLI-

POLITIAE CONSERVANDAE CAVSA
MORBISQ. DEFATIGATVS
ANNO SAL. M.D.LXXXVII. XI. DECEMB. AETAT. LXI.
VITAM EXERCITAM ET LABORIOSAM
PLACITA TANDEM ET QVIETA IN CHRISTVM PACE MVTAVIT
ANNA KLAWENS ET CHRISTIANA KANNENGIESSERA.
II. VXOR ET HEREDES CARISS. AC B.M. CONIVGI
GEMENTES AC MOERENTES POSS. M. D. XC.

Scripſit *Practicarum Obſeruationum*, tam ad proceſſum iudiciarium præſertim Imperialis Cameræ, quàm cauſſarum deciſiones pertinentes lib. II.

De pace publica & proſcriptis ſiue *bannitis Imperij* libb. II.

De pignorationibus lib. ſingul. typis Gymnici, anno 1578.

De manuum iniectionibus, ſiue *Arrestis Imperij*, Ibidem apud Antonium Hierath.

ANDREAS GENNEPIVS, Balenus, Brabantus, Louanienſis Academiæ decus (quod illi elogium *Gulielmus Lindanus* tribuit) in collegio Trilingui Profeſſionem auſpicatus eſt, anno clↄ. Iↄ. XXXII. IV. Idus Martij, in eaque annos XXXVI. conſtanter perſeuerauit. Vir fuit ingenio vt facili, ita ſimplici atque benigno, ſine fuco ac fallacijs, Medicinæ ſtudijs & ſingulari herbarum rerumque ſimplicium cognitione excellens. Linguæ Hebraicæ, ac potiſſimum rei Grammaticæ myſteria Rabbinis propè ipſis callebat accuratius. Ex lucubrationibus nihil hactenus vidimus: tametſi conſtat *De accentibus Hebraicis* fuiſſe molitum, itemque *De conſenſu editionis vulgatæ cum Hebraica veritate*, teſte *Valerio Andrea* in deſcriptione Collegij Trilinguis. Vixit ad ſummam ſenectutem vegetus & hilaris, qui Brabantæ gentis genius eſt. Obijt anno M. D. LXVIII. IV. Eidus Febr. ætatis LXXXIV. & in D. PETRI Baſilica ſepultus. *Cornelius Valerius* collegæ ſuo hoc ex tempore carmen fudit:

Migrauit octogeſimo quarto ſenex
Ætatis anno functus integerrimè:
Sex atque triginta per annos publicè
Sacras Hebræorum profeſſus litteras,
Linguamq. callens optimè ſanctiſſimam;
BVSLIDIANO *gloriam* COLLEGIO
Sibique fauorem comparauit omnium:
Dum conſulens benignè ægrotantibus,
Ope medicâ multis ſalutem contulit.
Nunc liberatus omnibus moleſtijs,
Fruitur beato cælitum conſortio,
Nomine relicto poſteris laudabili.

ANDREAS HELMONTANVS Brabantus, Grauianus, Philologus ſcripſit *Commentaria in inuectiuas Orationes Ciceronis & Salluſtij.* Baſil. typis Oporini, cum aliorum in *Ciceronis* orationes Commentarijs.

ANDREAS HOYVS Brugenſis, in ciuitate Atrebatenſi, ſeminarii Mariani primùm, hinc ſcholæ Bethunienſis præfectus, & poſtmodò in Academia Duacena clariſſimus & eruditiſſimus Græcarum litterarum, linguæ Latinæ & Hiſtoriarum Profeſſor. Vir ingenio ac iudicio præſtans, ſermo in vtroque ſcribendi genere purus, oratio aſſurgens, vt liquet ex ijs quæ publica fecit. Eiuſmodi ſunt

Orationes III. Quodlibeticæ. Prima eſt De noua apud Europæos monarchia, ad ſtabiliendum Chriſtianæ religionis ſtatum. II. De Gallicanis Capetiæ ſtirpis Regibus. III. De gentis, vrbiſque Atrebatum laudibus Panegyris.

Deſcriptio Bethuniæ & Duaci.

Apologia pro Gregorio Magno aduerſus Q. Septimum Florentem Chriſtianum ſuper Phoca Imp.

De obſidione Oſtendana.

De cauſis corruptæ pronuntiationis linguæ Græcæ.

De Dialectorum ſedibus ac colonijs.

De Græca Hagiographorum Editione.

De Germana ac recta linguæ Græcæ pronuntiatione. Omnia typis Bogardi Duaci, anno 1620. 8.

Oratio in funere ALBERTI PII *Belgarum Principis*, habita Duaci VI. Non. Octob. anno CIↃ. IↃCXXI.

Vitæ Pontificum Romanorum verſu heroico.

Chronologia Biblica.

Tabula in Rhetoricam Cypriani Zoares.

Elegiæ & diuerſi generis Poëmata.

Elegia apologetica pro I. LIPSIO, in Fama Poſtuma eiuſdem.

Matthæus ac Machabæus, ſiue *Conſtantia, Tragœdia ſacra,* anno 1587.

Ezechiel Propheta, paraphraſi poëticâ illuſtratus lib. V. Duaci. 4.

De ratione legendæ hiſtoriæ libellus.

Hiſtoriam Iacobi de Vitriaco NOTIS *& vita auctoris illuſtrauit.* Ibidem.

P. Oroſij Hiſtoriam, ſerie chronologicâ digeſſit.

Meditationes Gaſparis Loarti Soc. IESV, *è Gallicis Latinas fecit, & tetraſtichis adornauit.* Duaci, typis Belleri.

Franciſci Ariæ Hiſpani Hiſpalenſis Soc. IESV *libellum De imitatione* B. MARIAE *Latio donauit.* Antuerpiæ anno 1602. 12.

Explanatio Prouerbialium Formularum Tertulliano vſitatarum.

Menologium, Horologium & Euchologium Græcorum, Latio donata, additis Scholijs. Item *Hiſtoriam ſacro-profanam adhuc premit.*

Plura latent inter eius ſchedas, viuitque incolumis, anno Domini M. DC. XXV.

ANDREAS KETELIVS Brugenſis, I. V. D. Eques Auratus, Poëta & Orator diſertus, complures Louanij, Duaci, & in alijs Galliarum ac Italiæ ſtudiorum Generalium Vniuerſitatibus habuit Orationes publicè, cum auditorum eximio applauſu, pleraſque funebres, quarum non paucis interfuit amicus noſter DIONYSIVS HARDVYNVS, excultam viri memoriam, facundam dictionem & doctam pariter actionem ſemper admiratus, Impreſſas Venetijs

Bononiæ & Pariſijs. Scripſit verò *Tragœdia Aldenardina* κηρυκικὴν ad ampliſſ. Præſulem *Giſlenium Timmermannum* Abbatem D. PETRI in monte Blandinio Gandaui.

Orationes Alexandrinas, in laudem *Alexandri Farneſij*, Parmæ & Placentiæ Ducis, &c.

ANDREAS LEMNIVS Zelandus Medicus, ſcripſit

Epiſtolam ſatis longam, in qua Vrina ſtudium, & ex ea morborum prauidentiam, vt qua ſit aptior ſeruandæ ſanitati, commendat.

ANDREAS MARCHIANENSIS Benedictinus & Prior cœnobij in Flandria, ſcripſit

De origine rebuſq; geſtis Francorum lib. III. teſte *Meyero* in Annalibus Flandriæ M S. in Marchianenſi monaſterio.

Obijt circa annum Domini M. CXCIV. Ætatis LXXXIII.

ANDREAS MAROQVINVS, Giſleniani in Hannonia cœnobij monachus Benedictinus, *Geſta SS. Martyrum, à Notarijs S. R. E. ſummorum Pontificum iuſſu conſcripta, varijs è Bibliothecis collegit, & in Tomos IV. digeſſit.* Vixit anno Domini CIↃ.IↃ.C.VI. Exſtant M.SS. in ſancti Giſleni monaſterio.

ANDREAS MASIVS Bruxellenſis I. V. D. præter eximiam Latinæ, Græcæ & Hebraicæ linguarumque exoticarum cognitionem, tantam linguæ Syriacæ notitiam breui adſecutus eſt, vt aliquantò poſt Neſtoriani populi Patriarcha pariter Romam veniente, nemo illi aptior repertus eſt, qui, quas hic à ſuis popularibus attulerat Syriacas litteras, interpretaretur. Antuerpiam euocatus vna cum *Benedicto Arria Montano* Theologo Maximo iſtam verè regiam BIBLIORVM æditionem adornauit, primuſque Syriacum idioma Grammaticis præceptionibus & Lexico illuſtrauit. Magna illi cum ANTONIO AVGVSTINO Tarraconenſium Archiepiſcopo, LEVINO TORRENTIO, *Seb. Munſterio, & Augerio Busbequio* familiaritas fuit. *Gulielmo* demum Cliuiæ Duci à Conſilijs, eidemque admodum carus Zeneneræ anno Domini M D. LXXIII. VII. Idus Aprilis diem clauſit extremum, omnium ſeculorum memoria vir digniſſimus. Scripſit.

Lexicon Græcum & linguæ Græcæ inſtitutiones.

Explicationem in Hiſtoriam Ioſue Imp. typis Plantini anno 1574. *in qua expungenda quædam monent Cenſores Romani.*

Grammaticam Syriacam, opus nouum.

Syrorum Peculium, hoc, eſt vocabula apud Syros ſcriptores paſſim vſurpata, collegit, apud Plantinum.

Ex lingua Syriaca tranſtulit *Commentarium de Paradiſo*, ante annos propè DCC. à *Moſe Bar-cepha Syro* ſcriptum, & *B. Baſilij* Λειτουργίαν anno 1569.

Diſputationem de cœna Domini, oppoſitam Caluiniſtarum impijs corruptelis. Ibidem anno 1575.

L 2 *Moſis*

Moſis Mardeni Iacobitæ legati Patriarchæ Antiocheni apud GREGORIVM XIII. P.M. *Profeſſiones fidei II.* ad hæc *duas Epiſtolas, alteram Sullaka Neſtoriani, alteram populi Neſtoriani*, ad Pont. Max. ex *lingua Syriaca Latinè interpretatus eſt.* Ibidem, anno 1569. 8.

ANDREAS OOSTERBEKIVS vertit Belgicè, *Colloquia aliquot ſelecta Deſ. Eraſmi Roterodami.* Item *Dialogos Luciani Samoſatenſis*, quos Eraſmus primùm è Græco tranſtulit in linguam Latinam. Vltraiecti, typis Ioannis Amelizij. in quarto, anno Domini 1613.

ANDREAS PAPIVS Gandenſis, LAEVINI TORRENTI Antuerpiæ Præſulis digniſſimi ſororem, matrem habuit. Coloniæ primùm, poſt Louanij cum *Ioanne Liuineio* Græcis ac Latinis litteris ſedulam operam poſuit, quibus litteris breui ſic vterque excelluit, vt *Carolus Langius*, acerrimi vir iudicij, prædicaret, vix reperire quod diſcerent. *Papius* Poëticæ potiſſimum addictus, cùm MARONEM Poëtarum Principem ad vnguem teneret, Muſicam adiunxit. Iuris ciuilis ſtudio Louanij animum poſt applicuit, vſus Doctoribus *Ioanne Wameſio* & *Philippo Suerio*. Leodicum ab auunculo euocatus, dum ſummis caniculæ ardoribus, æſtus temperandi gratia, Moſæ ſe committit, natando perijt, annos vix XXX. natus. Sepultus in D. MARTINI, hoc epitaphio:

TRISMEGISTO ORBIS SERVATORI.

Dardanida, Auſonij, Gandenſes, Muſica, Phœbus,
Multiſcij flerunt triſtia fata PAPI:
Qui cùm plus nimio malefidis credidit vndis
Corpus, abit Moſæ ſub vada cæca miſer.

ANDREAS PAPIVS GANDENSIS
HVIVS AEDIS CANONICVS VTRIVSQ. LINGVAE PERITISS.
MVSICVS ET POETA OPTIMVS
MAGNI ILLIVS LAEVINI TORRENTI ANTVERP.II.EPISC.
NEPOS ET ALVMNVS
DVM SYRIOS PERTAESVS ARDORES AD LONTIGERORVM TVRRIM
AQVAE SILENTI SE COMMITTIT
MEANDO REMEANDO TANDEM FATISCENS OCCIDIT
ID. IVLII CIↃ.IↃ.LXXXI. TRIDVO POST HIC SEPVLTVS.
VIVAT ET AETHEREA LVCE FRVATVR.

Hoc PAPIO *poſuit* IANVS *collega* GVILELMVS.

Muſæum de amore Erûs & Leandri, de Græcis totidem verſibus Latinos fecit, anno ætatis decimo octauo. Item
Dionyſium Alexandrinum de ſitu orbis.
Priſcianum Dionyſij interpretem è M.SS. *recenſuit.* Antuerp. typis Plant.

De

De conſonantijs ſiue *harmonijs muſicis*, contra vulgarem opinionem. Ibid.

ANDREAS PEVERNAGE Flander Cortracenſis, artis Muſicæ coryphæus, & in æde primariâ Antuerpiæ Phonaſcus, vir ad modeſtiam factus, & totus candidus, quæ in Muſico mireris, quibus cum leuiuſculis notis annata leuitas videtur. Compoſuit

Cantiones ſacras, quas Motteta vocant, & *Prophanas* 4. 5. 6. 7. 8. vocum typis Plantini, anno 1578. & Phaleſij, anno 1591.

Collegit *Harmoniam cæleſtem* ex excellentiſſimis Muſicis, typis Phaleſij.

Diem extremum clauſit Antuerpiæ, & ſepultus in D. MARIAE hoc epitaphio:

M. ANDREAE PEVERNAGIO
MVSICO EXCELLENTI,
HVIVS ECCLESIAE PHONASCO,
ET MARIAE FILIAE
MARIA HAECHT VIDVA ET FF. M. POSS.
OBIERVNT HIC XXX. IVLII, AETAT. XLVIII.
ILLA II. FEBR. AETAT. XII. CIƆ.IƆ.LXXXIX.

Ioannes Bochius S. P. Q. Antuerpienſi à ſecretis, amico magno hos verſus luſit ex tempore:

Laudibus Iſmarium diuinis Gracia vatem
Ornat, vt indomitas flexerit arte feras;
Blandaque Dircaas animarunt cantica rupes,
Fecit & Ogygios condere muſa lares.
Delphinus paſtia iuuenem ferttate recepit,
Dum canit in medio naufragus ille mari.
Lesbius, vt fama eſt, modulis Terpander amœnis
Spartanos potuit conciliare truces.
Hermogenem iactant alij, nos vincimus omnes,
ANDREA, *Muſa laudis honore tuæ.*

ANDREAS SCHOTTVS *Franciſci F. Franciſci frater*, domo Antuerpiâ, naſcitur anno ſalutis CIƆ. IƆ. LII. Puer Louanij in Caſtrenſi Gymnaſio Philoſophiæ Peripateticæ operam dedit. Anno Domini M D. LXXVI. Antuerpia ab Ibero direpta, Duacum venit, & in familia vixit *Philippi La Noy*. Duaco Lutetiam conceſſit, & in familiam *Augerij Busbequij* adſcitus. Hic amicos habuit *Claudium, Puteanum, Scaligerum, Pithæos, Paſſeratium*, alioſque. In Hiſpanias à parente miſſus, hæſit primum Madriti & Compluti. Duos annos conuixit *Ant. Auguſtino* Tarraconenſi Archiepiſcopo, ex cuius ædibus in Societatem IESV commigrauit anno ſalutis M. D. LXXXVI. poſtridie Non. April. ipſo Paſchatis Feſto. Ex Hiſpania in Italiam venit, ſuperiorum iuſſu, & Romæ poſt *Franciſcum Bencium* Eloquentiam docuit. Iam multos annos in

patria vixit mihi familiariſſimus, ſemper in libris, omnibus gratus, moribus tractabilis, & vt vnico verbo dicam IPSA BONITAS. Scripſit

In Scriptorem de viris illuſtribus Commentarium. Duaci, anno 1577. 4.

Notas in Aurel. Victorem à ſe erutum, eiuſdem Epitomen à Cæſare Auguſto ad Theodoſium Imp. typis Plantini, anno 1579. 8.

In Cornelij Nepotis fragmenta & Æmilium Probum Notas. Francofurti, typis Marnij, anno 1609. fol.

Pomponium Melam de ſitu orbis, ſpicilegio auxit, typis Plantini, 1582. 4.

Vitas comparatas Ariſtotelis & Demoſthenis Olympiadibus ac Præturis Athenienſium digeſſit. Auguſtæ Vindelicor. 1603. 4.

Senecæ Rhetoris Controuerſias & Suaſorias Græcis lacunis expletis, Notis illuſtrauit. Apud Commelianos anno 1603. & Pariſijs anno 1606. fol.

Photij Bibliothecam de Græco in Latinum ſermonem vertit, ſcholijſque illuſtrauit. Ibidem 1606. & Lugduni anno 1611. fol.

Procli Chreſtomathiam de Poëtica è Græco Latinam fecit, ac ſcholijs illuſtrauit. Antuerpiæ anno 1616. 4.

Zenobium, Diogenianum, Suidam, Parœmiographos, è Græco verſos, ſcholijs parallelis explanauit, typis Plantini, 1611. 4.

B. Eunodij Ticinenſis Epiſcopi opera è M.SS. emendauit. Tornaci anno 1610. 8.

Gaſparis Barrerij Luſitani Cenſuram de Pſeudo-Beroſo, Manethone Ægyptio, alijſque *à Ioan. Annio Viterbienſi editis, è Luſitanicâ linguâ Latinam fecit.* Exſtat Tom. II. Bibliothecæ Hiſpanicæ, à *Schotto* adornatæ, & typis Marnij Francofurti editę. In qua etiam vitæ ſunt *Fredinandi Nonij Pintani, Petri Ciacconij, Pet. Ioan. Nunneſi aliorumq́, eodem Schotto auctore.*

Laudationem funebrem Ant. Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis, apud Raphelingium anno 1586. 4.

Vita Iacobi Lainis, Præpoſiti Generalis II. Soc. IESV. Ibidem.

De vita & ſcriptis Alphonſi, Salmeronis, ex Hiſpanico Petri Ribadeneriæ. Coloniæ, typis Mylij, anno 1604. 12.

Vitam Franciſci Borgiæ, Soc IESV Præpoſiti III. ex Hiſpanico eiuſdem. Ibidem, & Antuerpiæ typis Trognæſij cum *Ratione concionandi* eodem *Schotto* interprete.

Tullianarum Quæſtionum, ſeu de inſtauranda Ciceronis imitatione lib. IV. typis Moreti, anno 1610. 8. quibus quinctus poſtea acceſſit, *Cicero à calumnijs vindicatus.*

Nodos Ciceronis, variorumq́ue IV. *enodatos.*

Obſeruationum humanarum lib. V. Antuerpiæ typis Gaſpar Belleri, anno Domini 1615. 4.

De bono Silentij Religioſorum & ſæcularium lib. II. 1619. 12.

De ſacris & Catholicis S. Scripturæ interpretibus, ordine Bibliorum. Coloniæ, apud Kinckium, 1618. 4.

Claudiani Mamerci De ſtatu animæ lib. III. Notis auxit; & Pontium Paulinum caſtigauit, Coloniæ, typis Bernardi Gualteri, anno 1618.

Ioannis Roſini Antiquitates capitibus III. auxit, nempe De familijs Roman. De tribubus, deq́ue feſtis diebus ac Ludis, è Calendario priſco.

Litieras Iaponicas, annorum 1611. & 1611. è lingua Etruſca Latinè reddidit, anno 1615. 8.

Prodière Antuerpiæ *Schotti* curâ & ſtudio,

Fauonij

Fauonij Eulogij Carthag. in Somnium Scipionis Cicer. Diſputatio, è *M.SS.* eruta, anno 1613. 8.

Notæ item in Valerij Flacci Argonautica.

Hub. Goltzij Sicilia, magna Græcia, & Inſula, notis illuſtrata: itemque:

Faſti Siculi, ad Capitolinos emendati.

Stephani Vinandi Pighij Annalium Romanor. ſeu Faſtorum Tom. II. & III. recenſiti & aucti, typis Plantini, anno 1615. fol.

S. Baſilij Magni opera, recenſita, Epiſtolis & Notis aucta, anno 1616. fol. apud Belleros fratres.

Ant. Auguſtini Dialogi XI. Antiqq. in Nummis Veterum Latio donati, auctique XII. Schotti, De priſca Religione, ac dijs gentium. anno 1617. fol.

Philothei Angli De mundi contemptu libellus planè aureus, à *Schotto* noſtro primum editus. Coloniæ, apud Bernardum Gualteri, 12.

Sancti Cyrilli Commentaria in Pentateuchum Moſis, Græco-latinum παραλλήλως edita.

Collegit *rerum Hiſpanicarum ſcriptores varios*, Francofurti, typis Marnij, fol. Tom. III. HISPANIAE ILLVSTRATAE nomine: in quibus *Iſidorum Hiſpalenſem Epiſc. De viris illuſtribus Notis illuſtrauit.*

E Vaticana Bibliotheca *Epiſtolas propè DC. S. Iſidori Peluſiotæ Græcas euulgauit* Antuerpiæ, typis Nutij: Latina interpretatio iam parata eſt.

Diuinæ Obſeruationes, item Adagialia ſacra noui Teſtamenti, quæ in *Antoni Del-Rio* Adagialibus deſiderantur, breui lucem videbunt, ſi Dei benignitate longior vitæ vſura detur, quod omnes boni vouemus.

ANDREAS DE TRAIECTO, Ordinis ſancti Benedicti, cœnobij Spanhemenſis quod ſitum eſt in finibus diœceſis Moguntinæ, vir ſtudioſus, & teſte *Trithemio*, in diuinis ſcripturis eruditus, ſcripſit

Soliloquium hominis ad Deum lib. I.

De profectu virtutum, lib. I.

De abſtinentia carninum, lib. I.

De Vſu floccorum, lib. I.

Epiſtolas ad diuerſos, lib. I.

Collationes & Carmina quædam, lib. II.

Fatis conceſſit in eodem cœnobio, anno incarnat. M.CCCC.XLV. & ſecundum Gazæum M. CCCC.LXVI.

ANDREAS VAILLANT Canonicus regularis, Ord. ſancti Auguſtini & Prior in celebri Montis ſancti Eligij monaſterio, ſcripſit patrio idiomate

Chronicon eiuſdem loci, cum ſerie Abbatum.

ANDREAS VESALIVS Bruxellenſis, naſcitur anno M. D. XIII. prid. Kal. Maij, Anatomicorum facilè Princeps. Origo vetus, à Veſalia Cliuiæ ciuitate celeberrima. Pater illi fuit *Andreas*, Cæſaris medicamentarius, Auus *Euerardus* doctiſſimus Medicus, ſcriptis clarus. Atauus *Ioannes* Medicus *Mariæ Valeſiæ*, quæ nupſit MAXEAMYLIANO Cæſ. *Abauus Petrus*, Medicus etiam præclarus. Iuuenis Lutetiæ præceptorem habuit *Iacobū Siluium*, eruditiſſimum artis medicæ Profeſſorē, cęterum auarum cuius tale lepidū legitur Epitaphium:

Silvius hic ſitus eſt, gratis qui nil dedit vnquam,
Mortuus & gratis quod legis iſta, dolet.

ANDREAS Baſileæ, Patauij, atque in omnibus penè Italiæ Academijs Anatomen publicè exhibuit. Ob artis præſtantiam à CAROLO V. Imp. eiuſque filio PHILIPPO medicus adſcitus. *Gabriel Fallopius* non iniuria eum STVPENDVM NATVRAE MIRACVLVM nuncupauit. Aulicæ tandem vitæ atque vxoris iurgioſæ rixarum pertæſus, viſendæque Paleſtinæ ſtudio ac religione ductus, vna cum *Malateſta Ariminenſi* cijprum, indeque *Ieroſolyma* adijt. Tempeſtate in *Zacynthum* inſulam redux eijcitur, ibique morbo correptus, mortem Medicus effugere non potuit. Conditus eſt in ea inſula ad D. MARIÆ, cum hac ſimplici epigraphe:

ANDREAE VESALII BRVXELLENSIS
TVMVLVS,
QVI OBIIT IDIB. OCTOB. M.D.LXIV.
ÆTATIS SVAE LVIII.
CVM IEROSOLYMIS REDIISSET.

IVSTVS RYCQVIVS *Gandenſis C. R. & Canon. hoc illi epitaphium ſcripſit:*

Veſalii cineres, venerandaq; gentibus oſſa,
Quiſquis remotâ contueris inſulâ,
Qua iacet incultis nemoroſa Zacynthos arenis,
Gradum, Viator, & laborem ſiſtito,
Naturæ hic Genium, finemq;, extremaq; rerum
Vidiſſe credens, cætera inſanus labor.

Scripſit opus admirandum, annos vix natus XXVIII. figuris excellentiſſimis adornatum,

De humani corporis fabrica lib. VII. Baſileæ anno 1543. Venetijs anno 1568. 1604. Amſtelodami anno 1617.

Examen Obſeruationum Anatomicarum Gabrielis Fallopij. Venetijs, anno 1564. 4.

Chirurgiam magnam à *Proſpero Bergarutio* recognitam, emendatam ac in lucem æditam. Ibidem, anno 1569.

Paraphraſin in lib. IX. Rhaſis medici Arabis, ad Regem Almanſorem.

De affectuum ſingularum corporis partium curatione. Baſil. 1537. Witebergæ anno 1587. 8. typis Cratonianis.

De loco incidendæ venæ in pleuritide. Baſil. anno 1539.

De radicis Chinæ vſu. Lugduni, anno 1547. Venetijs Baſil. & alibi.

Emendauit tranſlationem Anatomicorum aliquot Galeni librorum,

De Venarum arteriarumq; ſectione. Venetijs, apud Iuntas.

ANGELINVS GAZAEVS Atrebas, Soc. IESV Clericus Poëta non vulgaris, luſit

Pia Hilaria, carmine *Iambico*.

Elegias

Elegias aliquot, quas inter *De Angelo cuſtode* excellit. Duaci, apud Bellerum 12. & alibi.

ANNA BYNSIA Antuerpienſis, virgo & ludi-magiſtra, cui excellens ſupra ſexum eruditio, mores caſtiſſimi, & ſummum veteris religionis tuendæ ſtudium: rythmo Teutonico pereruditos *Carminum libb. XVI.* aduerſus Lutheranos primùm in Belgio exſurgentes publicauit, quos non immeritò Latinis verſibus reddidit *Eligius Eucharius* Gandenſis. Antuerpiæ typis Verduſſen, aliorumque.

Arte pares Lesbis Sappho & mea BYNSIA, *diſtant*
Hoc ſolo, vitia hæc dedocet, illa docet.

ANIANVS Abbas Aldenburgenſis, origine Caſſetanus, monachus primum Bergi ſancti Winoci, Ord. ſancti Benedicti, ſcripſit *Chronicon vniuerſale ab initio mundi ad ſua tempora, nempè ad annum M. CCCC. LVII.* Conſule Gazæum & Ioannem Cognatum.

ANSELMVS VIII. Abbas Gemblacenſis cœnobij in Brabantia, bibliothecæ aſſiduus ſcrutator, quam emendauit & quotidie auxit: *Sigeberti Gemblacenſis Chronicon ab anno Domini* clɔ. cxii. *quo Sigebertus obijt, ad annum* clɔ. c. xxxv. *deduxit.* Inde vſque ad ad annum clɔ. c. xlix. anonymus quidam, ad annum deinde clɔ. cc. xxv. monachus quidam Aquicinctinus protraxit. Antuerpiæ ſimul edita typis Hieronymi Verduſſij, operâ & ſtudio *Auberti Miræi* anno 1608. 4.

Moritur *Anſelmus* anno Domini clɔ. c. xxxv.

ANSEGISVS, Abbas cœnobij Lobienſis, Ord. ſancti Benedicti in Hannonia, poſtea Archiepiſcopus Senonenſis,

Leges Francicas Caroli Magni, Ludouici ac Lotharij lib. IV. complexus eſt. Baſil. 1557. & Pariſijs 1585.

Floruit anno M. CCC. XLIV.

ANSELMVS, Decanus Namurcenſis ad D. Virginis, & Canonicus ac Scholaſticus Leodicenſis in *D. Lamberti*, deſcripſit

Epiſcoporum Leodicenſium res geſtas ad ſua vſque tempora.

Floruit anno clɔ. cl.

ANSELMVS BOOTIVS Brugenſis, Cæſareæ aulæ interioris Medicus, ſcripſit *De Gemmis & Lapidibus cum figuris.* Francofurti apud Marnium, anno 1609.

Iſagogen in Synbola humana & Diuina, ex muſæo Octauij de Strada.

ANSO Monachus, & poſt Abbas VI. cœnobij Lobienſis, ſcripſit

Vitam S. Vrſmari, ad prædeceſſorem ſuum Theodulphum.

Vitam S. Ermini Epiſcopi & Abbatis Lobienſis.

Obijt ſub *Carolo Magno*, eodem quo Imperator factus eſt, anno: creatus Abbas clɔ. cc. lxxvi.

ANTO-

ANTONIVS D'AVEROVLTIVS, Bouinienſis (quod Comitatus Namurcenſis opidulum eſt) ſacris iam initiatus, decurſiſque ſtudiorum ſpatijs, Soc. IESV Clericis aggregatur, vir multæ lectionis, & in Hiſtorijs verſatiſſimus, ſcripſit Gallico idiomate

Catechiſmum Hiſtoricum, ſeu vt ipſe vocat, *Flores exemplorum*, Chriſtianæ doctrinæ accommodatos, ex ſanctor. Patribus, Eccleſiaſticaque Hiſtoria Tom. II. Duaci anno 1603. typis Bogardi & Pariſijs; Latinè auctiores Tom IV. Coloniæ, typis Ioannis Kinckij.

Pios gemitus Catholicorum, Latinè & Gallicè.

ANTONIVS DE BALINGHEM Audomaropolitanus, Soc. IESV Clericus, vir in concionibus quas habere conſueuit frequentes non inelegans, vtilitati poſterorum conſulens ſuamque famam immortalitati conſecrare ſatagens. Felicis eius ingenij labores hi ſunt:

Inſtitutio morum à brutis petita. Antuerpiæ typis Nutij, anno 1621. 8.

Pia mentis in Deum liberatio, per breues orationes & ardentes ad eum aſpirationes. Ibidem, anno 1624.

Parnaſſus Marianus, ſeu flos Hymnorum & Rhytmorum de ſanctiſſ. Virgine MARIA ex priſcis tum Miſſalibus tum Breuiarijs plus LX. Acceſſit *Parnaſſus* IESV, ſeu *Mons myrrhe*, *& Paraphraſis ſuper* SALVE REGINA. Duaci, typis Balth Belleri, anno 1624.

Scripturam ſacram in locos communes Morum digeſſit, Tom. II. Ibidem, apud Bellerum. Scripſit præterea

De Orationibus iaculatorijs lib. IV. aſceticos Gallicè. 1618. 8.

Iaponicas & Chinenſes Epiſtolas ex Italico in Gallicam conuertit.

Vitam B. Aloyſij Gonzagæ ex eodem idiomate in vernaculum.

Stimulum ad confitendum & communicandum ex eodem ſermone.

Principem Chriſtianum Ribadeneira ex Hiſpanico tranſtulit.

Meditationum Ludouici de la Puente Tomos II. Gallicè quoque reddidit.

ANTONIVS DE BERGHES Abbas ſancti Bertini & ſancti Trudonis, ſcripſit

Hiſtoriam ordinis aurei velleris, à PHILIPPO BONO *Burgundiæ Duce inſtituti anno ſalutis M. CCCC. XXIX.* Vide *Ludoicum Guicciardinum* in Belgi deſcriptione.

ANTONIVS BVSSENIVS Bredanus, Medicus Antuerpienſis, & Louanij Medicinæ Profeſſor anno Domini 1548. vtriuſque linguæ peritus, ſcripſit

Commentarium in Galenum de inæquali temperie. Antuerpiæ anno 1553. typis Ioannis Richardi.

ANTONIVS CLAVA Vulgò *Colue*, Brugenſis, ſenator in Curia Flandriæ, vir egregiæ eruditionis, & trium linguarum callentiſſimus. *Eraſmo Roterodamo* per quam familiaris, candidiſſimus litteratorum patronus, nimirum ipſe litteratiſſimus. Scripſit

Atticarum Lectionum libb. IV.

Epiſtolarum lib. I.

ANTONIVS CAVCHIVS, Vltraiectinus, in patria iuuentutis erudiendæ ſe totum impendit. Excellebat enim cùm omni dicendi elegantia atque ingenuarum artium cognitione, tum Poëticâ facultate. Dedit

Animaduerſiones in Officia Ciceronis.

Grammaticam Gallicam, libb. III. Antuerpiæ apud Bellerum.

Grammaticam Latinam, dilucido compendio, typis Plantini. 8. Ad illam ità doctè luſit doctiſſimus *Lipſius*, cuius vnius encomium ad inſtar multorum ſit:

Quod Scaurus, Caper, & Probus, Palæmon
Dum formant animos rudi iuuenta,
Olim multiplici dedêre ſcripto:
En paucis tibi chartulis Apelles
Pinxit noſter. habe, & faue iuuentus.
At vos Grammaticæ leues cohortes,
Inflatum genus, hordeoque paſtum,
Cum ſceptris feruliſque abite veſtris,
Et decedite CAVCII *libello,*
Qui veſtros pedibus trahit libellos.

ANTONIVS DVETVS Hanno, Amſtelodami Gymnaſiarcham egit, luſit

Carmen de natali IESV. Antuerpiæ anno 1559.

Pareneſin ad liberalium artium ſtudioſos. Ibidem anno 1560.

Paraphraſin VI. Pſalmorum.

Vitam Tobiæ maioris, verſu Elegiaco.

Deſcriptionem Niniues.

Eclogas III. Lugd. Batauor. anno 1565.

Expoſtulationem de temporum calamitatibus, Ibidem 1567.

Paupertatis querelam.

Obijt anno Domini cIↃ. IↃ. LXVII. XXX. Auguſti.

ANTONIVS DVLCKENIVS in primo iuuentutis flore, poſt Philoſophici ſtudij decurſum mundo renuntians, Cartuſiam Colonienſem anno Domini M. D. XCIX. ingreditur. Opuſcula ſequentia, materno ab ipſis auctoribus idiomate conſcripta, Latinis auribus dedit, videlicet

P. F. Chriſtophori Verruchini Cappucini Centum Meditationes, de præcipuis ſpiritualis vitæ myſterijs.

Bartholomæi Salutij, Ord. ſancti Franciſci de Obſeruatia, *Lucem animæ ad perfectionem anhelantis*, opuſculum egregium & pium, in IV. partes diſtinctum, quarum tres priores ſub præfato titulo anno Domini M. DC. VI. Coloniæ, IV. verò ſub hoc titulo *Paradiſus contemplationum* anno M. DC. VIII, ibidem prodijt. *R. P. Petri Alcantaræ* Hiſpani, Ordinis Diſcalceatorum, *De Oratione ac Meditatione*, libellum verè aureum, Ibidem anno 1607.

Meditationes Reuerend. P. D. Andreæ Capellæ, Cartuſiani, Epiſcopi Vrgelenſis, in Euangelia totius anni, in III. partes diſtinctas, Ibidem, anno 1608.

Eiuſdem *Manuale Exercitiorum ſpiritualium.*

Reſpon-

Digitized by Google

Reſponſionem Card. Bellarmini ad Tractatum VII. Theologor Venetorum ſuper interdicto S. D. N. Papæ PAVLI V.

Franciſci Bozaldi Soc. IESV, *Stellam myſticam*, anno 1607.

Lucæ Pinelli eiuſdem Soc. *Exercitia ſpiritualia X L. de SS. Euchariſtia Sacramento.* Coloniæ, anno 1608. typis Ioannis Crithij.

Eiuſdem *Meditationes de Paſſione Domini*, *De V. Chriſti Vulneribus*, *De roſario B. virginis*; *De VII. Vitijs capitalibus & virtutibus illis oppoſitis.*

Franciſci Ariæ eiuſdem Soc. De Oratione Mentali lib. III. Ibidem anno 1608.

Eiuſdem *Tractatus de Roſario B. Mariæ Virginis*

R. P. Gabrielis Iuchino Canonici Regularis Lateranenſis *Conciones* vberes *de IV. Nouiſſimis.*

ANTONIVS GARNIER Canonicus Atrebatenſis & Hiſtoriographus, edidit

Res geſtas CAROLI V. *Imp.* cui fuerat à ſecretis.

ANTONIVS GAZÆVS Doctor Medicus in vrbe Ariaco, vulgo Arien, vertit ex Italico in Gallicum ſermonem

Matthiæ Balbani Lucenſis Capucini opuſculum De flagellatione Domini.

Fului Androtl Piceni Soc. IESV *Tractatus, De paſſione Domini, De Confeſſione, & ſcrupulis conſcientiæ. De frequenti Communione.*

Meditationes P. Brunonis, ſuper Vita & paſſione Domini.

ANTONIVS GENTIVS, alijs Gheens, Prior monaſterij Rubeæ Vallis, Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini, è varijs Bibliothecis congeſſit, ſuaque manu deſcripſit

Hiſtorias Sanctorum, Tom. VII, quibus Laur. Surius olim vſus eſt.

Scripſit & alia, quæ omnia M.SS. in dicto monaſterio ſeruantur.

Requieuit in Domino anno Chriſti cIɔ. Iɔ. XLIII. XVII. Ianuarij.

ANTONIVS GHENARDVS, Canonicus Leodicenſis ad ſanctum Lambertum; ac S. Theologiæ Profeſſor, hæreticæque prauitatis Inquiſitor, Concilio Tridentino interfuit, euulgauit & digeſſit

Ritum celebrandi SS. Miſſæ officium, iuxta morem diœceſis Leodicenſis.

Adiecit & *Hildeberti Cenomanenſis Epiſcopi poëma elegantiſſimum* antea non editum *De officio Miſſæ.* Antuerpiæ, typis Ioannis Belleri.

Obijt anno M. D. XCV. ætatis LXXIII. Kal. Martij & ſepultus in D. Lamberti.

ANTONIVS HAVETIVS Atrebas, ex Religioſo Ord. ſancti Dominici, & S. Theologiæ Doctore, primus Epiſcopus Namurcenſis, anno M. D. LXIII.

Edidit opuſculum *De Statu Belgi*, ad *Mariam* Auſtriacam Hungariæ Reginam, cui erat à ſacris confeſſionibus, ſicuti & poſtmodo fuit MARGARETAE Auſtriacæ Ducillæ Parmenſi. Symbolo vtebatur HOC AGE.

Mortuus & ſepultus in templo primario *ſancti Albini* Sacro, hoc epitaphio:

D. O.

D. O. M. Æ. S.

Frigida quid mæſto referunt hæc marmora luctu?
Præſulis eximij membra ſepulta tegunt.
Dogmate Cæſareos ſacro imbuit ille decores,
Regiaque intrepida corda ſuperba fide.
Ille Namureenſem primus geſtare tiaram,
Et ſacri meruit ſceptra tenere gregis.
Ille tibi decus æternum laudemque NAMVRCVM
Eloquij peperit dexteritate ſui.
Ergo age cum lacrymis, dic talia verba ſepulto:
Sit tibi Syderea Præſul in arce locus.

Obijt anno M. D. LXXVIII. vltima Nouembris.

ANTONIVS HEMERTIVS, Canonicus in Haga Endouiana, apud Brabantos, dedit

Paracleſin afflictæ mentis, ſiue *De patientia ſeruanda* lib. VI. Antuerpiæ.

Speculum perfectionis è Flandrico Latinè reddidit. Ibidem, anno 1547.

Scripſit & *Monaſticam Philoſophiam*, quâ docet omnibus ſæculis monachos cæteris ferè doctiores in ſacris litteris, concionibus ac diſputationibus extitiſſe. *R. P. Epiſcopi Ioannis Roffenſis Angli XV. Pſalmos è Latino Belgicos fecit*, Antuerpiæ typis Plantini. Iterum excuſſit apud Gulielmum Verdulſen, anno Domini 1622. additis aliquod precibus, operâ & ſtudio FRANCISCI SWEERTII, rogatu amicorum, inſcripſitque vxoribus *Ludouici* & *Rogeri Clariſſis*.

ANTONIVS HERMANNVS GOGAVA, ſiue *Gogauinus*, Grauienſis, Med. & Mathematicus celebris, edidit Venetijs è Græco conuerſos

Ariſtoxeni Harmonicorum elementorum lib. V. 1562.

Ariſtotelis de obiecto viſus fragmentum cum Porphyrij Commentarijs.

Ptolomæi Harmonica & alia quædam.

ANTONIVS HOVÆVS, Egmondanus, Batauus, Abbas Epternacenſis in Ducatu Luxemburgenſi, excellentis ingenij & doctrinæ ſingularis, Poëta & Theologus, ſcripſit ſolutâ oratione

Dialogum De ſeculi calamitate, quem *Zuermundanum* inſcriſit. Coloniæ, anno 1564. 8.

Carmine verò & piè luſit, *Ouidium* imitatus,

De arte amandi Deum. Ibidem, anno 1566.

Odarum, Hymnorum ac Precum libellum.

Vitâ deceſſit anno Chriſti M. D. LXVIII. VI. Septembris, & ſepultus Epternaci, hoc epitaphio à ſe, dum viueret, compoſito:

Hic iacet ætherei præceptor amoris HOVÆVS,
Exſpectatque ſui iudicis ora DEI.

Vrna ferat flores vernent atque omnia circum:
Corpus humi recubet, mens colat alta polos.

ANTONIVS HVLSTIVS, Flander, Ord. *D. Auguſtini* Canonicus Regul. apud Endouiam in Haga Mariana, humilis, mitis, vita & conuerſatione deuotus, ſcripſit

Stadium Curſoris Chriſtiani, æternæ vitæ metam, ſub leui Chriſti onere prehendentis. Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1556. 12.

ANTONIVS KERBEECHIVS Louanienſis, ord. Eremitarum *S. Auguſtini*, prouinciæ Rheni & Sueuiæ Vicarius generalis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, edidit

Colloquium habitum cum quodam Caluiniſta in via Spitenſi, anno 1602. Moguntiæ.

Tranſtulit ex lingua Hetruſca in Latinam,

Conciones Quadrageſimales Franciſci Panigarolæ Epiſcopi.

Vitam B. Matris Tereſiæ.

Non tantum ſermone ſuos docuiſſe decorum eſt,
Aſt etiam hoc ſcriptis poſſe patrare bonum.

ANTONIVS A KONINCKSTEIN Nouiomagenſis, Ord. Minor. Guardianus, Theologus inſignis, ſacrique eloquij præco celeberrimus, ſcripſit

Monateſſaron ex IV. Euangeliſtis. Coloniæ, 1539. typis Ceruicorni.

Enchridion Homiliarum in Euangelia & Epiſtolas totius anni.

Commentarium in Epiſtolam Pauli ad Romanos, Louanij, 1556.

Sententias Bibliorum, ſeu *Concordantias breues.*

Ab hac vita, ex laterum dolore ad meliorem migrauit, anno ſalutis CIↃ. IↃ. XLI.

ANTONIVS LALAINVS, primus Hooghſtrati in Brabantia Comes, Gallico ſermone deſcripſit

Iter ſeu *Profectionem Philippi I. Auſtrij è Belgio in Hiſpaniam cum Ioanna coniuge, anno* 1502. & 1503. *& reditum eorumdem ad Belgas.*

Inter homines eſſe deſijt Gandaui, corpus Hoogſtrati ſepultum, marmoreo tumulo, hac inſcriptione:

Quod ante ſummum altare monumentum eſt, reconditos habet cineres herois ANTONII DE LALAING, *Domini de Montignij, Deſtres, de Merbes,* &c. *eiuſque cariſſimæ coniugis* ELISABETHÆ *Dominæ de Culemburgo, de Hoochſtraten de Borſalia, quibus inuictiſſ.* CAROLVS V. *Roman. Imp. Auguſt. anno regni ſui III. huius dominij Hoochſtratani in Comitatus conceſſit erectionem, ipſis primis creatis Comitibus. Operoſum hoc templum, magnis eorum impenſis funditus*

tus exſtructum, in Canonicorum collegium ordinatum fuit, & anniuerſarium in eò ſingulis annis perpetuò celebrandum, fundatum. Caſtro autem à primis fundamentis inſtaurato, Comitatus prædictus, coëmtis dominijs aliiſque poſſeſſionibus, longè melioris conditionis fuit redditus. Tandem cùm diuerſis legationibus functus, PHILIPPO *Caſtellæ Regi*, MAXÆMYLIANO *Imp. prædictoque* CAROLO *Cæſ. moderno, operam fideliter impendit, aurei velleris Eques creatus, Financiar. Præfectus ac Hollandiæ, Zelandiæ & ditionis Traiectenſis locum tenens, anno tum* LX. *Gandaui moritur*, IIII. *Non. Aprilis, anno Domini* M. D. XL. &c.

Ac prædicta ELISABETHA *tranſmiſsis ad poſteros non paucis piarum fundationum optimorumque operum memorabilibus exemplis, à* DEO *Opt. Max. iam nata* LXXXIX. *anno & menſ.* IX. *Culenburgi præſentis ſeculi commodis eripitur anno Domini* M. D. LV. V. *Idus Decembris.*

PAX SIT TRANQVILLA SEPVLTIS.

ANTONIVS LANQVIERIVS Carmelita Atrebatenſis, Doctor Sorbonicus, concionibus ad populum habendis egregius exſtitit, ſcripſit

Synopſin ſiue *Inſtructionem ad pias conciones, ſuper Paſſione, Reſurrectione & Aſcenſione Domini.* Pariſijs, anno Domini 1578. 16, typis Sonnij.

ANTONIVS MEYERVS, IACOBVM MEYERVM patruum habuit, natus eſt Vleternis, iuxta Balliolum Flandriæ opidum. Ludi moderator primùm Thenis in Brabantia, poſt Cameraci, demum Atrebati.

Vir indefeſſi ſtudij & laboris, è cuius ſchola multa præclara ingenia prodierunt, ſcripſit

Comites Flandriæ, ex annalibus Iacobi Meyeri, carmine heroico.

Vrbis Cameracenſis encomion. Antuerpiæ anno Domini 1556. apud Ægydium Stelſium.

Verſum, ſeu *Vitam* D. VEDASTI *Epiſcopi Atrebatenſis* lib. III. Pariſijs, anno 1580. 8.

Catonem Chriſtianum, ſeu *Inſtitutionem paraneticam ad pietatem.*

Sententias B. NILI Epiſcopi & Martyris, *è Græca Latinas fecit* poſt Bilibaldum Pircheyrmerum Norinbergenſem.

Iſocratis Paraneſin ad Demonicum veſte quoque Latina donauit, cum V. libro Epigrammatum Græcorum. Cameraci, anno 1561. 4.

Threnodiam, ſeu *illuſtrium aliquot virorum Epicedia & Tumulos.* Atrebati anno 1594. 4.

Annotationes in libros Heſiodi.
De Cruce, eiuſque religioſâ adoratione.
Miſcellaneorum volumen.
Quatuor hominis nouiſſima.
Strenas ad amicos.
Ioan. Auſtriaci Victoriam de Turcis ad Naupactum.
Annagrammata celebrioribus diſcipulis dicata.
Epithalamia ſacra & profana.
Epigrammatum ingens volumen.
Annales Flandriæ IACOBI MEYERI, inuitis quibuſdam magnatibus poſt eius mortem, in lucem emiſit.

Obijt anno CIↃ. IↃ. XCVII. VI. Kal. Nouembris. Hoc ſibi epitaphium ſcripſit:

MEYERVS *ortus apud Flandros, hic conditus, arte*
Grammaticus, vixi: ſum modò, qualis eris.
Eſſe quid in vita volumus pleriq́ue videri?
Mors omnes æquat, puluis & vmbra ſumus.
Iuxta ISABELLA ROSA *eſt, pueros enixa quaternos,*
Puluis & ipſa. Fide viuimus exanimes.

In *S. Nicaſij* cœmiterio telluri mandatur. Eius ſepulchrum ſplendidè ornauit Philippus F. addito tali elogio.

PATRI SVO M. ANT. MEYERO, VLETERANO
GYMNASII THENENSIS TRIENNIO,
CAMERACENSIS SEPTENNIO,
ET ATREBATENSIS TOTIS XXXVII. ANN.
MODERATORI,
HISTORICO AC POETAE,
LIBRIS VARIE EDITIS,
ET DISCIPVLIS TOTO BELGIO DISPERSIS
CELEBRI,
HOC MONVMENTVM POS.
PHILIPPVS MEYERVS
CVM ANTONIO F. ATREB. SVPERSTIT.
ANNO CIↃ. IↃC. VII.
VT PIIS MANIBVS BENE SIT,
MAGNVM NVMEN PRECARE,
TVAE SORTIS MEMOR.

ANTONIVS POPVLIER Flander, miles iuxta & Poëta, Gallicorum & Latinorum verſuum ſcriptor egregius impreſſ. Venetijs & Bononiæ, ibi mortuus & ſepultus in D. Georgij templo, tali epigraphe:

Tanta molis erat, talis vultuſq́ue manuſq́,

Brachia,

Brachia, crura, animum pingere nemo poteſt.

ANTONIO POPVLIER FLANDRO,
CAROL. V. ROM. IMP. LATERANO. CATAPHRACTO
AMICI MOERENTES POSS.
OBIIT ANNO DOMINI M.D.XXX. V. IANNVRI.

Longus erat pedes Romanos antiquos VIII. $\frac{1}{3}$

ANTONIVS RHODIVS à *Graſen*, Canonicus Norbertinus in cœnobio Parcenſi, propè Louanium, Ord. Præmonſtrat. S.T. Baccalaureus meditabatur edere *Hiſtoriam Vitæ S. Norberti* ad M.SS. exemplaria collatam, *Notiſque* ſeu *Scholÿs à ſe illuſtratam*: verum inuida mors præueniens pios hoſce conatus reſcidit, cuius laboribus ſe non parum adiutum fuiſſe in Chronico Præmonſtratenſi fatetur amicus noſter *Aubertus Miræus*, Decanus Antuerpienſis.

ANTONIVS SANDERVS Gandenſis, *Læuini F.* Doctoris Medici, mihi familiaris, Canonicus Iprenſis. Primò Gandaui litteris humanioribus, exinde Duaci Philoſophiæ operam dedit, ac demum S. Theologiæ laurea donatur anno à Chriſto nato M. DC.XXI. fæcundo vir ingenio, Poëta facilis, orator elegans, Eccleſiaſtes diſertus, huius exſtant

Panegyrici IV. in laudem Virginis Matris, ad Ludoicum Card. Ludouiſium.

Poëmatum lib. III. ad Ludouicum Comitem Egmundanum, Gandaui 1621.

Præfationum lib. ad Ioannem van Haure, Wallæi Toparcham.

Panegyricus in laudem D. Thomæ de Villanoua, Archiep. Valentini.

Lacrymæ in funere Alberti Auſtriaci, typis Moreti.

Diſſertatio de Genio muſarum.

Oratio de incarnatione Domini, Gandaui, typis Ioannis Lapidani 1623.

S. Iſidorus Agricola Hiſpanus, breui encomio adornatus. Antuerpiæ apud Guilielmum à Tungris, anno 1623.

Vindiciarum biblicarum lib. VI. *contra horum temporum hæreſes.*

Tractatus de bono paſtore.

Ephemerides Eccleſiaſticæ lib. XII. ad S.P.Q. Antuerp.

Apologia pro Catholicis Proceſſionibus, ad Sereniſſ. Infantem Hiſppaniarum ISABELLAM.

Gandauum, ſiue *Antiquitatum Gandauenſium* lib. VI. Antuerpiæ typis Guil. van Tongeren, anno 1624.

De Scriptoribus Flandriæ libb. III. Ibidem, 1624. 4.

De Brugenſibus & Gandauenſibus eruditionis fama claris, Ibid. 1625.

Hagiologium Flandriæ, ſiue *de Sanctis eius prouinciæ.* Ibidem.

ANTONIVS SCHONHOVIVS, Canonicus Brugenſis in D. Donatiani,

Eutropÿ Hiſtoriæ Romanæ lib X. integritati ſuæ reſtituit, Baſileæ anno 1546. typis Oporini, & 1552. adiecto

De Dignitate vtriuſque Imperÿ, Orientis atque Occidentis, ac Prouinciarum Romanarum libello.

Hactenus EVTROPII *titulum nomenq́; ſed ipſum*
Nunc demum lector, conſpicis EVTROPIVM.

Syluulam Carminum Stephani Comitis Bellocaſſy euulgauit. Brugis, typis Roberti Gualteri & Eraſmi Verreekij, 1544. 8.

ANTONIVS SCORVS, Hoochſtratanus Brabantus, ſi vera narrat *Ludouicus Guicciardinus* in Belgi deſcriptione. Eloquentiæ deditus, Argentorati ſub *Ioanne Sturmio* profeſſus, ſcripſit vtiles *Tully Ciceronis Phraſes*, Item

Theſaurum Ciceronis, hoc eſt, *Mary Nizolij* Epitomen, methodo meliore, quem *Sturmius* præfatus, alijque eruditi librum prædicant. Eius titulus *Theſaurus verborum linguæ Latinæ Ciceronianus.*

De ratione diſcendæ docendæq́, linguæ Latinæ & Græcæ. lib. II. Argentorati.

Dialogum De ratione populariter tractandarum quaſtionum, vbi expungenda quædam exempla non Catholica.

Phraſes Latinæ linguæ, & rationem obſeruandorum eorum in auctoribus legendis, quæ præcipuam ac ſingularem vim aut vſum habent, &c.

ANTONIVS SEXAGIVS, Bruxellenſis, cauſarum in Conſiſtorio Machlinienſi patronus, edidit

Ortographiam linguæ Belgicæ, præſertim Brabanticæ. Louanij, typis Maſij, anno 1576. 8.

ANTONIVS SMETIVS, Gandenſis, Eccleſiaſtes facundus, Eccleſiæque Gandauenſis Archipresbyter, ſcripſit

Orationem in funere CAROLI MASII, IV. *Gandenſium Antiſtitis.* Vir hic magnis animi corporiſque dotibus exornatus fuit. Ipſi tale in D. Bauonis, (vbi auguſto Mauſoleo quieſcit) epitaphium eſt.

D. O. M.

CAROLVS MASIVS

H. S. E.

AD SVMMMA NATVS, PER GRADVS ASCENDIT
SED ILLVSTRES.
DECANVS ECCLESIÆ CATHEDRAL. ANTVERP. FVIT
IN QVOD MVNVS NE ALIENVS VENIRET,
AVVNCVLO RVTGERO DE TASSIS SVCCESSIT.
FVIT ET PRINCIPIB. BELGI AB ELEEMOSYNIS,
INDE IPRENSIVM, POST GANDENSIVM EPISCOPVS,
QVA DIGNITATE, EA VIRTVTE
ECCLESIAE ET REIPVB. VTILIS.
VOS LVGETE BELGAE,
ECCLESIA ANTISTITEM AMISIT,
RESPVBLICA VIRVM.

XII. KAL. IVNIAS, CIↃ. IↃ. C. XII.
CVM VIXISSET ANN. LIII.

ANTONIVS SVCQVETIVS Machlinienſis, SOC. IESV Clericus, ex tirocinij Magiſtro Prouincialis Præfectus Flandro-Belgicæ prouinciæ, vir doctus, & modeſtus, edidit vtiliſſimum ac pientiſſimum lib. cum iconibus

Viam vitæ æternæ. Antuerpiæ, typis Nutij, anno M. DC. XX.

Teſtamentum Chriſtiani hominis. Ibidem, apud Ioannem Knobbaert, anno 1625.

Obijt Pariſijs ex violenta febre rediens Roma anno Domini 1626 menſe. Februario.

ANTONIVS SYLVIVS Dunkercanus, Flander, apud Vilfordianos primum Gymnaſiarcha, deinde creſcentibus turbulentis temporibus Antuerpiam ſe contulit, vt in tuto eſſet, ibidem & mortuus & ſepultus in Abbatia D. MICHAELIS, Ord. Præmonſtratenſis. Extant

Colloquia puerilia cum Gallica & Belgica interpretatione. Louanij, anno 1573. & apud Plantinum 1580. Diſcipulos habuit *Carolum Scribanium, Iacobum Roelantium* primùm Antuerpiæ Syndicum, deinde in magno ſenatu Mechlinienſ. aliosque viros eximios & præclaros.

Syntaxis Antuerpiæ typis Ioannis Withagij, 1557.

ANTONIVS WALÆVS Gandenſis, Profeſſor Lugd. Batauorum, ſcripſit *De auctoritate Magiſtratus Belgici.*

Compendium Ethicæ Ariſtotelicæ ad normam veritatis Chriſtianæ reuocatum, & *Conſiliarium*, alioſalia indies meditatur.

ARNOLDVS ALOSTANVS, à ſua familia dictus *Mermannus*, Alofti in Flandria naſcitur, Ord. ſancti Franciſci, ſac. Theologiæ Louanij Lector, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inprimis peritus, vehemens Eccleſiaſtes in Iconoclaſtas anno M. D. LXVI. per totum ferè Belgium, vt docent hæc chronographica:

SanCta ſVa ContaMInata & ConCVLCata ſVnt.

De GeVſen hebben Den DVVeL In.

Edidit non pœnitenda opuſcula, vt ſunt

Theatrum conuerſionis gentium. ſiue *Chronologia de vocatione omnium populorum per vniuerſum orbem fidei Chriſtianæque religionis deſcriptio.* Antuerpiæ, typis Plantini 1563. & 1572. 8.

De rogationibus, Peregrinationibus, Hymnis & ſollemnibus Supplicationibus cum lucernis & omni Religionum panoplia, lib. III. Louanij 1566.

De Purgatorio, ad Duciſſam Parmenſem.

De veneratione ſacrarum reliquiarum.

De pœnitentia publica & ſollemni.

De exomologeſi Sacerdoti facienda.

Catechiſmus inſtar Dialogi, inter pœnitentem & Cathechiſten.
De plauſtris hæreticorum, ad S. P. Q. Antuerp.
De hæreticis deferendis & accuſandis.
Oratio de fugienda conſuetudine hæreticorum.
Dauus perduellis, ſiue *Rerum publicarum perturbator*. Louanij 1564.
De ſancta Cruce, eiuſq; religioſa adoratione. Louanij, 1568.
Imagines mortis, cum Epigrammatis & iconibus. Coloniæ, 1567.
Medicina animæ. Ibidem, typis Birckmanni.
De Eucharistia Sacramento, contra ſacramentarios, *vernaculè* Antuerpiæ, anno 1567.

Naturæ debitum ſoluit Lo .anij, & ſepultus apud Minores in loco Capitulari, hoc epitaphio:

ANNO DOMINI M. D. LXXVIII. V. SEPTEMBRIS, CONTAGIOSA LVE EX ERGASTVLO CARNIS EREPTVS EST VENERANDVS PROVINCIAE PATER ET DEFINITOR FRATER ARNOLDVS ALOSTANVS QVI CVM PROVINCIAM IN VARIIS ORDINIS OFFICIIS PRAECLARE ORNASSET, ECCLESIAMQ. CHRISTI MVLTIS EDITIS PIIS VOLVMINIBVS ILLVSTRASSET, DIEM HIC CLAVSIT EXTREMVM.

CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE.

ARNOLDVS BAERT, Bruxellenſis (ſunt qui Flandrum ſcribunt) ex Profeſſore Iuris Ciuilis in Academia Duacena, poſt Regius in Conſiſtorio Machlinienſi Conſiliarius, edidit
Lectiones extraordinarias III. Duaci habitas, Coloniæ 1579. excuſas 8.
I. De eo quod intereſt.
II. Ad L. Vinum. D. ſi certum petatur.
III. Ad tit D. De eo quod certo loco.
Nucem Feudalem, dicatam illuſtriſſ. viro *D. Gerardo de Hornes*, Baroni in Baſſignij, Ibidem, typis Materni Cholini, anno 1582.

Recenſuit præterea *Iac. de bello-Viſu Practicam criminalem*, & *Annotationibus auxit*. Ibidem anno 1580. 8.

Tam felicis memoriæ vir hic fuit, vt Pandectas Iuris noſtri memoriter, ac Leges quam plurimas verſo ordine recitare poſſet.

ARNOLDVS BOSTIVS, alijs *Boſchus*, Ord. F. B. MARIAE de monte Carmelo, conuentus Gandenſis, vir in ſacris ſcripturis ſtudioſus, Philoſophus & Poëta mellitus, Ioanni Trithemio amiciſſimus, ſcripſit
De patronatu B. MARIAE lib. I.
De illuſtribus viris Cartuſianor. lib. I.
De illuſtribus viris ſui Ordinis.
De puriſsima conceptione DEI *genitricis* contra Vincentium de Nouo Caſtro.
De IV. nouiſsimis lib. I.
Sermones varios.
Epiſtolarum ad diuerſos.

Car-

Carmina diuerſa, & alia complura.

Floruit anno cIↃ CCCC. XCIV. ſub FREDERICO Imp. obijt Gandaui anno Domini 1499. prid. non. April. & æternum Poſteritati nomen ſuum conſecrauit.

ARNOLDVS A BOECOP, Gelder, Soc. IESV Clericus, ſcripſit

Epiſtolam luculentam de nomine S. Huberti, ad Ioan. Robertium eiuſdem Soc. adiectam *Vitæ S. Huberto, à Roberto* editæ.

Apologiam pro Iuſto Lipſio, typis Plantini.

ARNOLDVS BVDERICVS, alijs *Buricus*, Canonicus Regul. Ord. ſancti Auguſtini, initiator monaſterij in Elzingen propè Aldenardam, anno M. CCCC. XVII. Vir pius & doctus, valuit, ſtrictâ ſolutâque oratione, reliquit

Odarum de laude Dei lib. XII.

Tractatus XIII. in Pſalmum LXX.

De modo ſeruandi ordinem Canonicorum Regularium.

Collationes aliquot in Generali Capitulo.

Epiſtolam apologeticam, contra detractores monaſteriorum.

Dictarium, aliaque multa. Conſule Chronicon Windeſemenſe lib. I. cap. 42.

ARNOLDVS CABOTERIVS Flander, Medicinæ Doctor, ſcriptis *ſuauibus Carminibus* nomen ſuum poſteritati notum fecit ante paucos annos. Celebratur Poëmatijs *Franciſci Hami* Inſulenſis.

ARNOLDVS CATHIVS Leouardienſis, Soc. IESV Clericus Homo verè Theologus, hoc eſt integerrimus ſimul & eruditiſſimus, ſcripſit

Paraphraſin continuam in Canticum Canticorum Salomonis, inſcripſitque *Ioanni Maldero* Antuerpienſium Præſuli. Antuerpiæ in officina Moreti anno 1625.

ARNOLDVS EYCKIVS, Vltraiectinus, ibidemque bonarum artium Profeſſor, edidit *Tabulas in Grammaticam Græcam*, typis Plantini, 1582.

Moyſis Decalogum, carmine Elegiaco, forma tabulæ.

Epithalamiorum libellum.

Arnoldus Buchelius amico hoc epitaphio parentauit:

> EYCKIVS *hic iaceo, quem Traiectina iuuentus*
> *Viuentem coluit poſteritaſq; colet.*
> *Moribus & geſtu viuo inſuper ore docebam*
> *Nuper, nunc ſileo ſed mea ſcripta docent.*

ARNOLDVS GERARDVS Laurentianus Flander, ſcripſit *De Fide Catholica* lib. 1. Coloniæ, typis Cholini, anno 1556. 8.

ARNOLDVS AB HAERSOLTE, Swollanus, Tranſiſelanus, I. C. doctiſſ. edidit

Aduerſaria Actionum ciuilium & criminalium, typis Plantini, anno 1583. 8.

ARNOL-

ARNOLDVS HAVENSIVS Buſcoducenſis, naſcitur anno cIↄ.Iↄ.XL. & primis ibidem literarum rudimentis incubuit. Patrio relicto ſolo, Coloniam petit, & cùm ſtudiorum ſuorum encyclopediam abſoluiſſet, Soc. IESV inſtitutum anno cIↄ. Iↄ. LVIII. eſt amplexus. Cùm iam aliorum promouendæ ſaluti per annos circiter XXVII. incubuiſſet, voluit aliquanto accuratius ſuæ quoque ipſius perfectioni incumbere Louanienſibus ſeſe Cartuſianis iũgit, anno cIↄ Iↄ. LXXXVI. Præficitur ſtatim Cartuſijs Buſcoducenſi, Leodicenſi, Louanienſi, Bruxellenſi & toti prouinciæ, adeò vt viſitatoris functus officio, quàm optimè, de Ordine vniuerſo ſit meritus, ſcripſit

Hiſtoriam Cartuſianorum Ruræmundenſium, qui anno 1572. ibidem crudeliter à Caluiniſtis interempti ſunt. Cui & adiunctum eſt *Martyrium Cartuſianorum Anglorum* ſub *Henrico VIII.*

De erectione nouorum in Belgico Epiſcopatuum. Coloniæ, anno 1609.

Speculum hæreticæ crudelitatis, ſeu De crudelitate ac moribus tam antiquorum quàm deprauati huius ſæculi hæreticorũ contra Catholicos. Ibidem 1608. 8.

De vitæ ſolitariæ præſtantia ſimul ac vtilitate.

Exhortationem De Obſeruatione diſciplinæ Regularis, & præcipuè Solitudinis, &c. ad Cartuſianos. Gandaui. anno 1608. 8.

Euulgauit Meditationes *Guilielmi Lindani* in Pſalmos pœnitentiales, & alia.

Obijt in Domino Gandaui anno cIↄ. Iↄc. IX. ſumma cum pietate vitæque innocentiâ.

ARNOLDVS HELIVS Zelandus, Middelburgenſis, Poëta, *Nicolao Reuſnero* amiciſſimus, luſit

Poëmata varia. Norinbergæ 8.

ARNOLDVS IOANNIS, Dieſtenſis, *Nicolai Eſchij* Beginagij Dieſtenſium Paſtoris alumnus & ſucceſſor, conſcripſit Latinè

Vitam Nicolai Eſchij, quæ typis nondum eſt edita.

ARNOLDVS AB ISCA à municipio & patria IVSTI LIPSII *Iſca* dictus, non procul Bruxella, ord. minorum, diſciplinæ regularis tenaciſſimus, Amſtelodamo pro Catholica fide profligatus, Edami etiam incarceratus fuit. Multis annis poſtea Louanij Guardianum egit, edidit Belgico ſermone

Sermones V. docens quomodo ſalubriter in Chriſtum credendum.

Officium B. MARIAE *ſecundum vſum Romanum in Belgicum traſtulit.*

Moritur Confluentiæ ſancta morte anno cIↄ.Iↄc. XIX. Martij XV. & ſepultus in loco Capitulari.

ARNOLDVS LALAINVS, Præpoſitus D. MARIAE Brugenſis, ſcripſit

Epiſtolam de congreſſu Imp. FRIDERICI & CAROLI *Burgundiæ Ducis*, quam è Gallico Latinam fecit *Rodolphus Agricola.*

ARNOLDVS LAVRENTIVS Berchemius, Flander, Poëta, ſcripſit

Piorum

Piorum carminum libellum, quem ab auctoris morte *Victor Giſlenus* euulgauit, Antuerpiæ, typis Nutij, anno 1560. 16. cum alijs aliquot poëmatijs.

Viuere deſijt anno CIↃ. IↃ. LIX.

ARNOLDVS LENSÆVS, alias *De Lens*, Belliolanus (vicus eſt Athenſis agri) *Ioannis* Theologi Louanienſis frater, Medicus & Mathematicus inſignis, quem magnus Muſcouiæ Dux Antuerpiâ euocauit, liberali ſtipendio oblato, & valetudinis ſuæ rationem habere iuſſit; vbi & vrbe Moſcua à Tartaris incenſa, poſt perijt. Dedit.

Geometricorum Euclidis elementorum Iſagogen, typis Plantini anno Domini 1565. 8.

ARNOLDVS MANLIVS vulgò *De Man*, Gandenſis, Medicus & Poëta ſuauis, ſcripſit *Elegias*, *Epigrammata & Epitaphia*, item *Carmen* ad *Victorem Giſelinum* præfixum *Aureolo Prudentio* emendato. Conſtantinopoli in comitatu Illuſt. *Caroli Rym* Gandenſis, ſacræ Cęſ. maieſtatis *Maxamyl. II.* apud *Selymum* & *Amurathem Turcarum* Imp. Oratoris, magnis viris diuerſarum nationum, propter inſignem doctrinam, linguæque Græcæ exactam cognitionem, placuit. Redux in Germaniam, multos codices MSS. Græcos tulit, quos dediſſet in lucem cum notis, niſi præclaros ipſius conatus immatura Mors impediſſet.

ARNOLDVS MERMANNVS, vide ARNOLDVS ALOSTANVS.

ARNOLDVS MYLIVS ditionis Colonienſis, Typographus primum Antuerpienſis, poſt Colonienſis, qua in vrbe ſenatoris etiam munere functus eſt, dedit

Locorum Geographicorum nomina antiqua & recentia, cum Ortelij Theatro.

Principes & Regum Polonorum effigies cum Commentario, Coloniæ anno 1594. in fol.

Moritur calculi doloribus, & Coloniæ in D. PAVLI ſepultus, hoc epitaphio:

D. O. M.

ET

MEMORIÆ

ARNOLDI MYLII TYPOGRAPHI
ET SENATORIS IN HAC VETERI VRBE,
ILLIVS DILIGENTISSIMI, HVIVS INTEGERRIMI:
QVOD VTRVMQVE FAMA ET FAVOR PVBLICVS
ASSERVNT, ASSERENTQ.
PRAEMIVM HIC VIRTVTI,
QVOD IN SVPERIS ETIAM LOCIS HABERE
SPERAMVS, VOVEMVS.

TV

TV NOBISCVM, BONE LECTOR.
OBIIT LETHARGO XV. KAL. DECEMBR.
ANNO ∞. Ɔc. V.
ÆTATIS SVAE LXIV. MEN. I.

ARNOLDVS OLORINVS, alias *Swanens*, Decanus ad Montem ſanctæ Gertrudis, Grauiæ Gymnaſiarcham egit, ediditque libellum, in quo

Salutares doctrinas ac Phraſes mentem linguamque ornantes, Alphabeti ſerie digesſit. *Syluæducis*, anno 1612. 8.

ARNOLDVS ORIDRYVS, è Bergheyckano Brabantiæ pago, Philoſophiæ & Græcæ linguæ peritus Angiæ, quod Hannoniæ oppidulum eſt, nobilem iuuentutem inſtituit, ſcripſit

Summam linguæ Græcæ, Pariſijs anno 1537. typis Wecheli.
De bona mente, carmine Iambico, teſte *Geſnero*.
De Iubilæo, item carmine.
De cura pauperum.
Heſiodi agriculturam carmine expreſſit.
Comparationem Regis & monachi, ex *Chryſoſtomo*.

ARNOLDVS POSSENBRVCHIVS Embricenſis, Cliuus ingenuarum artium Magiſter, edidit

Tractatum de Oratione, Coloniæ, typis Horſtij.
Panopliam militis Chriſtiani, è ſacris ſcripturis. Ibidem 1573. 16.

ARNOLDVS DE REYGER, ſeu *Pelargius*, Belga, naſcitur clɔ. Iɔ. LIX. XI. Kal. Februar. I. V. Doctor & Profeſſor Helmæſtadij, deinde Ienæ apud Saxones, in veteri Marchia Aſſeſſor Regius, recenſuit

Mynſingeri Comment. in Inſtitut. Iuſtiniani Imp. Et
Obſeruationum Centurias. Scripſit ipſe
Diatribarum libb. IV. Ienæ anno 1593.
Diſputationes de proceſſu iudiciorum. Ibidem anno 1596.
Conſuetudines feudales. Magdeburgi, anno 1602.
Theſaurum Iuris. Ibidem 1604. fol.

ARNOLDVS ROTERODAMVS, ſiue *De Roterodamis*, vel *De Hollandia*, decretorum Doctor & Canonicus ſancti Auguſtini in viridi valle iuxta Bruxellam, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & regularis diſciplinæ ſtrenuus cultor. Edidit grande volumen, quod inſcripſit

Speculum conſcientiæ.
Speculum Collationum, Iuris, Exemplor. Philoſophor. & Poëtarum.
Confeſſionale fœneratorum.
De verbis Domini.
In Regulam ſancti Auguſtini.
De practicâ Electionis.

Hæc omnia in Bibliothecis Cameracenſi, Wameſiana Louanij, ac in rubea, viridi valle MSS.

Louanij

Louanij ad ſanctum Martinum eiuſdem *Arnoldi* opus eſt, cui *Vaticani* nomen dedit, in pergameno Tomis II. Tractat in eo De VII. mundi ætatibus, de ſummis Pontificibus, regnis, bellis, deque vita ac moribus Philoſophorum & Poetarum.

ARNOLDVS DE TVNGRIS, Theologus Colonienſis, & Burſæ Laurentianæ rector, ſcripſit.

Aduerſus Speculum oculare Reuclini. Coloniæ, typis Quentelij 1512.

Mortalibus ſenex eripitur, Leodici in D. Lamberti Canonicus.

ARNOLDVS VANDER MEER, *Naeldwycanus, I.C.* & miles Ieroſolymitanus, in linguam Latinam vertit ex Hiſpanica Dialogum elegantiſſimum

Deſiderium, de expedita ad diuinum amorem via. Louanij anno 1554. 8. Hiſpanicè inſcribitur. *El deſſeoſo.*

ARNOLDVS VESALIENSIS, cognomento Haldrenius, in Ducatu Cliuiæ naſcitur: Doctor Theologus ac ſummæ ædis Canonicus Coloniæ, trium linguarum peritiâ excelluit, *Macrobium* iuuenis emendauit, ediditque præterea

De Veneratione Sanctorum. Coloniæ 1535.

Exegeſin Decalogi.

Epitomen Petri Lombardi cum diſtichis, 1555.

Modum confitendi, pro ſacerdote, Neomagi 1554.

Conſultationem quadruplicem ſuper Confeſſione Auguſtanâ. Coloniæ.

Rebus humanis exemptus Coloniæ, & ſepultus in æde ſumma hoc epitaphio:

Quiſquis es, in requiem ſi vis intrare beatam,
Atque ita cum Chriſto perpete pace frui.
Verba Dei auſcultes eademq; ſequaris oportet,
Ergo dum datur hic viuere, DISCE MORI.
Tranſitus ad vitam Mors eſt, ſi credis in illum,
Qui mortem noſtri captus amore tulit.
cIↄ. Iↄ. XXXIV. III. Kal. Nouembris.

ARNOLDVS WION, naſcitur Duaci, anno poſt Chriſtum natum cIↄ. Iↄ. LIV. Idibus Maij: Audenburgi in Flandria iuuenis, nomen *D. Benedicto* dedit, verum hæreticis omnia turbantibus, ſolum vertere coactus in Italiam proficiſcitur, ad Caſinenſem eiuſdem inſtituti congregationem. Scripſit

Lignum vitæ, ornamentum & decus Eccleſiæ, lib. V. Venetijs 1595. 4.

Tractatum *De antiquiſſima & illuſtriſſ. familia Romana Anicia*, ex qua Principes Auſtriacos contendit originem ducere.

Chronologiam à principio mundi ad ſua tempora.

ARNVLPHVS, à *Monte S. Eligij*, Canonicus Regul. *S. Auguſtini* in dicto monte apud Atrebatum, ſcripſit

Commentarium in Canonem Miſſa, *M.SS.* ad ſanctum Bertinum & alibi.

De Oratione Dominica M.S. Ibidem.

ARSENIVS LEODICENSIS, monachus *S. Pauli* Romæ, poſt Abbas ſanctæ Mariæ de Florentia, ſcripſit

Epiſtolam ad Ioannem de Turrecrmata Card. anno 1442. pro commendatione Regulæ ſancti Benedicti, quæ præfixa eſt Commentarijs Turrecrematæ in eandem.

AVBERTVS MIRÆVS Bruxellenſis, Decanus Eccleſiæ beatæ MARIAE Antuerpiæ, antea Sereniſſimis Belgarum Principibus ALBERTO ET ISABELLAE à ſacris Oratorij ac Bibliothecis, naſcitur anno Domini M. D. LXXIII. poſtridie Kal. Decembris parentibus honeſtis & orthodoxæ religioni addictiſſimis, IOANNIS MIRAEI Epiſcopi Antuerpienſis è fratre *Gulielmo* nepos. Politioribus litteris Duaci in regio, Philoſophiæ ibidem & Louanij in Falconis Gymnaſio operam dedit, decurſiſque ibidem Theologię ſpatijs, lauream anno M.DC.XI.IV. Non. Maias Duaci accepit. Vir hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cognitione imprimis excellens, mihique per familiaris. Eius hæc ſunt:

Elogia illuſtrium Belgij Scriptorum, Antuerpiæ anno 1609. typis Martinij.

Elogia illuſtrium gentis Spinolæ, Ibidem apud Verduſſium 1608. & Coloniæ, 1611. apud Kinckium.

Vita CL. IVSTI LIPSI Præceptoris ſui, ex ipſius potiſſimum ſcriptis concinnata, Ibidem typis Martinij, & in *Fama poſtuma* eiuſdem *Lipſij*, apud Moretum.

Originum monaſticarum lib. IV. Coloniæ, 1620. typis Bernardi Gualteri.

Chronicon Ord. Præmonſtratenſis, in quo initia eius, progreſſus, virique in eo celebres ac cœnobia commemorantur. Ibidem. 8.

Chronicon Ciſtertienſe, in quo eius ordinis initia & incrementa. Ibidem anno 1613. 8.

Chronicon Canonicorum Regularium, in quo ordinis illius initia ac progreſſus, Ibid. 1614. 8.

Elenchus Hiſtoricorum Belgij nondum typis editorum. Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſſium, 1606.

Chronicon Benedictinum, ſiue *Benedictinor.* cœnobiorum origines, virique in ijs doctrina & ſanctitate illuſtres. Ibid. 1614. 8.

De Collegijs Canonicorum lib. ſingularis, 1615. Ibidem.

Origines monaſterior. Benedictinorum, per Belgium, typis Verduſſij, 1608. 8.

Origines Cartuſianorum per orbem vniuerſum. Coloniæ anno 1609. 8 apud Hierartum.

Origines Ord. D. Virginis Annuntiatæ. Antuerpiæ 1618. 4.

Origines Ordinis Carmelitani ab *Elia* Propheta inchoati, ab *Alberto* Patriarcha vitæ regula temperati, à *S. Teraſia* ad primæuam diſciplinam reuocati. Ibidem anno 1610. 8.

Origines Auguſtinianorum, ſub regula *D. Auguſtini* militantium. Ibidem Gallicè, anno 1611. 8.

Origines Equeſtrium ſeu *Militarium* lib. II. Ibid. 1609. 4. & Gallicè 8.

Notitia Epiſcopatuum orbis vniuerſi, typis Plantini, anno 1613. 8.

Politia

Politia Eccleſiaſtica, ſiue, *De Statu Religionis Chriſtianæ per totum Orbem* lib. IV. Coloniæ, 1619. 8. & Lugduni 1620. 12.

Geographia Eccleſiaſtica, in qua prouinciæ, metropoles vrbeſque titulo Epiſcopali illuſtres, Ibidem 12.

Oratio in exſequijs Rudolphi II. Imp. Antuerpiæ dicta, typis Plantini, anno 1612. 4.

De bello Bohemico Commentarius Bruxellæ 1621. 4. & Coloniæ 8.

Vita ALBERTI PII, PRVDENTIS & SAPIENTIS, Bruxellis & Antuerpiæ typis Plantini.

Vita S. ALBERTI *Cardinalis Epiſcopi Leodicenſis*, ab Ægydio Aureæ Vallis Monacho ſcripta, à *Miræo* primùm emulgata, Antuerpiæ typis Martinij anno 1612. fol.

Chronicon Chriſtianum, à Chriſto nato ad noſtra vſque tempora: in quo *Euſebius* Epiſcopus Cæſarienſis, *B. Hieronymus* Præsbyter, *Sigebertus Gemblacenſis* monachus, alijque partim editi primum, partim ad M.SS. recenſiti, cum *Miræi* auctario ab anno M. CC. ad an. M.DC. VIII. Ibidem typis Verduſſen, 1618. 4.

FASTI BELGICI Bruxellæ anno 1622.

Codex Donationum piarum, in quo Teſtamenta, Codicilli, Litteræ fundationum, Dotationum, Immunitatum, Priuilegiorum, & alia piæ liberalitatis monumenta, cum NOTIS. Bruxellis anno 1624. 4. typis Ioannis Merbecij.

PETRI DIVAEI *Hiſtoriam Brabanticam eiuſdem typis anno M. DC. X. edidit.*

Meditatur Vitam fortiſſimi Herois GODOFREDI BVLLIONII, Marchionis Antuerpienſis, Ducis Lotharingiæ, ac demum Hieroſolymorum Regis, quem inſigne Canonicorum Collegium Antuerpienſe fundatorem agnoſcit.

AVGERIVS GISLENVS BVSBEQVIVS Cominæus Flander, nobilis adoleſcens Venetijs Ioanni Bapſtitæ Egnatio, poſt Bononiæ, alijs doctis viris in Eloquentiæ ſtudijs operam dedit. Viennam Auſtriæ euocatus, MAXAMYLIANI Imp. filios *Matthiam*, *Maxæmylianum*, *Albertum* & *Wenceſlaum* optimis moribus informauit. In legationibus enituit, quarum imprimis inſignes fuere Conſtantinopolitana & *Amaſiana*. Plurima cum Græca tum Latina M. SS. volumina, media in Græcia collecta in Cæſaream Viennæ Auſtriæ Bibliothecam intulit. Byzantio reuerſus ISABELLAM Auſtriam CAROLO IX. Regi Gallorum nuptui datam, in Galliam duxit eiuſque aulæ præfectus, & poſt RVDOLPHI Cæſaris Legatus ibidem extitit. In patriam cogitans iam ſeptuageſinarius per Normanniam iter inſtituit, dumque in vico Callia hoſpitatur, violenta militum manus hoſpitium irrumpens, ſenem capit, & equo impoſitum abducit: Ille quiritare, vim ſibi fieri, prædam contra ius gentium de Legato agi: hac animi magnitudine territi, eum diluculo in integrum reſtituunt. Iam tum letalem ægritudinem præſagiens, in vicinas ædes matronæ lectiſſ. Toparchæ Maillocenſis, ad fanum D. Germani deferri ſe iubet: vbi vndeuiceſimo poſt die vita deceſſit. Corpus in D. Germani honorificè eſt conditum, cor in patriam relatum illatumque in monumentum maiorum.

Digitized by Google

AVGERIVS iſtic eſt ſitus BVSBEQVIVS.
Quis ille? Quem Virtutis & Prudentia
Habuêre carum gratia, ipſi Caſares:
Hunc aula eorum vidit, aula & extera
Aſia Tyranni. Quæ viri felicitas?
Probauit hac & illa: in omni tempore,
In munere omni, Neſtorem ſe prabuit
Linguâ atque mente. Iam quies eum ſibi
Et patria hac ſpondebat: ecce ſuſtulit
Viam per ipſam miles, incertum an latro.
Sed ſuſtulit, ſimulque ſidus Belgica,
Quod nunc choreas fulget inter aſtricas.

IVSTVS LIPSIVS MAGNO AMICO
EXIGVVM MONVMENTVM POS.

Obijt anno ſalutis reſtauratæ clↄ. Iↄ. XCII. V. Kal Nouemb.

Scripſit *Epiſtolas IV. Legationis Turcica.*
De re militari contra Turcam inſtituenda Conſilium.
Itinera II. Conſtantinopolitanum & Amaſianum. Antuerpiæ typis Plantini, anno 1581.

Liber *De vera Nobilitate* perijt. Item *Hiſtoria Belgica* III. fere annor. quibus Dux *Alençonius* in Belgio eſt verſatus M. S. apud V. N. *Chriſtophorum van Etten.*

Pulcherrima ſunt AVGERI encomia, quibus eas literas impleuit FERDINANDVS IMPERAT. cùm inter auratos Equites ob frequentia merita eum adlegiſſet MAXAEMYLIANVS ROM. REX conſuetaque ipſe priuilegia Viennæ impertiretur anno M. D. LXIV. III. Aprilis.

Conſule *Ioannem Buzelium* in ſua *Gallo-Flandria.*

AVGVSTINVS BONTEMPIVS Atrebas, monachus Lobienſis, carmine heroico deſcripſit *Vitas SS. Landelini, Vrſmari, Ermini, Dodonis,* Abbatum & Pontificum *Lobij.* Duaci, typis Bogardi, 8.

AVGVSTINVS DODO, Friſius, Baſileæ ad ſanctum Leonardum Canonicus, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, præſentibus carus, poſteris etiam admirandus, primus congeſſit & caſtigauit

D. Auguſtini opera omnia, adiecturus & argumenta in ſingula opuſcula ac cenſuras, ſed immaturam eius operam peſtis abſumpſit, eo ipſo anno, quo prælo ſubijciendum opus erat anno reconciliationis humanæ M. D. I. prodijtque poſt mortem ex officina Amerbachij M. D. III.

AVGVSTINVS HVNNAEVS Machliniæ naſcitur anno redemptionis humanæ clↄ. Iↄ. XXI. IV. Kalend. Auguſti, Doctor Theologiæ & profeſſor Louanij Regius: Philoſophiæ præcepta in Gymnaſio Caſtrenſi annos plurimos cum laude docuit. Hebraicas litteras in Collegio Buſlidiano vnum annum docuit: Græcas quadriennium. GREGORIVS XIII. Pont. Max. hunc vnum delegit qui ſanct. Patrum ſcripta ac præſertim

GREGO-

Gregorii Magni; è MSS. emendata in lucem daret. Scripſit *Prodidagmata Logices*, qualia Hiſpani Summulas vocant, typis Plantini.
Dialecticam, allatis definitionibus ac diuiſionibus. Ibidem & Louanij.
Cathechiſmum Catholicum. Ibidem, anno 1570. 8.
Cathechiſmi Catholici Schema, Ibidem, anno 1567. in folio patenti.
Axiomata de Sacramentis Eccleſiæ è ſumma D. Thomae. Ibidem anno 1570. 8.

D. Thomae Aqvinatis *Summam è MSS. reſtituit.*

Deceſſit Louanij, Præſes maioris Theologorum Collegij, & in D. Petri Canonicus anno à partu virginis cIↄ. Iↄ. LXXVIII. VI. Id. Septembris, ſatur vitæ, ſatur gloriæ.

AVGVSTINVS SABBHOTIVS *Lucæ F.* Antuerpienſis, Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini naſcitur anno 1593. 18. Nouembris, vir probitate & eruditione inſignis, quondam Traiecti ad Moſam ſupprior & Concionator bene meritus, edidit

Vitam S. Claræ de Montefalco, eandem ex Latina in vernaculam tranſtulit. Leodici, anno 1625. 8.

Iordanum de Saxonia, à pluribus mendis emendatum nouiter lucem videre fecit.

Viuet valetque in vrbe æterna anno M DC. XXV.

AVGVSTINVS WICHMANS Antuerpienſis, famoſi Tungerloënſis Cœnobij religioſus, ſac. Theol. Baccal. felici comique ingenio, venâ vbere ac fluente: huic ego dum ſacris luſtraretur aquis, in D. Mariae Cathedralis Eccleſiæ, pias admoui manus, ac ſuſceptorem egi, & gaudeo apprecationi noſtræ ac votis Devm propitium affuiſſe. Quæ ſcripſit hactenus hæc ſunt:

Roſa candida & rubicunda, id eſt, v. Petrvs Calmphovtanvs, ex Canonico *Norbertino* Eccleſiæ Tungerloënſis, Paſtor in Haren à Genſijs interemptus. Antuerpiæ, typis Verduſſen, anno 1625. 8.

Apotheca Spiritualium pharmacorum contra luem contagioſam, alioſque morbos, ex ſac. Scriptura, ſanct. Patribus & authenticis Hiſtorijs deſumptorum, ad Reuerendiſſ. D. Michaelem Ophovivm Sylnæducenſem Epiſcopum denominatum. Ex officina eiuſdem Verduſſij, anno 1626. 4.

Diarivm Ecclesiasticvm, *de Sanctis contra peſtem tutelaribus*, in quo quam plurimæ Antiquitates Eccleſiaſticæ gratâ varietate explicantur. Ibidem.

Multa alia iuuenilis promittit ætas, vtpote

Officium horarium de B. Siardo v. Abbate horti Mariani in Friſia ordinis Præmonſtratenſis, adiuncta Epitome tranſlationis eiuſdem ſancti ad Cœnobium Tungerloënſe factæ anno cIↄ. IↄC. XVII. cum nonnullis miraculis ibidem patratis.

Par Præſulum, id eſt, D. Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, & D. Auguſtinum Cantuarienſem Archiepiſcopum, fuſius quàm vnquam hactenus deſcriptos, adiunctâ ex occaſione Eccleſiaſticâ hiſtoriâ eiuſdem temporis.

Vindicias Abbatiales & Monaſticas, in quibus à modernorum calumnijs vterque ſtatus doctè defenditur, *vna cum expoſitione myſtica inſignium*

Digitized by Google

inſignium Pontificalium, & quando iis Abbates vti cœperint Demonſtrationes.
Lilium inter ſpinas, ſanctam DIGNAM *dæmono-maſtygem, Primiceriam Brabantiæ.*
Thaumata eius, & Campaniam Brabantinam illuſtratam.

AVGVSTINVS WILSIVS Balenus, ſacerdos, ſcholæ Turnhoutanæ ac deinde Herentalenſis moderator, ſcripſit
Grammaticam linguæ Latinæ.
Terentij frondes, ſeu *Phraſes.* Antuerpiæ typis Siluij. 12.
Centuriam ſelectarum fabular. Æſopi. Ibid em 1566. 8.
Viuere deſijt Herentalij in Brabantia.

AVSONIVS A POPMA Friſius, *Titi Cypriani* & *Sexti* frater, ſingulari ingenio, nec minori induſtria Muſas coluit. Rarum exemplum, in vna eademque familia fratres germanos IV. ad eruditionis culmen perueniſſe. Scripſit
Notas in Varronis libros de lingua Latina, ac de re Ruſtica.
M. Terentij Varronis fragmentis Collectaneorum librum adiecit. Franekeræ, anno 1590. apud Radæum.
De differentijs verborum lib. IV
De vſu antiquæ locutionis lib. II. Lugd. Bat. 1606. 8. apud Raphelengium.
De Philoſophia lib. I. Franekeræ, typis Radæi 1590.
In M. Tullij Ciceronis Epiſtolas ad Atticum eruditiſſimas poſt Manutium ac Boſium NOTAS. Ibid. 1619.
De operis ſeruorum.
Notas in Velleium Paterculum, anno 1620.
De ordine & vſu Iudiciorum lib. III. Aruhemij, anno 1617. 4.
Fragmenta ſatyrarum Menippearum.
Fragmenta veterum Hiſtoricorum Latinorum.

AVGVSTINVS REYMARIVS Machlinienſis, elegantis ingenij & boni iudicij adoleſcens, ſcripſit
Ludum Chartarum, cum Adriani Barlandi præceptoris Dialogis excuſum. Antuerpiæ anno 1532. 8.

B.

BALDERICVS Eccleſiæ Morinenſis Canonicus, & Cantor, inde Archidiaconus Nouiomenſis, demum Tornacenſis ac Nouiomenſis Epiſcopus anno CIↃ. XCVII. conſecratus: Nobili proſapia exortus, diuino cultui vehementer addictus, & probitate morum inſignis, ſcripſit
Chronicon, continens res geſtas Epiſcoporum Cameracenſ. & Atrebatenſ. à CLODOVEI primi Galliarum Regis Chriſtiani, temporibus, ad ann. M. XXX. Duaci, 1615. typis Bogardi impreſſ. curâ *Georgij Coluenerij* Doctoris Theologi, cum eiuſdem *Notis.*
Chronicon Morinenſe, M. S. in cœnobio Benedictino in vrbe Cenomanenſi.

Ex

Ex ergaſtulo ſui corporis ad cæleſtem Paradiſi libertatem euolauit Morinis (vulgo Teruanæ) & in æde ſumma ſepultus ante excidium vrbis, tali epitaphio:

P. BALDERICVS HVIVS ECCLESIAE CANTOR
ET EPISCOPVS NOVIOMENSIS,
ANNO VERBI INCARNATI M. C. XII.
PRAELATIONIS SVAE ANNO XV.
PRIDIE KALEND. IVNII OBIIT,
MERITIS PLENVS,
ET CHRONICO CAMERACENSI ILLVSTRIS.

BALDVINVS BERLICOMIVS, Sylvæducenſis, ab ipſa pœnè puerili ætate ad bonarum litterarum ſtudia deſtinatus, Latinam linguam omnemque eius elegantiam auidè imbibit, tum in ligata, tum in ſoluta oratione peritiſſimus. Edidit

Hieroſticha & Pia carmina ex libris ſacris libb. IX. anno 1599. 8. typis Commelini.

Diem ſuum obijt Hagæ-Comitis.

BALDVINVS CABILLAVIVS Iprenſis Flander, ſoc. IESV Clericus, Poëta elegans & facilis. Nullam ſcientiam intactam reliquit, variatum rerum ac curioſarum amator incomparabilis, quibus omnibus (quod mirere) pietatem maximam adiunxit. Hoc illi elogium dedit & inſcripſit frater meus *Robertus Sweertius*: ſcripſit, ediditque

Epigrammata de multis relicta. Antuerpiæ, apud Moretum, anno 1621. 12.

Lemmata Hiſtorica Tetraſtichis. Ipris, typis Belleti.

Tandem prodijt *Magdalena*, quam inſcripſit Illuſtriſſimo Cardinali *Franciſco Barberino*. Apud Moretun & heredes, anno 1625. 16.

BALDVINVS DE GLEN Atrebas, Henniacenſis, apud Artheſios monaſterij antiſtes, vir Græcæ & Latinæ linguæ peritus, Theologus etiam non contemnendus, acris & induſtrij vir ingenij, ſcripſit

Hiſtoriam Cœnobij Henniacenſis.

Monarchiam & ſeriem Regum Hiſpaniæ.

Tranſmigrationem Belgicarum Prouinciarum ad Auſtriacos.

Aliaque multa forſan breui lucem viſura.

BALDVINVS IVNIVS, vernaculè *De Ionghe*, Dordracenus, patriciâ & antiqua familia natus, ord. ſancti Franciſci regularis obſeruantiæ, Theologus & Eccleſiaſtes, Louanij IVSTI LIPSI diſcipulus ac contubernalis, Definitor & in multis locis Guardianus præfuit. Edidit

Demonſtrationem fidei orthodoxæ ex *Roberti Bellarmini S. R. E.* Cardin. Controuerſijs. Antuerpiæ typis Nutij, anno 1611. 4.

Manuale Theologicum, in quo præcipua totius Theologiæ fundamenta. Coloniæ, typis Gualteri, anno 1614. 8.

Chronicon morale, Concionibus anni totius accommodatum, ab orbe condito, ad noſtra vſque tempora. Ibidem, anno 1619. & 1622.

Conciones ad Dominicos ac feſtos dies totius anni. Ibidem 1616. 4.

Domum Sapientiæ & Paradiſum Voluptatis, Belgicè, anno 1613. & 1614. typis Martini Huyſſens Antuerpiæ.

BALDVINVS MOREANVS. Ordinis Ciſtercienſis, religioſus in Camberonenſi apud Hannones cœnobio, edidit Duaci anno 1618. & Coloniæ anno 1620.

Regulam ſancti Benedicti ad XXX. exemplaria M.SS. collatam.

BALDVINVS NINIVENSIS, Chronographus & Canonicus ord. Præmonſtratenſis, ſcripſit

Chronicon breue à Christo nato ad annum CIↃ. CCXCIV. quod exſtat M.S. in Niniuenſi ſancti Cornelij apud Flandros Abbatia.

BALDVINVS VANDER PIET *Georgij I.C.* fil. Gandaui naſcitur anno CIↃ. IↃ. XLVI. XI. Auguſti, naſcente quoque Duacenſi Academia, vel primus vel primos inter, iuris in ea titulum accepit. Praxi deinde ſe dedit, ac forenſi ſtudio, quo reipub. Flandricæ vtilis eſſet: verùm Academia ſtatim in luce illa verſantem repetijt & obtinuit. Erat illi iudicium ſolidum, doctrina exquiſita, & cognitio ſingularis conſuetudinum ac Legum patriæ. Scripſit

De fructibus.

De duobus reis.

De emptione & Venditione.

De pignoribus & Hypothecis.

De iureiurando voluntario & neceſſario.

Tract. *Elegantiorum Iuris Quæſtionum.*

Reſponſa Iuris, ſiue *Conſilia*, quorum breui edendorum ſpem facit *Balduinus* nepos.

Quieſcendi locum accepit Duaci, primarius iuris ciuilis Anteceſſor, & ſepultus ad ſanctum Albinum in choro templi, hoc epitaphio ab heredibus poſito:

HEIC SITVS EST

BALDVINVS VANDER PIET
GANDAVI PATRICIA FAMILIA NATVS
ABSOLVTAE IVRISPRVDENTIAE RARITATE
INTER AEVI SVI IVRECONSS.
EXCELLENS I.V.D. ET PROFESSOR
PRIMARIVS ANNIS XXX.
IN ACAD. DVACENA.
QVI SAEPIVS AD CONCILIVM MACHLINIAE
NOMINAT. MALVIT IVDICES FORMARE
QVAM IVDEX ESSE.
OBIIT XIX. IANVAR. CIↃ.IↃC.IX. AETAT. LXIII.
BALDVINVS VANDER PIET. I.V.L.
EX FRATRE LVCA PARITER. I.C.N.

ET

ET

NOBB. V.V. CAROLVS DE BERNARD. IN GVISIGNIES ET BERCOVRT TOPARCHA IOANNES VANDEN EECHOVTE. IOANNAE ET IOSINAE EX EODEM FRATRE NEPTIVM MARITI PONI CVRAVER.

LECTOR PIE PRECARE.

BALDVINVS RONSAEVS, Gandenſis, Medicus Goudanorum in Hollandia, Hieremiæ Triueri olim diſcipulus, doctrinæ non vulgaris, ac Græcæ doctus, ſcripſit

Commentariolum De magnis Hippocratis lienibus, Plinijque Stomarace, ac Sceletyrbe, vulgò *Scorbuto* dicto. Antuerpiæ anno 1564. 8.

De generatione fœtus in vtero, Item de *Cacexia*.

De hominis primordijs hyſtericiſque affectibus & infantilibus aliquot morbis Centones. Lug. Batauor. anno 1594 typis Raphelengij.

Miſcellanea, ſeu *Epiſtolas medicinales*. Ibidem anno 1591. 8.

Enarrationes in VII. libb. poſteriores Cornelij Celſi. De re medica. Ibidem anno 1592. 4.

Venationem Medicam, quæ carminis elegantia & varietate materiæ curioſum Lectorem delectare poteſt.

BALDVINVS SILVIVS Flander, ſcripſit carmine Elegiaco *Excidium Morini*. Ipris, typis Ioannis Deſtreſij.

BALDVINVS DE ZIRIXAEA, Zelandus, ſcripſit *In IV. Decretalium, M. S.* Louanij in bibliotheca Wameſiana.

BALTHASAR AYALA Antuerpienſis, *Iacobi F.* adoleſcens Louanium miſſus, Iuri ciuili operam dedit, atque id ſtudium imprimis variumac multiplex cùm animaduerteret, Hiſtoriam omniſque antiquitatis notitiam adiunxit. In ALEXANDRI FARNESI Parmæ & Placentiæ Ducis fortiſſimi feliciſſimo exercitu aulaque, ſupremus annos aliquot Iudex exſtitit, maiore æquitate an prudentia non facilè dixerim. Poſtea cohoneſtatus titulo ſenatoris in ſuprema Machliniæ Curia, ad ſumma honorum culmina haud dubiè conſcenſurus, niſi florem ſurgentem Mors ſecuiſſet *Nihil eximium quæ ſinit eſſe diu*. Inter viuos eſſe deſijt Aloſti in Flandria anno CIↃ. IↃ. LXXXIV. XVI. Kal Septembris anno ætatis XXXVI. ſcripſit *De iure, officijs bellicis, ac militari diſciplina libb. III. quos Farneſio* Belgij Proregi inſcripſit. Louanij typis Bogardi, anno 1582.

BALTHASAR BRABANTINVS Ord. ſancti Dominici, Conuentus Antuerpiæ vir magnæ facundiæ & gratiæ in declarandis ad populum concionibus. Multa à Caluiniſtis perpeſſus, quorum fuit in ſenſiſſimus hoſtis. Vixit adhuc anno M. D. LXXVII. Scripſit

Homelias aliquot De filio prodigo, & alia quæ non vidi.

BAL-

BALTHASAR CORDIERIVS *Ioannis F.* Antuerpienſis, Soc. IESV. Clericus, hanc miſeriarum vallem ingreſſus eſt anno CIↃ.IↃ. XCII. VI. Iunij.

Græcas litteras apud ſuos Bruxellis & alibi cum laude docuit, vertitque è Græco

Catenam Veterum Patrum in ſancti Lucæ Euangelia, quam adhuc premit.

BALTHSAR WERLINVS Dominicanus, vir linguarum peritus, & tam in diuinis ſcripturis, quàm in ſcholaſtica doctrina exercitatus. Scripſit

Additionem ſecundam ad Trithemium de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quâ & aliquot auctores ab eo prætermiſſos, & alios qui poſt illius tempora emerſerunt, recenſet. Fuit hæc additio *Trithemio* adiuncta anno 1546. quo tempore claruit.

BARTHOLOMÆVS BATTVS Aloſtanus, Flander, ſcripſit ad liberos ſuos

Oeconomiæ lib. III ſeu *De parentum erga liberos, & liberorum erga parentes officio*. Antuerpiæ 1558. 8. typis Gerardi Spelmanni.

BARTHOLOMÆVS dictus DE BRVGIS à patria, profeſſione Medicus, (Geſnero falsò Gallus ſcribit) edidit

In Aphoriſmos Hippocratis, lib. I.

In librum Prognoſticorum lib. I.

De regimine acutiorum morborum lib. I.

Vide Symphorianum Campegium lib. de claris Medicinæ ſcriptoribus.

BARTHOLOMÆVS CAVERSINVS Canonicus in Zouburgo Walachriæ (quæ Zelandiæ inſula eſt) è Latino in Græcum ſermonem conuertit notiſque illuſtrauit Colloquium

Deſ. Eraſmi Roterodami, EPICVREVM *inſcriptum*. Antuerpiæ anno 1567. 8. apud Guiliêlmum Syluium.

BARTHOLOMÆVS HONORIVS Leodicus congregationis fratrum *D. Hieronymi*, dedit carmine

Admonitionem ad fratres inferioris Germaniæ. Syluæducis typis Schefferi.

Poëmata Varia, ibidem.

Iter Romanum. *M.S.*

Victoriam CL. V. Adolphi Cortembacchij, de ſuperbis hoſtibus obtentam Ibidem.

BARTHOLOMÆVS HONORIVS, Canonicus Floreffienſis, Ord. Præmonſtratenſis, naſcitur in pago Campaniæ Brabanticæ dicto *Eerſel*. Cùm enim lingua Belgica EER, idem ſit quod honor, *Honorium* ſe quaſi *Eerſelium* vocari voluit. Edidit

Elogium S. Norberti & Catalogum celebriorum Ord. Præmonſtratenſis per orbem vniuerſum Abbatiarum. Syluæducis, typis Schefferi, 1584.

Apologicum Marianum. Louanij, apud Henricum Haſtenium, anno 1623.

BAR-

BARTHOLOMAEVS COLONIENSIS, Philoſophus & Poëta præclarus, vir magnæ pietatis, ingenij ſolidi, & memoriæ fœlicis, ſcripſit

De laudibus Philoſophiæ.

De ſecta Diogenis lib. 1.

Epiſtolam mythologicam ad Pancratium.

Syluam Carminum, lib. 1.

Claruit Dauentriæ anno poſtquam facta eſt ſalus huic mundo M.CCCC. XCIV.

BARTHOLOMAEVS, Ruræmundanæ Cartuſiæ Prior, Traiecto ad Moſam oriundus, ante ordinis ingreſſum ſac. Theologiæ in Academia Heidelbergenſi Profeſſor & Academiæ rector. Multa ſcripſit, quorum maior pars in Bibliotheca Cartuſiana Coloniæ aſſeruatur, videlicet

De Paßionibus animæ.

De VII. peccatis mortalibus.

Tractatus aliquot De Oratione.

De excellentia B. Mariæ Virginis.

De omnibus Sanctis.

De Humilitate.

De Voto

Summa Vitiorum.

De fraterna correctione.

De laudibus Religioſorum, & ſilentij obſeruatione.

De auctoritate Concilij ſupra Papam.

De non eſu carnium apud Ciſtercienſes.

Collectanea ex diuerſis Sanctorum dictis.

Instructio, Quo facto Religioſus in publico verſari debeat.

Sermones VII. De Obedientia, humilitate, Dilectione Pœnitentia & Oratione.

Tractatus excitans ad deuotè celebrandum.

De iudicijs temerarijs.

De Iuramento, & alia teſte *Trithemio.*

Dialogus De conſolatione Nouitiorum. MS. Inſulis apud Dominicanos.

Obijt in Cartuſia Colonienſi anno à plenitudine temporis anno CIↃ.CCCC. XLVI. IV Idus Iulij, præclaram nominis famam, & immortalitatem adeptus gloriam

BARTHOLOMAEVS LATOMVS Arluni, quod Ducatus Luxemburgici opidum eſt, naſcitur anno ſalutis communis CIↃ. CCCC. LXXXV. A pueritia ſtudijs admotus, tantos temporis ſucceſſu progreſſus fecit, vt magnus inter ſui temporis Philoſophos factus, nomen eius in Italicis præſertim academijs in honore habetur. Hinc & *Eraſmus Roterodamus*, rerū eiuſmodi conſors ac iudex peritiſſimus in amicorum ſuorum ac familiarium album cooptauit, & inter ſui æui doctiſſimos recenſuit. Huius eruditionis famam cùm Treuirorum antiſtes in audiſſet, eum ad ſe inuitatum inter primos ſui Senatus, quo eius in rebus arduis conſilio vteretur, inſtituit. Tandem octogenarius Confluentiæ circa annum Domini M. D. XLVI. viuere deſijt. Exſtant eius ſequentia:

Oratio

Oratio De eloquentia ac Ciceronis laudibus. Baſileæ.

Oratio funebris in obitum Principis Richardi, Archiepiſcopi Treuirenſis. Coloniæ anno 1531.

Carmen gratulatorium in coronationem Reg. Romanor. ad Carolum V. Caſ. & Ferdinandum Regem, fratres Auguſtos.

Oratio Lutetiæ in auditorio dicta, quâ peregrinationem ſuam per Italiam deſcribit, typis Gryphij.

Epitome Commentariorum Dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ. Baſil. 1536. Pariſijs & Coloniæ.

Scholia breuia in aliquot Ciceronis Orationes, videlicet pro Q. Quinctio Sexto Roſcio, A. Cecinna, L. Murana, Archia Poëta, ad Quirites poſt reditum, pro Cn. Plancio, M. Cælio, Milone, M. Martello, Q. Legario, Deiotaro Rege, in Verrinas VII. ac Philippicas omnes. Baſileæ, typis Oporini fol.

Annotationes in Paradoxa Ciceronis, De officijs, de Amicitia, Senectute, in Somnium Scipionis. Coloniæ 1534.

Enarrationes in Topica ad Trebatium. Item *In Partitiones Oratorias*, Argentorati & Pariſijs 1539.

Summa totius rationis diſſerendi, vno eodemque corpore & Dialecticas & Rhetoricas partes complectens. Coloniæ, 1527. 1542. apud Gymnicum.

Factio memorabilis Franciſci ab Siccingen contra vrbem Treuirenſem, cum obſidione eiuſdem, carmine Heroico. Coloniæ 1523. apud Ceruicornum.

Refutatio calumniarum Martini Buceri. Coloniæ 1546. 4.

Contra Petrum Dathenum & Iacobum Andream pro SS. Euchariſtia & incruento Miſſæ ſacrificio.

De docta ſimplicitate primæ Eccleſiæ, & de vſu Calicis ac de Euchariſtiæ ſacrificio, contra eundem *Iac. Andream.*

BARTHOLOMAEVS MERCATOR Louanienſis, *Gerardi F.* ſcripſit.

Notas breues in Sphæram. Coloniæ 1563. 8.

BARTHOLOMAEVS A MIDDELBVRGO Zelandus, Ord. ſancti Franciſci, naſcitur anno ſalutis M. CCCC. LXXXV. vitam perduxit ad annum Domini M. D. LXIV Mercaturam exercuit ab initio, ad ætatis annum XXX. à qua ſe ſubducens, Louanium conceſſit, Philoſophiæ ſe magno dedit impetu, & omnibus ſtudiorum ſodalibus præripuit palmam. Quadraginta annis, eoque amplius prædicauit verbum Domini, tametſi vtroque latere hernioſus. Tota vita valdè ſtuduit Dominicæ Paſſioni, veræ Sapientiæ libro. Fuit vir admirabilis zeli auſteritatis, ſobrietatis & abſtinentiæ: multis annis varijs in locis cum laude Guardianus & Vicarius. Moritur Vltraiecti, ſenex ætatis planè decrepitæ. Scripſit

Concionum ſuarum Tomos III. De tempore & Sanctis.

Reliqua eius ſcripta deſiderantur.

BARTHOLOMAEVS PETRVS Lintrenſis, Diœceſis Machlinienſis S. Theologiæ Doctor & Profeſſor primarius in Academia Duacena, atque ad *S. Amatum* Canonicus, Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimus: *Leonardum Leſſium* Soc. IESV Theologum diſcipulum habuit. Edidit Duaci anno 1611.

Vin-

Vincentij Lirinenſis contra hæreſes libellum aureum additis breuibus NOTIS præmiſſaque diſſertatiuncula Apologetica de *Vincentio* eiuſque ſcriptis.

Guilielmi Eſtij opera poſtuma adornauit & in lucem protulit, videlicet in partem primæ, ac II. & III. Canonicas beati Ioannis Epiſtolas. Pariſijs, anno 1623. fol.

Commentarium luculentum in Acta Apoſtolorum.

Apoſtolicæ Sedis definitiones veteres. De Gratia Dei. Duaci, anno 1616.

BARTHOLOMÆVS VSINGEM Flander, Ord. Eremit. ſancti Auguſtini, diuinarum litterarum doctus, ac in concionando eloquentia & ardenti motu inſignis. Contra Lutheranam hæreſin (in qua vehementer exarſit) volumen euulgauit, cui titulus:

De falſis Prophetis, tam in perſona, quàm in doctrina vitandis à fidelibus.

De prædicatione Euangelij, quibus ſcilicet conformiter debeat Euangelium prædicari.

De merito bonorum operum.

De cœlibatu Sacerdotum noua legis.

Reſpondit quoque ad ſermonem Langi *De matrimonio ſacerdotali quem* fecit in nuptijs Culſameri ſacerdotis, anno M.D.LXXVI. Item

Confutationem Ægidij Mechlelij.

De tribus neceſſarijs ad vitam Chriſtianam ſcilicet De gratia, fide & operibus.
Floruit anno M.D.LXXV.

Fama BARTHOLOMAEVS *æuiterna,*
Ipſe deliciæ nouem ſororum,
Cui de lacteolis ſuis papillis
Succos ingenij beatioris,
Et linguæ mera mella perdiſertæ
Fuderunt Charites benigniores.

BASYLIVS GRONINGANVS, vide *Weſſelus Groninganus.*

BAVDEMVNDVS Abbas III. Blandinienſis, ſcripſit
Vitam S. Amandi, teſte *Auberto Miræo* in faſtis Belgicis, quam *Surius* Cartuſianus publicauit.

BERNARDVS BAVHVSIVS, Antuerpienſis, Soc. IESV Clericus, & Louanij egregius verbi diuini Eccleſiaſtes, mihi familiaris, vir quem integritas vitæ cum ſingulari doctrina coniuncta omnibus bonis commendatiſſimum reddidit. Edidit

Epigrammata ſelecta à ſe compoſita, typis Plantini 1615. & 1619. 12.

Protheum Parthenium, vnius libri verſum, vnius verſus librum ſtellarum numero, ſiue *formis M.XXII. variatum.*

Tot tibi ſunt dotes, VIRGO, *quot ſydera cælo.*

In hunc *Thaumata* ſcripſit *Erycius Puteanus*, typis Moreti 1617.

Deceſſit Antuerpiæ in domo Soc. Profeſſa, magno ſui relicto deſiderio, anno verbi in carnati CIↃ.IↃC.XIX. XVII Nouembris.

PIIS MANIBVS
R. V. BERNARDI BAVHVSII
Poëtæ & Eccleſiaſtæ clariſſ.

Ibat Apollinei BERNARDI *morte triumphans*
Mors,iaculi oſtentans verbera certa ſui:
Mox circum eximios Parnaſſi numina Manes
Vt gemitu & lacrymis obſita vidit, ait:.
Plangite Pierides,nam damnum hac tela dedêre,
Quod nulli poterunt reſtituiſſe dies.

IVSTVS RYCQVIVS *Gandenſis & C. R.*
Pio adfectu amico pon.

BERNARDVS DESSENNIVS, Croneburgius, Batauus, Coloniæ & alibi Medicinam factitauit. Hunc vt medicum inſignem ſæpe laudat *And. Mattheolus* in epiſtolis medicinalibus. Scripſit
De compoſitione medicamentor. lib. I.
Commentarium de Peſte, Coloniæ 1564.
Defenſionem Medicinæ veteris & rationalis, aduerſus *Georgium Fedronem, & vniuerſas ſectas Paracelſiſticas.* Coloniæ 1573. 4. typis Gymnici.

BERNARDVS EVERARDVS Armenterianus Flander, luſit *Salomonem Comœdiam ſacram*, aliaque carmine Duaci impreſſa 8. typis Boſcardi, anno 1564.

BERNARDVS FVRMERIVS Leouardienſis, Friſius I. C. Hiſtoricus, contubernalis *Suffridi Petri*, eidem ſuperſtes, dedit
Chronicon Ioannis de Beka. Canonici Vltraiectini, continens res geſtas Epiſcoporum Sedis Vltraiectinæ & Comitum Hollandiæ à Chriſto nato vſque ad annum M. CCC. XLV. cum ſupplemento *Suffridi Petri*, ad annum M. D. LXXIV. Item
GVILIELMVM AB HEDA, qui à Bekano mutuatur.
Annalium Friſicorum lib. IV. Arnhemij 1609. & 1612. typis Radæi.
Pro antiquitate Friſiæ Apologiam, aduerſus *Vbonem Emmium.* Franekeræ, 1613. 4. cum *Suffridi Petri* ſimilis argumenti libris.

BERNARDVS DE LVTZEMBVRGO, ex Ducatu eius nominis oriundus, Ord. ſancti Dominici Theologus, & Conuentus Louanienſis regens, vir multiplici doctrinâ, & magnæ vitæ religioſæ ſanctimonia clarus, Catholicæ religionis ſtrennuus propugnator, omniumq; hæreſum iuratus hoſtis, ſcripſit
Catalogum omnium hæreticorum, lib. V. Coloniæ.
Tractatum de Purgatorio. Ibidem 1537. typis Ioan. Kempenſis.
De S. Ioſepho D. Virginis ſponſo. Ibidem 1510. apud Mart. Werdona.
Quodlibetum de Iubilæo anno ſæculari ſacro M. D. Louanij habitum.
De ordinibus Militaribus & armorum militarium myſterijs Coloniæ 1527.
Denixit Prior Coloniç anno poſt aduentum Meſſiç 1535. prid. Non. Octob.

BER-

Digitized by Google

BERNARDVS VALDAVRA Brugenſis, teſte *Dionyſio Harduyno*, origine Hiſpanus, affinis *Margaretæ Valdauræ* vxoris *Ioannis Ludouici Viuis*, fœminæ lectiſſimæ & rara pudicitia, omnibuſque animi dotibus marito ſimillimæ. Vixit BERNARDVS Neapoli, anno Domini M. D. LVIII. Vir literarum ſcientia morumque probitate valde conſpicuus, & venerandæ antiquitatis admirator ſummus. Scripſit

De Nummis antiquis, collegitque Marmoreas inſcriptiones.

BOETIVS EPO Rordahuſanus, Friſius, naſcitur anno redemptionis humanæ M. D. XXIX. parentibus honeſtiſſimis. Coloniæ peracto Philoſophiæ ſtudio, annos aliquot ibidem litteras humaniores docuit. Swollam inde tendens, ſcholæ eiuſdem Gymnaſiarcha, Græca cum Latinis coniunxit. Hinc Louanium profectus *Homerum* & *Heſiodum* Latinè interpretatus eſt, ediditque ibidem anno Domini M. D. LV. typis Petri Colonæi. Interim Iuris nauans operam. Perluſtratis deinde Germaniæ Galliæque Academijs, & ſuprema Toloſæ Iuris acceptâ laureâ, anno Domini CIↃ. IↃ. LX. in Belgium reuerſus, Louanij ſubſtitit. Biennio poſt Duacum ad Scarpum fl. euocatus, ad recens erectam à PHILIPPO II. Rege Catholico Academiam, ſolemni in vrbem pompa cum cæteris Profeſſoribus ac Doctoribus introductus eſt, & aſſiduus Iuris Pontificij fuit Anteceſſor: honorarij etiam vice Palatini Comitis titulum eſt adſecutus, multa ſcripſit partim Hiſtorica, partim ad Ius pertinentia, quorum hæc ſeries:

Sententiæ Homericæ, quas collegit & Latinas fecit. Louanij, anno 1555. 4. apud Petrum Colonæum.

Oratio de Romanæ perfectæque Iuriſprudentiæ fruſtibus genuinis. Duaci 1568. 8.

Oratio De honorum Academicorum vſu & progreſſu. Ibidem annò 1564. typis Boſcardi.

De gente Friſica Oratiuncula.

Oratio funebris nomine Vniuerſitatis Duacenæ piiſſimis PHILIPPI II. *Reg. Catholici manibus nomine totius Vniuerſitatis anno* CIↃ. IↃ. XCVIII. III. *Non. Nouemb. habita. Ibidem.* 1599.

Antiquitatum Eccleſiaſticar. Syntagmata IV. ad regem Catholicum, ordineſque Belgij Ibidem, 1578.

Antiquitatum Eccleſiaſt. Syntagmata V. ad GREGORIVM XIII. Pont. Max.

Heroicarum & Eccleſiaſticarum Quæſtionum lib. VI. ad filios ſuos.

De Iure ſacro, vel *Principiorum iuris Pontificij* lib. III.

Commentarij nouem teſtamentarij. Duaci, 1581.

Iuriſprudentia Ciceroniana.

Paratitla, ſeu *filum Pandectarum.*

Denique è tenebris eruit, ediditque

Iuliani Archiepiſcopi Toletani prognoſticon futuri ſeculi lib. III. cum præfatione ad magnum Hiſpaniarum Regem PHILIPPVM II. Ibidem 1564. typis Lud. de Winde.

Reliquit affectos & prælo paratos *Commentarios IX. ſelectiores*, nempe

I. Proelium Doctorale.

II. De diuiduis & indiuiduis.

III. De Iuris Eccleſiaſt. patronatus indiuiduitate.

Avgerivs iſtic eſt ſitus Bvsbeqvivs.
Quis ille? Quem Virtutis & Prudentia
Habuêre carum gratia, ipſi Cæſares:
Hunc aula eorum vidit, aula & extera
Aſiæ Tyranni. Quæ viri felicitas?
Probauit hac & illa: in omni tempore,
In munere omni, Neſtorem ſe prabuit
Linguâ atque mente. Iam quies eum ſibi
Et patria hac ſpondebat: ecce ſuſtulit
Viam per ipſam miles, incertum an latro.
Sed ſuſtulit, ſimulque ſidus Belgica,
Quod nunc choreas fulget inter aſtricas.

IVSTVS LIPSIVS MAGNO AMICO
EXIGVVM MONVMENTVM POS.

Obijt anno ſalutis reſtauratæ cIↃ. IↃ. XCII. V. Kal Nouemb.

Scripſit *Epiſtolas IV. Legationis Turcicæ.*
De re militari contra Turcam iuſtituenda Conſilium.
Itinera II. Conſtantinopolitanum & Amaſianum. Antuerpiæ typis Plantini, anno 1581.

Liber *De vera Nobilitate* perijt. Item *Hiſtoria Belgica* III. fere annor. quibus Dux *Alençonius* in Belgio eſt verſatus M. S. apud V. N. *Chriſtophorum van Etten.*

Pulcherrima ſunt Avgeri encomia, quibus eas literas impleuit Ferdinandvs Imperat. cùm inter auratos Equites ob frequentia merita eum adlegiſſet Maxaemylianvs Rom. Rex conſuetaque ipſe priuilegia Viennæ impertiretur anno M. D. LXIV. III. Aprilis.

Conſule *Ioannem Buzelium* in ſua *Gallo-Flandria.*

AVGVSTINVS BONTEMPIVS Atrebas, monachus Lobienſis, carmine heroico deſcripſit *Vitas SS. Landelini, Vrſmari, Ermini, Dodonis,* Abbatum & Pontificum *Lobij.* Duaci, typis Bogardi, 8.

AVGVSTINVS DODO, Friſius, Baſileæ ad ſanctum Leonardum Canonicus, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, præſentibus carus, poſteris etiam admirandus, primus congeſſit & caſtigauit

D. Auguſtini opera omnia, adiecturus & argumenta in ſingula opuſcula ac cenſuras, ſed immaturam eius operam peſtis abſumpſit, eo ipſo anno, quo prælo ſubijciendum opus erat anno reconciliationis humanæ M. D. I. prodijtque poſt mortem ex officina Amerbachij M.D.III.

AVGVSTINVS HVNNAEVS Machliniæ naſcitur anno redemptionis humanæ cIↃ. IↃ. XXI. IV. Kalend. Auguſti, Doctor Theologiæ & profeſſor Louanij Regius: Philoſophiæ præcepta in Gymnaſio Caſtrenſi annos plurimos cum laude docuit. Hebraicas litteras in Collegio Buſlidiano vnum annum docuit: Græcas quadriennium. Gregorivs XIII. Pont. Max. hunc vnum delegit qui ſanct. Patrum ſcripta ac præſertim

Grego-

GREGORII MAGNI, è MSS. emendata in lucem daret. Scripſit *Prodidagmata Logices*, qualia Hiſpani Summulas vocant, typis Plantini.
Dialecticam, allatis definitionibus ac diuiſionibus. Ibidem & Louanij.
Cathechiſmum Catholicum. Ibidem, anno 1570. 8.
Cathechiſmi Catholici Schema, Ibidem, anno 1567. in folio patenti.
Axiomata de Sacramentis Eccleſiæ è ſumma D. THOMAE. Ibidem anno 1570. 8.
D. THOMAE AQVINATIS *Summam è MSS reſtituit.*
Deceſſit Louanij, Præſes maioris Theologorum Collegij, & in D. Petri Canonicus anno à partu virginis CIↃ. IↃ. LXXVIII. VI. Id. Septembris, ſatur vitæ, ſatur gloriæ.

AVGVSTINVS SABBHOTIVS *Lucæ F.* Antuerpienſis, Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini naſcitur anno 1593. 18. Nouembris, vir probitate & eruditione inſignis, quondam Traiecti ad Moſam ſupprior & Concionator bene meritus, edidit
Vitam S. CLARÆ DE MONTEFALCO, eandem ex Latina in vernaculam tranſtulit. Leodici, anno 1625. 8.
Iordanum de Saxonia, à pluribus mendis emendatum nouiter lucem videre fecit.
Viuet valetque in vrbe æterna anno M DC. XXV.

AVGVSTINVS WICHMANS Antuerpienſis, famoſi Tungerloënſis Cœnobij religioſus, ſac. Theol. Baccal. felici comique ingenio, venâ vbere ac fluente: huic ego dum ſacris luſtraretur aquis, in D. MARIAE Cathedralis Eccleſiæ, pias admoui manus, ac ſuſceptorem egi, & gaudeo apprecationi noſtræ ac votis DEVM propitium affuiſſe. Quæ ſcripſit hactenus hæc ſunt:
Roſa candida & rubicunda, id eſt, v. PETRVS CALMPHOVTANVS, ex Canonico *Norbertino* Eccleſiæ Tungerloënſis, Paſtor in Haren à Genſijs interemptus. Antuerpiæ, typis Verduſſen, anno 1625. 8.
Apotheca Spiritualium pharmacorum contra luem contagioſam, alioſque morbos, ex ſac. Scriptura, ſanct. Patribus & authenticis Hiſtorijs deſumptorum, ad Reuerendiſſ. D. MICHAELEM OPHOVIVM Syluæducenſem Epiſcopum denominatum. Ex officina eiuſdem Verduſſij. anno 1626. 4.
DIARIVM ECCLESIASTICVM, *de Sanctis contra peſtem tutelaribus*, in quo quam plurimæ Antiquitates Eccleſiaſticæ gratâ varietate explicantur. Ibidem.
Multa alia iuuenilis promittit ætas, vtpote
Officium horarium de B. SIARDO V. Abbate horti Mariani in Friſia ordinis Præmonſtratenſis, adiuncta Epitome tranſlationis eiuſdem ſancti ad Cœnobium Tungerloënſe factæ anno CIↃ. IↃC. XVII. cum nonnullis miraculis ibidem patratis.
Par Præſulum, id eſt, D. Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, & D. Auguſtinum Cantuarienſem Archiepiſcopum, fuſius quàm vnquam hactenus deſcriptos, adiunctâ ex occaſione Eccleſiaſticâ hiſtoriâ eiuſdem temporis.
Vindicias Abbatiales & Monaſticas, in quibus à modernorum calumnijs vterque ſtatus doctè defenditur, *vna cum expoſitione myſtica*

N 3 *inſignium*

inſignium Pontificalium, & quando ijs Abbates vti cœperint Demonſtrationes.
Lilium inter ſpinas, ſanctam DIGNAM *dæmono-maſtygem, Primiceriam Brabantiæ.*
Thaumata eius, & Campaniam Brabantinam illuſtratam.

AVGVSTINVS WILSIVS Balenus, ſacerdos, ſcholæ Turuhoutanæ ac deinde Herentalenſis moderator, ſcripſit
Grammaticam linguæ Latinæ.
Terentij frondes, ſeu *Phraſes.* Antuerpiæ typis Siluij. 12.
Centuriam ſelectarum fabular. Æſopi. Ibidem 1566. 8.
Viuere deſijt Herentalij in Brabantia.

AVSONIVS A POPMA Friſius, *Titi Cypriani* & *Sexti* frater, ſingulari ingenio, nec minori induſtria Muſas coluit. Rarum exemplum, in vna eademque familia fratres germanos IV. ad eruditionis culmen perueniſſe. Scripſit
Notas in Varronis libros de lingua Latina, ac de re Ruſtica.
M. Terentij Varronis fragmentis Conſectaneorum librum adiecit. Franekeræ, anno 1590. apud Radæum.
De differentijs verborum lib. IV
De vſu antiquæ locutionis lib. II. Lugd. Bat. 1606. 8. apud Raphelengium.
De Philoſophia lib. I. Franekeræ, typis Radæi 1590.
In M. Tullij Ciceronis Epiſtolas ad Atticum eruditiſſimas poſt Manutium ac Boſium NOTAS. Ibid. 1619.
De operis ſeruorum.
Notas in Velleium Paterculum, anno 1620.
De ordine & vſu Iudiciorum lib. III. Aruhemij, anno 1617. 4.
Fragmenta ſatyrarum Menippearum.
Fragmenta veterum Hiſtoricorum Latinorum.

AVGVSTINVS REYMARIVS Machlinienſis, elegantis ingenij & boni iudicij adoleſcens, ſcripſit
Ludum Chartarum, cum Adriani Barlandi præceptoris Dialogo excuſum. Antuerpiæ anno 1532. 8.

B.

BALDERICVS Eccleſiæ Morinenſis Canonicus, & Cantor, inde Archidiaconus Nouiomenſis, demum Tornacenſis ac Nouiomenſis Epiſcopus anno CIↃ. XCVII. conſecratus: Nobili proſapia exortus, diuino cultui vehementer addictus, & probitate morum inſignis, ſcripſit
Chronicon, continens res geſtas Epiſcoporum Cameracenſ. & Atrebatenſ. à CLODOVEI primi Galliarum Regis Chriſtiani, temporibus, ad ann. M. XXX. Duaci, 1615. typis Bogardi impreſſ. curâ *Georgij Coluenerij* Doctoris Theologi, cum eiuſdem *Notis.*
Chronicon Morinenſe, M. S. in cœnobio Benedictino in vrbe Cenomanenſi.

Ex

Digitized by Google

Ex ergaſtulo ſui corporis ad cæleſtem Paradiſi libertatem euolauit Morinis (vulgo Teruanæ) & in æde ſumma ſepultus ante excidium vrbis, tali epitaphio:

P. BALDERICVS HVIVS ECCLESIAE CANTOR
ET EPISCOPVS NOVIOMENSIS,
ANNO VERBI INCARNATI M. C. XII.
PRAELATIONIS SVAE ANNO XV.
PRIDIE KALEND. IVNII OBIIT,
MERITIS PLENVS,
ET CHRONICO CAMERACENSI ILLVSTRIS.

BALDVINVS BERLICOMIVS, Syluæducenſis, ab ipſa pœnè puerili ætate ad bonarum litterarum ſtudia deſtinatus, Latinam linguam omnemque eius elegantiam auidè imbibit, tum in ligata, tum in ſoluta oratione peritiſſimus. Edidit

Hieroſticha & Pia carmina ex libris ſacris libb. IX. anno 1599. 8. typis Commelini.

Diem ſuum obijt Hagæ-Comitis.

BALDVINVS CABILLAVIVS Iprenſis Flander, ſoc. IESV Clericus, Poëta elegans & facilis. Nullam ſcientiam intactam reliquit, variarum rerum ac curioſarum amator incomparabilis, quibus omnibus (quod mirere) pietatem maximam adiunxit. Hoc illi elogium dedit & inſcripſit frater meus *Robertus Sweertius*: ſcripſit, ediditque

Epigrammata de multis relicta. Antuerpiæ, apud Moretum, anno 1621. 12.

Lemmata Hiſtorica Tetraſtichis. Ipris, typis Belleti.

Tandem prodijt *Magdalena*, quam inſcripſit Illuſtriſſimo Cardinali *Franciſco Barberino*. Apud Moretun & heredes, anno 1625. 16.

BALDVINVS DE GLEN Atrebas, Henniacenſis, apud Artheſios monaſterij antiſtes, vir Græcæ & Latinæ linguæ peritus, Theologus etiam non contemnendus, acris & induſtrij vir ingenij, ſcripſit

Hiſtoriam Cœnobij Henniacenſis.

Monarchiam & ſeriem Regum Hiſpaniæ.

Tranſmigrationem Belgicarum Prouinciarum ad Auſtriacos.

Aliaque multa forſan breui lucem viſura.

BALDVINVS IVNIVS, vernaculè *De Ionghe*, Dordracenus, patriciâ & antiqua familia natus, ord. ſancti Franciſci regularis obſeruantiæ, Theologus & Eccleſiaſtes, Louanij IVSTI LIPSI diſcipulus ac contubernalis, Definitor & in multis locis Guardianus præfuit. Edidit

Demonſtrationem fidei orthodoxæ ex *Roberti Bellarmini S. R. E.* Cardin. Controuerſijs. Antuerpiæ typis Nutij, anno 1611. 4.

Manuale Theologicum, in quo præcipua totius Theologiæ fundamenta. Coloniæ, typis Gualteri, anno 1614. 8.

Chronicon morale, Concionibus anni totius accommodatum, ab orbe condito, ad noſtra vſque tempora. Ibidem, anno 1619. & 1622.

Conciones ad Dominicos ac feſtos dies totius anni. Ibidem 1616. 4.
Domum Sapientiæ & Paradiſum Voluptatis, *Belgicè*, anno 1613. & 1614. typis Martini Huyſſens Antuerpiæ.

BALDVINVS MOREANVS. Ordinis Ciſtercienſis, religioſus in Camberonenſi apud Hannones cœnobio, edidit Duaci anno 1618. & Coloniæ anno 1620.
Regulam ſancti Benedicti ad XXX. exemplaria M.SS. collatam.

BALDVINVS NINIVENSIS, Chronographus & Canonicus ord. Præmonſtratenſis, ſcripſit
Chronicon breue à Christo nato ad annum CIↃ. CCXCIV. quod exſtat M.S. in Niniuenſi ſancti Cornelij apud Flandros Abbatia.

BALDVINVS VANDER PIET *Georgij I.C.* fil. Gandaui naſcitur anno CIↃ. IↃ. XLVI. XI. Auguſti, naſcente quoque Duacenſi Academia, vel primus vel primos inter, iuris in ea titulum accepit. Praxi deinde ſe dedit, ac forenſi ſtudio, quo reipub. Flandricæ vtilis eſſet: verùm Academia ſtatim in luce illa verſantem repetijt & obtinuit. Erat illi iudicium ſolidum, doctrina exquiſita, & cognitio ſingularis conſuetudinum ac Legum patriæ. Scripſit
De fructibus.
De duobus reis.
De emptione & Venditione.
De pignoribus & Hypothecis.
De iureiurando voluntario & neceſſario.
Tract. *Elegantiorum Iuris Quæſtionum.*
Reſponſa Iuris, ſiue *Conſilia*, quorum breui edendorum ſpem facit *Balduinus* nepos.
Quieſcendi locum accepit Duaci, primarius iuris ciuilis Anteceſſor, & ſepultus ad ſanctum Albinum in choro templi, hoc epitaphio ab heredibus poſito:

HEIC SITVS EST

BALDVINVS VANDER PIET
GANDAVI PATRICIA FAMILA NATVS
ABSOLVTAE IVRISPRVDENTIAE RARITATE
INTER AEVI SVI IVRECONSS.
EXCELLENS I.V.D. ET PROFESSOR
PRIMARIVS ANNIS XXX.
IN ACAD. DVACENA.
QVI SAEPIVS AD CONCILIVM MACHLINIAE
NOMINAT. MALVIT IVDICES FORMARE
QVAM IVDEX ESSE.
OBIIT XIX. IANVAR. CIↃ.IↃC.IX. AETAT. LXIII.
BALDVINVS VANDER PIET. I.V.L.
EX FRATRE LVCA PARITER. I.C.N.

ET

ET
NOBB. V.V. CAROLVS DE BERNARD. IN
GVISIGNIES ET BERCOVRT TOPARCHA
IOANNES VANDEN EECHOVTE. IOANNAE
ET IOSINAE EX EODEM FRATRE
NEPTIVM MARITI PONI CVRAVER.

LECTOR PIE PRECARE.

BALDVINVS RONSAEVS, Gandenſis, Medicus Goudanorum in Hollandia, Hieremiæ Triueri olim diſcipulus, doctrinæ non vulgaris, ac Græcæ doctus, ſcripſit

Commentariolum De magnis Hippocratis lienibus, Pliniijque Stomarace, ac Sceletyrbe, vulgò *Scorbuto* dicto. Antuerpiæ anno 1564. 8.

De generatione fœtus in vtero, Item de *Cacexia*.

De hominis primordijs hyſtericiſque affectibus & infantilibus aliquot morbis Centones. Lug. Batauor. anno 1594 typis Raphelengij.

Miſcellanea, ſeu *Epiſtolas medicinales*. Ibidem anno 1591. 8.

Enarrationes in VII. libb. poſteriores Cornelij Celſi. De re medica. Ibidem anno 1592. 4.

Venationem Medicam, quæ carminis elegantia & varietate materiæ curioſum Lectorem delectare poteſt.

BALDVINVS SILVIVS Flander, ſcripſit carmine Elegiaco *Excidium Morini*. Ipris, typis Ioannis Deſtreſij.

BALDVINVS DE ZIRIXAEA, Zelandus, ſcripſit *In IV. Decretalium, M. S.* Louanij in bibliotheca Wameſiana.

BALTHASAR AYALA Antuerpienſis, *Iacobi F.* adoleſcens Louanium miſſus, Iuri ciuili operam dedit, atque id ſtudium imprimis variumac multiplex cùm animaduerteret, Hiſtoriam omniſque antiquitatis notitiam adiunxit. In ALEXANDRI FARNESI Parmæ & Placentiæ Ducis fortiſſimi feliciſſimo exercitu aulaque, ſupremus annos aliquot Iudex extitit, maiore æquitate an prudentia non facilè dixerim. Poſtea cohoneſtatus titulo ſenatoris in ſuprema Machliniæ Curia, ad ſumma honorum culmina haud dubiè conſcenſurus, niſi florem ſurgentem Mors ſecuiſſet *Nihil eximium quæ ſinit eſſe diu.* Inter viuos eſſe deſijt Alosti in Flandria anno CIↃ. IↃ. LXXXIV. XVI. Kal Septembris anno ætatis XXXVI. ſcripſit *De iure, officijs bellicis, ac militari diſciplina libb. III. quos Farneſio* Belgij Proregi inſcripſit. Louanij typis Bogardi, anno 1582.

BALTHASAR BRABANTINVS Ord. ſancti Dominici, Conuentus Antuerpiæ vir magnæ facundiæ & gratiæ in declarandis ad populum concionibus. Multa à Caluiniſtis perpeſſus, quorum fuit in fenſiſſimus hoſtis. Vixit adhuc anno M. D. LXXVII. Scripſit

Homelias aliquot De filio prodigo, & alia quæ non vidi.

BAL-

BALTHASAR CORDIERIVS *Ioannis F.* Antuerpienſis, Soc. IESV. Clericus, hanc miſeriarum vallem ingreſſus eſt anno ↄIↄ.Iↄ.XCII. VI. Iunij.

Græcas litteras apud ſuos Bruxellis & alibi cum laude docuit, vertitque è Græco

Catenam Veterum Patrum in ſancti Lucæ Euangelia, quam adhuc premit.

BALTHSAR WERLINVS Dominicanus, vir linguarum peritus, & tam in diuinis ſcripturis, quàm in ſcholaſtica doctrina exercitatus. Scripſit

Additionem ſecundam ad Trithemium de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quâ & aliquot auctores ab eo prætermiſſos, & alios qui poſt illius tempora emerſerunt, recenſet. Fuit hæc additio *Trithemio* adiuncta anno 1546. quo tempore claruit.

BARTHOLOMÆVS BATTVS Aloſtanus, Flander, ſcripſit ad liberos ſuos

Oeconomiæ lib. III ſeu *De parentum erga liberos, & liberorum erga parentes officio.* Antuerpiæ 1558. 8. typis Gerardi Spelmanni.

BARTHOLOMÆVS dictus DE BRVGIS à patria, profeſſione Medicus, (Geſnero falsò Gallus ſcribit) edidit

In Aphoriſmos Hippocratis, lib. I.

In librum Prognoſticon lib. I.

De regimine acutiorum morborum lib. I.

Vide Symphorianum Campegium lib. de claris Medicinæ ſcriptoribus.

BARTHOLOMÆVS CAVERSINVS Canonicus in Zouburgo Walachriæ (quæ Zelandiæ inſula eſt) è Latino in Græcum ſermonem conuertit notiſque illuſtrauit Colloquium

Deſ. Eraſmi Roterodami, EPICVREVM *inſcriptum*. Antuerpiæ anno 1567. 8. apud Guilielmum Syluium.

BARTHOLOMÆVS HONORIVS Leodicus congregationis fratrum *D. Hieronymi*, dedit carmine

Admonitionem ad fratres inferioris Germaniæ. Syluæducis typis Schefferi.

Poëmata Varia, ibidem.

Iter Romanum. M.S.

Victoriam CL. V. Adolphi Cortembacchij, de ſuperbis hoſtibus obtentam Ibidem.

BARTHOLOMÆVS HONORIVS, Canonicus Floreffienſis, Ord. Præmonſtratenſis, naſcitur in pago Campaniæ Brabanticæ dicto *Eerſel.* Cùm enim lingua Belgica EER, idem ſit quod honor, *Honorium* ſe quaſi *Eerſelium* vocari voluit. Edidit

Elogium S. Norberti & Catalogum celebriorum Ord. Præmonſtratenſis per orbem vniuerſum Abbatiarum. Syluæducis, typis Schefferi, 1584.

Apologicum Marianum. Louanij, apud Henricum Haſtenium, anno 1623.

BAR-

BARTHOLOMAEVS COLONIENSIS, Philoſophus & Poëta præclarus, vir magnæ pietatis, ingenij ſolidi, & memoriæ fœlicis, ſcripſit

De laudibus Philoſophiæ.
De ſecta Diogenis lib. 1.
Epiſtolam mythologicam ad Pancratium.
Syluam Carminum, lib. 1.

Claruit Dauentriæ anno poſtquam facta eſt ſalus huic mundo M.CCCC. XCIV.

BARTHOLOMAEVS, Ruræmundanæ Cartuſiæ Prior, Traiecto ad Moſam oriundus, ante ordinis ingreſſum ſac. Theologiæ in Academia Heidelbergenſi Profeſſor & Academiæ rector. Multa ſcripſit, quorum maior pars in Bibliotheca Cartuſiana Coloniæ aſſeruatur, videlicet

De Paſſionibus animæ.
De VII. peccatis mortalibus.
Tractatus aliquot De Oratione.
De excellentia B. Mariæ Virginis.
De omnibus Sanctis.
De Humilitate.
De Voto
Summa Vitiorum.
De fraterna correctione.
De laudibus Religioſorum, & ſilentij obſeruatione.
De auctoritate Concilij ſupra Papam.
De non eſu carnium apud Ciſtercienſes.
Collectanea ex diuerſis Sanctorum dictis.
Inſtructio, Quo facto Religioſus in publico verſari debeat.
Sermones VII. De Obedientia, humilitate, Dilectione Pœnitentia & Oratione.
Tractatus excitans ad deuotè celebrandum.
De iudicijs temerarijs.
De Iuramento, & alia teſte *Trithemio.*
Dialogus De conſolatione Nouitiorum. MS. Inſulis apud Dominicanos.

Obijt in Cartuſia Colonienſi anno à plenitudine temporis anno CIↃ.CCCC. XLVI. IV Idus Iulij, præclaram nominis famam, & immortalitatem adeptus gloriam

BARTHOLOMAEVS LATOMVS Arluni, quod Ducatus Luxemburgici opidum eſt, naſcitur anno ſalutis communis CIↃ. CCCC. LXXXV. A pueritia ſtudijs admotus, tantos temporis ſucceſſu progreſſus fecit, vt magnus inter ſui temporis Philoſophos factus, nomen eius in Italicis præſertim academijs in honore habetur. Hinc & *Eraſmus Roterodamus*, rerũ eiuſmodi conſors ac iudex peritiſſimus in amicorum ſuorum ac familiarium album cooptauit, & inter ſui æui doctiſſimos recenſuit. Huius eruditionis famam cùm Treuirorum antiſtes in audiſſet, eum ad ſe inuitatum inter primos ſui Senatus, quo eius in rebus arduis conſilio vteretur, inſtituit. Tandem octogenarius Confluentiæ circa annum Domini M. D. XLVI. viuere deſijt. Exſtant eius ſequentia:

Oratio

Oratio De eloquentia ac Ciceronis laudibus. Baſileæ.

Oratio funebris in obitum Principis Richardi, Archiepiſcopi Treuirenſis. Coloniæ anno 1531.

Carmen gratulatorium in coronationem Reg. Romanor. ad Carolum V. Caſ. & Ferdinandum Regem, fratres Auguſtos.

Oratio Lutetiæ in auditorio dicta, quâ peregrinationem ſuam per Italiam deſcribit, typis Gryphij.

Epitome Commentariorum Dialecticæ inuentionis Rodolphi Agricolæ. Baſil. 1536. Pariſijs & Coloniæ.

Scholia breuia in aliquot Ciceronis Orationes, videlicet pro Q. Quinctio Sexto Roſcio, A. Cecinna, L. Murana, Archia Poëta, ad Quirites poſt reditum, pro Cn. Plancio, M. Cœlio, Milone, M. Martello, Q. Legario, Deiotaro Rege, in Verrinas VII. ac Philippicas omnes. Baſileæ, typis Oporini fol.

Annotationes in Paradoxa Ciceronis, De officijs, de Amicitia, Senectute, in Somnium Scipionis. Coloniæ 1534.

Enarrationes in Topica ad Trebatium. Item *In Partitiones Oratorias*, Argentorati & Pariſijs 1539.

Summa totius rationis diſſerendi, vno eodemque corpore & Dialecticas & Rhetoricas partes complectens. Coloniæ, 1527. 1542. apud Gymnicum.

Factio memorabilis Franciſci ab Siccingen contra vrbem Treuirenſem, cum obſidione eiuſdem, carmine Heroico. Coloniæ 1523. apud Ceruicornum.

Refutatio calumniarum Martini Buceri. Coloniæ 1546. 4.

Contra Petrum Dathenum & Iacobum Andream pro SS. Euchariſtia & incruento Miſſæ ſacrificio.

De docta ſimplicitate primæ Eccleſiæ, & de vſu Calicis ac de Euchariſtiæ ſacrificio, contra eundem *Iac. Andream.*

BARTHOLOMAEVS MERCATOR Louanienſis, *Gerardi F.* ſcripſit.

Notas breues in Sphæram. Coloniæ 1563. 8.

BARTHOLOMAEVS A MIDDELBVRGO Zelandus, Ord. ſancti Franciſci, naſcitur anno ſalutis M. CCCC. LXXXV. vitam perduxit ad annum Domini M. D. LXIV Mercaturam exercuit ab initio, ad ætatis annum XXX. à qua ſe ſubducens, Louanium conceſſit, Philoſophiæ ſe magno dedit impetu, & omnibus ſtudiorum ſodalibus prærripuit palmam. Quadraginta annis, eoque amplius prædicauit verbum Domini, tametſi vtroque latere hernioſus. Tota vita valdè ſtuduit Dominicæ Paſſioni, veræ Sapientiæ libro. Fuit vir admirabilis zeli auſteritatis, ſobrietatis & abſtinentiæ: multis annis varijs in locis cum laude Guardianus & Vicarius. Moritur Vltraiecti, ſenex ætatis planè decrepitæ. Scripſit

Concionum ſuarum Tomos III. De tempore & Sanctis.

Reliqua eius ſcripta deſiderantur.

BARTHOLOMAEVS PETRVS Lintrenſis, Diœceſis Machlinienſis S. Theologiæ Doctor & Profeſſor primarius in Academia Duacena, atque ad *S. Amatum* Canonicus, Eccleſiaſticæ antiquitatis peritiſſimus: *Leonardum Leſſium* Soc. IESV Theologum diſcipulum habuit. Edidit Duaci anno 1611.

Vin-

Vincentij Lirinenſis contra hæreſes libellum aureum additis breuibus NOTIS præmiſſáque diſſertatiuncula Apologetica de *Vincentio* eiuſque ſcriptis.

Guilielmi Eſtij opera poſtuma adornauit & in lucem protulit, videlicet in partem primæ, ac II. & III. Canonicas beati Ioannis Epiſtolas. Pariſijs, anno 1623. fol.

Commentarium luculentum in Acta Apoſtolorum.

Apoſtolicæ Sedis definitiones veteres. De Gratia Dei. Duaci, anno 1616.

BARTHOLOMÆVS VSINGEM Flander, Ord. Eremit. ſancti Auguſtini, diuinarum litterarum doctus, ac in concionando eloquentiâ & ardenti motu inſignis. Contra Lutheranam hæreſin (in qua vehementer exarſit) volumen euulgauit, cui titulus:

De falſis Prophetis, tam in perſona, quàm in doctrina vitandis à fidelibus.

De prædicatione Euangelij, quibus ſcilicet conformiter debeat Euangelium prædicari.

De merito bonorum operum.

De cœlibatu Sacerdotum noua legis.

Reſpondit quoque ad ſermonem Langl *De matrimonio ſacerdotali quem* fecit in nuptijs Culſameri ſacerdotis, anno M. D. LXXVI. Item

Confutationem Ægidij Mechlelij.

De tribus neceſſarijs ad vitam Chriſtianam ſcilicet De gratia, fide & operibus.

Floruit anno M. D. LXXV.

Famæ BARTHOLOMAEVS *æuiternæ,*
Ipſe deliciæ nouem ſororum,
Cui de lacteolis ſuis papillis
Succos ingenij beatioris,
Et linguæ mera mella perdiſertæ
Fuderunt Charites benigniores.

BASYLIVS GRONINGANVS, vide *Weſſelus Groninganus.*

BAVDEMVNDVS Abbas III. Blandinienſis, ſcripſit

Vitam S. Amandi, teſte *Auberto Miræo* in faſtis Belgicis, quam *Surius* Cartuſianus publicauit.

BERNARDVS BAVHVSIVS, Antuerpienſis, Soc. IESV Clericus, & Louanij egregius verbi diuini Eccleſiaſtes, mihi familiaris, vir quem integritas vitæ cum ſingulari doctrina coniuncta omnibus bonis commendatiſſimum reddidit. Edidit

Epigrammata ſelecta à ſe compoſita, typis Plantini 1615. & 1619. 12.

Protheum Parthenium, vnius libri verſum, vnius verſus librum ſtellarum numero, ſiue formis M. XXII. variatum.

Tot tibi ſunt dotes, VIRGO, *quot ſydera cœlo.*

In hunc *Thaumata* ſcripſit *Erycius Puteanus*, typis Moreti 1617.

Deceſſit Antuerpiæ in domo Soc. Profeſſa, magno ſui relicto deſiderio, anno verbi in carnati CIↃ. IↃC. XIX. XVII Nouembris.

BERNARDVS VALDAVRA Brugenſis, teſte *Dionyſio Harduyno*, origine Hiſpanus, affinis *Margaretæ Valdauræ* vxoris *Ioannis Ludouici Viuis*, fœminæ lectiſſimæ & rara pudicitia, omnibuſque animi dotibus marito ſimillimæ. Vixit BERNARDVS Neapoli, anno Domini M. D. LVIII. Vir literarum ſcientia morumque probitate valde conſpicuus, & venerandæ antiquitatis admirator ſummus. Scripſit

De Nummis antiquis, collegitque Marmoreas inſcriptiones.

BOETIVS EPO Rordahuſanus, Friſius, naſcitur anno redemptionis humanæ M. D. XXIX. parentibus honeſtiſſimis. Coloniæ peracto Philoſophiæ ſtudio, annos aliquot ibidem litteras humaniores docuit. Swollam inde tendens, ſcholæ eiuſdem Gymnaſiarcha, Græca cum Latinis coniunxit. Hinc Louanium profectus *Homerum* & *Heſiodum* Latinè interpretatus eſt, ediditque ibidem anno Domini M. D. LV. typis Petri Colonæi. Interim Iuris nauans operam. Perluſtratis deinde Germaniæ Galliæque Academijs, & ſuprema Toloſæ Iuris acceptâ laureâ, anno Domini CIƆ. IƆ. LX. in Belgium reuerſus, Louanij ſubſtitit. Biennio poſt Duacum ad Scarpum fl. euocatus, ad recens erectam à PHILIPPO II. Rege Catholico Academiam, ſolemni in vrbem pompa cum cæteris Profeſſoribus ac Doctoribus introductus eſt, & aſſiduus Iuris Pontificij fuit Anteceſſor: honorarij etiam vice Palatini Comitis titulum eſt adſecutus, multa ſcripſit partim Hiſtorica, partim ad Ius pertinentia, quorum hæc ſeries:

Sententiæ Homericæ, quas collegit & Latinas fecit. Louanij, anno 1555. 4. apud Petrum Colonæum.

Oratio de Romanæ perfectæque Iuriſprudentiæ fructibus genuinis. Duaci 1568. 8.

Oratio De honorum Academicorum vſu & progreſſu. Ibidem annô 1564. typis Boſcardi.

De gente Friſica Oratiuncula.

Oratio funebris nomine Vniuerſitatis Duacenæ piiſſimis PHILIPPI II. *Reg. Catholici manibus nomine totius Vniuerſitatis anno* CIƆ. IƆ. XCVIII. III. *Non. Nouemb. habita. Ibidem.* 1599.

Antiquitatum Eccleſiaſticar. Syntagmata IV. ad regem Catholicum, ordineſque Belgij Ibidem, 1578.

Antiquitatum Eccleſiaſt. Syntagmata V. ad GREGORIVM XIII. Pont. Max.

Heroicarum & Eccleſiaſticarum Quæſtionum lib. VI. ad filios ſuos.

De Iure ſacro, vel *Principiorum iuris Pontificij* lib. III.

Commentarij nouem teſtamentarij. Duaci, 1581.

Iuriſprudentia Ciceroniana.

Paratitla, ſeu *filum Pandectarum.*

Denique è tenebris eruit, ediditque

Iuliani Archiepiſcopi Toletani prognoſticon futuri ſeculi lib. III. cum præfatione ad magnum Hiſpaniarum Regem PHILIPPVM II. Ibidem 1564. typis Lud. de Winde.

Reliquit affectos & prælo paratos *Commentarios IX. ſelectiores*, nempe

I. Prœlium Doctorale.

II. De diuiduis & indiuiduis.

III. De Iuris Eccleſiaſt. patronatus indiuiduitate.

IV. De iure ſuffragiorum, votorum, ſeu *vocum.*
V. De iure pactorum, præcipuè nudorum.
VI. De eo quod intereſt.
VII. De pœnis Legalibus.
VIII. De pœnis Conuentionalibus.
IX. De pœnis Teſtamentarijs.

Viuis exceſſit ſeptuagenario maior, XII. liberorum & totidem liberorum parens, ex honeſta coniuge MARIA CABILLIAV Inſulenſi, anno relaxationis humanæ M. D. XCIX. XV. Nouembris, Profeſſionis XXXVII. Quieſcendi locum accepit Duaci in Templo Societ. IESV breui hac, vt iuſſerat, inſcriptione:

BOETII *corpus quieſcet hic* EPONIS,
Animam reſpice, ô IESV, *benigniter.*

BOETIVS AB HOLDINGA Friſius, vir antiquæ & primariæ nobilitatis, cùm à forenſi ſtrepitu abhorreret, otium litterarium ſectatus eſt, & comparata Bibliotheca ampla, non ſolum multa legit, ſed multa collegit ad patriæ ſuæ vtilitatem. Gliſcentibus per Belgium factionibus Emdam conceſſit, vbi poſt aliquot annos vita defunctus eſt circa annum Domini M. D. LXXXII. vir ſane in ſacris litteris in omni Philoſophia, & præcipuè in Hiſtorijs ad miraculum eruditus. Scripſit teſte *Suffrido Petro.*

De Friſia, opus inſigne.
Catalogum verborum Friſicorum, quæ cum Græcis conueniunt.

BONAVENTVRA AB OLDENZEEL, patria Oldezalia, in prouincia Tranſiſalana, Ordinis Minorum, doctrinâ, vitâ, concionibus, non Traiecti ad Moſam, ſed Vltraiecti ad alueum Rheni veterem, adeò inclaruit vt ab Epiſcopo Vltraiectenſi GEORGIO AB EGMONT, æternâ memoriâ digna viro, conſecratus fuerit Epiſcopus Hebronenſis, futurus eius ſuffraganeus. Scripſit

SERMONES *multos*, quorum bona pars MSS. in Bibliotheca Minorum Louanij obſeruatur. Obdormiuit in Domino Vltraiecti, anno poſtquam facta eſt ſalus huic mundo M. D. XXXIX.

BONAVENTVRA VVLCANIVS, vulgò *Smetius*, naſcitur Brugis Flandrorum anno à partu virginis CIƆ. IƆ. XXXVIII. die XXX. menſis Iunij. Patrem habuit PETRVM VVLCANIVM, ob inſignem eruditionem pari cum eloquentia coniunctam, magno illi ERASMO ROTERODAMO imprimis charum. Annos circiter XVI. natus, tantos in vtraque lingua & humanioribus litteris progreſſus fecerat, vt æqualium ſuorum nulli cederet. Mox Louanium venit: inde in Hiſpaniam proficiſcitur ad FRANCISCVM A MENDOZA, S. R. E. Cardinalem & Epiſcopum Burgenſem; qui eum præfecit ſuæ Bibliothecæ Græcis MSS. inſtructiſſimæ. Patre mortuo in Germaniam abijt & Coloniæ commoratus. Tandem in Belgium reuerſus, ac Lugd-

Lugduno Batauorum iter faceret, à Curatoribus Academiæ Profeſſor linguæ Græcæ deſignatus eſt anno Domini M. D. LXXVIII. Triennio demum poſt Lugdunum venit, & Profeſſionem ſuſcepit. Ab eo tempore aſſiduè tam publicè docendo, quàm ſcribendo per annos XXXII. de re litteraria optimè meritus eſt, quod de ſe ipſo teſtatur hoc epigrammate:

Ter denos docui Leidis binoſq. per annos
Cattigenûm pubem Graijugenûm ore loqui:
Nunc manibus, pedibuſque oculiſq. atq. auribus æger,
Et ſenio languens lampada trado alijs.

Multa cùm Latinè tum Græcè ſcripta primus eruit, recenſuit, notis auxit & è Græcis Latina fecit, quorum hæc lucem aſpexerunt:

Cyrilli Alexandrini Patriarchæ lib. aduerſus Antrophomorphitas Græcè & Latinè, cui adiunctus eſt eiuſdem Cyrilli liber Quod Chriſtus ſit vnus, cum Notis adiunctis.

Eiuſdem Cyrilli De adoratione in ſpiritu & veritate lib. XVII. quos ille primus vertit.

Arrianus de rebus geſtis Alexandri Magni, Græcè & Latinè, lib. VIII. typis Henrici Stephani, 1597. fol.

Callimachi Hymni & Epigrammata, cum Moſchi ac Bionis Idyllijs totidem verſibus Latinè ab eo reddita, & Scholijs illuſtrauit, 1584.

Conſtantinus Porphyrogeneta de Thematibus Orientalibus, Græcè ac Latinè cum Notis, typis Plantini, 1588. 8.

Agathias Græcè ac Latinè cum NOTIS. Lugduni Batauorum, anno Domini 1597. Ibidem.

Nili Archiepiſcopi Teſſalonicenſis de Primatu Pont. Romani, lib. II.

Eiuſdem De Purgatorio Græcè & Latinè.

Iornandes De geſtis Gothorum. Ibidem 1597. *cum Notis* alijſque Gothicæ antiquitatis monumentis.

De lingua Getica ſiue *Gothica Commentarius, cum characteribus & lingua proprijs.*

Gloſſaria Latino-Græca & Græco-Latina, cum Notis, 1600. fol.

Apulei opera omnia poſt Columnianam editionem immenſis locis correcta

Ariſtoteles de Mundo, Græcè Latinè, cum amplo Commentario. 1591.

Gregorij Cyprij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Encomium Maris.

Theophylacti Simocatæ Quæſtiones Phyſicæ & Epiſtolæ.

Caſsij Iatroſophiſtæ Quæſtiones Medicæ, 1597. 16.

Pauli Silentiarij Iambica primus euulgauit.

B. Iſidori Hiſpal. Epiſc. Originum libb. XX. emendauit.

Martiani Capellæ de Nuptijs Philologiæ & Mercurij lib. IX. emendauit, & Scholijs illuſtrauit. Baſileæ, 1597. typis Petri Pernæ.

Hiſtoria tumultuum Belgicorum ab anno 1556. *ad annum* 1599.

NEC DVM EDITA.

Tatiani Harmonia IV. Euangeliorum, cum interpretatione verbali linguâ Gothicâ.

CAROLVS V. Cæſar, & Belga & Belgarum Princeps, naſcitur Gandaui anno humanæ ſalutis reparatæ, CIↃ. IↃ. menſ. Februarij die XXIV. mane paulò ante horam IV. Linguam Belgicam, Germanicam, Hiſpanicam, Francicam ac Italicam exactè diſerteque loquebatur: Latinam aliaſque aliquot titubabat. *Hadrianum* Florentium, poſtea Pontif. Max. Pædagogum habuit. Dum Gennæ Oratorem audiuiſſet Latinè perorantem, nec plenè ſatis cepiſſet, triſti ore confeſſus eſt, *Agnoſco nunc maximè, & cum dolore quidem*, HADRIANI *Magiſtri mei diuina monita, cùm has Latini ſermonis elegantias nequeam percipere, ac meminerim prædixiſſe eum, me pueriles incuriæ pœnas aliquando daturum.* Vita moderatus, modeſtus, quietis amans. In Venerem pronus liberque, attamen cautus ac arcanus, ne vitij publicatione facto exemploque noceret. In cibo potuque adeò fuit temperans, vt ad pondus menſuramque à medicis præberi ſibi, innaleſcente articulari morbo, permitteret. Anno ætatis XV. fit ſui iuris, anno XVII. primùm in Hiſpaniam nauigat, XIX. Cęſar eligitur. Res eius geſtas non eſt hic noſtri inſtituti, qui Bibliothecam non hiſtoriam ſcribimus. In monaſterio D. IVSTI ord. Heremitarum *D. Hieronymi* XI. Kal. Octobris qui *D. Matthæo* Apoſtolo ſacer, ſumma animi tranquillitate, corporiſque patientia, Deo animam reddidit anno à partu virginis M. D. LVIII. manè inter horam III. & IV. tertianâ febri, è continuis articularis morbi doloribus nata, quæ tandem in continuam eſt mutata, extinctus. Auitarum legum, præcipuèque religionis Catholicæ obſeruator propugnatorque acerrimus, in rebus agendis diligentiſſimus, quod Chriſtianam Europam percurrendo non ſemel demonſtrauit. In rebus agendis tractandiſque ſimulator egregius fidei liberioris priuati commodi perquam ſtudioſus, atque (vt vno verbo dicam) alter auus maternus FERDINANDVS Catholicus, quem ſimulatione, vt auum MAXÆMYLIANVM generoſitate planè exprimebat. Vita aulica moderata & illuſtris erat, ſobria tamen: menſa ſimplex, tenuis victus, veſtitus ferè popularis, colore atro delectabatur. In Venerem quamquã eſſet procliuior matrimonij tamen leges nec in ſe, nec in alio violaſſe eſt repertus. Plura qui velit legat *Pontum Heuterum*. Symbolo vtebatur PLVS VLTRA, iniuria notato ab *Adriano Turnebo* viro doctiſſimo, his verſibus:

Promouet alterno qui vix veſtigia greſſu,
Quem malus in toto corpore languor habet,
Auſus erat fuluis oneroſo ex ære Columnis
Herculeis humeris ſuppoſuiſſe ſuos.
Sed malè cedit onus, laſſataq́, pondere ceruix
Emerito cecidit debilitata ſeni.
Excipit hanc Natus molem iuuenilibus annis,
Succiduo nec eam poplite ferre poteſt.
Rumpe moras ERRICE, *oneri ſuccede cadenti,*
Opprimit Hiſpanum tanta ruina caput,
Et fulcire humeris, & ſuſtinuiſſe lacertis
Tu potes: hac collo ſarcina digna tuo.

INIVRIOSIS HIS VERSIBVS NON MALE RESPONDIT GVILIELMVS CRVPIVS.

Non erat in CAROLO *laudis tam vaſta cupido,*
Nec tam, Galle leuis, ambitioſus erat,
Quamquam ſæpe ſuo nutu treme fecerit Orbem,
Fecerit & Regem vincula ferre tuum,
Præbuitque illi ſupplex Germania palmas,
Et Lybia inuicto brachia victa dedit,
Æquaſſe Herculeos vt credi vellet honores,
Aut humeris cœlum ſuſtinuiſſe ſuis:
Sed quoniam Herculeas vltra ſua Regna Columnas
Protulit & Solis Zodiacique vias,
Et nouus antiquis accreuit finibus orbis,
Teſtatum ſigno iuſſit id eſſe ſuo.

ANONYMI

PLVS VLTRA *ſemper dixiſti* CAROLE, *donec*
Veniſti tandem quà nequis vlterius.
Ergo vbi te Antipodes, vbi totus noſceret orbis,
Et celebri fama iam ſuper aſtra fores;
Hic mea ſit (dixti) requies, hic meta laborum,
Si poſſem vlterius non tamen ire velim.

Scripſit linguâ Gallicâ teſte *Ieronymo Ruſcello* in opere Epiſtolarum *Hiſtoriam rerum à ſe geſtarum*, ad imitationem C. Iulij Cæſaris.

Epiſtolam ad Clementem VII. Pont. Max. quâ ab eo petit generalem Chriſtianorum omnium congregationem. Baſileæ, typis Cratandri.

Epiſtolam ad Cardinales, de eadem re. Ibidem.

Declarationem, Quomodo in negotijs Religionis agendum. Moguntiæ.

Reſponſionem Imp. & Principum Catholicorum ad Confeſſionem Auguſtanam.

Conſtitutionem politiæ & Reipub. Imperialis. Francofurti.

Plurimas leges ſanctiſſimas prudenter tulit, quæ idiomate Flandrico Gandaui anno M. D. LIX. ſunt euulgatæ.

Edictum, quo M. Lutheri hæreſin damnat. Antuerpiæ typis Voeſtermanni 4.

In deſcriptione Belgij *Lud. Guicciardini* hoc legitur Epitaphium:

DEO OPT. MAX. S.

D. CAROLO V. IMP. CÆS. AVG. MAX. INDICO. TVRC. AFRIC. GERM. HISPANIÆ, SICILIÆ ET INDIARVM REGI PP. PRINCIPI. POTENTISS. ET INVICTISS. SACRI IMPERII LIBERATORI, FVNDATORI,

TORI QVIETIS CHRISTIANAE RELIGIONIS ACERRIMO PROPVGNATORI, IVSTITIA, ANIMI MAGNITVDINE, PRVDENTIA RELIGIONE, CLEMENTIA PATIENTIA, ALIISQ. INSIGNIBVS VIRTVTIBVS LONGE ORNATISS. QVI POST INGENTES VBIQVE TERRARVM PARTAS VICTORIAS, ET CLARISS. DE GALLO, TVRCA, AFRIS, ITALIS, GERMANIS ACTOS TRIVMPHOS: TOT MVLTIS INDIÆ PROVINCIIS ET INSVLIS ETIAM PRISCIS INCOGNITIS, PER LEGATOS MAGNO REIP. CHRISTIANÆ ORNAMENTO INVENTIS ATQVE LVSTRATIS. DENIQVE POST FOELICITER ADMINISTRATAM ET PRVDENTER CONSTITVTAM REMP. PHILIPPO F. TOT AMPLISSIMSS. HISPAN. REGNIS, FLANDRIÆ ET ALIIS PROVINCIIS INAVGVRATO, RELIGIONE DVCTVS EX FLANDRIA IN HISPANIAM TRAIECIT, SEQ. IN IVSTVM HIERONYMIANI ORDINIS COENOBIVM ÆDIBVS ILLIC IVSSV EIVS CONSTRVCTIS, RECEPIT, VBI RELIQVVM VITÆ, QVOD VIX BIENNIVM FVIT, TRANQVILLISSIME EGIT ET SANCTISSIME OBIIT XI. KAL. OCTOBRIS. M. D. LVIII. IOANNA LVSITANIÆ PRINCEPS HISPANIARVM GVBERNATRIX. PATRI OPT. ET MAX. P. VIXIT ANN. LVIII. MEN SEX DIES XXVIII. IMPERAVIT ANN. XL. REGNAVIT ANN. XLIII.

ALIVD.

Parcite mortales nudos iam reddere montes,
Et CAROLO *tantas ædificare pyras.*
Sit labor artificum ſolas oſtendere palmas
Cæſaris, & tumulus, Cæſare dignus erit.
Prima triumphato ſtupefiat GALLIA *Rege,*
Procumbat ſupplex Cæſaris ante pedes.
Ad dextrum ſtet ROMA *latus,* CARTHAGO *ſiniſtrum,*
Altera capta tuis, altera capta tibi:
Sint alibi TVRCAE *vertentes ſigna retrorſum,*
Et iam iam pereant ni ferat Iſter opem.
Ante Deos iaceant exuti SAXONES *armis*
Cædeque terribili decolor Albis eat.
Parte alia ALCIDEM *ſiſtat ſua meta, tibique*
Terra ſuos fines augeat, vnda ſuos,

Vltima.

Ultima de ſeipſo victoria magna ſequatur,
Sitque alter Magnus, qui modo Magnus erat.
His ita compoſitis creſcent Miracula mundi:
Octauum CAROLI *nobile funus erit.*

CAROLVS CANDA, Prior Cœnobij Dompmartinenſis, aliàs ſancti Iudoci in nemore, ordinis Præmonſtratenſis, vertit ex Italico in Latinum ſermonem

Vitam S. Caroli Borromæi Card. & Archiepiſcopi Mediolanenſis.
Vitam S. Franciſcæ Romanæ.

CAROLVS CLVSIVS, naſcitur Atrebati, anno à partu virginis CIↃ.IↃ. XVI. XVIII. Februarij, familia nobili. Vt primum ex ephebis exceſſit, Gandauum à parentibus mittitur, & ſub opt. præceptoribus optimis artibus rite imbutus eſt. Ætate iam grandior factus, ad Ius ciuile diſcendum Louanium ablegatur. Vnde mox digreſſus, in Germaniam proficiſcitur: hinc in Galliam Narbonenſem ſe contulit, ibi aliquot annos vixit. Hiſpaniam & magnam Luſitaniæ partem anni ſpatio perluſtrauit. Anno M. D. LXXIII. ex Anglia in Belgium regreſſus, à Cæſ. MAXÆMYLIANO II. Viennam Auſtriæ euocatus conceſſit, & horto Cæſareo præficitur, mox quoque locum eundem apud RVDOLPHVM II. MAXAEMYLIANI F. tenuit. Inde aulæ tædio Francofurtum ſe contulit anno Domini M. D. LXXXIV. vbi ſexennio priuatim exacto, Lugdunum Batauorum euocatus à curatoribus Academiæ, illic ætatis & gloriæ ſatur viuere deſijt. Vir in quo præter exactiſſimam ſtirpium cognitionem, erant cæteræ dotes præclaræ complures, & peritia linguarum Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hiſpanicæ & Germanicæ. Sepultus in templo B. MARIAE cum hoc epitaphio:

BONAE MEMORIAE
CAROLI CLVSII ATREBATIS
POS.
QVI OB NOMINIS CELEBRITATEM
PROBITATE, ERVDITIONE
TVM REI IN PRIMIS HERBARIAE
ILLVSTRATIONE PARTAM
INTER AVLAE CAES. FAMILIARES ALLECTVS
ET POST VARIAS PEREGRINATIONES
A NOBB. DEMVM ET AMPLISS. DD. CVRR.
ET COSS. IN HANC VRBEM
CONDECORANDAE ACADEMIAE EVOCATVS
ET STIPENDIO PVBLICO PER ANN. XVI.
HONORATVS
XCIV. ÆT. SVAE ANNVM INGRESSVS
OBIIT CAELEBS. IV. APRIL. M.DC. IX.

Pro funere dixit Ælius Euerardus vorſtius, Gelder.

Luſit

Luſit aliquando ita *Iuſtus Lipſius* in eius effigiem:

Omnia Naturæ dum CLVSI, *arcana recludis,*
CLVSIVS *haut vltra ſis ſed* APERTA *mihi.*

SCRIPTA AB EO EDITA SVNT;

Tabula Chronographica Galliæ Narbonenſis & Hiſpaniæ.

Stirpium & Plantarum Hiſpanicar. à ſe obſeruatarum Hiſtoria lib. II. Antuerpiæ, typis Plantini 1576. 8. & fol.

De neglectâ ſtirpium culturâ.

Obſeruationes plantarum Pannonicarum, Auſtriacarum, vicinarumque prouinciarum, lib. IV. Ibidem anno 1583. quæ poſtea ab eo inſcriptæ ſunt

Rariorum Plantarum hiſtoria.

Fungorum in Pannonijs obſeruatorum hiſtoria.

Garciæ ab Orta Luſitani, Proregis Indiæ Orientalis Medici Dialogos de aromatibus & ſimplicibus apud Indos naſcentibus Latinè vertit cum NOTIS, *adiecitque Deſcriptiones plantarum quarundam exoticarum.* Ibidem, anno Domini 1582.

Nicolai Monardi Medici Hiſpalenſis lib. De ſimplicibus medicamentis in India Occidentali Latino ſermone quoque donauit.

Petri Bellonij Rerum memorabilium in Græcia, Aſia, Ægypto, Iudæa, Arabia Obſeruationes lib. IV. è Gallico Latinos fecit, Notiſque auxit, anno 1606. Lugduni Batauorum.

Antidotarium Florentinum Latinè quoque vertit.

Vitas Hannibalis & Scipionis in linguam Gallicam tranſtulit.

Remberti Dodonæi Hiſtoriam Plantarum Gallicè dedit.

A morte prodijt *Hiſtoria Americana, Epiſtola Nic. Clenardi & Gallia Belgica Chronographica deſcriptio.*

CAROLVS FERNANDVS, aliàs PHERNANDVS Brugis Flandrorum natus, licet oculis captus tantos in ſtudijs progreſſus fecit, vt Orator, Poëta, Philoſophus, ac Theologus inſignis audiret, ſacraſque litteras Pariſijs publicè interpretaretur. Poſt ſpretis omnibus, *D. Benedicti* inſtitutum amplexus in Vincentiano apud Cenomanos cœnobio ſita in ſylua denſiſſima X. à Bituricenſi ciuitate ferme mill. diſtante. Scripſit

De animi tranquillitate lib. II. Pariſijs typis Badij, anno 1512.

De Conceptione puriſſima Dei Genetricis, aduerſus *Vincentium de Caſtro-Nouo* Ord. ſancti Dominici.

Collationum Monaſticarum lib. IV.

De obſeruatione regulæ Benedictini. Pariſijs 1516. typis eiuſdem.

Epiſtolarum lib. II.

Orationum & Epigrammatum lib. III.

Laudes Ordinis Carmelitarum

Odarum in laudem Chriſti lib. IV.

Elegias de Contemptu mundi.

Orationem de S. Catharina.

Orationem de conceptione ad Cartuſianos.

Speculum

Speculum diſciplinæ monaſticæ M. S. exſtat Vltraiecti, & fœtus eſt germanus *Fernandi* noſtri quod teſtatur Catalogus & Bibliotheca Tungerloënſis in qua illud ipſum adſeruatur.

Sanctiſſimè diem ſuum obijt, anno ab apparitione Chriſti in carne CIↃ. CCCCXCVI. Fratrem habuit *Ioannem*, ob Muſicæ artis peritiam CAROLO VIII. Galliar. Regi carum.

CAROLVS GOSWINVS Brugenſis, teſte *Sandero* lib. I. *De Brugenſibus eruditione claris*. Societat. IESV Clericus Collegi Gand. rector. Vir humanus diuiniſq; litteris egregiè cultus. Iudicium illi ſolidum & facundia illi elegans, teſtes

Notæ docliſſimæ in Tertullianum. Lege lector Amphitheatrum honoris lib. 2. cap. XIII.

Hunc quoque principibus permixtum cernis Achiuis.

Machliniæ viuere deſijt anno Chriſti M. DC. XXV.

CAROLVS HOVCKIVS Canonicus & Archidiaconus Ipris Flandrorum, vir felicis ingenij, & in melioribus quibuſque diſciplinis inſigniter eruditus, ſcripſit

De Origine, progreſſu atque inſtitutis monaſterij Virginum de Nonnenboſſche, ob turbas ciuiles ex Ipre nſi agro in vrbem tranſlati. Audomaropoli, 1607. 8. typis Franciſci Belleti.

CAROLVS A LANDAS Tornacenſis, IC. ſcripſit

Tractatum de Procuratoribus, & quibuſdam Iuris Controuerſi parergis, anno Domini 1591.

CAROLVS LANGIVS Gandenſis, *Ioan. F.* CAROLO Cæſ. à ſecretis. (*Aubertus Miræus* Bruxellenſem ſcribit) Canonicus Leodicenſis ad D. Lamberti, ſummus æui ſui Criticus. Teſtantur id pereruditæ in *M. Tullij Officia* adiunctoſque libellos, poſt Lambinum emendationes, quales in totum Ciceronem meditabatur. Notas illas auctiores eiuſque Poëmata edidit *Andreas Schottus* Societ. IESV cum ſuis obſeruationum humanarum lib. v. Nodiſque *Ciceronianis*. Cæperat & *Senecam* ac *Suetonium* ſcholijs illuſtrare, multaq; in, *Plinio*, *Theophraſto* & *Dioſcoride* alijs non viſa, obſeruauerat, quæ ſine morte præuentus, ſiue modeſtia adductus, non euulgauit. Intima illic cum IVSTO LIPSIO familiaritas fuit, cuius iudicium quanti idem in tanta amicorum copia fecerit, argumentum eſt, quod in aureis illis DE CONSTANTIA libris vnicum differentem induxerit eiuſque elogio optimus doctiſſimuſque Belgarum. LAEVINVS TORRENTIVS, qui tum Brabantiæ Archidiaconum Leodici agebat, Bibliothecam amici, ne diſcerperetur, ſuo ære coëmit, defunctumque ad D. Lamberti tumulo marmoreo condidit hac inſcriptione:

CAROLVS LANGIVS I. C.
VIR VT SCRIPTA EIVS TESTANTVR DOCTISS.

Digitized by Google

CVI LAEVINVS TORRENTIVS ET IOANNES DOVERINVS COLLEGAE MONVMENTVM POSS.

OBIIT cIↄ. Iↄ. LXXIII. IV. KAL. AVGVSTI.

Ianus Lernutius hæc amico effudit:

O LANGI *Hiſtoria, Linguarum & Iuris auiti,*
Et rerum Naturæ intima notitia,
Virtuteſq́, ſimul tecum interiêre, ſimulq́,
Interiêre mihi gaudia rapta mea.

Poſteritati reliquit, vt dictum eſt.
Notas in M. Tullij Officia. De Amicitia, ac de Senectute. Antuerpiæ, anno 1565. typis Guil. Siluij.
Variantes lectiones in Plauti Comœdias, Ibidem anno 1566. & Baſileæ 1569.
De laudibus vrbis Leodicenſis, carmine.
In natalem Chriſtianor. de Turcis Victoriam, Duce Ioan. Auſtriaco.
Hymnum de natali Domini, &c. annexa *Lauini Torrentij* poëmatis.
Paraphraſim in Orationem Dominicam. Notas in Senecam, Solinum, ac Suetonium cœperat ſcholijs illuſtrare, multaq; in *Plinio, Theophraſto* ac *Dioſcoride* obſeruarat.

GANDA *potens altas cœli caput efferr in arces*
Ciue tuo nullus doctior aut melior.

CAROLVS MALAPERTIVS, Montenſis, Hanno, Soc. IESV Clericus, & Matheſios in Academia Duacena profeſſor: Vir incredibilis modeſtiæ, eruditionis etiam non vulgaris, & Poëta bonus, edidit
Sedeciam Tragœdiam.
De Ventis lib. II.
Chriſtum patientem Elegijs IX.
Miſcellanea, Antuerpiæ typis Moreti 1616. 12.

CAROLVS A MARCA, *Cornelij* Pater, Gandenſis vir magna eruditione & Poëta elegans, linguæ Græcæ & Latinæ doctiſſimus, ſcripſit verſibus Græcis
Iuditham, ſiue ſacram de nece *Holophernis* Ducis Aſſyrij Tragœdiam.
Varia in gratiam amicorum, *Carmina.*
Elegiam in commendationem libri Ioannis Garetij De Inuocatione Sanctorum.

CAROLVS A MANSFELT, Luxemburgius I. C. Belgarum Princip. ALBERTO & ISABELLAE à ſacris interioribus, & in *D. Gudulæ* Canonicus. Turpiter hic hallucinatur *Valerius Andreas*, dum eum originem traxiſſe à *Carolo Mansfeldio* Belgarum quondam Gubernatore imperitè aſſerit, neque enim *Carolus Belgi* clauum moderatus eſt, ſed parens eius *Petrus Erneſtus*, qui nonagenario maior prolem hanc extulit. Huius extant *Paratilla Decreti, quod eſt de Iure in genere, Deque Eccleſiaſticorum moribus & officijs.* Item *Concors iuris vtriuſque diſcordia,* ſiue *Canonum cum legibus pugnantium reconciliatio.* Luxemburgi, anno 1619. 8.
Clericorum Cœnobitica, ſiue *Canonicorum origo & Vita,* Coloniæ apud Kinckium, anno 1625. 8.

CAROLVS ROTCASIVS, alijs *Rubicaſius* Ardenburgenſis Flander, I. C. & Ambacti Furnenſis Actuarius, Iuriſprudentiam cum re litteraria coniunxit, illius quidem Lugduni Batauorum priuatus aliquandiu Profeſſor. Scripſerat *Tractatus in Iure inſignes Opinionum ac Reſponſorum*, quos hactenus heredes premunt.

Carmina iuuenilia, & in IVLIAM Epigrammata.

CAROLVS RYMIVS Gandenſis I. C. Eques, acutus Philoſophus, omniſque hiſtoriæ & antiquitatis ſcientiſſimus, facundus Orator, ſuauiſſimus poëta, PHILIPPO II. Hiſpaniarum Regi à Conſilijs, MAXÆMYLIANI II. Imperat. ad Turcam Legatus. ſcripſit

Hodæporicon, de itinere ſuo Turcico. Legationem iſtam tanta laude obiuit, vt Imp. meritò prædicauerit, ſolos ferè Flandros Legatos Imperio ſuo maximè profuiſſe.

Carmen elegantiſſimum in gentem RYMIAM.

CAROLVS SCRIBANIVS, Bruxellenſis, Societ. IESV Clericus, Collegij Antuerpienſis & Bruxellenſis rector multos annos, & prouinciæ Belgicæ per Flandriam Prouincialis. Hiſtoricus, Philoſophus ac Theologus. Linguam Gallicam, Italicam Hiſpanicam exactè loquitur. Homo natus ad componenda diſſidia, vnde non exiguam ſibi auctoritatem conciliauit Ob Belgica ſocietatis negotia Romam ſecundò profectus eſt. Mitrâ & pedo digniſſimus, niſi ſocietatis inſtitutum prohiberet. Quæ in tantis occupationibus ſcripſit, hæc ſunt:

ARS *Mentiendi Caluiniſtica*, nomine *Romani Veronenſis* edita.

Amphitheatrum honoris, aduerſus Caluiniſtas lib. IV. nomine *Clari Bonarſi* typis Plantini.

Commentarium in Dominici Baudij Gnomas. Antuerp. 8.

Defenſio poſtuma I. Lipsi. Ibidem, typis Moreti, 1608. 12.

Antuerpia, de vrbis ciuiumq́ laudibus ac moribus. Ibidem 4.

Origines Antuerpienſium. Ibidem 1610. 4.

Orthodoxæ fidei Controuerſa, lib. VI. Ibidem, quorum

I. De Scriptura, Traditionibus, Iudice.

II. De Apoſtolicæ fidei germanis denuntiatoribus.

III. De reliquijs Sanctorum.

IV. De Miraculis.

V. De Sanctorum inuocatione & cultu.

VI. De Imaginum cultu.

Philoſophus Chriſtianus, ad ampliſſ. Card. *Fred. Borromæum*, 1614. typis Nutij.

Meditationum ſacrarum Tom. II. Belgicè, & Latinè *Ioanne Briſſelio* interprete, 1615. & Coloniæ 1618.

Amor diuinus, Ibidem 1615. & Coloniæ 1618.

Religioſus ſuperior, apud hæredes Nutij, Antuerpiæ.

Medicus Religioſus, de animorum morbis & curationibus. Ibidem 1619.

Adoleſcens prodigus, ad Illuſtriſſ. Card. *Maphæum Barberinum*.

Inſtitutio politico Chriſtiana, ad PHILIPP. IV. Indiar. Hiſpp. Reg. Ibidem 1624.

CAROLVS SMYTERIVS, Gand. in curia Flandriæ Aduocatus, & dein in curia

Digitized by Google

Curia Hollandiæ Conſiliarius, Iuris humaniorumque literarum ſcientia clarus. Fertur reliquiſſe

Carminum libb. aliquot.

Deciſionum & Sententiarum libb. IV.

Obijt Vltraiecti, & ſepultus in Eccleſia ſancti Petri, hoc epitaphio:

NOBILI AC DOCTO VIRO D. CAROLO SMYTERO GANDENSI, CVRIAE HOLLANDIAE SENATORI REGIO.

Hic poſuit Flander SMYTERVS CAROLVS, *vrnam*
Conſul apud Batauos Regis Ibere tui.
Cum Batauos bellis vexat Ciuilis Erynnis
Fixos heu proprijs viſcera vulneribus:
Martius hunc rapuit, cœloque Aſtraa locauit:
Hic celebri tantum nomine fama viget.

CAROLVS SVCQVETIVS Flander I. C. eximius, Taurini Iuriſprudentiam publicè interpretatus eſt. *Andream Alciatum* audiuit, & Biturigibus VIGLII ZVICHEMII amicitiâ floruit. Patrem habuit *Antonium*, Conſiliarium arcani Concilij, & candidiſſimum litteratorum patronum, crebris legationibus quoque illuſtrem. Scripſit

De Interdictis lib. I. Taurini, vbi & mortuus, cui Næniam ſcripſit *Ioannes Secundus Hagienſis.*

Vide *Antonium Sanderum*, De ſcriptoribus Flandriæ, & *Eraſmum Roterodamum* XXIII. Epiſt. lib.

CAROLVS VERMANDERVS, vel VAN MANDER Cornelij F. naſcitur Meulenbequij municipio Flandriæ non ignobili anno Chriſti M D. XLVIII. menſe Maio. Eius domum ſiue familiam illuſtrem fecêre WALTERVS VAN MANDER Epiſcopus aliquando Tornacenſis, & IOANNES VAN MANDER Eques, CAROLI noſtri abauus, ad diuæ Virginis Brugis Præpoſitus, qui eloquentiæ ac doctrinæ ſingularis dotibus exornatus, à PHILIPPO BONO Legatus miſſus eſt ad firmandas nuptias HENRICI PRINCIPIS WALLIÆ cum filio IOANNIS BVRGVNDIONIS. CAROLVS verò noſter Tileti fundamenta linguæ Latinæ iecit: exin genio ita ducente, arti pictoriæ ac rhetoricæ vernaculæ ſe totum ſacrauit, ac pluſculas Comœdias & Tragœdias in Theatrum dedit. Anno Domini M. D. LXXIV. Romam vidit, & Cardinalibus ac Primoribus, quorum palatia penicillo ſuo adornauit, in delicijs fuit. Baſileam quoque Heluetiorum & Viennam inſpexit. Tandem vitæ aulicæ ac itinerum pertæſus, patriam repetijt, duxitque vxorem virginem XVIII. annorum formæ non contemnendæ. Vaſtato, à quibuſdam rebellibus, (MALECONTENTOS per id tempus indigetabant) lare patrio, Harlemij in Batauia annos XX. quietè egit. Reliquum vitæ tempus Amſtelodamenſibus dedit, in qua vrbe mortuus & ſepultus in Eccleſia

P 2 veteri

veteri anno M. DC. VI. Moriens identidem repetijt, quod illi frequens in ore fuerat elogium: *Inſtante morte, non aliud ſuppetit conſilium quàm quieſcere & emori ſuauiter.*

Pinxit & ſcripſit idiomate Flandrico non paucula, vt ſunt Tragœdiæ & Comediæ, DAVID, NOE, SALOMON, NABVGODONOSOR, SABA, HIERAM, & DINA.

Metamorphoſis Ouidianæ expoſitio. Harlemij, 1604. Amſterod. 1616.

Fundamenta artis pictoriæ,

Vitæ antiquor. Pictorum Ægypt. Græcor & Romanor. Ibidem.

Vitæ Pictorum Italorum, Germanor. & Belgarum. Ibidem.

Iliades Homeri, Bucolica & Georgica P. Virgilij Maronis elegantiſſimè rythmo Belgico expreſſit, Ibidem, typis Adriani Rooman, & prodierunt poſt mortem.

Origo, diſtructio & reſurrectio vrbis Amſtelodamenſis & alia.

CAROLVS VIRVLVS, quaſi homuncionem dicas, Belgis **Manneken**, Flander, Caſletenſis, gymnaſij Lilienſis Louanij primus rector, ſcripſit *Formulas Epiſtolarum* excuſas anno M. CCCCLXXXII. primum, iterum 1493. Coloniæ & Pariſijs, in quas vt barbaras incurrit litterarum Phœnix *Eraſmus Roterodamus* lib. de Conſcrib. Epiſt.

Obijt Louanij, III. Id. Maij, anno à partu virginis M. CCCC. XCIII. Ætatis LXXX. & ſepultus apud Canonicos regul. ſancti Martini in templi odeio, ſicque in eius ſepulcro affixum legitur:

PRAEFVIT PAEDAGOGIO LILI CVM SVMMA GLORIA
SEX ET QVINQVAGINTA ANNIS,
MAGNVS HVIVS COENOBII DVM VIXIT,
SVFFRAGATOR ET PAVP. ELEEMOSYNARIVS:
VNIVERSITATIS QVOQVE LOVANIENSIS
IN LITTERIS HVMANIS,
ET OMNI HVMANITATE TVNC DECVS.

Aliud.

Hic ſitus eſt CAROLVS VIRVLVS *cognomine dictus,*
Sed pietas magnum quem probat eſſe virum.

CAROLVS VERON Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini, Theologiæ Doctor, Prior Tornacenſis Conuentus, ſummo ingenio & prudentia præditus, inque ſacrarum litterarum ſtudijs optimiſque artibus feliciter verſatus, ſcripſit

Triumphum S.S. Ioſephi & Annæ.

CAROLVS VTENHOVIVS CAROLI F Gandenſis, V. N. Poëta excellens in Græcis, homo totus à Muſis & Gratijs factus ad humanitatem & libentias. Calluit linguas Latinam, Græcam, Italicam, & Anglicam & Gallicam. In Gallia docuit filias *Ioannis Morelli & Antoniæ Doloniæ* Græca & Latina, vt eius ſcripta teſtantur.

teſtantur. Auum habuit *Nicolaum Vtenhouium*, qui præter exactam Iuris prudentiam, præter elegantiorum etiam litterarum ſcientiam, tanta modeſtiâ, iudicio, animi moderatione atque integritate fuit ornatus, vt multis annis nemo Gandaui, principali totius Flandriæ Concilio maiore cum laude præſederit. Vt autem litteras in delicijs habuit, ita & litteratos ſummo proſecutus eſt amore, quorum facilè princeps fuit *Eraſ. Roterodamus*.

Carolus de Græco in Latinum vertit

Callimachum, & Nonni Dionyſiacon libb.

Elegiam Penelopes ad Vlyſſem de Latino in Græcum tranſtulit.

Xeniorum lib. ſiue *Alluſionum*, ad nomina illuſtrium aliquot Europæ virorum.

Commentariolum ſiue *libell. Adſertatorium quo Principp. duorum Hiſp. Philippi II. & Turcæ Mahometi III. vires, opes, prouinciæ*, &c. *explicantur ex Ioanne Botero* Italo in Latinum vertit, cum eiuſdem *Vtenhouij* præfatione.

Epitaphia in mortem HENRICI II. *Galliarum Regis.*

Eiuſdem legitur *Mythologia Æſopica*, carmine Elegiaco.

Carmina Græca & Latina in commendationem Auctorum.

Obijt Coloniæ anno partæ ſalutis M. DC. Kal. Auguſti apoplexia dum circa meridiem ſurgit ad prandium, annum agens LXIV. nullis relictis liberis. Hoc ſibi epitaphium ſcripſit:

Hic & ego tandem capio ecce in puluere ſomnum,
Opperiorque diem, mea quâ mutatio fiat;
Namq́ animam redimet famulorum IOVA *ſuorum,*
Ipſe creaturamq́ ſuam ſeruire ſuetam
Aſſeret à carie corrupta molis, in æuum
Libertate Dei ſoboles vt honore fruatur.
Hæc animo ſpes certa meo atque immota repoſta eſt.

Prodijt liber Epitaphiorum varijs linguis è viris eruditis in eius laudem & mortem.

CASPAR SCETVS vide GASPAR SCETVS.

CASPERIVS GEVARTIVS I. C. & S. P. Q. Antuerpienſi, ab Actis mihi percarus eruditionis nomine. Patrem habuit IOANNEM GEVARTIVM I. C. Hiſtoriæ veteris & præſertim Belgicæ apprimè peritum, cuius in duodecenalium Belli Belgici induciarum fundamentis iaciendis, diligens ante P. IOANNEM NAYVM opera enituit. Natus VIII. Idus Auguſti, anno Domini CIↃ. IↃ. XCIII. Antuerpiæ. Prima litterarum tyrocinia in ſocietat. IESV gymnaſio poſuit: mox Philoſophicis ſtudijs Louanij imbutus, Lutetiam Pariſiorum, velut ad mercatum bonarum artium profectus eſt; viriſque ibidem dignitate & eruditione claris, imprimis *Errico Memmio* ſenatus Pariſienſis Præſidi, *Gulielmo Verio*, Galliarũ Procancellario, *Frontoni Ducæo*, *Dionyſio Petauio*, aliiſque carus fuit. In patriam redux, I C. titulum Duaci accepit, anno M. DC. XXI.

 Non

Non vulgaris illic laus ac fama à Poëmatijs conſcribendis, in quibus tanta venuſtas & gratia, vt vel cum primis ſeculi noſtri Poëtis conferri poſſe videatur. *Guilielmi Cambdeni*, magnæ Britanniæ regis Hiſtoriographi, hoc eſt de noſtro GEVARTIO iudicium in Epiſtola ad *Nicol. Fabricium Pereſium*; ſenatorem regium: CASPERII GEVARTII *cultiſſimum in Equeſtrem* ERRICI MAGNI *ſtatuam, Carmen, vt principis Poëtarum nuper admitabar: nunc verò* ELECTA, *vt Dictatoris perpetui in Reſpub. literaria futuri ſuſpicere incipio*, &c. Edidit adoleſcens

Papinianarum lectionum libb. v. Pariſijs in 4. & alibi.

Electorum lib. III. in quibus plurima vett. ſcriptorum loca emendantur & illuſtrantur, *& Epitaphium* ÆLIA, LAELIA, CRISPIS, *nouiter explicatur*. Pariſijs in 4. 1619.

Statuam equeſtrem HENRICO IV. *Gall. & Nauarræ Regi in nouo Sequanæ ponte erectam*, carmine heroico, aliaſque Syluas. Ibidem in 4. anno Domini 1617.

Præ manibus habet penè affecta

Imp. Caſ. M. AVREL. ANTONINI τῶν εἰς ἑαυτὸν libb. XII. *Cum doctiſſimis Notis.*

Prodierit ſimul illud opus, dicetur habere
Non TIBERIS *Latias, ſed modò* SCALDIS *opes.*

Item XII. Caſſ. AVSTRIACORVM *Elogia*, aliaque ſi DEVS vitam largiatur.

CHRISTIANVS ADRICHOMIVS, Delphius, Batauus, patria pulſus à Caluiniſtis, Traiecti & Machliniæ vixit, Coloniæ deuixit, diligens Terræ Sanctæ illuſtrator, frequenter vſus libro *De terra Sancta* VRBANI IV. Pont. Max. qui ante Pontificatum dictus *Iacobus Pantaleo*, Patriarcha Ieroſolymitanus. Coloniæ edidit

Precationes, vocatque *Fontem Orationum*, & Chriſtianum Crucium ibi ſe nominat.

Theatrum terræ Sanctæ, cum tabulis geographicis æneis, anno 1593. & 1600. Coloniæ, à morte auctoris prodijt.

Terræ Sanctæ deſcriptionem iuxta XII. Tribus Iſraël.

Deſcriptionem vrbis Ieroſolymitanæ, quemadmodum fuit tempore Chriſti. Coloniæ Agrippinæ, apud Birckmanum & Arnoldum Mylium, 1592.

Chronicon vtriuſq; Teſtamenti hiſtoriam continens.

Obijt anno Chriſti M. D. LXXXV. & ſepultus in maiori Nazareth, quod virginum Canonicarum regularium ſancti Auguſtini eſt cœnobium, cui etiam aliquandiu cum laude præfuit, hac inſcriptione:

D. O. M.

MONVMENTVM REVER. ET ERVDITI
D. CHRISTIANI ADRICHOMI DELPHI
SACRATARVM VIRGINVM S. BARBARAE
APVD DELPHOS HIERARCHAE

OBIIT

Digitized by Google

OBIIT ANNO NATIVIT. DOMINI
clↄ. Iↄ. LXXXV. XII. KAL. IVLII
ANNO AETATIS LII.
EXILII VERO QVO CAVSSA FIDEI.
A PATRIA EXVLAVIT XIII.

Gens ADRICHOMA *Deo nomen, ſed patria Delphi*
Vitam inter Batauos clara potenſque dedit.
BARBARAE *apud ſanum rexi ſine labe ſorores*
Integra quando domi Paxq; Fideſq; ſtetit.
Aſt vbi cuncta ruère, Fides, Pax, Iura, receßi,
Anteferens patrio rura Vbiana ſolo.
Hic Solymorum vrbem Bauara de gente dicabam
ERNESTO, *præſtans & memorabile opus.*
Otia pertæſus, ſcripſiſſem plura, ſed atrox
Vtile Mors ſtudium ſuſtulit omne meum.

CHRISTIANVS CELLARIVS Flander, natus Iſenbergæ in agro Furnenſi. Primum Louanij publicè Græcas litteras docuit, poſt Bergis ad ſanctum Winocum ludum litterarium aperuit, ſcripſit

Orationem contra mendicitatem pauperum, ad pauperum Diſpenſatores per Flandriam. Antuerpiæ typis Henrici Petri, anno 1531. 8.

Carmen Heroicum de bello per CAROLVM V. *in Hungaria aduerſus Solymannum Turcarum Imp.* Ibiden, anno 1533.

Carmen de incendio vrbis Delphenſis. Ibidem, anno 1536.

Epitaphia quorundam doctorum virorum.

CHRISTIANVS FVRNIVS, ſcholæ Traiectinæ ad Moſam fl. Gymnarſiarcha, edidit

Carmina Scholaſtica, ad ampliſſ. Senatum Traiectenſem, typis Iacobi Bathenij, anno 1553.

CHRISTIANVS ISCHYRIVS, fortè STERCK idiomate vernaculo, induitque Græcum nomen, Iuliacenſis, præsbyter prietate doctinaque ſingulari, edidit.

Ecphraſin & Enarrationem in VII. Pſalmos Pœnitentiales. Coloniæ.

In Pſalmos de B. MARIA *Virgine.* Ibid. typis Gaſperi Genepæi.

In Pſalmos ac Lectiones de defunctis. Ibid.

Meditationem in Orationem Dominicam.

De bonis operibus & igne Purgatorio.

De ieiunij & ciborum delectu.

De Diuorum ſuffragijs.

Præconia B. MARIAE *Virginis.*

CHRISIANVS MASSÆVS Hieronymianus, è Waſtena oriundus in Flandria ad Liſam fl. clↄ. CCCC. LXIX. XIII. Maij. Gandaui primum iuuentutem docuit. Cameracenſem ſe ſcribit, quod ibi perpetuo degens, optimis & diſciplinis & moribus adoleſcentes imbuit, etiam Grammaticam

ticam, quam & verſibus euulgauit, quo tempore & *Ioannes Deſpanterius*; cuius æmulus erat. Scripſit

Grammaticas Præceptiones, regulas generales carmine complexus.

Vitam D. Hieronymi, valde accuratè.

Contra Iacobum Martinum lib. I.

Chronicorum ab orbe condito lib. XX. quo in opere quinquaginta amplius annos conſumpſit.

Tractatum De Pſalmorum titulis & auctorib. vide Trithemium.

Kalendarium Ægyptium, Hebraicum, Macedonicum & Romanum.

Chronicon Cameracenſe MS. in abbatia S. ſepulcri Cameraci.

Dialogos & Epiſtolas ad diuerſos.

Moritur anno à Chriſto nato Cameraci M. D. XLVI. XXV. Septembris, decrepitæ ætatis.

CHRISTIANVS PIERIVS Colonienſis, ſcripſit carmine CHRISTVM CRVCIFIXVM, in quo omnia verba incipiunt à C. Francofurti, anno Domini 1576. in quarto, in officina hæredum Chriſtiani Egenolphi.

CHRISTOPHORVS BROWERVS, Arnhemius, Gelder, Soc. IESV clericus, Theologus ac Philoſophus, & Antiquitatis Eccleſiaſticæ tum profanæ eruendæ ſtudioſus & felix, quo nomine à *Card. Baronio* Tom. X. Annal. Eccleſiaſt. valde laudatur. Anno ſalutis CIↃ. IↃ. XXC. XII. Martij in ſociet. IESV Coloniæ admittitur, iuuentutem politioribus litteris expoliuit, Philoſophiam etiam Treueris profeſſus, rectorque fuit collegij Fuldenſis. Edidit

Venantium Fortunatum, quem Notis illuſtrauit, nouiſque Tractatibus auxit.

Antiquitatum Fuldenſium lib. IV. Antuerpiæ typis Moreti, anno Domini 1613. 4.

Sidera illuſtrium & SS. Virorum, qui Germaniam ornarunt, è MSS. in lucem aſſeruit, Moguntiæ, 1616. 4.

Collegit quoque *Antiquitates Annalium Treuirenſium, & Epiſcoporum Treuirenſis Eccleſiæ Suffraganeor. vt Metenſium, Tullenſium & Verdunenſium.* Coloniæ, apud Bernardum Gualterum, anno 1626.

CHRISTOPHORVS VAN HEVRNE V.N. & I.V. Doctor, patriarum præſertim antiquitatum genealogicarumque rerum, ac omnium deliciarum ſtudioſiſſimus. Multa ac varij argumenti apud ſe MSS. lucubrationes habet, diligente cura & aſſiduo labore congeſtas, videlicet

Inſcriptiones & Epitaphia Italiæ, Germaniæ & Heluetiæ.

Arma gentilitia illuſtrium familiarum Belgii.

Chronicon de rebus Gandauenſium, eiuſdemque vrbis Faſtos Conſulares.

De officio Heraldi, vulgò *Roy d'armes.*

De Duello & Torneamentis: de ijs deniq; omnibus quæ in creatione Imp. Regis, Archiducis, Ducis, Comitis, Baronis, ſimiliumq; Heroum requiruntur.

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS, Tranſalpinorum omnium eloquentiſſimus. Hunc Machlinienſes ciuem eſſe dicunt ſuum, & de

de ſe ipſe diſertè teſtatur. Bataui, *Eraſmo Roterodamo* auctore, ſibi vindicant, Schoonhouiâ opido oriundum, aut matre potius Schoonhouiana. Pariſienſes repetunt, ſuumque eſſe affirmant. Cùm vix annos IX. natus eſſet, à parente Lutetiam miſſus, celeriter omnibus in artibus ita profecit, vt æqualibus longè præſtaret. *Philippum Decium* celebrem Iuris interpretem annos aliquot ſtudiosè audiuit. Hiſpaniam vniuerſam, Italiam, Galliam, Germaniam, Britanniam, aliaſque prouincias luſtrauit. Patauij (repetendæ vrbis cogitatione depoſitâ) ſe continuit, & *Reginaldo* POLO adoleſcenti, poſt Cardinali, perpetuò adhæſit. Erat temporibus iiſdem iucundus *Iacobo Sadoleto* & colebatur à *Petro Bembo*, S. R. E. Card. LEO quoque Pont. Max. quamuis Patauij agenti, ſtudiorum ſumptus liberaliter ſeppeditauit, & Palatino Comitatui vltrò adſcripſit. *Guilielmum Budæum*, *Lazarum Bayſium* aliosque amicos habuit. Græcas litteras nondum vertente ſe anno accuratè didicit. Ciceronianæ in primis dictionis fuit æmulus, parem fortaſſis habiturus neminem, ſi vixiſſet. Scripſit

Orationes V. de laudibus vrbis Romæ, & II. quibus reſpondet eorum accuſationi, qui eum Romæ perduellionis reum egere, ab *Aldo Manutio* excuſas.

Orationem ad Lutheranos iam damnatos.

Orationem de LVDOVICI *Francorum Regis, gentiſque Gallicanæ laudibus.*

Orationem de laudibus C. Plinij. Baſileæ.

Epiſtolarum lib. v. Baſileæ, Pariſ. & Coloniæ.

Hiſtoriam Herbarum.

Comparationem Iuris Ciuilis cum re militari.

Commentarium in XI. Plinij libros. Pariſ. fol. quod & legiſſe ſe *Paulus Iouius* lib. de piſcibus Romanis, ſignificat.

Elegias & Epigrammata varia.

Moritur flos ille Belgarum Patauij, anno quo ipſe Pontifex extinctus eſt. cùm vix IV. & triceſimum annum ætatis attigiſſet, & conditus in D. Franciſci habitu eiuſdem Ordinis, anno Chriſtianæ ſalutis CIↃ. IↃ. XXII. Vitam eius accuratè ſcripſit *Reginaldus Polus*, vt in huius vita refert *Andreas Dudithius*, Tumulumque *Petrus Bembus* exſtruendum curauit.

CHRISTOPHORO LONGOLIO BELGAE
ROMANAM CIVITATEM
PROPTER EXIMIAM IN STVDIIS LITERARVM
PRAESTANTIAM ADEPTO
SVMMO INGENIO, INCREDIBILI INDVSTRIA
OMNIBVS BONIS ARTIB. PRAEDITO
SVPRA IVVENTAE ANN. IN QVA EXTINCTVS EST
MAGNO CVM ITALIAE DOLORE
CVI INGENTEM SPEM SVI NOMINIS EXCITAVERAT
PETRVS BEMBVS AMICO ET HOSPITI POS.

Te iuuenem rapuère Deæ fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent moriturum tempore nullo
LONGOLI, *tibi ſi canos ſeniumque dediſſent.*

CHRI-

Digitized by Google

CHRISTOPHORVS VLADERACCVS, Geſſenſis, qui pagus eſt altero à Sylua-ducis lapide, gentis *Vladeraccæ* Dominij. Bonas litteras adoleſcens tam hauſit auidè, vt raro ſui ſeculi exemplo *M. Tullium* diligenter ad imitandum iuuentuti Syluæ-ducenſi prælegerit, vbi multos annos ſtudia rexit Præfectus, trium linguarum peritiſſimus. Extant eius

Polyonyma Ciceroniana, cum vario indice, vt diuerſarum nationum linguis ſeruire poſſit, typis Plantini, anno 1597. 8.

Selectiſſima Latini ſermonis Phraſes, ex vno ſoloque *Cicerone*.

Formulæ epiſtolis conſcribendis vtiliſſimæ, ex eodem *Tullio* collectæ.

Flores M. Accij Plauti Comici ſelecti lib. IV. Antuerpiæ, anno 1597. 12. Priori *Sententiæ inſigniores: altero Facetiæ & Adagia: tertio Latini ſermonis phraſes: quarto vocabula abſtruſiora continentur.* Ibidem.

Apotheoſis, ſiue *Carmen funebre, in obitum Georgij Macropedij:* cui in profeſſione ſucceſſit, Antuerpiæ typis Siluij, 1565. 8.

Fatalem compleuit diem Syluæducis, & ſepultus in templo primario *D. Ioanni Euangeliſtæ* ſacr. hoc epitaphio, quod viuus ſibi poſſ.

Dum docui, vixi: lites eane peius & angue
Exoſus, pacem da mihi, CHRISTE, *tuam.*

M. CHRISTOPHORVS VLADERACCVS
PROFESSOR TRILINGVIS X. ANN.
RECTOR SCHOLAE,
ET XL. ANNOS LECTOR PRIMARIVS,
QVI OBIIT ANNO CIƆ. IƆCI.
IDIBVS IVLII.
HVIC VIATOR BENE PRECARE.

CLAVDIVS BRIARDVS, Concilij Belgici apud Machlinienſes Præſes, ſcripſit Flandricè Latineque mixtum

De ordine & forma iudiciorum, in cauſis cùm ciuilibus, tum criminalibus.

Viuere deſijt Machliniæ anno CIƆ. IƆ. LVII. X. Octobris, & ſepultus in *D. Ioannis*.

CLAVDIVS CANNINIVS Duacenas, Theologus & I.C. Paſtor & Canon. ad *S. Petrum*, extat eius

Apparatus bellicus oppugnationis Turris Babel, de legibus politiæ humanæ, Eccleſiaſticæ & Ciuilis. Antuerpiæ, apud Petrum & Ioannem Belleros, anno Domini 1620.

CLAVDIVS DAVSQVEIVS, vel *D'Auſque*, naſcitur Audomaropoli anno M. D. LXVI. pridie ſanctæ Barbaræ, ſub horam X. ante meridianam, S. Theologiæ Licentiatus & Canonicus in D. Virginis apud Neruios, rara Græcarum literarum cognitione præditus. Incredibile quantum rerum, quantum ſententiarum, quantum antiquitatis in vno pectore; qui quidquid in annalibus fidele, quidquid apud Grammaticos eruditum, quidquid in Poëtis varium, vnus hauſit iuſtus heres veterum litterarum, teſte *Caroli Scribanio* in *Amphitheatro* honoris. Vertit Latinè de Græco

Baſil-

Baſilij Seleucienſis Epiſcopi Homelias XLV. Notiſque pereruditis illuſtrauit.

Notas vberes in Q. Calabri παραλειπόμενα, *& Cointhi Smyrnai* Ἰλιάλωσιν Francofurti, apud Aubrios, 1614. 8.

Scutum duplex, pro Iuſto Lipſio, & B. Virgine in Aſpricolle, contra Agricolam Thiacum. Duaci, typis Bogardi, 1610. 8.

Commentaria doctiſſima in Silium Italicum. Pariſijs 1618. 4.

Propediem alia plurima lucem viſura.

CLEMENS NON PAPA, Batauus, excelluit ſuo tempore in Muſica, ob id CAROLO V. Imp. mirè gratus. Compoſuit

Cantiones ſacras quas Moteta vocant, & Prophanas 4. 5. 6. vocum Antuerpiæ typis Tilmanni Suſati, Phaleſij aliorumque.

CLEMENS PERRETUS Bruxellenſis, vixit tempore Ducis Albani dum in Belgio pro-regem ágeret. In arte ſcribendi nulli ſecundus, ita vt omnibus Belgij ludimagiſtris palmam præripuerit. Huius exſtat

Exercitatio Alphabetica noua & vtiliſſima, varijs expreſſa linguis, & characteribus, raris ornamentis & vmbris & receſſibus, picturæ architectureque admirabilis, Antuerpiæ anno 1569.

CONRADUS GOCLENIUS Weſtphalus Mengerichuſanus, Canonicus Antuerpienſis, Louanj perpetuo vixit, & deuixit, vnde meritò inter Belgas locum habeat: primus in collegio trilingui Buſlidiano Latinam linguam docuit anno CIↃ. IↃ. IX. Kal. Decembris Ingenium illi argutum, doctrina minimè triuialis, induſtria indefatigabilis: mores mira comitate ac iucunditate conditi, quo factum, ut litteras quas docebat, etiam apud illos redderet gratioſas, qui prius auerſabantur. *Eraſmus Roterodamus*, ſic amare virum ſolebat, vt vel ſolo illius affectu cogeretur amare quemlibet. Paucos eius ſuperſtites habemus libros. Recenſuit

Lucani Poeta Opera.

Carmine Elegiaco complexus eſt *Elenchum lucubrationum Deſ. Eraſmi.*

Vertit è Græco *Luciani Hermotimum*, ſeu *De Philoſophorum ſectis Dialogum*, & *Thomæ Moro* inſcripſit, qui tanti auream viri eloquentiam fecit, ut poculo eum inaurato aureis Anglicis pleno remuneratus ſit.

Notas perbreues præterea dedit *in officia Ciceronis.*

Obijt præproperè, lento & diuturno morbo cum morte conflictatus, cum vix nonum ac quadrageſimum ætatis annum expleuiſſet, Profeſſionis XX. funebri ornatus Oratione, à *Petro Nannio*, & conditus in *D. Petri* hoc elogio:

CONRADO GOCLENIO
MENGERICHVSANO,
LIBERALIVM ARTIVM
TRILINGVISQ. COLLEGI LATINO
PROFESSORI FACVNDISS. AC
CONSERVATORI OPTIMO,
NEC NON CANONICO ANTVERPIENSI
AMICI POSS.

OBIIT

OBIIT IPSO DIE CONVERSIONIS S. PAVLI,
SVB HORAM PRIMAM POMERIDIANAM
ANNO A CHRISTO NATO CIƆ. IƆ. XXXIX.
VIII. KAL. FEBR.

CONRADVS iacet hic GOCLENIVS; alter Eraſmus
Ingenio, lingua, moribus atque fide.
Hunc lugete virum Græcæ Chariteſque Latinæ,
Et decus amiſſum Buſlidianá domus.
Ille ſcholarum auxit pomœria læta LouanI,
Traxit eò omnigenûm millia multa virûm.
Immatura quidem rapuit te Parca diſertum,
Vix dum condideras integra luſtra decem.
Præmia ſed voluit Chriſtus tibi digna labore,
Et feſtinatas reddere delitias.

CORNELIVS ADRIANI F. Dordracenus, Franciſcanus & Guardianus, ſac. Theologiæ interpres, triumque linguarum callentiſſimus, Brugenſem populum XXX. annos diuini verbi pauit alimento. Habeo ex *Iano Lernutio*, ſe vidiſſe *Conciones doctiſſimas* ineditas, quæ proculdubio turbulentiſſimo hoc tempore perierunt, aut alibi latent. Scripſit præterea

De VII. Sacramentis.

Rebus humanis exemptus Brugis anno Domini M. D. LXXXI. Iul. XIIII. Ætatis LX. & ſepultus in Xenodochio *S. Ioannis*, ad cornu ſummi altaris, hoc epitaphio:

Ecquis in obſcuro latilans (dic parua tabella)
Tumulo hoc repoſitus conditur?
Quis fugiens adeò eſt & fama & lucis & auræ
Vmbris vt hic velit obrui?
Tune Pater celebri condigno ex marmore crypta
Hic DORDRACENE recubas?
Quem tam facundæ decorauit gratia linguæ
Monita ſalutis cùm dares.
Vt tua fama volet totum vulgata per orbem,
Stridente quamuis Zoilo.
Sed quia Seraphici placuit pia ſemita Patris,
Placuit ſepulchrum ignobile.
Nam tituli & Pario exciſa de marmore tumbæ
Ætatte longâ intercidunt.
Virtus ſola viget viuitq́ æterna, nec æuo
Labente longo extinguitur:
Hac iam te æquauit Superis, cœloque beauit,
Sertis decorum fulgidis.
Quid iuuat ignoto hunc igitur requieſcere buſto,
Qui mente cœlo vixerit?

Quantus hic vir fuerit, dicet Inſcriptio quæ exſtat Brugis in Conuentu Fratrum

Fratrum Minorum, & in *Selectis Chriſtiani Orbis Delicÿs* FRANCISCI SWEERTII.

CORNELIA ADRICHOMIA, *Arnoldi F.* Batana, velata, ord. *D. Auguſtini*, Beuerſwici in Caninefatibus generis nobilitate & ſacræ Poëſios ſtudijs longè clariſſima, *Pſalmos Dauidicos carmine reddidit*, aliaque pia ſcripſit *Poëmata*, cuius eruditum ingenium admiratus eſt *Iacobus Faber Stapulenſis*, teſte *Cornelio Suſio*, hoc ſibi ſcripſit epitaphium.

Corpus humo, Superis animam CORNELIA *condo,*
Puluerulenta caro vermibus eſca datur.
Non lacrymas, non ſingultus, triſteſue querelas,
Sed CHRISTO *oblatas iam precor vmbra preces.*

CORNELIVS MVSIVS Poëta & Martyr caſto amore hanc proſecutus eſt eruditionis nomine.

CORNELIVS AVRELIVS dictus *Gaudanus* Batauus, Poëta & Hiſtoricus, Canonicus regularium *S. Auguſtini* in Hemſdonck, Territorij Dordracenſis, eiuſdem ordinis cum ſuo in litteris vitæque genere diſcipulo *Eraſmo Roterodamo*, vincta ac pedeſtri oratione (vt de ſingulari antiquitatis notitia nihil dicam) ſuo ita ſeculo inclaruit, vt *Maxæmylianus Imp.* nihil tale cogitanti lauream poëticam per *Stephanum Cracouienſem*, virum eruditum, miſerit. Coëtaneos habuit *Gulielmum Hedanum* & *Reynerum Snoy*, non ignobiles Hollandicarum rerum Hiſtoricos. Scripſit

Defenſionem gloriæ Batauicæ, & *Elucidarum variarum quæſtionum ſuper Batauina regione & differentia*, quos titulos breuitatis cauſſâ *Bonauentura Vulcanius* in hunc commutauit: *De ſitu & laudibus Bataniæ*. Antuerpiæ, typis Plantini, anno clɔ.Iɔ. LXXXVI. 8. & Lugduni Batauorum.

Diadema Imperatorium, ſiue *De Officio boni Imperatoris*. Ibidem

Epiſtolas ad viros illuſtres.

De gloria & miſeria VII. artium liberalium.

Orationum lib. II.

Caroli Hiſp. Regis præconia, quibus titulus *Prognoſticon, carmine Elegiaco.*

Gratiarum actionem ad Henricum Comitem Naſſouium, ob victoriam aduerſus Gelros, carmine Heroico, lib. II.

Querimoniam Pacis, carmine Elegiaco.

De Hollandiæ illuſtribus viris & locis.

Apocalypſin ſiue *Narationem facetiſſimam ſuper obitu Ludouici Regis Galliarum, & Maxæmyliani Imp. Romanor.* Carmine elegiaco.

De obſidione vrbis Schoonhonienſis per Sicambros; eodem genere carminis.

De S. Cornelio ſummo Pontifice & Martyre.

De S. Martino, & *D. Nicolai Vitam.*

Dialogum Veſtæ & Neptuni, ſuper inundatione, carmine elegiaco.

De morte Belli Traiectenſis Hiſtoriam.

CORNELIVS BAERSDORPIVS, Goeſanus Zelandus, Medicus, ſcripſit

Methodum Vniuerſæ artis Medicæ formulis expreſſam, ex *Galeni* traditionibus, qua ſcopi omnes curantibus neceſſarij demonſtrantur, in partes V. diſſectum. Brugis, anno 1538. typis Hub. Croci.

CORNELIVS BEECK, Canonicus regularis in monaſterio Diuiſionis Apoſtolorum Vltraiecti Prior, elegantis homo ingenij ac doctrinæ, ſcripſit

Chronicon ſui monaſterij.

Orationem contra proprietarios.

Tractatum de viſitationibus monaſteriorum. Vltraiecti M.S.

CORNELIVS BLOCHIVS, ſcripſit

Orationem de proprietatibus Religioſorum, Louanij, 1565. quam quidam *Ioanni Coſterio* adſcribere voluerunt.

CORNELIVS A BREDA Bruxellenſis, Antiquitatis & Hiſtoriarum peritiſſimus, ingenij modeſti, optimique iudicij. Iuuenis Louanij *Erycium Puteanum* aſſiduè audiuit cum fructu, ſcripſit Venetijs

Cymbam, ſiue *De hora veſcendi, Dialogum.*

Errores per Germaniam, quibus Germaniæ veteris ritus & Antiquitates includit. Louanij, typis Flauij, 1613. 4.

Obijt Crempſij in Bohemia dum caſtra Imp. FERDINANDI ſequitur contra Palatinum reliquoſque confœderatos. M. DC. XX.

CORNELIVS CALLIDIVS, vide CORNELIVS LOOSEVS CALLIDIVS.

CORNELIVS COLVMBANVS Vranxius, ſac. Theologiæ Licentiatus, & olim Profeſſor in celeberrimo Tungerloenſi Norbertinorum cœnobio, Canonico dein ac Pœnitentiario Gandenſi, poſtea ad *D. Petrum* in Blandino Abbas. Vir bonus & ipſa pietas, mihi familiaris. Collegit *De vera atque reali corporis Chriſti in Euchariſtia præſentia* contra Caluinianos, *S. Ioan. Chryſoſt. Teſtimonia* inſcripſitque *Malleum Caluiniſtarum*. Antuerpiæ typis Ioannis Keerbergij, anno 1607.8.

Scripſit multa alia idiomate Flandrico, *Conſolationem animarum in purgatorio*, *De Euchariſtiæ Sacramento*, *Miracula B. Mariæ*, &c. *De ſancta & perfecta vita Beatiſſ. Virginis, cœlorum Reginæ.*

Speculum ac praxin charitatis.

De viuo & viuificante cæleſti pane IESV CHRISTO.

Emigrauit bonus ſenex ex huius corpuſculi domicilio, anno virginei partus M. DC. XV.

Huic ſymbolum: *Columbularum inſtar, ſine felle.*

CORNELIVS CAMERARIVS Gandenſis, atque in æde ſancti Petri Inſulenſis Canonicus, eruditione non vulgari præditus fuit, ſcripſit

Grammaticam linguæ Latinæ.

Præceptiones Rhetoricas.

Poëmata

Poëmata varia Latina & Gallica, quibus inſurgit in Batauos inſolentes.

CORNELIVS COLONÆVS, vulgò *van Ceulen*, Presbyter, vir optimæ vitæ & doctus, vertit eleganter in Flandricum idioma

Homiliam S. Ioannis Chryſoſtomi conſolatoriam in omni aduerſa fortuna, vbi docetur neminem lædi niſi à ſeipſo.

CORNELIVS CROCVS, patriâ Amſtelodamus, ſacerdos. *Adriano Barlando* Louanij operam dedit, & in iuuentute piè inſtituenda gnauiter occupatus, dum matrem vetulam alit, ſocietati IESV vt optarat, iuuenis adſcribi non potuit: quâ defunctâ, nihil duxit antiquius, quàm vt Romam pedibus contenderet, & ab IGNATIO LOIOLA, etſi quinquagenarius, Clericis cæteris adſcriberetur. Romæ ſanctè in Domino quieuit anno Domini M. D. L. Scripſerat antea aduerſus hæreticos, ac potiſſimum Anabaptiſtas in Batauia graſſantes opuſcula quædam vtilia. Natus enim videbatur, teſte *Alardo Amſtelodamo* ad factionem peſtemque arrogantiſſimorum ſciolorum comprimendam. Extant eius

De Eccleſia, ſeu *de Notis ac ſignis Eccleſiæ*. Coloniæ, typis Gymnici.
De Fide & operibus Epiſtola. Antuerpiæ, 1531.
In Decalogum.
Oratio de Chriſti vita Antuerpiæ, 1548. typis Stelſij.
Meditationes piæ in paſſionem Dominicam. Coloniæ 1532.
Diſputationem contra Anabaptiſtas. Antuerp. 1535.
Comœdia Ioſephus caſtus. Ibidem 1548.
Colloquiorum puerilium formulæ. Ibidem typis Hellenij, 1536.
Farrago ſordidorum verborum, ſeu *Lima Barbariei*.
Vitam conſcripſit *Nicolaus Cannius* teſte *Petro Opmeero* Batauo.

CORNELIVS CORNELII A LAPIDE, Eburo, patria Bucoldianus, ſocietatis IESV Clericus, Theologus, & linguæ Hebraicæ ac ſac. Scripturæ apud Louanienſes XVII. annos magna cum laude Profeſſor: Nunc Romæ in Collegio Romano Theologiam docet, ſcripſit

Commentaria doctiſſima in omnes D. Pauli Epiſtolas. Antuerpiæ typis Nutij 1614. 1617. 1622. fol.
Commentaria in Pentateu hum, ſiue libb. v. *Moyſis*, cui præmiſit
Encomium S. Scripturæ. Ibidem 1616 fol.
Commentaria in IV. Prophetas Maiores. Ibidem, 1621.
Commentaria in Prophetas XII. Minores. Ibidem, 1624.

CORNELIVS CVRTIVS Bruxellenſis ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ſac. Theologiæ Baccalaurius. Bruxellis & Louanij ſtudiorum Præfectus, & Theologiam ſuos docuit. Poſtea Monachij & Ingolſtadij Prior, nunc verò Pragæ, proſa & carmine æquè valens. Eius exſtant *S.S. Rupertus & Virgilius* Antiſtites Salisburgenſes. Ingolſtadij, typis Guilielmi Ederi, anno 1622.

De clauis Dominicis, Monachij, anno 1622.

Epiſtola familiares.

Amphitheatrum Amorum à Chriſtophoro Fonſeca Eremita Auguſtiniano, Hiſpanicè ſcriptum, Latio donauit. Ingolſtadij, typis Ioannis Ederi, anno Domini 1623. 8.

Ille Camœnarum cura eſt, ſi carmina poſcis:
Si petis Hiſtoriam, CVRTIVS *alter erit.*

CORNELIVS DONTHERIVS ordinis Minorum, Niuellis apud Brabantos Guardianus, hic egregius Eccleſiaſtes, magno vir ingenio, & à religioſa vitæ ſanctimonia, quam impensè coluit, multum laudatus. Scripſit patrio idiomate libellum, ſæpius recuſum, cui titulus:

De XV. effuſſionibus ſanguinis Saluatoris.

Abijt ad meliores ſedes, anno virginei partus M. D. LIV.

CORNELIVS DREBBELIVS Alcmarienſis Batauus, Arithmeticus incomparabilis, celebris illius Goltzij aliquando domeſticus, cuius ſororem in vxorem duxit, cum qua Angliam adijt, vbi regis IACOBI munificentiâ liberaliter aliquamdiu eſt habitus. Hic ille eſt, qui MOTVM PERPETVVM à temporibus magni Archimedis incognitũ adinuenit. Hæc laus Belgis quoque debetur. RODOLPHVS Imp. cum virum ſuum eſſe voluit, ac magnis ſtipendijs auxit. Illo mortuo vnde venerat in Angliam redijt; in qua etiamnum viuit, ac quotidie verè admiranda comminiſcitur, annum agens LV.

CORNELIVS DVPLICIVS SCEPPERVS, Neoportuanus, alijs Dunkercanus, Flander, Eques, Hiſtoricus, Mathematicus inſignis. Hic cum nullis ſanguinis fortunæue auitæ dotibus clarus eſſet, omnibus tamen propemodum Europæ populis innotuit. In patria Grammaticorum regulis cognitis, Poetarumque fabulis ac Rhetorum floſculis perceptis. Pariſios miſſus, ad Dialecticorum argutias & arcana Phyſicæ inueſtiganda, primus in promotione vniuerſitatis euaſit. Domum reuerſus, animum ad rempublicam adplicuit ac CHRISTIERNO regi Daniæ à ſecretis fuit. Dein in patriam reuerſus, CAROLO V. Imper. commendatus, Orator de rebus grauiſſimis miſſus eſt, primum quidem ad eundem *Chriſtiernum* Daniæ regem, deinde ad SIGISMVNDVM Poloniæ, ad FRANCISCVM Galliæ, denique anno Domini M. D. XLVI. ad regem Angliæ: bis etiam ad *Solymannum* Turcarum Imper. reginæ Hungariæ MARIA à Conſilijs eſſe voluit, & numero domeſticorum adſcripſit. Demum Cæſar in Concilium, quod ſtatus dicitur, adlegit, vbi illuſtris & integri ſenatoris nomen adeptus, illud illæſum, dum ſuperſtes fuit, conſeruauit. Ingenij ſui monumenta æterna hæc ſunt:

Aſſertionum fidei libb. VI. aduerſus Aſtrologos. Antuerpiæ 1524.

Apologeticum pro iure ac defenſione Principis ſui Chriſtierni Daniæ Regis in Belgium profugi.

Hodæporicon Conſtantinopolitanum M.S. apud *Dionyſium Harduinum.*

Elegia

Elegia in mortem ISABELLAE *Regis Daniæ vxoris*, *&* CAROLI V. *ſororis*, ad D. Petrum in Blandinio Gandaui ſepultæ, parieti aureis litteris inſculpta. Extat quoque in ſelectis Chriſtiani orbis Delicijs FRANCISI SWEERTII.

Præfatio in Commentarium Ioannis Calueti Stellæ De Aphrodiſio Africæ vrbe à CAROLO V. *Imp. expugnata.*

Orationes aliquot *Quodlibeticæ*, Louanij olim habitæ.

Quinquaginta duos annos natus, Antuerpiæ anno cIɔ. Iɔ. LIV. Aprilis XXVIII. exſpirauit, & tumulatus in ſua Eykenſi ad Scaldim Toparchia. Carmina multa & varij generis luſit: venam facilem fauentemque laudauit magnus ille *Deſ. Eraſmus Roterodamus*, in Dialogo *Ciceroniano*, vbi honeſtiſſimam eius mentionem facit.

Grande dedit fidei documentum, grande laboris
SCEPPERVS, *profugam dum comitatur Heram.*
Grandius aſt animi doctrinâ nobilis, alto
Cum Cicerone tonans, digna Marone canens.

CORNELIVS GAVDANVS: vide CORNELIVS AVRELIVS.

CORNELIVS GEMMA, Louanienſis Gemmæ Friſij F. Philoſophus, Rhetor, medicus & Mathematicus præſtantiſſimus, ſcripſit

De arte Cyclognomica. Tom: III. doctrinam ordinum vniuerſam, vnaque Philoſophiam Hippocratis, *Platonis, Galeni* & *Ariſtotelis*, in vnius communiſſimæ ac circularis methodi ſpeciem referentes. Antuerpiæ typis Plantini, 1569. 4. vide *Apparatum ſacrum Antonij Poſſeuini.*

De natura diuinis characteriſmis, ſeu raris & admirandis ſpectaculis, cauſis, iudicijs & proprietatibus rerum in partibus ſingulis vniuerſ. lib. II. Ibidem, anno 1575. 8.

Narrationem De cauſa mirabili cuiuſdam abſceſſus in puella Louanienſi.

De raro genere Epidemicæ febris peſtilentis, &c.

Apodeixin Phyſicam & Mathematicam de natura Cometæ qui effulſit altior Lunæ ſedibus, inſolita figura ac magnitudine anno cIɔ. Iɔ. LXXVII.

De communi Cometarum Natura. Ibidem 1578.

Poëmata aliquot.

Extremam manum addidit *Aſtrolabio* paterno. Neque Theorica ſolùm valuit, ſed in praxi quoque felix: arte ſua vitam multis produxit, ſibi tamen eam ſeruare non potuit. Peſte Louanij exſtinguitur IV. Id. Octobris, anno cIɔ, Iɔ. LXXIX. anno ætatis XL. & ad ſancti Dominici apud parentem conditur. *Maxamylianus Vrientius S. P. Q. Gand.* à ſecretis eius ad tumulum ingenioſum hoc luſit Epigramma:

Quis lapis hic? GEMMAE. GEMMAM *lapis an tegit? inquis*
At condi in GEMMA *debuerat potius.*
Non ita. Nam quauis minor illa GEMMA *fuiſſet,*
Et poſito à GEMMA GEMMA *fit iſte lapis.*

CORNELIVS GHISTELIVS, Antuerpienſis, Poëta Latinus & Belgicus non infelix, luſit carmine Elegiaco

Iphigeniæ immolationem lib II. typis Belleri, 1554.

Carmen gratulatorium in Philippum Angliæ Regem, ac Principem Hiſp. 1556. typis Plantini.

Linguam Eraſ. Roterod. Belgicè loqui docuit.

Æneidos P. Virgilij
Horatij Satyras
Epiſtolas Heroidum
Terentium
} *Flandricis rythmis cum laude expreſſit.*

Extremum clauſit diem in patria, & ſepultus in D. Mariæ.

CORNELIVS GISELBERTVS PLEMPIVS Batauus Poëta facilis, luſit

Amſtelodamum.

Monogrammon.

Quiſquilias, ſeu *Elegiarum* lib. II.

Emblemata L & Tabellas. Amſtelodami, anno 1617. 4. typis Ioannis Walſchart.

CORNELIVS GRAPHÆVS, vide CORNELIVS SCRIBONIVS.

CORNELIVS GRASSIVS Antuerpienſis, parentibus tam vitę probitate quàm opum magnitudine famoſis prognatus. Paternis laribus relictis, Coloniam ſe contulit & anno M. D. XCII. Cartuſiæ ibidem ſe donauit, vbi poſt obitum *P. Zachariæ Lippeloo*, cœpit in exornandis ſanctorum geſtis, pervigilem nauare operam, adeò quas LIPPELOO Diuorum vitas, immaturâ potius quàm inopinata morte præuentus, ad correctionis limam reuocare non potuit, hic recenſuerit, emendauerit & locupletauerit: quarum quidem iuſtę magnitudinis Tom IV. prodierunt typis Bernardi Gualteri, Colonię, ſcripſit & Belgicè

Tractatum de ſacrificio Miſſæ. Ibidem 1603.

Bibliothecam Cartuſianam Coloniæ non ſolum præſtantiſſimorum aliquot auctorum voluminibus exornauit, verum etiam ipſo *D. Laurentij* feſto, anno M. D. XCII. quando ſolemni profeſſionis voto DEO ſe conſecrauit, perpetuam ſui nominis memoriam, præſentibus caram poſteris imitandam reliquit, additâ inſigni atque artificioſâ tabulâ eiuſdem ſanctiſſ. Martyris hiſtoriam ad viuum repreſentante.

CORNELIVS GROTIVS naſcitur Delphis Batauorum anno ſalutis reparatæ M. D. XLIV. XXV. Iulij. Lutetiæ Pariſiorum operam dedit viris litteratiſſimis & ſummis Philoſophis. Tandem Aureliam petijt ad Iuriſprudentiam perdiſcendam. Poſt Lugdunum Batauorum Philoſophiam & Iuriſprudentiam ipſe docuit. Grauis ætate placidè obdormiuit anno Domini M. DC. X. ipſo quo naſcitur die. Libros nullos edidit, ſed elaboratos quoſdam *Commentarios* ad diuerſas Iuris partes conſcripſit, inter quos

Ad IV. libros inſtitutionum Iuris Ciuilis.

Ad

Google

Ad omnes titulos IV. primorum lib. Digeſtor.
Tom. II. Commentar. & Obſeruationum feudalium.
Singularis Tractatus continens L. Differentias Feudorum à Feudis Hollandicis.

CORNELIVS GVALTERVS, vulgò Wouters Gandenſis, *Ioannis*, viri clariſſimi conſiliarij in curia Flandriæ Fil. Brugis in *D. Donatiani* Canonicus, indiuiduus ſtudiorum *Georgi Caſſandri* comes, cui & Epitaphium Coloniæ apud Franciſcanos poſuit. Dedit

Commentarios in Egeſippum de Ieroſolymorum excidio, ſeu bello *Iudaico*, Coloniæ, typis Cholini 1559. & 1575. 8.
Orationem de vita Georgij Caſſandri.
Naturæ debitum ſoluit anno M. D. LXXXII. XII. Auguſti.

CORNELIVS HAEMRODIVS Amſtelodamenſis, ſcripſit olim Louanij

Deſcriptionem Bataniæ vrbiumque omnium inter Helium & Fleuum.
Edita eſt cum vrbis Amſtelodamenſis deſcriptione, auct. *Ioanne Iſacio Pontano*, typis Iudoci Hondij, anno 1611.
Fecit vitæ finem in patria valde ſenex, anno à Chriſto nato M. D.XCIX.

CORNELIVS HORNENSIS, alijs HORNANVS, Batauus, Cartuſianus, ſcripſit

Faſciculum temporum.

CORNELIVS IANSENIVS Hulſtenſis Flander, honeſtè natus, Theologus egregius, cui exacta III. linguarum cognitio. Louanij in Gymnaſio Caſtrenſi Philoſophica, dein ſacra ſtudia in maiori Theologorum collegio (cui & poſtea præfuit magna cum laude) ſumma animi contentione ſectatus eſt. Iis decurſis, annos XII. in Tungerloenſi Præmonſtratenſium Abbatia Profeſſoris munere, totidemque Parochi Eccleſiæ ſancti Martini Cortraci fungitur. Inde Louanium regreſſus, Doctoris laurea & Decani ad *D. Iacobi* dignitate cohoneſtatur. Ad ſacram Tridentinum concilium à Catholico rege PHILIPPO cum *Michaele Baijo* & *Ioanne Heſſelio* miſſus, excellenti de ſe iudicio abunde reſpondit. Mox à reditu primus Gandenſium Epiſcopus conſtituitur, vt peſtiferæ & factioſæ caluinianæ doctrinæ acer propugnator opponeretur. Vir omnium Epiſcopalium virtutum genere cumulatiſſimus. Fuit illi ſymbolum STATE & DEVM REDAMA. Moritur ſenex Gandaui, anno à Chriſto nato CIↃ. IↃ. LXXVI. III. Idus Aprilis ſepultus in æde cathedrali, communi tumulo cum amico & collega *Guilielmo Lindano* hac inſcriptione:

Vnicus es Phœnix? cineres hæc tumba duorum
Phœnicum veræ Relligionis habet.

D. O. M.

REVEREND. IN CHRISTO PP. S. THEOLOGIAE DD.
CORNELIO IANSENIO ET WILHELMO

DAMASI LINDANO,
PRIMO ET II. HVIVS VRBIS EPISCOPIS
OB MVLTOS IN SCRVTANDIS ET INTERPRETANDIS
SACRIS SCRIPTVRIS EXANTLATOS LABORES,
ET MERITA IN DEI ECCLESIAM ET
REMP. CHRISTIANAM POSITVM.
OBIIT HIC II. NOVEMBRIS, CIƆ. IƆ. LXXXVIII.
ILLE VERO XI. APRIL. AN. CIƆ.IƆ.LXXVI.

Quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita
& in morte non ſunt ſeparati.

MAXAEMYLIANVS VRIENTIVS *S.P.Q.Gand. à ſecretis ad tumulum hos verſiculos cecinit:*

Eſt tumulus ſacer hic, procul hinc, procul impie abeſto,
Et ſacra depoſiti ne quate membra viri.
Si neſcis, iacet hoc tumulo compoſtus auitæ
Nuper qui Fidei murus ahenus erat,
Hic veræ pietatis apex, & regula recti,
Hic ſacri textus HARMONIA *vna iacet.*
An ſatis hoc? Patriam ne mones vt & inſuper addam?
Et decora & titulis nomina fulta ſuis?
Hic ſitus eſt Præſul IANSENIVS. *haut pete plura,*
Cætera nam poterunt bruta vel ipſa loqui.

Scripſit perpetuò duratura opera tomis duobus.

CONCORDIAM EVANGELICAM *cum commentarijs.* In Epitomen redegit *F. Matthæus à Caſtro* Inſulenſis, Louanij, & Antuerpiæ.

Paraphraſes & Annotationes in omnes Pſalmos Dauidis.

Item *in ea veteris Teſtamenti Cantica, quæ per ferias ſingulas vſus Eccleſiaſticus obſeruat.* Louanij, typis Zangrij 1569. & 1575.

Commentarios accuratiſſimos in Prouerbia Salomonis, & Eccleſiaſticum.

Annotationes in librum Sapientiæ Salomonis. Antuerpiæ 4. 1589.

Petrus Simonius, Iprenſis poſtea Epiſcopus funebri laudatione proſecutus eſt, confecitque egregium Indicem in commentarios in *Pſalmos*, *Prouerbia* & *Eccleſiaſticum* eiuſque operâ & diligentiâ *Ianſenij* ſcripta limatiora prodierunt.

CORNELIVS DE IODE PETRI frater, Antuerpienſis, Coſmographus & Calcographus inſignis, *Mappas mundi aliaque* euulgauit. Multis regionibus peragratis, dum in Hiſpania ageret, & de reditu in patriam cogitaret, magnam auri vim coaceruarat, cumque edito regio vetitum eſſet efferre aurum, ſtratagema hoc ſibi profuturum excogitauit. Adaptauit ſibi non ferreum ſed aureum thoracem ſiue pectorale ſicque itineri ſe dedit: ea ratione frigus pectus inuaſit. Aurum itaque quod alijs vitam, illi mortem & exitum attulit Montibus Hannoniæ, & ſepultus in *D. Walburgis* hoc epitaphio:

D.O.

D. O. M. S.

CORNELIO DE IODE ANTVERPIANO
COSMOGRAPHO CLARISS.
VITA, ERVDITIONE AC MORIBVS INSIGNI
QVI CVM NORVEGIAM, DANIAM,
ISLANDIAM, ALIASQ. REMOTAS REGIONES
TYPIS EVVLGANDIS, PERLVSTRASSET
HAC ITER EX HISPANIIS FACIENS
MORBO CORREPTVS
OBIIT XVII. OCTOBRIS, cIↃ. IↃC.
ÆTATIS VERO SVÆ XXXII.
FRATRES MOESTI POSS.

Vita mori dederat, mors viuere, vita labores
Cum lachrymis, lætam mors dedit huic requiem.

CORNELIVS KEMPIVS Friſius, honeſtiſſimo loco Doccomij naſcitur, bonis litteris & Philoſophiæ incubuit in ædibus auunculi ſui, magni I.C. *Ioannis Doccomienſis*. Coloniæ IV. Baccolauriatum accepit. Gruningæ & in patria reipub. magis quàm rei litterariæ vacauit, interim quicquid otij negotijs diuturnis ſubtrahere valuit, in vniuerſum hiſtorijs patriæ impendit. Collegit ſyluam antiquitatum, quam diſtribuit in libb. III. inſcripſitque.

De Origine, ſitu, qualitate & quantitate Friſiæ. Coloniæ, typis Goſuini Cholini, anno 1588.

Mortuus eſt Gruningæ circa annum Domini cIↃ. IↃ LXXXVII.

CORNELIVS KILIANVS Dufflæus, Brabantus, Poëta & Orator, linguæque patriæ ſummus aſſertor & cultor, mihi familiaris. Louanio à *Chriſtophoro Plantino* euocatus, L. annos Correctorem egit, curamque geſſit Typographiæ Plantinianæ. Fuit lepido ac faceto admodum ingenio, quod nec labores aſſidui, nec ætas grauis vnquam frangere valuerunt. Abijt ad meliorem vitam ipſo Paſchatis feſto, ſepultus in cœmiterio maioris B. Virginis, hocque eum Epitaphio ornaui.

D. O. M.

CORNELIO KILIANO Dufflæo
CONSTANTIS LABORIS
ET
PERENNIS INDVSTRIAE LAVDE
ORNATO ET AMATO VIRO
L. ANN. PLANTIN. TYPOGRAPHIAE CORRECTOREM GESSIT
QVAM FIDELITER, PERITE, DOCTE.
IPSOS ROGATE LIBROS, ELEGANTIA, NITORE, FAMA
AETERNAE ARTIS PRIMOS.

NEC

Digitized by Google

NEC SEMPER ALIENOS TRACTAVIT
CVM ET SVOS RELIQVERIT
LATINA ORATIONE DISERTVS, VERSIFICATV FELIX
PATRIAM QVOQ. ELOQVENTIAM EXCOLVIT
CVLTVMQ. EIVS ET PROPRIETATEM REVOCAVIT
OBIIT ÆTATE OPERIBVSQ. GRAVIS
M. DC. VII. IPSO PASCHATIS FESTO.

Scripſit *Etymologeticon Teutonicæ linguæ*, ſiue *Dictionarium Teutonico-Latinum à Iuſto Lipſio* laudatum. Typis Moreti, 1599. 8.

Epigrammata varia & faceta ſparſim edita.

Vertit in linguam Belgicam *Ludouici Guicciardini Deſcriptionem XVII. Prouinciarum Belgij.* Item

Philippum Cominæum Hiſtoriographum celeberrimum, apud Moretum.

Homelias Macarij. Ibidem.

Venationes Ferarum, Auium, Piſcium pugnas, à Ioanne Stradano depictas, à Philippo Gallæo editas, carmine illuſtrauit, aliaque multa.

CORNELIVS LANCILOTTVS *Henrici* frater, Machlinienſis, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ſac. Theologiæ Doctor, Exprouincialis, mihi familiaris, vrbs Antuerpienſis aliæque quibus Prior præſedit, eum à comitate ac ſingulari beneuolentia laudarunt Ordo Auguſtinianorum vniuerſus, ob mirificum zelum, reformationis ſtudium, ac monaſteriorum per Prouinciam multiplicationem in pretio habuit. Nimirum cito elatum & ereptum omnes deplorant.

Scripſit *Vitam B. Auguſtini* puro ſtylo. Typis Moreti, 1616. 4, dedicauitque *Henrico vander Goes S.P.Q. Antuerp.* à Theſauris.

Nectar & Antidotum confectum ex medulla Operum S. Auguſtini, digeſtum ordine Alphabetico, contra quoſuis ſectarios.

Pancarpium Auguſtinianorum, continens *Vitam S. Auguſtini, Monicæ, Nicolai Tolentinatis, B. Virg. Mariæ encomium & Sodalitatis Corrigiotæ della conſolatione Priuilegia, cum Tractatu de Indulgentijs & quibuſdam parergis.* Apud Moretum, anno 1616.

In Regulam ſancti Auguſtini, ſed morte præuentus extremam manum non potuit addere.

Sublatus è medio, anno reparatæ ſalutis CIƆ. IƆC. XXII. Antuerpiæ, prid. ſanctæ Vrſulæ, & ſepultus apud ſuos hoc epitaphio in ſummo choro:

D. O. M.

HIC CONDITVR AEDIS HVIVS
CONDITOR ET COENOBII RECTOR
ADMODVM R. PATER.
CORNELIVS LANCILOTTVS
S. T. D.
QVI PROVINCIAE CLAVVM TENVIT

DE

ET COLONIAM AVGVSTINIANAM
HVC DEDVXIT
VIRTVS ET DOCTRINA HVNC EXTVLIT
SED EHEV! MORS ACERBA SVSTVLIT
INTER OFFICIA PIETATIS
AEGRVM AB AEGRIS REVERSVM
FINIIT ANNO VITÆ XLVIII.
cIↄ. IↄC. XXII. XIII. KAL. NOVEMB.

R. I. P.

CORNELIVS LAVRIMANNVS, Vltraiectinus, ſcholæ Vltraiectinæ moderator, Rhetor & Poëta Comicus, ſcripſit

Militem Chriſtianum.
Heſteram Reginam. } Comœdias ſacras.
Exodum, ſiue tranſitum maris rubri.

Viuebat anno M. D. LXXII.

CORNELIVS LOOSEVS, ſiue CALLIDIVS, patria Gaudanus, Theologus, fidei orthodoxæ cauſſa in Germania exulauit cum parente ſuo *Ioanne Cornelio Loos*, poſtea Vice-Paſtor ad ſanctam Mariam de Capella Bruxellis. Scripſit

Catalogum Germaniæ vtriuſque illuſtrium Scriptorum. Moguntiæ 1581.

De tumultuoſa Belgarum rebellione ſedanda, Conſultationem. Luxemburgi, anno 1579. & 1582. 8.

Inſtitutionum S. Theologiæ lib. IV. ſeu *Epitomen Melchioris Cani.*

Eccleſiæ Venatum, ſiue *alteram eius functionem circa fidei miniſterium in reducendis deuijs.* Coloniæ, anno 1585. 8.

Thuribulum aureum ſacrarum precationum. Moguntiæ, anno 1581.

Apologiam contra Orationem Philippi Marnirij Wormatiæ habitam in Ioannem Auſtriacum Belgij Gubernatorem pro Archiduce Matthia & Ordd. Belgicis. Anno 1577. Luxemburgi 4.

Duellum Fidei & Rationis, ſi in Euchariſtiæ Sacramento verè ſit corpus Chriſti. Moguntiæ, anno 1581. 8.

Apparatum menſæ Dominicæ, pia exercitia, preces & Meditationes continentem. Coloniæ, anno 1591.

Officium Venerabilis Sacramenti, cum precibus alijſque pijs exercitijs. Ibidem.

Defenſionem vrbis & orbis, aduerſus Chriſtianum Frankenium hæreticum.

Scopas Latinas, ad purgandam linguam à barbarie. Ibidem, anno 1582.

De vera & falſa Magia libros aliquot, quos reuocauit, vtpote erroneos, ſeditioſos ac temerarios, contraque communem Theologorum ſententiam. Vide *Martinum Delrium* Append. 1. ad lib. v. Diſquiſ. Magicarum.

Moritur Bruxellis anno Domini cIↄ. Iↄ. xcv. III. Februarij, fine beato & optato.

CORNELIVS LVMINÆVS A MARCA, Monachus ad ſanctum Petrum in monte Blandino, ordinis ſancti Benedicti, vir elegantis ingenij, Orator, Poëta & Hiſtoricus, quem genninam Muſarum & *Apollinis*

Apollinis ſobolem vocare poſſis. *Maxæmyliano Vrintio, Iuſto Ryckio, Harduyno*, aliiſque viris præclaris familiariſſimus. Scripſit Tragœdias varias mira fœlicitate & ab omnibus laudatas, Illæ ſunt

Iephte, ſiue votum Hebræi illius Ducis temerè factum, & impiè impletum.

Ammon, ſiue ſtuprum ſororis *Thamar*. *Sampſon*.

Buſtum Sodomæ, & impurarum illarum ciuitatum excidium.

Saul, Abimelech, Epulo, Anaſtaſius, ſiue perfidia fulminata.

Orationes ſacræ VIII. proſa ſcriptæ.

Elegia Ducum Burgundiæ & Brabantiæ, quæ ad Carolum Audacem producta. Louanij, typis Dormalij, 1613.

Scripſit & *Pleiadem ſacram Orationibus VII.* &

Coronam Virginiam Orationibus conſtantem XII. quæ de laudibus virginis Matris potiſſimum tractant. Gandaui, typis Marij.

Habet præ manibus *Hecatombem*, ſiue *Homilias centum, de varijs Religionis Chriſtianæ myſterijs*. Quas vidi & legi, hæc ſunt:

Torcular, ſiue *Chriſtus patiens*.

Bonus Paſtor, dicta in Comitijs Generalibus congregationis Belgico-Benedictinæ exemptæ habitis, in monte Blandinio, anno Domini M. DC. XX.

Parthenij flores, ſiue *Homelia in feſto Miſſus dicta*.

Corolarium Apoſtolicum, ſiue Panegyris ſacra, Apoſtolorum Principibus adornata.

Lacrymæ, Homelia CHRISTO *paſſo dicta*.

Faſciæ, ſine *Crepundia* IESV CHRISTI *in Bethleem nati*.

Lingua ignea, in vigilia Pentecoſtes.

Cineres, Homilia feria IV. cinerum dicta.

Triumphus Virginis, in feſto Aſſumptæ virginis dicta.

Suſpirium amoris, Homelia CHRISTO naſcituro, in vigilia Natalium.

Sancti, pro encomio omnium Sanctorum dicta.

Tripudium Sanctorum. Homilia dicta in vigilia omnium Sanctorum.

Roſarium, pro encomio Annunciatæ virginis.

Tuba Euangelica, ſiue Manes extremi iudicij.

Margarita Euangelica, ſiue *Encomium paupertatis*, in laudem *D. Benedicti*.

Ludibrium vitæ humanæ, ſiue *Homelia dicta feria IV. cinerum*.

Viuit valetque Romæ anno M. DC. XXV.

CORNELIVS MANILIVS Gandenſis. *Gualteri* Typographi Pater, & ipſe Typographus, Latinis etiam literis egregiè excultus, ſcripſit

Pompæ triumphalis partem, Latinè, Gallicè & Belgicè, PHILIPPO II. Hiſpaniarum Regi, cùm Gandaui velleris aurei comitia celebraret, exhibitæ.

Drama Vernaculum De Morte, quæ omnium terribilium, maximè eſt terribilis, teſte magno Philoſopho.

CORNELIVS HENRICVS MATHISIVS Brugenſis, Medicus

Medicus & Chirurgus MARIAE Reginæ Hungariæ, Belgij Gubernatricis, Bruxellis eruditione & curandi dexteritate præſtitit. E Græco in Latinum tranſtulit

Actuary Ioan. Zachariæ F. de methodo medendi lib. VI. quibus omnia quæ ad medicinam factitandam pertinent ferè complectitur. Impreſ. Venetijs, anno 1554. Claruit Piſæ circa annum M.D. XXVI. Mortuus eſt ex equi lapſu in itinere, ægrorum ſuorum viſitationi incumbens.

CORNELIVS MARTINVS Antuerpenſis, Profeſſor in Academia Iulia. Scripſit

Metaphyſicam. Ienæ, typis Ioannis Beitman, anno 1623.

Commentarium Logicorum aduerſus Ramiſtas lib. V. Helmſtadij, apud Zachariam Raben, anno 1623. 8.

CORNELIVS MARTINIVS, Flander, edidit Gallicè

Genealogias Foreſtariorum & Comitum Flandriæ, cum breui Hiſtoria de vitis eorundem Antuerpiæ, apud Ioannem Baptiſtam Vrientium.

CORNELIVS MVSIVS Delphenſis, Vlardingâ opido in Batauis antiquiſſimo oriundus, naſcitur anno ſalutis M. D. III. Id. Iunij. Adoleſcens Louanij in Caſtrenſi Gymnaſio Philoſophiam Ariſtotelicam hauſit: mox cum Muſis in gratiam rediens, *Conrardum Goclenium* Latinas, *Rutgerum Reſcium* Græcas literas in collegio Buſlidiano profitentes audiuit. In Gallia biennium egit, & cum *Macrino, Ioanne Secundo, Ioachimo Polite* Poëtis clariſſimis, amiciſſimè viuens, cæpit ingenij ſui fœtus euulgare. In patriam reuerſus, ſacris *D. Agathæ* virginibus annis ferè xxxv. præfuit, magnâ per vniuerſam Batauiam innocentiæ ſanctitatiſque famâ. Erat comis imprimis, cuius domus hoſpitibus, præſertim litteratis, ſemper patebat. Sinceriores magiſque fidos amicos expertus eſt *Guil. Lindanum, Franciſcum Sonnium, Houæum Tapperum, Gerardum Moringum, Cornelium Crocum*, aliosque. Delphis Batauiæ vrbe occupatâ à Lumeio homine inſano, Lugdunum Batauorum abductus MVSIVS, nocte intempeſta, naſo & auribus truncatis, manum pedumque digitis, & ijs, quæ naturæ honeſtas abdidit, præciſis; immanitate plus quam barbarâ, duos & LXX annos natus, in crucem actus, laqueo ſtrangulatur X Decembris hora noctis X. anno virginei partus M. D. LXXII. Animam Deo, victoriæ & martyrij palma ornatam & geſtientem reddidit. Symbolo vtebatur NIL SINE FATO, & NIL SINE CHRISTO. Viuus hoc ſibi modeſtum Epitaphium ſcripſit

Quod CORNELIVS MVSIVS
Hoc in ſepulcro clauditur,
Nemo indecorè lacrumet,
Viuus reſurget denuò.

ÆTERNITATI

CORNELII MVSII, DELPHII
Sacerdotis, Poëtæ, Martyris,

Sancte ſenex, reſluos mare dum voluetur in æſtus,
Dum feret Eoo Phœbus ab axe diem,
Dum roſeam gelidæ fugient Titana tenebræ,
Humidaq; in tenebris Cynthia lumen erit,
Dum LVMINAEI *ſcelus exitiale Tyranni,*
Et Batauûm furias vtraq; noſcet humus,
Doctrinæ laus rara tua intemerata manebit,
Stabit & inuicti gloria Martyrij.

Scripſit *Encomium Solitudinis*, verſibus rythmicis, typis Plantini, anno Domini 1566.

Imaginem Patientiæ, verſu elegiaco.

Oden de temporum fugacitate, & de ſacrorum Poëmatum immortalitate. Pictauij, apud Marneſſios, 1536. 4.

Odas & Pſalmos aliquot. Ibidem.

Inſtitutionem Feminæ Chriſtianæ, ex *Prouerbiorum* capite vltimo.

Tumulorum Deſid. Eraſmi libellum. Louanij, anno 1536. 8. typis Reſcij.

Hymnum de S. Cornelio, S. Agatha, &c.

Preces à morte euulgatas. Lugduni Batauorum, anno 1583, 16.

CORNELIVS NEOSTADIVS, ſupremæ Hollandiæ Curię ſenator primarius, naſcitur Brielæ anno M. D. XLIX. Lugduni Batauorum primus Iuris Doctor antea renuntiatus. Edidit.

Arreſta Conſilij Hollandici in rebus Feudalibus. Hagæ Comitis.

Obſeruationes rerum iudicatarum.

De pactis antenuptialibus. Lugduni Batauorum, anno 1614.

Migrauit ex humanis Hagæ Comitis, anno CIↃ. IↃC. VI.

CORNELIVS PETRVS, Leydenſis, Medicus & Philoſophus, ſcripſit

Annotationes in Dioſcoridis lib. IV. De Herbis.

Experimentum & Antidota contra varios morbos, cùm à ſe, tum à *Ioanne Spiringo* Academiæ Louanienſis Phyſico, obſeruata.

De rebus occultis in natura mirandis. Antuerpiæ, anno M. D. XXXIII. 8. apud Ioannem Graphæum.

Hiſtoriam herbarum, ſeu *Stirpium*.

CORNELIVS PYNACKER, Delfenſis Batauus, I. C. vtraque Pannonia, Morauia, Bohemia & Germania luſtrata, redijt in patriam, foro & Cauſſis in Hollandiæ Curia orandis ſe dedit: vnde paulò poſt ad Academiam Leidenſem reuocatus, Profeſſionem Iuris Ciuilis ſuſtinuit. Tandem Gruningam vocatus eſt, & ibidem in Academia recenter & nouè fundata Iuriſprudentiam publicè profitetur, euulgauit

Iura & Priuilegia militum, ex varijs collecta.

And.

Digitized by Google

Andreæ Fachinæi Controuerſias Iuris Centuriꝫ XIII. iuxta Pandectarum ſeriem diſpoſuit, breuiterque decidit. anno 1619. 4.

CORNELIVS DVPLICIVS SCEPPERVS, vide CORNELIVS DVPLICIVS.

CORNELIVS SCHONÆVS, Gaudanus, ſcholæ Harlemenſis multos annos Moderator, Poëta comicus. Louanij in Philoſophicis *Ioannem Beuerum* Doctorem habuit. De repub. litteraria benemeritus (dicam audacter) nemo melius de ea meretur, quam rudis pueritiæ formator, modò doctus & integer: quę duo ſic in noſtra patria fuerunt, vt neſcio vtro ſeipſum ſuperarit, ſcripſit

Nehemiam, Tobæum, Saulum, & Naaman, Comœdias ſacras, quibus ad imitationem *P. Terentij,* TERENTI CHRISTIANI nomen indidit. Antuerpiæ typis Plantinianis, anno 1570.

Carminum libellum. Ibidem, apud Guilielmum Siluium.

Harlemi vitam finijt, anno aſſertæ ſalutis cIↃ. IↃc. xi. x. Iunij.

CORNELIVS SCRIBONIVS GRAPHÆVS, Flander, Aloſtanus, S.P.Q. Ant. à ſecretis. In varijs huius viri virtutibus, duæ inprimis admiratione dignæ fuerunt *Candor & Conſtantia.* Singulare in ipſo elegantiæ Latinæ ſtudium, & venerandæ antiquitatis cultor illo æuo maximus. Eius extant ſequentia.

Colloquiorum formulæ, ex *Terentij Comœdijs,* typis Plantini.

Coniugandi & declinandi regulæ. Antuerpiæ, anno 1529. 8.

Sacrorum Bucolicorum Eclogæ III. Ibidem 1536. typis Graphæi.

De natiuitate Chriſti, carmen paſtorale.

Conflagratio templi Mariani Antuerpiæ, carmine Heroico. Ibid. 1534.

Monſtrum Anabaptiſticum, in rei Chriſtianæ perniciem natum.

Querelæ proditi Chriſti, per nouos quoſdam huius temporis *Iſchariotas Turco-Chriſtianos.* Ibidem typis Graphæi, anno 1543. 4.

Enchiridion Principis ac Magiſtratus Chriſtiani, adiutore *Petro Ægidio,* Coloniæ, typis Ceruicorni, anno 1541.

Argumenta carmine heroico in Chriſtianos M. Hieronymi Vidæ. Harlemi, 1562.

Exprobratio in Diocletianum pro Diuo Pancratio. Louanij, typis Theodori Martini.

Deſcriptio Senatus Antuerpienſis, à CAROLO V. *inſtituti,* anno 1541.

Paraphraſis Pſalmi CXXIII. in turpiſſimum ſceleratiſſimi cuiuſdam prædonis *Martini à Roshem* Gelro-Galli latrocinium Antuerpiæ, anno 1543.

Pompa ſpectaculorum in ſuſceptione Philippi II. Ibidem 1550 fol.

Pacis inter Franciſcum I. Galliæ Regem & Carolum V. ad Aquas mortuas deſcriptio, carmine Heroico, Ibidem 1540. 8.

Gratulatio D. CAROLO V. *reduci ex Hiſp. per medias Gallias in patriam, ac præcipuè Antuerpiam,* anno M.D.XL.

Aggratulatio pro eiuſdem ex Hiſp. per Britanniam anno M. D. XX. reditu. Antuerpiæ, apud Ioannem Coccium.

Hiſtoriam de gentibus Septentrionalibus Olai Magni in Epitomen redegit. Antuerpiæ, typis Belleri.

Moritur Antuerpiæ, & ſepultus in templo primario, hoc epitaphio:

CORNELIVS SCRIBONIVS GRAPHÆVS, PRAECLARAE HVIVS VRBIS A SECRETIS, SIBI SVISQ. ET HADRIANAE PHILIPPIAE DVLCISS. VXORI VIVENS POS. IPSA QVIDEM VIXIT ANN. LXXI. DECESSIT AVTEM XVII. AVGVSTI, M.D.LVI. VNO ET XL. ANN. MARITA, MATRONA ET PRVDENTISS. ET PIETATIS CVLTRIX EXIMIA. ILLE VERO CARAM SEQVVTVS CONIVGEM, MIGRAVIT XIX. DECEMBRIS M.D. LVIII. CVM VIXISSET ANNOS LXXVI.

CORNELIVS SCVLTINGVS naſcitur Steenwichij, quod eſt apud Tranſiſalanos opidum, ſac. Theologiæ Licentiatus, Coloniæ ad ſanctum Andream Canonicus, Regenſque Burſæ Laurentianæ. Vir pius, ac doctus, in omni antiquitate verſatiſſimus, multæque lectionis: dicunt libri ab eo editi.

Eccleſiaſtica Diſciplina lib. VI. Coloniæ.

Bibliotheca Eccleſiaſtica. Ibidem, anno 1599. & 1602.

Opus Variarum Lectionum & Animaduerſionum, aduerſus primum librum *Inſtitutionum Ioannis Caluini.* Ibidem, anno 1601. 4.

Theſaurus Antiquitatum Eccleſiaſticarum, è *VII.* prioribus Annalium Cardinalis *Cæſaris Baronij* Tomis, contra Centurias Magdeburgenſes & Caluiniſtas. Ibidem.

Tragicomœdia Conſtantini Magni & S. Helenæ. Ibidem anno 1602. 8.

Confeſſio Hieronymiana, ex eius operibus collecta, & per locorum Theologicorum capita digeſta, Tomis IV. apud Ioannem Mylium, anno 1584. in folio.

Hierarchica Anacriſis, aduerſus varios Caluiniſtarum libros, & celebratas ab iiſdem Synodos, anno 1604. Coloniæ, typis Hobergij.

Diem clauſit extremum Coloniæ anno Chriſti M. DC. IV. XX. Aprilis Ipſo *Diui Georgi*, & ſepultus in Collegiata Eccleſia *Diui Andreæ*, tali epitaphio:

Hæc tibi CORNELIVM SCVLTING *præſentat imago*
Viuum, qua viuus conſpiciendus erat.
Robore vaſtus erat, canus, vultuque decorus,
Dotibus ingenij ſummus & oris erat.
Laurenti primum docuit, poſt rexit alumnos,
Hinc grauitas, illinc dulcor & oris erat.
Illud Apoſtolicæ fecit hoc adis alumnum
ANDREAE, *merito præmia digna viro.*
Hæc vbi pertaſus, ſcriptis inclaruit vrbi,
Quin orbi, ingenij dans monumenta ſui.
Oſſa ſub hoc ſaxo latitant defoſſa ſepulcro,
Spiritus in cælo, carcere miſſus, agit.

COR.

CORNELIVS SCVTIVS Brugenſis, Medicus & Mathematicus, edidit

Diſputationem Aſtrologicam, contra Diarium Almanachum *Petri Bruheſij à Rithouen*, Græcè ad *Franciſcum Craneueldium*, & Latinè ad *Dominum Halainum* Equitem.

CORNELIVS SCYLANDER Batauus, & Medicus Antuerpienſis, ſcripſit

De Medicinâ Aſtrologicâ lib. IV. Antuerpiæ typis Withagij, annô 1575.

De praxi Chirurgiæ Ibidem, typis Anthonij Tilenij, anno 1577.

CORNELIVS DE SNEKIS alijs Snecanus naſcitur in Indick propè Snekam in Friſia, ordinis Prædicatorij, conuentus Roſtochienſis quondam Prior, & ibidem ſacræ Theologiæ Profeſſor, & Prior Prouincialis prouinciæ Saxoniæ, Franciæ, Poloniæ, ac congregationis Hollandiæ Vicarius generalis. Obijt annô ſalutiferi partus M. D. XXXI. XIV. Septembris Leouardiæ, apud ſuos conditus in choro, morum grauitate & vitæ ſanctimoniâ reuerendus. Scripſit

Aduerſus Sebaſtianum Pol. Lutheranum.

De Roſario B. Mariæ Virginis.

Sermones de Ebrietate.

Sermones Synodales, quos in diuerſis Eccleſijs Cathedralibus habuit.

Sermones aliquot habitos in receptione nouitiorum ad Ordinem.

CORNELIVS VALERIVS, ab Oudwatera (ditionis Vltraiectinæ eſt opidum, Aquæ-veteres Latinis) natus eſt anno ſalutis, ni fallor CIↃ. IↃ. XII. Bonam ætatis melioris partem canendo, ediſcendiſque Eccleſiaſticis cantibus Vltraiecti in templo primario puer triuit. Vnde tandem liberatus, GEORGIO MACROPEDIO, Hieronymianorum ibidem ſodalium tum rectori, in diſciplinam datus, annos ferè III. ſub pollice illius formatus eſt. Louanium miſſus, ſexennio ferè toto in Latinis *Conrardum Goclenium, Rutgerum Reſcium*, in Græcis Doctores habuit. In patriam reuocatus, ac ſacris mox initiatus, ad rhetorices profeſſionem à *Macropedio* adſcitus eſt. Vltraiecto deinde Louanium, Louanio Aurelias in Galliam cum nobilibus aliquot adoleſcentibus profectus eſt: vbi non ita diu moratus, Louanium redux, decimo ferè poſt anno, amico ſuo *Petro Nannio* in collegio Trilingui ſucceſſit. Fuit VALERIO robur ſupra modulum corporis, non ita proceri firmum, corporis vires ingenuæ, valetudo mediocris, animus fortis, hilaris, humanus, pietati addictus. Familiare illi purum, candidum, & minimè veteratorium dicendis genus. Ad ſuperos vocatus Louanij, ætatis anno LXVI. in *D. Petri* depoſitus: iacuitque annos XXX. abſque vllo epitaphio aut memoria viro tali digna, donec perilluſtris & reuerendus admodum Dominus GEORGIVS AB AVSTRIA, Academiæ Cancellarius, Præceptori opt. mer. gratus diſcipulus monumentum inſigne poſuit, hac ἐπιγραφῇ:

D. O. M.

CORNELI VALERI
VLTRAIECTINI
OSSA
HEIC CONDITA ET CONSVMTA.
NOMEN
ADSCRIBERE ALIENA PIETAS VOLVIT,
AN ALIENA TAMEN?
A DISCIPVLO VENIT!
ET QVANTVS ILLE CVI VENIT?
MERVIT
IVVENTVTEM BELGICAM
ORE ET STILO
IN COLLEGIO TRILINGVI
DOCVIT,
NON MINVS DISERTVS VTILISQVE
POSTQVAM LOQVI DESIIT;
QVAM CLARVS ET AETERNVS
POSTQVAM SCRIBERE.
GEORGIVS AB AVSTRIA
PRÆPOSITVS HVIVS ECCLESIAE
ET ACADEMIAE CANCELLARIVS
NEGLECTVM XXXII. ANN.
MONVMENTVM PRAECEPTORI P. C.
CIↃ.IↃC.X.
VIXIT ANN. LXVI. DOCVIT XXI.
OBIIT CIↃ. IↃ. LXXIIX. III. EID. SEXT.

Deſcripſit VALERIVS ſtilo facili, puro ac polito totam Artium encyclopædiam;
Grammaticarum inſtitutionum lib. IV.
Rhetorices & Dialectices Tabulas.
Phyſica, ſeu *De Naturæ Philoſophiæ Inſtitutionem.*
Ethica, ſiue *Moralis Philoſophiæ Epitomen*. Omnia typis Plantinianis.
Sphæram & prima Aſtronomiæ ac Geographiæ Rudimenta. Ibidem.
Animaduerſiones breues in Officia Ciceronis, cum Canteri & Cauchij Vltraiectinorum NOTIS.
Orationem funebrem in obitum Iacobi à Meloduno, diſcipuli ſui. Louanij apud Velpium, anno 1560. 4.
Colloquia Gallica Noelis Barlemontij Latinè reddidit. Ibidem & alibi.
Cecinit denique carmine heroico, iuuenis adhuc
Triumphum CAROLI V. *Cæſ. Vltraiectum ingredientis.*
Orationes in funere eiuſdem Cæſaris ac Petri NanniI à Valerio habitas.
Antonius Dionyſius Durbutus Scholia conſcripſit in vniuerſam Valerij Syntaxin. Louanij, anno 1571.

CORNELIVS VERDONCK in Turuhoutano celeberrimo muni-

municipio naſcitur anno ſalutis M. D. LXIV. mihi familiaris. A Muſica clarus, & ſi *Ioanni Petri Swelingo* Muſico & Organiſtarum Belgij facilè principi credimus, ſi per occupationes licuiſſet, cum omnibus Italiæ phonaſcis contendiſſet. Primos iuuentutis annos *D. Cornelio Prunio* Senatori & Theſaurario Antuerpienſi conſecrauit, & nunc *D. Ioanni Carolo de Cordes* Toparchæ in Wichelen & Ceeskam domeſticus.

Compoſuit *Cantiones profanas & quas Moteta vocant*, typis Phaleſij Antuerpiæ & Amſtelodami.

Deceſſit Antuerpiæ anno cIↃ. IↃC. XXV. IV. Iulij, & ſepultus apud Carmelitas, hoc epitaphio:

D. O. M. S.

SISTE GRADVM VIATOR,
VT PERLEGAS QVAM OB REM
HIC LAPIS LITTERATVS SIET.
MVSICORVM DELITIAE
CORNELIVS VERDONCKIVS
HOC CIPPO EHEV CLAVSVS
PERPETVVM SILET:
QVI.
DVM VIXIT
VOCE ET ARTE MVSICA
MORTEM
SVRDA NI ESSET
FLEXISSET
QVAM DVM FRVSTRA DEMVLCET
COELI CHORIS VOCEM AETERNVM
SACRATVRVS ABIT
IV. NON. IVL. ANNO M. DC. XXV.
ÆTAT. LXII.
AT TV BENE PRECARE LECTOR
ET VALE
CLIENTI SVO MOESTVS PONEBAT

DE CORDES.

CORNELIVS DE WITTE Antuerpienſis, parentibus Batauis, Canonicus & Archidiaconus Eccleſiæ Cathedralis beatæ MARIAE, librorumque Cenſor, mihi familiaris: in linguam Belgicam vertit è Latinâ

Vitam S. Virginis GERTRVDIS EISLEBIENSIS, Abbatiſſæ monaſterij Helffedæ, Ordinis diui Benedicti, in Comitatu Mansfeldico. Vixit anno Domini M. CC. LXXIII. Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſſen, anno 1606.

Deuixit Antuerpiæ ex peſte anno verbi incarnati M. DC. XXIV. Ipſo *D. Laurentij*.

CORNELIVS WYTFLIET Louanienſis, IC. in Senatu Brabantiæ Secretarius, poſt eidem Concilio ab Actis, dedit

Deſcriptiones Ptolemiacæ augmentum, ſiue *Occidentis notitiam, breui Commentario illuſtratam*, Louani anno 1598. fol. typis Ger. Riuij, & Duaci, apud Franciſcum Fabri, anno 1603.

CVNERVS PETRVS Zelandus, naſcitur Brouwershauij. Louanij in Gymnaſio Caſtrenſi, Philoſophicis ſtudijs perceptis, ſacra tam diligenter proſecutus eſt, vt Doctoris ac Profeſſoris in Parcenſi Præmonſtratenſium Abbatia dignitate donaretur. Poſt Parochus & Canonicus in primaria eiuſdem vrbis æde. Inde Leouardienſium apud Friſios primus Epiſcopus creatus, creſcente Caluiniſtarum ac Rebaptizatorum ſcelerata aduerſus Principem perduellione, captus à factioſis, in arcem Harlinganam relegatur. Biennio exacto dimiſſus, Monaſterium Weſtfaliæ metropolim peruenit, ibidem aliquamdiu Coepiſcopi munere functus. Poſt Coloniam Vbiorum profectus, ſacras ibi literas publicè interpretatus eſt, & populares ſuos exulantes religionis ergo, in fide maiorum concionibus aſſiduis ſtabiliuit. Scripſit

De SS. Miſſæ ſacrificio.

De meritorum Chriſti Sanctorumque conſenſu.

De Chriſtiani Principis officio. Montibus Hannoniæ, anno 1581.

Quæſtiones Paſtorales & de cælibatu ad Sacerdotes admonitionem.

Ad Principes Electores de pace cum Hiſp. Rege.

Veræ ac germanæ Chriſti Eccleſiæ deſignationem. Coloniæ, anno 1567.

Curam corporis humani pro Clericis aliiſque pijs hominibus.

Curſum B. Virginis, in vſum Religioſorum Ordinis ſancti Benedicti emendauit & auxit. Ingolſtadij, anno 1587. apud Sartorium.

De Gratia, libro Arbitrio, Prædeſtinatione, Iuſtificatione, Indulgentijs, & D. Petri Cathedræ firmitate. Coloniæ, anno 1583.

Moritur Coloniæ, vir ſanè pius, doctus, animique hilaris, ac minimè fucati, XV. Februarij die, anno ſalutiferi partus virginei CIↃ. IↃ. LXXX. Funus honorifico tumulo in ſumma æde ad aram *SS. Magorum* pro meritis donatum.

PIETATI SACRVM.

Occiduæ Friſiæ CVNERVS *Epiſcopus (hoſpes)*
Primus & extorris dormit in hoc tumulo.

GAVCO GAVKEMA FRISIVS CANON.
AQVISGRANEN. PONEBAT,
INITIO ANNI VNDECIMI

R. I. P.

CYPRIANVS CORNELIVS GRAPHÆVS Aloſtanus, edidit

Poëmata aliquot, typis Aſcenſij, Lutetiæ.

Vitam

Vitam S. Guilhelmi, ad *Guilielmum Card. Croium*, cuius epitaphium exſtat Heuerleæ ad Celeſtinos, ex albo marmore.

CYPRIANVS A POPMA Friſius, SIXTI frater, ſingulari eruditione præditus ac virtute, patriæ ſuæ ornamentum inſigne fuit. Coloniæ ac Louanij ſtudiorum cauſſa verſatus, inter æquales ſuos ingenio & induſtria longè emicuit. Mortuus eſt Eloſti, & ſepultus in monumento paterno anno Domini M. D. LXXXII. poſtridie Kal. Octobris anno ætatis XXXII. Scripſit

Hiſtoriam ſuperiorum motuum in Friſia poſt annum M D.LXX.

C. CRISPI SALLVSTI *opera emendauit, iiſque emendationum ſuarum rationes adiecit*, Louanij anno Domini 1572. & typis Plantinianis cum *Carrione*.

Henr. Mediolānenſis libros de Controuerſijs hominis & fortuna primus in lucem eruit, & Commentarijs illuſtrauit. Coloniæ, anno 1570.

CYPRIANVS RORVS Machlinienſis, omnium Muſicorum princeps, teſtantur id cantiones quam plurimæ ab eo in Italia editæ, quas numquam cecini abſque ſumma admiratione. Moritur Parmæ, & ſepultus in æde Cathedrali hoc epitaphio:

CYPRIANO RORO FLANDRO
ARTIS MVSICAE
VIRO OMNIVM PERITISSIMO
CVIVS NOMEN FAMAQ.
NEC VETVSTATE OBRVI
NEC OBLIVIONE DELERI POTERIT,
HERCVLIS FERRARIENS. DVCIS II.
DEINDE VENETORVM,
POSTREMO
OCTAVI FARNESI PARMAE ET PLACENTIAE
DVCIS II. CHORI PRAEFECTO,
LVDOVICVS FRATER, FIL. ET HEREDES
MOESTISSIMI POSVERVNT.
OBIIT ANNO M.D.LXV. ÆTATIS XLIX.

CYPRIANVS VOMELIVS Friſius, familia Stapertica perantiqua, naſcitur anno Domini M. D. XV. Prima literarum elementa Vomelij, qui Friſiæ occidentalis pagus eſt, didicit: mox Gaudæ ac Harlemij, item Snecæ ac Gruningæ ſolidiora Grammaticæ præcepta conſectatus, tandem vt vniuerſas dicendi artes plenius deguſtaret, atque alia Iuris fundamenta attingeret, Wittembergam mittitur. Hinc recurrit ad diuerſas Academias, nempe Erphordienſem, Colonienſem, & Louanienſem, vt ad maturitatem Iuris ſtudium perduceret. Moguntiam euocatus Procuratorem fiſci Archiepiſcopi aliquamdiu egit, & Doctoratum ſuſcepit. Cæpit tunc inclareſcere, nam xv. annos in Cameræ Imperialis iudicij aſſeſſorem receptus, munus cum laude obiuit. Fuit vt omni literarum genere inſigniter ornatus, ita etiam omni humanitate candidus totus & ingenuus, ſine felle, ſine fuco.

Spiræ

Spiræ in Domino piè obdormiuit v. Martij, anno poſt natum Chriſtum M. D. LXXVIII. & ſepultus ad ſanctum Ioannem hoc epitaphio, quod ſibi ſcripſit ante mortem, cùm animaduerteret ſibi fatalem imminere diem:

Hoc Friſius condor tumulo CYPRIANVS *auita*
VOMELIDVM A STAPERT *gente domoque ſatus.*
Aonia lauri licet arte merebar honorem,
Eſt Aſtraa tamen plus Dea culta mihi.
Teſtis erit Magni praclara Academia, qua me
Tradentem audiuit ciuica iura frequens.
Teſtis erit Camera ſimul Imperiale tribunal,
Quod colui Aſſeſſor per tria luſtra Spira.
At hic, CHRISTE, *tuum ſupremum exſpecto tribunal,*
Tu mihi non Cenſor, ſed pius eſto pater.

Scripſit in iuuentute, quo genius eius maximè delectabatur, *Syluarum lib. III.* Erphordiæ, anno 1540.

His acceſſit poſtea *Syluarum lib. IV.* ſeparatim excuſus anno 1547.

Oden ad Deum Optimum Maximum pro tranquillando Chriſtiani Orbis ſtatu, anno Domini 1546.

MISCELLANEORVM librum vnum Argentinæ, anno Domini 1543.

Epitaphia celebrium aliquot virorum ciuitatis Madeburgenſis.

Epicedium ad CAROLVM V. cùm Palatinatu ornatus eſſet.

D.

DAMASVS BLYEN-BVRCHIVS, ex familia Patritia, Dordraci naſcitur anno Domini M. D. LVIII. in Bohemia profectus eſt anno M. DC. XVI. & ab illo tempore à propinquis nihil ab illo profſus auditum eſt, itaque creditur quod ibidem obierit. E Poëtis varijs collegit & contexuit.

Centonem Ethicum. Lugd. Batauor. 1599. 8.

Veneres Blyenburgicas, ſiue *Carmina Erotica*, è diuerſis Poëtis. Dordraci, anno M. DC.

Epitomen operum B. Fulgentij in XXX. Capita diſtributam, anno 1612. Amſtelodami 8.

DAMASVS alij DAMIANVS A LIGNO Antuerpienſis, Ordinis ſancti Dominici, ſacræ Theologiæ Profeſſor, egregiè doctus regens ſtudij, vt vocant, Duacenſis. Eruit è tenebris.

Iacobi de Vitriaco Sermones de Tempore. Antuerpiæ 1575. typis Belleri.

Recenſuit volumen eiuſdem Iacobi de Sanctis, quod nondum typis mandatum vidimus.

E Latino Belgicè vertit *De S. altaris ſacrificio.*

Viuere deſijt anno Domini M. D. LXXVII. XV. Octobris.

DAMIA-

DAMIANVS Religioſus, *Arnoldi*, Abbatis Cœnobij Præmonſtratenſis Niniuenſis frater, qui ad ſuperos vocatus anno M. C. XC. Hic in litteratura, ac præcipuè in Muſica palmam omnibus præripuit, vt *Sanctorum laudes* ſeu *officia ab ipſo compoſita*, à vicinis expeterentur & decantarentur. *Compoſuit* inter alia *SS. Cornelij & Cypriani Martyrum officium*, quod adhuc hodie religioſi Niniuenſes per octauam decantant.

DANIEL EREMITA Antuerpienſis, magno Etruriæ Duci à ſecretis, magnus futurus, modò Deus vitam dediſſet. Magna illi familiaritas cum *Gaſpare Schioppio* Germano, *Philippo & Petro Paulo Rubenijs* fratribus. Extant eius Poëmata aliquot, &

Panegyricus dictus Etruriæ Duci Coſmo Medices Florentiæ, typis Michaëlis Angeli Sermartellij, anno 1608. 4.

Obijt Liburnæ (hodie Liuornum vocant) ex morbo Gallico, anno à Chriſto nato M. DC. XIII. Sunt qui veneno extinctum ſcribunt.

Quid iuuat humanos ſcire atque euoluere caſus,
Si fugienda facis, & facienda fugis?

DANIEL HEINSIVS *Nicolai F.* Flander, Gandaui naſcitur anno M. D. LXXXII. In Zelandia primis litterarum & Philoſophiæ, præter Logicam quam dicunt, Moralis quoque, & quæ de natura agit, principijs imbutus eſt à doctiſſ. præceptoribus *Nicolao Oliuario, Petro Montano, & Ioanne Beloſio.* Lugduni Batauor. annum & amplius lectiones Iuris, & in Græcis *Bonauenturam Vulcanium* audiuit. Incredibile quanto amore illum proſecutus fuerit *Ioſephus Scaliger, Ianus Douſa*, alijque viri doctiſſimi. Annum agens XIX. publicè docere cæpit, Latinos primò, mox Græcos exponendo auctores. Poſtea Politicâ profeſſione donatus eſt: nunc Hiſtoriam tuetur, & totus in linguis Orientalibus. Poſt *Douſam Fil. & Paulum Merulam*, tertius publicæ à Curatoribus Bibliothecæ præfectus eſt. Naturâ ipſâ inſtructus ad Poëticam facultatem, patrio etiam rythmo excellit, vt paucis agam: Quæcunque ab eo profecta ſunt limam ſapiunt politiorem. Phraſis Terſa & elabotata Conceptus ſublimes: ita vt cum illis priſci ſermonis ſcriptoribus certare velle videatur. Multa ſcripſit, quorum hic ſyllabus:

Crepundia Siliana, ſiue *Notæ in Silium Italicum*. Lugduni Batauorum, anno 1600. typis Raphelengij

Auriacus Tragœdia, publicè exhibita.

Poëmata, in quibus diuerſa, & diuerſi generis.

Maximus Tyrius Platonicus, cum Interpretatione & Notis. Lugduni Batauorum, anno 1607. & 1614. 8.

Ariſtotelis lib. de Poëtica, cum interpretatione & Notis. Ibidem.

De conſtitutione Tragica lib. ſecundum *Ariſtotelem*. Ibidem anno Domini 1611.

Paraphraſis Andronici Rhodij in Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum, cum interpretatione, anno 1607. & 1617. typis Patij.

Q. Horatius Flaccus, cum Animaduerſionibus & Notis, & libro *De Satyra Horatiana*, Ibidem, anno 1612. & 1620. *cum vett. Sholijs.*

Theocritus & Græci Interpretes, cum ſcholijs *Theocriticis* in eundem librum, qui

qui cum *Ioſephi Scaligeri Notis & Iſaaci Caſauboni Lectionibus* eſt editus, anno 1604.

Heſiodus, & eius Interpres, cum Introductione & Notis in Opera & Dies.

Peplus Græcorum Epigrammatum.

L. Annæi Senecæ Tragœdiæ, cum ſuis & Ioſephi Scaligeri Animaduerſionibus. Lugduni Batauorum, anno 1611. 8.

Theophraſti Ereſij Platonis & Ariſtotelis auditoris Opera infinitis locis emendauit, cum Interpretatione *Gazæ*.

De contemptu mortis lib. IV, verſu & proſa. Ibid. 1621. 8.

Orationes XVI. vno volumine comprehenſæ.

Orationes aliquot ſeorſum editæ.

Homeliæ in natalem Domini & Paßionem, quæ aliquoties impreſſæ & conuerſæ in vernaculum & Gallicum ſermonem.

Clemens Alexandrinus Græcus Theologus recenſitus, & Latina interpretatione interpolatâ.

Iambi, partim morales, partim ad amicos. Ibid. 1602.

Themiſtij Orationes quaſdam ante non editas, publicauit.

Laus Pediculi.

Diſſertatio Epiſtolica, An viro literato ducenda Vxor, & qualis?

Iulius Cæſar, ſiue *De mutatione Reipub. Romanæ.*

Gratulatio ad Venetos de fœdere cum Ordinibus Bataniæ inito, qui Equitem *D. Marci* crearunt, & rex Suetiæ Hiſtoricum & conſiliarium ſibi elegit.

Diſſertatio ſiue *Epiſtola, in qua Iuriſconſultorum & Ariſtotelis De ſeruitute ſententia conciliatur.*

Cras credam, hodie nihil, Satyra Menippea. Typis Elzeuirianis, anno Domini 1621.

In Politica Ariſtotelis Paraphraſis perpetua.

Ariſtarchus in Nonni paraphraſin, quo infiniti loci ſacrorum auctorum explicantur.

Encomium Aſini, ſed ſuppreſſo nomine. Lugduni Batauorum, 1623.

Oratio in obitum Reineri Bontij Medici & Cluueri. Ibidem, 1624.

Laudatio Funebris, inuicto & excelſæ memoriæ Principi MAVRITIO, D.G. *Principi Auriaco, Comiti Naſſouio*, &c. *Lugduni Batauorum* 19. *Septembris, anno M.DC.XXV. publicè dicta.* Apud Elzeuirium, anno 1625.

Platonicas Diſſertationes & Ariſtarchum, ſiue *Libros de diſciplinis veterum prolixum opus nunc meditatur.*

Sunt qui illi *Satyras duas Menippeas*, HERCVLES TVAM FIDEM, & VIRGVLAM DIVINAM aſcribunt.

Edidit *Ioſephi Scaligeri Iambos Gnomicos*. Typis Henrici Haeſtenij, anno 1607. 8.

Itineraria III. Hiſpanicum, Gallicum & Belgicum, Ioannis Secundi. Lugduni Batauorum.

Poëmata Belgica de Baccho & Hemskerckio claſſis naualis ductore, aliiſque, Ibidem edente *Petro Scriuerio.*

DANIEL SANTBECHVS Nouiomagus Gelder, edidit *Problematum Aſtronomicorum & Geometricorum Sectiones VII.* Baſileæ, 1561. fol. typis Henrici Petri.

DA-

Digitized by Google

DANIEL SAVTERIVS, Batauus, edidit

Praxin Bannæ ruptorum huius ſæculi.

De fallacijs, pœnis & redemijs eiuſdem. Lugduni Batauorum, anno 1615. 8.

Diatribam de Officio pij Imperatoris. Ibid.

DANIEL VLIERDERIVS, alij VLIERDENVS, Patricius Bruxellenſis, Medicus inſignis, ad fratrem *Gulielmum Epiſtolam* dedit, oſtendens Medicum non corpori ſolum, ſed & animæ ſuppetias dare. Baſileæ, anno 1544. 8. apud Frobenium.

DAVID GORLÆVS. Vltraiectinus, edidit

Exercitationes Philoſophicas, quibus Philoſophia theoretica ferè vniuerſa diſcutitur. Apud Commelinum 1620. 8.

DAVID LINDANVS Gandauenſis, vrbis Teneræ mondanæ Syndicus, vtroque dicendi ac ſcribendi genere promptus, felix quoque Poeta Belgicus, edidit

De Tenera-monda eiuſque Territorio lib. III. typis Verduſſij, anno 1612.

Orationem de Homine eiuſq. inſtitutione, Ibidem 160 .

Poëmata varia Latina & Belgica ſparſim edita.

Paradoxon pro nuditate contra veſtes, nondum editum.

DAVID A MAVDEN, *Dauidis* celeberrimi Medici F. naſcitur Antuerpiæ anno ab inſtaurata ſalute M. D. LXXV. In eadem vrbe literis humanioribus imbuitur. Louanij emenſo Philoſophiæ curriculo, I. V Laurea decoratur. Ex in Theologiæ ſtudijs ſe ſacrat, curamque animarum ſuſcipit Bruxellæ in Capella. Clarus eloquio, ſermone comis, ac D. E I zelo plenus, & ob id omnibus ſuis carus. Scripſit

Diſcurſus Morales in præcepta Decalogi. 1625. fol.

Meditatur Conciones Dominicales.

DAVID MICHAEL REGIVS tertij Inſtituti Diui FRANCISCI Antuerpiæ, vir doctus & magnæ lectionis, cui ordo Bibliothecam debet: multa meditatus eſt, pauca in lucem prodierunt morte præuentus, extant eius tantummodo INDICES ROMANI MISSALIS, compendio quicquid in eodem continetur, dilucidè ante oculos ponentes, inſcripſit amico optimo *Chriſtophoro Plantino*, qui & typis mandauit anno Domini M. D. LXXIII. Moritur Antuerpiæ anno ab orbe redempto M. D. LXXXVIII. *Nicolaus Agricola* hoc illi epitaphium poſ.

Hic ſitus eſt DAVID MICHAEL REGIVS, *omen*
Eſſe ſub his titulis res dedit ipſa fidem.
DAVIDEM *Hymnographum expreſſit meditatio verbi*
Diuini, & facilis condere vena melos.
Belligerum cœli ductorem retulit ardens
Zelus in hæretica dogmata perfidia.

Regius emicuit regali pectore, mundi
Præmia cùm rigidus ſpreuit inaniſlui.
Sumptibus immenſis conflarat Bibliothecam,
In qua ποιδιας *qua patet orbis erat.*
Hic ſe verſabat, curiſque ſuauibus vltrò
Victus Apollineas mellificabat apes.
Hanc & amicorum ſtudijs proſtare volebat,
Nam neque cum Muſis ſtat comes Inuidia.
Æui hic florentis primos vix legerat annos,
Cùm mox attonito Mors inopina ſubit.
Hoc reliquum ſupereſt nobis, pia fundere vota,
Vt lux defuncto cælitus irradiet;
Quâ paſtus mentem, calidoque incenſus amore
Pro nobis validas fundat & ille preces,
Vt pax in terris, miſero hoc dum iungimur æuo
Nos gremio foueat ſedis Apoſtolicæ.

DESIDERIVS ERASMVS cognomento ROTERODAMVS, naſcitur anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem M. CCCC. LXVII. die XXVIII. Octobris horâ quartâ ante ſolis exortum, Roterodami in Hollandia, ibi etiamnum vidimus aliquando exiguam domum ad cœmiterium cum hac inſcriptione:

Ædibus his ortus mundum decorauit ERASMVS,
Moribus, ingenio, Religione, fide. Item:

HAEC EST PARVA DOMVS, MAGNVS QVA NATVS ERASMVS.

Puer vocatus eſt *Gerardus Gerardi* more familiari apud Batauos, & olim etiam vſitato apud Græcos Latinoſque. Sed quia nomen iſtud in Belgico idiomate videtur habere cognatam ſignificationem cum verbo deſiderare, adſciuit ſibi loco prænominis titulum DESIDERII, cui ſubiunxit Græcam vocem eiuſdem notionis, & ERASMVS agnominari voluit. Mater eius dicta eſt *Margareta*, filia Medici cuiuſdam è Septimontio, vulgò *Seuenberghe*, cuius fratres duos vidit ERASMVS Dordraci plenè nonagenerarios. Vltraiecti in æde ſacra Muſicis imbutus, chorauli, vt vocant, munere functus eſt. Dauentriæ primum pueritiæ ſuæ doctorem habuit *Alexandrum Hegium* virum doctiſſimum. Plura qui volet, conſulat ipſius vitam. Spiritum & vitam ERASMO debent renaſcentes literæ. Quantus fuerit, quàm aptum diſciplinis varijs & artibus capeſſendis animum habuerit, & in humaniore literatura ac linguarum maximè celebrium cognitione excelluerit, notius eſt, quàm vt in præſentiarum multis commemoretur. Factum hoc cum ipſo adhuc ſuperſtite, tum poſt exceſſum eius ab alijs, qui viuacem virtutem, ſtupendam eruditionem, ingenium ad omnia promptum admirati, MIRACVLVM appellarunt NATVRAE, PHOENICEM

SVI.

SVI AEVI, RENASCENTIS ELEGANTIAE PARENTEM, LITERARIAE REIPVB. OCELLVM, ERVDITORVM SENATVS PRINCIPEM, DOCTORVM DECVS, COLVMEN, LVMEN, ORGANVM A DEO OPT. MAX. FABRICATVM, REDVCENDIS IN VTRAMQVE GERMANIAM LINGVIS ET SCIENTIIS. Habuit ille ſolus quod omnibus ferè tunc negatum, quod multis hodie. Gratus & acceptus ſumnis Pontificibus, Imperatoribus & Regibus. Suos habuit viuens (quod eius ſimilibus fatale) aduerſarios non paucos, eos imprimis quos inſcitiæ puluis aſperſerat, quique vix inter mediocris proletariæque eruditionis homines locum tueri poterant poſtremum. Neque etiam hodie deſunt, qui dum ſcripta ipſius euiſcerant, eius nihilominus manes ſollicitant, & aculeis impetunt virum de repub. literaria nullo non modo bene meritum. Vtinam maiori iudicio & conatu ad ſacra tractanda ſe contuliſſet, vel amicis ſaltem, in his THOMA MORO Angliæ Cancellario & MARTINO DORPIO Theologo, *D. Auguſtini* exemplo, ad reuocanda, aut mitiganda quæ peccarat, hortantibus, obtemperaſſet. Quamquam, cautius haud dubiè multa ſcripſiſſet, ſi aut in caſtigatiora hæc tempora incidiſſet, aut tale paullo poſt ſæculum, tot hæreſibus ſectiſque diſſectis infame, exoriturum præuidiſſet. Propenſior natura fuit ad iocos quàm deceret, quàm nonnunquam expediret, vt de ſe ipſe fatetur ingenuè ad *Petrum Barbirium*. Statua eius Roterodami viſitur ænea in ponte lapideo. Obijt Baſileæ Heluetiorum, & ſepultus hoc epitaphio in Cathedrali:

CHRISTO SERVATORI SACR.

DESIDERIO ERASMO ROTERODAMO, VIRO OMNIBVS MODIS MAX. CVIVS INCOMPARABILEM IN OMNI DISCIPLINARVM GENERE ERVDITIONEM PARI CONIVNCTAM PRVDENTIA POSTERI ET ADMIRABVNTVR ET PRAEDICABVNT.

BONIFACIVS AMERBACHIVS, HIER. FROBENIVS, NICOL. EPISCOPIVS HEREDES ET NVNCVPATI SVPREMAE SVAE VOLVNTATIS VINDICES, PATRONO OPT. NON MEMORIAE QVAM IMMORTALEM SIBI EDITIS LVCVBRATIONIBVS COMPARAVIT, IIS TANTISPER DVM ORBIS TERRARVM STABIT SVPERFVTVRO, AC ERVDITIS VBIQVE GENTIVM COLLOQVVTVRO, SED CORPORIS MORTALIS QVO RECONDITVM SIT ERGO, HOC SAXVM POSVERE.

MORTVVS EST IV. EIDVS IVL.
IAM SEPTVAGENARIVS, ANNO A CHRISTO NATO
M.D.XXXVI.

In ſaxo, quo ſepulchrum integitur eſt TERMINI *facies, baſi quadrata, cum his verbis*:

DES. ERASMVM ROTERODAMVM AMICI SVB HOC SAXO CONDEBANT IV. EID. IVL. M. D. XXXVI.

Multa vir tantus ſcripſit, quæ in IX. Tomos diſtributa, hodie cum ſummo omnium ſtupore leguntur, niſi quod nonnulla cenſuram Eccleſiæ admittant, pleraque emendationem duntaxat. Inter alia plura non poſtremum locum obtinent EPISTOLAE: In ijs enim tota eius elucet vita, in ijs eiuſdem pater genius, ingenium, mores, eruditio, animique dotes. Vitam *Beatus Rhenanus* deſcripſit, item *Paulus Merula* ex ipſius ERASMI manu, vitam repreſentauit anno Domini M. DC. VII. Orationem funebrem *Guilielmus Inſulanus Menapius* habuit. Tumulorum libellum vulgauit *Cornelius Muſius* Martyr.

PRIMO TOMO HÆC HABENTVR.

De copia verborum ac rerum lib. II.
Theodori Gazæ Grammatices lib. II.
Syntaxis.
Ex Luciano verſa. *Saturnalia*, *Cronoſolon.*
Epiſtolæ Saturnales.
De luctu. Abdicatus. Icaromenippus. Toxaris. Alexander, ſiue *Pſeudomantis.*
Somnium. Timon. Tyrannicida.
Eraſmi Declamatio Lucianicæ reſpondens.
De ijs qui mercede conducti degunt.
Dialogi Amatorij XVIII.
Hercules Gallicus.
Eunuchus. De Sacrificijs.
Lapithæ ſiue *Conuiuium.*
De Aſtrologia.
De ratione conſcribendi epiſtolas.
De pueris ſtatim ac liberaliter inſtituendis.
De ratione ſtudij.
De laude Medicinæ.
Libanij aliquot Declamationes verſæ.
Similium liber vnus.
Colloquiorum liber, Repurgandus iuxta indicem expurgatorium.
De recta Latini Græcique ſermonis pronuntiatione.
Ciceronianus, ſiue *De optimo dicendi genere.*
De ciuilitate morum puerilium.
Galeni exhortatio ad bonas artes verſa per Eraſmum.
Epitome in Elegantias Laurentij Vallæ.
Euripidis HECVBA & IPHIGENIA, *Eraſmo interprete.*
In Nucem Ouidij Commentarius.

SECVNDO TOMO.

Adagiorum opus, ſæpe recognitum & auctum.

TERTIO

TERTIO TOMO.

Epiſtolarum opus.

QVARTO TOMO.

E PLVTARCHO VERSA.

De diſcrimine adulatoris & amici.
Quomodo vtilitas capiatur ab inimicis.
De tuenda bona valitudine.
Principi maximè philoſophandum.
Animi an corporis grauiores morbi.
Num rectè dictum ſit, λάθε βιώσας
De cupiditate diuitiarum.
De cohibenda iracundia.
De curioſitate. De vitioſa verecundia.
Apophthegmatum lib. VIII.
Moriæ encomium, hoc eſt, *Stultitiæ laus.* Non legatur.
Panegyricus ad Philippum Burgundionum Principem.
Ad eundem carmen gratulatorium.
Inſtitutio principis Chriſtiani.
Iſocrates de regno adminiſtrando, latio donatus.
De Morte Declamatio.
Declamatiuncula gratulatoria.
Pacis querimonia, vndique profligatæ & eiectæ.
Lingua. Non legatur.
Xenophontis Rhetoris Hieron ſiue *Tyrannus.* Latinè verſus.
De Senectute Carmen, ad Gulielmum Copum.

QVINTO TOMO.

Enchiridion militis Chriſtiani, libellus planè Ethicus & Chriſtianus.
Oratio de virtute amplectenda.
Ratio veræ Theologiæ.
Paracleſis ad Chriſtianæ Philoſophiæ ſtudium.
Modus confitendi.
Enarratio Pſalmi Beatus vir
Enarratio Pſalmi, Quare fremuerunt gentes
Paraphraſis in Pſalmum, Quum inuocarem.
De puritate Eccleſiæ Chriſti.
Enarratio in Pſalmum, Dominus regit me.
Conſultatio de bello Turcis inferendo.
Enarratio in Pſalmum, Benedicam Domino in omni tempore.
Enarratio in Pſalmum, Dixi, cuſtodiam vias meas.
De amabili Eccleſiæ concordia.
Concio in Pſalmum LXXXV.

De miſericordia Domini Concio.
Virginis & Martyris comparatio.
Concio de puero IESV.
Epiſtola conſolatoria ad virgines ſacras propè Cantabrigiam, quâ exponitur illud *Eſaiæ* : *In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.*
Chriſtiani matrimonij inſtitutio. Non legatur.
Vidua Chriſtiana.
Eccleſiaſtes, ſiue *De ratione concionandi lib. IV.*
Modus orandi Deum.
Symbolum, ſiue *Cathechiſmus.*
Precationes. Pæan Virgini matri dicendus.
Oratio ad MARIAM *in rebus aduerſis.*
De contemptu mundi.
De tædio & pauore Chriſti Diſputatio cum *Ioanne Coleto.*
De præparatione ad Mortem.
Ode de caſa natalitia IESV.
Hymni varij in Chriſtum, B. MARIAM, ANNAM, &c.
Expoſtulatio IESV *cùm homine pereunte.*
Liturgia Virginis Lauretanæ.
Carmen votiuum ſanctæ Genoueſæ.
Commentarius in duos Hymnos Prudentij, de natali pueri IESV, & de Epiphania eiuſdem.
Chriſtiani hominis inſtitutum, carmine Iambico.
Epitaphium ODILIAE *& de eius filio.*

SEXTO TOMO.

Nouum Teſtamentum, cum Annotationibus.

SEPTIMO TOMO.

Paraphraſes
In Matthæum.
In Marcum.
In Lucam.
In Ioannem.
In Acta Apoſtolorum.

In Epiſtolas Pauli,
Ad Romanos
Ad Corinthios. I. II.
Ad Galatas.
Ad Epheſios.
Ad Philippenſes.
Ad Coloſſenſes.
Ad Theſſalonicenſes. I. II.

Ad

Digitized by Google

Ad Timotheum. I.II.
Ad Philemonem.

In Epiſtolam PETRI I. II.
In Epiſtolam IVDÆ.
In Epiſtolam IACOBI.
In Epiſtolam IOANNIS I. II. III.
In Epiſtolam ad Hebræos

OCTAVO TOMO

EX S. CHRYSOSTOMO VERSA.

Aduerſus Iudæos Homiliæ V.
De Lazaro & diuite, Homeliæ IV.
De viſione Eſaiæ, Homiliæ V.
De Philogonio Martyre, Homelia I.
De orando Deum, lib. II.
De Dauide & Saule, deq́. Tolerantia, lib. III.
Cùm presbyter eſſet deſignatus, Homiliæ I.
In Pſalmum, Cantate Dominò.
Cùm Saturninus & Aurelianus acti eſſent in exſilium, Homiliæ I.
De fide Annæ, Homiliæ II.
Commentariorum in Acta Apoſtolorum, Homiliæ IV.
Commentariorum in ſecundam B. Pauli ad Corinthios, Homiliæ VII.
In Epiſtolam ad Galatas.
In Epiſtolam ad Philippenſes, Homilias II.

EX S. ATHANASIO.

De Sancto Spiritu, Epiſtolæ II.
Contra Euſebium, De Nicena Synodo.
Apologetici duo aduerſus eos qui calumniabantur, quod in perſecutionem fugiſſet.
De paſſione Domini, Homilia I.
Homilia de eo quod ſcriptum eſt: Euntes in caſtellum, &c.
De Virginitate.
De peccato in Spiritum ſanctum.
De S. Spiritu, liber Athanaſio inſcriptus.

EX ORIGINE.

Fragmentum in Euangelium Matthei.
De vita, phraſi & operibus Origenis.

EX S. BASILIO.

Principium Eſaiæ.
De Spiritu ſancto lib. ad Epiſcopum quendam.
De laudibus ieiunij, Homiliæ II.

NONO TOMO.

Ad Iacobum Fabrum Stapulenſem lib. I.
Libri I. De linguis, ad Iacobum Latomum.
Ad Martinum Dorpium, De nouo Teſtamento.
Ad Eduardum Leum lib. III.
Aduerſus Nicolaum Egmondanum, de loco ſancti Pauli: Omnes quidem reſurgemus.
Aduerſus quorundam clamores, quod verterat. In principio erat ſermo.
Ad Ioannem Briardum Athenſem, pro Encomio Matrimonij.
Ad taxationes Stunicæ in Nouum Teſtamentum.
Aduerſus libellum impietatum & blaſphemiarum eiuſdem.
Appendix aduerſus eiuſdem libellum.
Aduerſus Concluſiones eiuſdem.
Aduerſus Sanctium Caranzam, de tribus locis ab eo notatis.
De delectu ciborum, ad Chriſtophorum Epiſcopum Baſilienſem.
Epiſtola ad Marcum Laurinum contra rumorem.
Apologiæ quæ præferuntur nouo Teſtamento.
Spongia aduerſus Vlrichum Huttenum Eq.
Liber Antibarbarorum.
Aduerſus Petrum Sutorem Cartuſianum lib. I.
De libero arbitrio Collatio.
Aduerſus Martini Lutheri ſeruum arbitrium Hyperaſpiſtæ lib. II.
Aduerſus eiuſdem Epiſtolam, purgatio ERASMI.
Aduerſus Natalem Bedam, Prologus, Elenchus, diuinationes & ſupputationes.
Ad epiſtolam Alberti Pij Carporum Principis lib. I.
Aduerſus eiuſdem lib. XXIII. *Apologia.*
Aduerſus calumnias monachorum Hiſpanorum.
Ad quendam Franciſcanum, qui notarat aliquot loca in Annotationes ad Romanos, lib. I.
Contra Pſeudo euangelicos Epiſtola.
Reſponſio ad Epiſtolam apologeticam, incerto auctore.
Declarationes aduerſus Cenſuras Pariſienſes.
Ad Phimoſtomum de diuortio.
Detectio præſtigiarum.
Aduerſus impudentiſſimos quoſdam gracculos.
Aduerſus mendacium & obtrectationem.
Appendix de ſcriptis Clichtouæi.
Pantalabus, ſiue *aduerſus quendam febricitantem.*
Defenſio in Petrum Curtium.
Annotatiunculæ quædam ad notulas Bedaicas.

Epiſtola

Epiſtolam ad Eleutherium, Item *altera ad Grunnium.*

AVCTORES AB ERASMO RECOGNITI.

Terentius.
Cato, cum Mimis Publianis.
Officia Ciceronis & Quæſtiones Tuſculanæ argumentis & ſcholijs illuſtrata.
Opera Senecæ Philoſophi incredibili ſtudio tertium recognita.
Suetonius cum aliquot alijs Hiſtoricis recognitus.
Quintus Curtius.
Arnobius in Pſalmos.
Opera diui Hieronymi cum ſcholijs ſæpe recognita.
Cyprianus ſæpe recognitus, cui in poſtrema editione acceſſit liber *De duplici martyrio*, antea non excuſus.
Hilarius & Irenæus recogniti ex vetuſtiſſimis M. SS.
Ambroſius recognitus, additis duobus nouis, *Apologia & Interpellatione Dauid*, libellis.
Lactantius de opificio Dei, cum Scholijs.
D. Auguſtini opera omnia non æſtimandis ſudoribus recognita.
Algerus de S. Euchariſtia recognitus.
Origenis opera quotquot extant & vitam in Epitomen redegit, additurus contra tanti Doctoris calumniatoris *Apologiam*, ni morte præuentus fuiſſet.

Mortuo ERASMO, anno M. D. XLIV. typis Rutgeri Reſcij prodijt *Compendium Rhetorices* olim ab eo conſcriptum in gratiam *Damiani à Goes* Equitis Luſitani, viri doctiſſimi.

De fœcunditate ingenij ERASMI & calculoſis renibus
PETRVS NANNIVS *ita luſit.*

Cælebs ERASMVS *nuptijs ab omnibus,*
Et fœminarum purus à conſortio;
Tamen frequenter extitit felix pater:
Nam ſi libros recenſeas quos edidit,
Prolemque mentis entheæ pulcherrimam,
Dic obſecro, cui nam data hæc fœcunditas?
Si calculis numerare vis, quot calculos
Enixus eſt, quæ ſæpius puerpera!

DIODORVS TVLDENVS *Nicolai F.* Syluæducenſis, I. V. Licentiatus, & Senator in patria. Louanij *Erycium Puteanum* in Politicis Doctorem habuit. Regiam in Iure cathedram iam pridem Louanij adeptus eſt. Neſcio quid in eo primum mirer. In humanioribus litteris apprime doctus. In Politicis nulli ſecundus. In Iure clarus, Profeſſione celebris, & quod primum & ſummum, pius & probus. Scripſit

Diſſertationum Socraticarum lib. II. qui partim *Ethicen*, partim *Politicen* ſpectant. Louanij, typis Dormalij, anno 1620. & Coloniæ.

De principijs Iuriſprudentiæ lib. IV. Coloniæ, anno 1622. typis Butgenij, & Louanij 8.

De cauſis corruptorum iudiciorum ac remedijs libb. IV. adiecta *Diſſertatione de conſultiſſimâ ad Iuriſpr. via.* Coloniæ, typis Butgenij: 4.

DIONYSIVS BERSAQVIVS, alij *Berſacius I. C.* Atrebas, ſcripſit

Hiſtoriam de origine, ſerie & rebus geſtis Comitum Arteſiæ: quâ non mediocriter vſus fuit *Ferreolus Locrius* in Chronico ſuo Belgico.

DIONYSIVS HARDVINVS Gandenſis, *Franciſci* frater, I. V. D. Vir magnæ lectionis & diligentiæ, mihi familiaris, cauſſarum militarium per Flandriam Auditor. Scripſit multa quorum maior pars extat in bibliotheca Equitis EMMANVELIS SVEYRO M.S. videlicet:

De Scriptoribus Flandriæ lib. quo vſus *Antonius Sanderus* in ſuis Flandriæ ſcriptoribus.

De Magiſtratibus Flandriæ, lib. ſingul.

Hiſtoria Eccleſiaſtica Flandriæ lib. I.

De Gandauo.

De Præſidibus Flandriæ.

De nobilitate Burgundica, Namurcenſi & Leodicenſi.

De vitis Præſidum ſanctioris Concilij in Belgio, & Concilij Prouincialis in Flandria, M.S. apud *Ioannem D'Hollanderium* Canonicum.

De illuſtribus Zelandiæ familijs.

De nobilitate Hiſpanica.

Elogia gentis Farneſiæ.

De Titulis ac Principibus regni Neapolitani.

De laudibus Heroum gentis VITELLIÆ, apud *Antonium Sanderum M.S.*

Epitaphia & Inſcriptiones ſepulchrales.

Diem extremum clauſit in patria, & ſepultus in Diui Michaëlis hoc epitaphio:

DIONYSIO HARDVINO THOMAE F. I. V. D.
IN ITALIA, BELGIO,
CIVILIB. MILITARIB. MAGISTRATIBVS
HONESTE FVNCTO:
HIC QVIDEM PRAETER ALIOS
IVRIDICI MILITVM SEV AVDITORIS
PER FLANDRIAM ORIENTALEM
ET PROTOSCABINI PERPETVI AD S. BAVONEM
IN PATRIA GANDAVO,
ILLIC VERO DIOECESIS CASSANENSIS
IN CALABRIA VICARII, ET
GVBERNATORIS GENERALIS.
OBIIT IV. IANVARI, M. DC. V.

Diem extremum clauſit in patria, & *Iuſtus Ryckius* conciui ſuo adoleſcens hoc illi epitaphium luſit:

Si mens Iuſtitiæ cultrix, Probitaſq́ Fideſque
Communi eriperent pectora ſancta nece;
Immortalis eras DIONYSIE, *ſanctaq́ numquam*
Stamina fatalis diſſoluiſſet anus.
Sed quia communi nihil exit lege ſolutum,
Iuſtitia hæc, Probitas & iacet alma Fides.

DIONYSIVS DE LEEWIS, patria RYCKELIVS (quod Hasbaniæ municipium eſt, ditionis Leodicenſis, iuxta *S. Trudonis* opidum) parentes habuit admodum honeſtos, non infimæ conditionis, quibus auitum genus de LEEWIS indidit nomen. Coloniæ bonis litteris operam dedit, ibidemque Magiſter artium creatus. Ruremundæ anno ætatis XXI. Cartuſianum ordinem amplectitur & profitetur. Fuit illi ingenium perſpicax, memoria ad ſtuporem tenaciſſimâ: aderat voluntas proximorum ſaluti totum ſe impendere geſtiens. Noctes atque dies tranſegit ſcribendo, orando & meditando. Tanta eſt operum moles, vt librorum multitudine ſuperauerit *D. Auguſtinum*, & quod mireris, propriâ omnia manu, nullo vſus amanuenſi. Phraſis illius pro naſutiſſimi doctiſſimique huius ſeculi ratione ſimplicior humiliorque eſt, aſt habet eruditionis plurimum. Obijt Ruremundæ ipſo *D. Gregorij Magni* Eccleſiæ Doctoris feſto, anno poſt Chriſtum natum M. CCCC. LXXI. Die XII. Maij, ætatis LXXVII. Doctoris EXTATICI nomen meruit, quemadmodum ante illum *D. Thomas* ANGELICVS eſt dictus: *Bonauentura*, SERAPHICVS; *Scotus*, SVBTILIS. Corpus eius inuentum anno Domini M. DC. VIII. ipſo Diui GREGORII die quo & obijt, hodieque miraculis claret. Vitam accuratè ſcripſit *Theodoricus Loërius* Cartuſianus Colonienſis, & *Petrus Dorlandus* lib. VII. Chronici Cartuſienſis.

ELENCHVS OMNIVM LIBRORVM.

Super PSALTERIVM, quod literaliter, allegoricè, tropologicè & anagogicè expoſuit.
In VII. Pſalmos Pœnitentiales.
In omnes veteris & noui Teſtamenti libros.
Epitome, ſiue *nobiliores Sententiæ totius S. Scripturæ.*
In libros B. Dionyſii Areopagitæ. Coloniæ in folio.
In IV. libros Sententiarum.
Medulla operum S. Thomæ.
Exheleoſis ex ſumma D. Guilielmi Antiſiodorenſis.
In Boëthium de Conſolatione Philoſophiæ literaliter & myſticè.
Enarratio Hymnorum præſertim veterum.
Expoſitio librorum Ioannis Climachi.
Tranſlatio librorum Ioannis Caſſiani ad ſtilum facillimum.
De exemplis & documentis authenticis.
De Ente & Eſſentia.
De ſcientia vniuerſalium.
Compendium Philoſophicum, ſeu *Elementatio Philoſophica.*
Compendium Theologicum, ſeu *Elementatio Theologica.*

De

De lumine Chriſtianæ Theoria lib. II.
Dialogion de ſide Catholica, contra Gentiles lib, VIII.
Contra perfidiam Machometi lib. IV.
Dialogus diſputationis inter Chriſtianum & Saracenum de lege Chriſti,& contra perfidiam impijſſimi Mahometi.
Epiſtola ad Principes Catholicos parænetica, de inſtituendo bello aduerſus Turcas.
Contra artes magicas & errores Waldenſium.
Contra Superſtitionem.
De natura æterni & veri Dei.
De diuina eſſentia.
De venuſtate mundi & pulchritudine Dei.
Creaturarum in ordinem ad Deum conſideratio Theologica.
De diſtantia perfectionis diuinæ & humanæ.
De munificentia & beneficijs DEI.
De laudibus ſuper laudabilis DEI.
Laudes DEI *deuotiſſimæ.*
De bonis Spiritus ſancti, lib. IV.
Horæ de ſanctiſſima Trinitate.
Horæ deuotiſſimæ de Paſſione Domini noſtri IESV CHRISTI.
Meditationes, ſiue *de modo recordationis Dominicæ Paſſionis.*
Expoſitio Dominicæ Paſſionis ſecundum IV. Euangeliſtas.
Expoſitio Miſſæ.
Dialogus de celebratione & Sacramento altaris.
Tractatus de ſacra communione frequentanda.
Sermones VI. de Venerabili Sacramento,
De laudibus Beatiſſ. Virginis Mariæ, lib. IV.
De præconio & dignitate einſdem lib. IV.
De mutua cognitione in patria.
De Sanctorum Reliquiarumque Veneratione & modo.
De proceſſionibus ſacris.
De cauſſa diuerſitatis euentuum.
De deformatione & reformatione Eccleſiæ.
De authoritate & officio ſummi Pontificis.
De poteſtate & iuriſdictione ſummi Pontificis.
De auctoritate Generalium Conciliorum.
De vita & regimine Præſulum.
De officio, vita & regimine Archidiaconorum.
De regimine Prælatorum.
De officio Legati.
De vita & Statu Canonicorum, Sacerdotum & miniſtrorum Eccleſiæ.
Dialogus inter Patronum & Canonicum,
De vita & regimine Curatorum.
De honeſta conuerſione Clericorum.
De doctrina ſcholaſticorum.
De vita Nobilium.
De regimine Principum lib. III.
Dialogus inter Chriſtum & Principem.
De vita militari.

De

Digitized by Google

De vita mercatorum, & iuſto pretio rerum.
De regimine Politiæ.
De laudabili vita coniugatorum.
De laudabili vita Virginum.
Dialogus inter IESVM *& Senem.*
Dialogus inter IESVM *& puerum.*
De vita & exemplis antiquorum Patrum.
De laude Ordinis Cartuſienſium.
Enarratio in tertiam Regulam ſancti Franciſci.
De reformatione clauſtralium.
De reformatione monialium.
De vita Solitariorum.
De vita & fine ſolitarij.
De laude & præconio ſolitariæ vitæ.
De vita incluſarum.
Sermones de Tempore & Sanctis, ad ſeculares.
Sermones de Tempore & Sanctis, ad Religioſos.
Summa de vitijs & virtutibus.
Contra pluralitatem beneficiorum.
Contra Simoniam lib. III.
Contra Auaritiam.
Contra Ambitionem.
Contra vitium proprietatis monachorum.
Contra deteſtabilem cordis inordinationem in diuinis laudibus.
De Modo deuotè pſallendi.
De modo & ordine iudicandi & corripiendi.
De actu viſitationis.
De grauitate ac enormitate peccati.
Dialogus de conuerſione peccatorum.
De arcta via ſalutis & Contemptu mundi.
Speculum amatorum mundi.
Inſtitutio ſiue *Exhortatorium nouitiorum.*
De votis & profeſſione Religioſorum.
De fructuoſa temporis deductione.
De triplici via.
De Via purgatiua.
De via purgatiua exercitium.
De mortificatione viuifica & reformatione interna.
De fonte lucis & ſemitis vitæ.
De remedijs tentationum.
De diſcretione ſpirituum.
De paſſionibus animæ.
De puritate & felicitate animæ.
Cordiale, ſiue *Præcordiale.*
De cuſtodia cordis & profectu ſpirituali.
De gaudio ſpirituali.
De pace interna. De Oratione.
De Meditatione.

De eleuatione mentis in Deum.
De contemplatione.
Sonus epulantis.
Inflammatorium diuini amoris.
Dialogus de charitatis profectu
Dialogus de perfectione charitatis.
De regulis vitæ Chriſtianorum.
De particulari iudicio & obitu ſingulorum.
De quatuor hominis nouiſſimis.
Collationes II. pro Capitulo generali Ordinis Cartuſienſium.
Collatio miſſa Capitulo Generali fratrum Minorum de Obſeruantia.
Epiſtola ad vniuerſos Principes Chriſtianos.
Epiſtola multa ad Cardinalem Nicolaum de Cuſa, Legatos & Epiſcopos.

EPISTOLA
- *Ad Principes Geldriæ.*
- *De curſu ad ſanctum Michaëlem.*
- *Contra deſperationem.*
- *Pro quodam tribulato.*
- *Ad quandam viduam.*
- *Ad Arnoldum Campion, I. D.* qua reſpondet quibuſdam ſatis arduis quæſtionibus.

Elegia de iudicio mortis & varijs caſibus eius.
Varia item alia *carminum genera, Sermones, Collationes, Epiſtolæ & Solutiones dubiorum ſine numero.*
Apocalypſis, ſiue *Reuelationes ſibi à Domino* DEO *facta.*

DYONYSIVS MVDTSAERTS, Tilborchius, Canonicus Norbertinus in cœnobio Tungerloënſi, Ordinis Præmonſtratenſis & Paſtor in Calmpthoudt, vir multæ lectionis, edidit in duobus voluminibus

HISTORIAM ECCLESIASTICAM, idiomate Belgico, à Chriſto nato ad annum CIↃ. IↃC. XXII. quam denuo reuiſit & auget, adiunctâ *Hiſtoriâ ſacrâ rebuſque geſtis ab orbe condito ad vſque Chriſtum natum.* Antuerpiæ, typis Hieronymi verduſſen, anno 1622. fol.

Vitas Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis, ex antiquis M. SS. varijſque Hiſtorijs fideliter concinnatas, & ſub Cenſura Superiorum exiſtentes, indies expectamus.

DIONYSIVS VILLERIVS Tornaci Canonicus & Cancellarius mihi amiciſſimus. Bruxellæ cùm IVSTO LIPSIO prima litterarum fundamina iecit: cui quàm carus fuerit, frequentes eius ad eum datę litteræ, teſtantur. Domum eius libris ac numiſmatibus locupletem, omnes docti, virique Principes non rarò frequentauerunt. Concinnauit

Officium proprium SS. Patronorum Eccleſiæ Tornacenſis. Duaci, anno 1591. 8.
De familijs Principum ac nobilium BelgI deq; Genealogijs eorundem. M.S.

Deceſſit Tornaci anno Chriſtianæ ſalutis M. DC. XX. Ipſo *ſancti Andreæ* feſto, ætatis LXXIIII.

MEMO-

MEMORIÆ ÆVITERNÆ
V. R. DIONYSII VILLERII;
Antiquarij & Genealogi.

Deſine terra tuos, VICOS, STRADASQVE, *Latina*
Iactare, vel PANVINIOS:
Non PASQVALINOS *mater generoſa Quiritûm,*
Claroſque dic BVRGHESIOS.
Teutona non tellus VELSERI *ſcrinia* MARCI,
Ditemque Galla CHOVLIVM?
Belgica nec gemmos LAVRINOS *dicere malis*,
TORRENTIVMQVE *nobilem:*
Innumeroſque alios aliæ deſiſtite terræ
Laudare, queis Numiſmatum
Cura fuit veterum dilectas quærere gazas
Cum diuite elegantiâ,
Vnus cunctorum vicit DIONYSIVS *artem,*
Vrbe hoſpitatus Neruiâ,
Soſpite quo, miſeros dignata inuiſere cœtus
MONETA *mater Copiæ;*
PLVTVS *& effoſſo terrarum apparuit imo,*
Sacris notatus litteris,
Romuleoſque Duces referens, atque ora priorum,
Pelaſgidarum & Barbarûm,
Qui nunc ad tumulum DIONYSI *perditus atrum,*
Pullo indecorus ſyrmate,
Funereamque gerens taxum, lacrymaq́ madeſcens,
Triſtem refundit næniam:
Gloria quæ tecum ſteterat, DIONYSIE, *noſtra,*
Tecum heu! iacente concidit.

IVSTVS RYCKIVS Gandenſ. Canõn.
pro veteri in amicum adfectu Poſ.

DOMINICVS AEGIDIVS TOPIARIVS, Aſpelarienſis Flander, Dominicanus, Conuentus Antuerpienſis, ante ordinis ingreſſum dictus AEGIDIVS, poſtea habitu ordinis ſuſcepto DOMINICVS vocari voluit, vir fuit eruditus, ſacrarum literarum ſtudioſus, & Concionator non triuialis. Scripſit

In Euangelia & Epiſtolas totius anni, typis Plantini, quæ ſub nomine fratris *Ægidij Topiarij* prodierunt, cum tamen vnus & idem ſit, anno 1569.

Ennarrationem Euangeliorum & Epiſtolarum anni totius de Tempore & Sanctis, è tabulis potiſſimum *Laurentij Vilnicentij* aliiſque concinnatam Pariſijs anno 1565. 8 apud Sonnium.

Homilias quadrageſimales in Euangelia & Epiſtolas, è tabulis *Iacobi Veldij*, Ibid. & apud Plantinum, anno 1573.

T 2 *Libel-*

Digitized by Google

Libellum ad informandam iuuentutem de rudimentis & myſterijs Catholicæ fidei, idiomate patrio.

Moritur Antuerpiæ, anno M. D. LXXIX. IV. Maij.

DOMINICVS ARVMÆVS Friſius, I.C. & Profeſſor celeberrimus Ienæ apud Saxones, ac Dicaſterij prouincialis Aſſeſſor, ſpectatæ vir induſtriæ & virtutis, edidit.

Deciſionum & Sententiarum lib. I.

Commentarium Methodicum de Mora.

Diſputationes ad præcipuas Pand. & Cod. Leges Lipſiæ. 1609.

Diſcurſus Academicos De Iure Publico. Tomos III. anno 1616. 1618. 1621.

Diſcurſus Academicos Ad bullam auream CAROLI IV. Imp. Ibidem 1617.

Exercitationes Iuſtinianeas, ad Inſtitutionem Iuris lib. IV.

Obijt Ienæ, & ſepultus in templo primario, hoc epitaphio:

Iuris eram, Graciq́, potens ſermonis amator,
Cui radicalis cognita lingua fuit.
Cauſas tractaui, ſubſellia prima ſubini,
Cauſidicæque fui lumen, honorque togæ.
Iuridica ſubito ſenſus in ſede reliqui,
Nec breue mors breuis eſt dicere paſſa VALE.
Quàm dicas aliena, prius tua diſcito Iudex
Vicinum capiti dicere cura Iouem.

DOMINICVS BAVDIVS Inſulenſis Flander, natus eſt IV. Idus Aprilis anno Domini M. D. LXI. Tyrocinia ſtudiorum egit Aquiſgrani. Lugduni Batauorum, vbi quum per menſes XV. aſſiduam Iuri operam nauaſſet, Doctoris titulum eſt conſecutus, ſub auſpicio HVGONIS DONELLI, anno Domini M. D. LXXXV. In Anglia & Gallia multis innotuit primarijs viris, quibus gratus, acceptuſque. Anno Domini M. DC. II. Idus Maias Lugduni Batauorum, Eloquentiæ Profeſſor deſignatur. Mortuo PAVLO MERVLA cepit explicare CORNELIVM TACITVM Auguſtæ hiſtoriæ principem. Poſtea ab Hollandiæ Ordinibus ſcribendæ Hiſtoriæ munus pro parte iniunctum eſt. Anno CIↃ. IↃ C XIII. Auguſti III. febre corripitur, quæ delirio ac vigilijs continuis miſerè ipſum attriuit, donec omni robore exutus mortalitatem expleuit XXII. Auguſti, circa horam pomeridianam tertiam & conditus in templo *S. Petri.* Fuit mihi familiariſſimus. Homo aperti pectoris ſed nimiò vino addictus. O quàm carus omnibus extitiſſet, ſeipſum ſi nouiſſet. Notatum hoc à LIPSIO, qui virum, ſed non eius vitia amauit, cuius hoc de eo breue ſymbolum:

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

EGO TE
DOMINICE BAVDI
AD OMNIA DOCTRINÆ ET VIRTVTIS

EX-

. EXEMPLA GENITVM PVTO:
ET VT SEMINA INGENII TVI SEQVARIS,
SERIO HORTOR.
AMOR MEVS A TE NON RECEDET
QVAM DIV TV A TE NON DISCEDES.
SCRIPSI SINE DOLO
IVSTVS LIPSIVS.

Edidit

Poëmata varia. Lugduni, anno 1607. 8.

Carmina gratulatoria, honori Ambroſij Spinolæ dicata. Ibidem anno 1609.

Monita ciuilia Sapientiæ, verſibus Iambicis.

Monumentum conſecratum honori & memoriæ Sereniſſ. Britanniarum Principis Henrici Frederici. Lugduni Batauorum, anno 1613. 4.

De inducijs belli Belgici, lib. III. anno 1613. 4.

Orationem ad ſtudioſos Leidenſes, ob cædem commilitonis tumultuantes.

Orationem in obitum Ioſephi Scaligeri viri incomparabilis.

Hortationem ad amplectendas belli Belgici inducias, antea nomine *Iuliani Rosbecij* editam, anno 1609. 4.

Epicedium in obitum Iacobi Arminij.

Diſſertationem de Inducijs Belgicis, editam nomine *Pacati Latini*.

A morte prodierunt *Epiſtolarum Centuriæ III.*

Commentariolus De Fænore. Lugduni Batanorum, anno 1615. 8.

DOMINICVS BENDIXIVS Snecæ naſcitur parentibus honeſtis, vbi in triuialibus præceptores habuit ſatis doctos vſque ad ætatis ſuæ annum XIII. Harlemi cum *Ioachimo Hoppera* ſtuduit, & Louanij Iuriſprudentiæ operam dare cœpit, ſed anno vix exacto, patriam cogitat, & ad ſacerdotium adiecit animum. Snecæ ac demum Leouardiæ Paſtorem egit. Habebat ſingularem quandam gratiam in concionando. A CVNERO PETRO I. Epiſcopo, primus Archidiaconus Leouardiæ conſtitutus eſt. Tandem à Caluiniſtis in exilium actus, Coloniæ aliquandiu ſe continuit. Duſſeldorpij moritur Canonicus XIV. Ianuarij, anno ab orbe redempto M.D LXXXVI. Scripſit

Sermones de vitanda peccati occaſione.

De Humilitate. De Ira, Inuidia & Continentia.

Contra luxum & crapulam.

De pura caſtitate, & quædam alia.

DOMINICVS CVSTOS Antuerpienſis ciuis Auguſtanus & Calcographus peritiſſimus æri incidit & vulgauit Auguſtæ Vindelicorum.

Delicias vrbis æternæ.

Atrium Heroicum, ſiue *Impp. Regum Princip. effigies.*

Sanctos Auguſtanos, cum Explicationibus, inſcripſitque *D. Antonio Velſero*, Canonico Friſingenſi.

Principum Chriſtianorum Stemmata, anno 1611. in folio.

Comites Tirolenſes & Electores Saxoniæ, cum Commentario, anno 1599. 1601.

Duces Bauariæ cum Commentario, anno 1605.

Itinerarium Georgij ab Ehingen tabulis & effigiebus illuſtrauit.
Regum Neapolitanorum Vitas & effigies. Ibidem anno 1605. fol.

DOMINICVS DE FLANDRIA Dominicanus, vir multa lande diguus, qui ingenio valuit, & in Ariſtotel. doctrina & Metaphyſ. conceptibus non fuit minus verſatus, quàm in ſcholaſtica. Docuit annos plures Bononiæ, ſcripſitque

Quæſtiones XLIX. in libros poſter. Analyt. Ariſtotelis.
Quæſtiones Metaphyſicas in Ariſtotelem.
Quæſtiones XXIII. in Elenchos eiuſdem.
Quæſtiones & Annotationes in III. lib. Ariſtotel. de Anima.

Et quædam alia, Venetijs excuſa anno M. CCCC. XCVI. Claruit anno Domini M. CCCC. LXX. Sunt qui Bononienſem ſcribant, in hoc decepti, quod ibidem Regens fuerit, & docuit.

DOMINICVS LAMPSONIVS Brugenſis Flander, Picturæ & venerandæ Antiquitatis amantiſſimus. Poëta amoenus. Ingenij induſtriæque nomine *Reginaldo Polo S. R. E. Card.* mirum in modum placuit. Illo vnà cum MARIA Regina v. Kal. Decembris CIↃ. IↃ. LVIII. defuncto in patriam traiecit, & Leodicum veniens. primùm *Henrico Bergio*, deinde *Gerardo Groesbekio*, demum *Erneſto Bauaro* Eburonum ex ordine Epiſcopis gratus, iiſdemque à ſecretis fuit. *Læuino Torrentio, Petro Ximenio Luſitano*, vitæ Academicæ ſectatori (qui Coloniæ Agrippinæ ſeptuagenario maior anno CIↃ. IↃ. XCV. ex hac vita exceſſit) *Carolo Langio, Orano, Iuſto Lipſio* coniunctiſſimus, iiſque amantiſſimus. Habuit Mæcenatem Bruxellæ ſpectabilem *Chriſtophorum Aſſonleuillium* arcani concilij conſiliarium, multis legationibus perfunctum. Senex Leodici moritur DOMINICVS, & ad DIONYSII à fratre conditus, hoc epitaphio:

AD DEI OMNIPOTENTIS HONOREM
ET
DOMINICI LAMPSONI
VARIA SCIENTIA ET PVNCTIONE PVBLICA.
CLARI
IN HAC ECCLESIA SEPVLTI
SVIQ. MEMORIAM
NICOLAVS LAMPSONIVS EIVSD. ECCLESIAE DECANVS
EIVS FRATER POS. ANNO CIↃ. IↃC. III.

SIC erat hoC Latè notVs LaMpſonIVs anno,
Ipſâ dcfVnCtVs qVâ ſanCtVs ALeXIVs horâ.

Scripſit ſoluta oratione

Vitam Lamberti Lombardi pictoris celeberrimi. Brugis, typis Huberti Goltzij, anno 1565. 8.

In Tabulam Cebetis carmen valdè elegans, quod Bonauentura Vulcanus inſeruit libello ſuo de poematibus III. fratrum.

Belgicos pictores claros Iconibus verſibuſque illuſtrauit.

Paſ-

Paſsionem Chriſti ab Alberto Durero æri inciſam, carmine Heroico ornauit.

Poëmata M. SS. adhuc multa latent apud filium & *Othonem Venium.*

Pſalmos Pœnitentiales Lyricis verſibus, & Odam inſignem ad *Erneſtum Bauarum* nuper *Lernutius* edidit.

DOMINICVS SCHENKELIVS Syluæducenſis, Medicus & Gymnaſiarcha diligentiſſimus celeberrimæ ſcholæ Syluæducenſis, vir de bonis literis optimè meritus, edidit

Orationes Terentianas ex omnibus *Terentij*, comici familiariſſimi ac facundiſſimi comœdijs, cum apta Germanica interpretatione. Sylu⁊ducis, apud Ioannem à Turnhout, anno 1557. 8.

Poemata aliquot ſparſim edita.

Floruit anno Domini M. D. LVI.

DOROTHEVS WALRAVIVS Hornanus, Batauus, I.C. ſcripſit iuuenis

Carmina ſacra, ad Ioannem Miræum Antuerpienſium Præſulem,

De B. Virginis Conceptione, Annuntiatione, Purificatione, Aſſumptione. Louanij, apud Maſium, anno 1608. 4.

DROGO Monachus Bergis ſancti Winoci in Flandria, dein preſbyter Ghiſtellenſis, demum Epiſcopus Morinorum creatus, anno Domini clↄ. xxxvi. quibus præfuit cum laude annos plus minus XLIII. deuixit enim anno M. LXXIX. Scripſit

Vitam & Martyrium S. Godeleua, anno 1070. ſtrangulatæ.

Vitam & Paſsionem S. Oſualdi Regis.

Sermones duos de eodem, M.SS. Camberonæ in Hannonia.

De vita S. Winoci lib. III. M.SS. Ibidem.

Eſt & alter *Drogo* Gallus, Abbas *ſancti Ioannis* Laudunenſis, & Epiſcopus Cardinalis Hoſtienſis.

DVRANDVS è familia Godeſcalci Præpoſiti *diui Lamberti*, ex HENRICI II. Imperatoris Cancellario, Leodicenſium Epiſcopus, ſcripſit

Epiſtolam de Corpore & ſanguine Domini, contra Brunonem, Andegauenſem Epiſcopum, & Berengarium Turonenſem.

Abijt ad meliorem vitam anno M. XXIV. anno adminiſtrationis tertio.

Fuit alius ab hoc DVRANDVS A S. PORTIANO, Ordinis Prædicatorum, & Epiſcopus Meldenſis, qui floruit anno clↄ. cccx. ſcriptorum *D. Thomæ* primò defenſor, poſtea verò acerrimus impugnator. Quidam illi hoc poſuit epitaphium:

Hic eſt DVRANDVS *poſitus ſub marmore duro,*
An ſit ſaluandus ego neſcio, nec quoque curo.

E.

ECKEBERTVS Eccleſiæ Leodicenſis Clericus, ſcripſit teſte *Trithemio*

De Ænigmatibus Ruſticanis lib. II.

Vixit tempore HENRICI Imperatoris III. anno Domini M. LX.

EGBERTVS SPITHOLDIVS, Zutphanius, S. T L. Colonienſis, Canonicus & Plebanus Antuerpienſis, mihi familiaris, vir pius & moribus antiquis, ſcripſit

Meditationes in Paſſionem & Reſurrectionem Chriſti, typis Moreti, anno 1612.

Pia precationum & contemplationum Exercitia, quæ ſac. Miſſæ ſacrificium, & ſacræ Romanæ Eccleſiæ officium ſpectant. Ibidem anno 1604. 12.

Viuet valetque decrepitus anno M. DC. XXVI. atque in ſacello ſacræ circumciſionis monumentum ſibi delegit, hac humili inſcriptione:

HVNC LAPIDEM POSVIT SIBI
EGBERTVS SPITHOLDIVS
S. T. L.
CANONICVS ET PLEBANVS ANTVERP.
QVI HIC RESIDENTIAM SVAM HABVIT
AB ANNO DOMINI M.D.XCV. ET OBIIT
DIE MENSIS.
CVIVS ANIMAM DEO OPT. TER MAX.
TRANSIENS PRECOR COMMENDA.

EGINHARDVS alijs EINARDVS, CAROLI MAGNI Imp. Cancellarius, & Abbas *S. Bauonis* Gandaui, ſcripſit

Vitam CAROLI MAGNI Imp. Coloniæ, & Lipſiæ, anno 1617.

De Tranſlatione & miraculis SS. Marcellini & Petri.

De iiſdem Carmen Iambicum.

Pſalterium Gallicanum abbreuiauit, teſte *Sigeberto*.

Ad Chriſtum migrat Gandaui, anno Domini DCCC. XLIV,

EILARDVS AB ALMA Friſius, Poëta non infelix, deſcripſit

Bellum Gigantum libris IV. Ex officina Sanctandreana, anno Domini 1587. 4.

Moritur anno ætatis XXII. Kalendis Octobris anno Domini M. D. XXCVI. ABRAHAMVS VANDER MILIVS conſolationem ſcripſit ad pullatam familiam, & *Lambertus Ludolphus* Dauentrienſis amico hoc epitaphium:

MEMO-

MEMORIÆ ET HONORI *præſtantiſsimi Poëtæ* EILARDI AB ALMA.

Conditur hoc tumulo primis extinctus in annis
EILARDVS, *Friſij ſpeſque decuſq; ſoli.*
Scilicet hoc viuo meruiſſet patria quidquid,
Cum Latio vera Græcia laudis habet.
Si iuueni Pietas, doctrina, modeſtia, forma,
Ingenium, vitæ tempora longa darent;
Ingenium, Pietas, pudor & doctrina dediſſent
Huic merito vitæ tempora longa ſua.
Sed pede mors pulſans æquo mortalia cuncta,
Cum pueris iuuenes & rapit atra ſenes.
Non tamen extinctum iacet hic cum corpore nomen:
Vſque tui viuet nominis, ALMA, *decus.*
Hoc tua promeruit, (nulli ſic condita Vatum
Tempora, quoi hæc vel priſca tuliſſe liquet)
Muſa, Gigantæos grandi quæ carmine motus,
Geſtaque cum Superis impia bella canit.
Cæleſtem iam læta tui migrauit in aulam
Pars melior, molli hæc oſſa teguntur humo.
Hæc quicunque legis tumulo ſuper addita metra,
Nil, niſi, dic tacitè, PVLVIS *&* VMBRA *ſumus.*

EILHARDVS VERIVS Batauus Amſtelodamenſis, multa vernaculo idiomate conſcripſit, ex alijs linguis multa vertit in Belgicam, inter alia *Deſiderij Eraſmi Roterodami Paraphraſin in nouum Teſtamentum. Vetus Hollandiæ Chronicon nouo ſupplemento auxit, atque ad noſtra tempora deduxit.*

ELBERTVS LEONINVS Bommelanus Gelder, à procera ſtatura *Longolij* cognomentum tulit. Iuriſprudentiam ſummo cum honore docuit Louanij, magno auditorum concurſu: tandem Geldriæ Cancellarius conſtituitur, Ordinum Belgicorum partes ſecutus. Finem vitæ fecit Arnhemij & ſepultus in *D. Euſebij* hoc epitaphio:

ELBERTO LEONINO I. C. AMPLISS.
IN FLORENTE QVONDAM ACADEMIA LOVANIENSI
PRIMARIO IVRIS PROFESSORI,
CONSILIARIO STATVS DVCATVS GELDRIAE
COMITATVSQVE ZVTPHANIAE
CANCELLARIO
OBIIT ANNO CIↃ. IↃ. XCVIII.
DIE VI. DECEMBRIS.
ÆTATIS SVAE LXXIX.
NATVS BOMMELIAE.

VIXIT IN PRIMO AC VNICO MATRIMONIO ANNOS LII.

Scripſit & poſteritati reliquit

Centuriam Conſiliorum. Antuerpiæ, anno Domini 1584. in folio typis Plantini.

Emendationum ſiue *Obſeruationum lib. VII.* Arnhemij, anno 16 0. 4.

Prælectiones ad Tit. C. De Iure Emphyteutico. Francf. anno 1606. 8.

Commentarium ad Tit. D. De vſu fructu. 1600. 8.

Prælectiones ad Tit. D. De Seruitutibus. M. SS.

Ad librum IX. Cod. in quo Tituli & Leges ad inſtar Proceſſus Criminalis explicantur. Coloniæ 4.

Orationem habitam tempore Colloquij Colonienſis, *de Bello, Religione & pace per Belgium.*

S. ELEVTHERIVS, tertius Tornacenſium Epiſcopus, naſcitur Tornaci parentibus Chriſtianis, multa à paganis pro Chriſto paſſus, & Synodum celebrauit contra Acephalos hæreticos. Scripſit

Sermones de S. Trinitate. De Incarnatione Chriſti, de Natiuitate Domini, De Annuntiatione Dominica, quæ omnia M. SS. exſtant in patria ad ſanctum Martinum, & pleraque in Monaſterio Bonæ Spei apud Hannones.

Mortuus anno Domini D. XXIX. & ſepultus Blandinij. Vitam eius ſcripſit

Guibertus de Tornaco. M.S. Tornaci ad ſanctum Martinum.

ELIAS PVTSCHIVS *Ioannis F.* naſcitur Antuerpiæ XXVI. Nouenbris anno Domini M. D LXXX. in cuius primo ortu hoc memorabile accidit, quod vix in lucem editus infans, raſerit, manumque dextram quaſi lætabundus ſupra caput eleuauerit. Quàm docile & capax fuerit ingenium ſortitus, vel inde mihi quis æſtimet, quod vix bimulus Orationem Dominicam ſine hæſitatione recitare potuit. Omnium ſibi amorem conciliauit, gratus & acceptus orbis ac ſeculi & litterarum principibus *Iuſto Lipſio, Scaligero, Douſæ, Grutero, Vulcanio, Scriuerio, Meurſio,* alijſque. Moritur Stadæ anno partus virginei M. DC. VI. IX. Martij, & ſepultus in *D. Nicolai* XII. eiuſdem menſis.

Salluſtium ex fide vetuſtiſſimorum codicum *correxit, nouis Notis illuſtrauit, fragmentum quoque centum auctorum edidit,* typis Raphelengi, anno 1601. 8.

Veteres Grammaticos XXXIII. correxit, & vno volumine comprehenſos edidit.

Elegias aliquot doctiſſimas & Poëmata varia ſcripſit.

Vitam eius deſcripſit *Conrardus Ruttershuſius* Aſſeſſor Noricus.

S. ELIGIVS, Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis, Antuerpienſium Apoſtolus, ſcripſit *Homilias XVI.* à Bignæo in Appendice ad Bibliothecam PP. editas.

Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit, teſte SIGEBERTO, anno verbi incarnati DC. LXVI. vitam eius ſcripſit *Audoënus Dado* Epiſcopus Rhotomagenſis apud *Surium.*

ELI-

ELIGIVS EVCHARIVS Gandenſis, Poëta mediocris xvi. libb. Carminum pereruditos rythmo Teutonico ab ANNA BINSIA aduerſus Lutheranos conſcriptos, carmine Elegiaco reddidit. Antuerpiæ typis Vorſtermanni, anno 1564.

Epigrammata quædam.

ELIGIVS HOVCARIVS Gandenſis, Sacerdos & iuuentutis moderator in patria, habuitque *Georgium Caſſandrum* Hypodidaſcalum, ædeſque incolebat in monte arenoſo. *Cornelius Ianſſenius* Gandenſium Epiſcopus apud hunc percepit prima ſtudiorum rudimenta. Pariſijs anno Domini M. D. IV. in Collegio Montis acuti promotus fuit, quo tempore *Natalis Beda* eiuſdem primatum geſſit. Edidit

Comœdiam de patientia Chryſellidis, non infelici carmine.

Vitas ſancti Leuini Epiſcopi & Martyris, & ſanctæ Coletæ Virginis Gandenſis.

Dialogum Charitis & Gandæ in CAROLVM V. electum Imperatorem.

EMMANVEL DEMETRIVS vulgò VAN METEREN, *Iacobi F.* Antuerpiæ naſcitur anno Domini M. D. XXXV. VII. Idus Iulij. Londini magna & ampla negotia habuit, mihi familiariſſimus per literas. Cum *Abrahamo Ortelio* cognato Angliam & Hyberniam inſpexit, ſcripſit ſermone patrio HISTORIAM rerum potiſſimum in Belgio geſtarum à CAROLI V. natali ad hæc vſque tempora, Gallicè ac Latinè poſt ab alijs redditam. Diligens & accuratus Hiſtoriographus, vtinam minus tribuiſſet affectibus, & Caluinianæ religioni non nimium obſecutus fuiſſet! Moritur Londini, ornatus hoc epitaphio à *Iacobo Colio* Orteliano:

EMMANVELI DE METEREN I.F. ANTVERPIANO
VIRO SINGVLARI,
MERCATORI EXACTO
HISTORICO EXIMIO
QVI PRONO GENII SVI DVCTV
TVMVLTVS BELGICI PLVSQVAM QVADRAGENARII
ANSAM ET INITIVM
SCOPVM ET EXITVM
POSTERITATI LITERIS CONSECRAVIT,
ESTHERA DE CORPVT CONIVGI B. M
LIBERIQVE IX. PARENTI OPT.
M. H. P.
OBIIT ANNO AB INCARNATIONE CHRISTI CIↃ. IↃC. XII.

Aliud.

D. O. M. S.

ET MEMORIÆ.

EMMANVELIS DEMETRI, *domo Antuerpiâ, Londini quondam Belgarum mercatorum Conſulis:*

Qui

Digitized by Google

Qui ſic mercator, vt litteras odiſſe crederes:
Sic litteratus, vt odiſſe merces.
Teſtis vna Belgi, quam dedit, HISTORIA
Mercurius & Pallas amicum,
ESTHERA DE CORPVT *virum ſuum,*
Pro ſe quiſque collugent.

Vitam deſcripſit *Simon Ruytingus.* Eius ſymbolum:
EMMANVEL, QVIS CONTRA NOS?

EMMANVEL SVEYRO parentibus Luſitanis Antuerpię naſcitur, anno cIↄ. Iↄ. LXXXVII. XX. Februarij, Hiſtoricus & Mathematicus. Eques militiæ Domini noſtri IESV CHRISTI. Prima ſtudiorum fundamina iecit Antuerpiæ apud ſocietatis IESV Clericos. Præceptores habuit in humanioribus *Ægidium Schoondonckium & Heribertum Roſweydum* viros doctiſſimos. *Michael Cognetus* in Mathematicis illi Doctor. Vir & multarum linguarum & optimarum ſcientiarum laude clarus, & vbique ſummo loco habitus, tum propter eximias animi corporiſque dotes, tum ob inſignes hactenus libros editos & adhuc edendos. Tranſtulit ex Latina in Hiſpanicam C. TACITVM valdè feliciter. Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1613.

Item SALLVSTIVM, apud Ioannem Keerbergium, anno 1615. 8.

Scripſit præterea Hiſpanicè *Breuem Belgij deſcriptionem*, typis Gerardi Wolſchatij, anno 1622. 8.

Annales Flandriæ, eadem linguâ, Tomos II. typis Petri & Ioannis Belleri, anno 1624. in folio iuſſu PHILLIPPI III. Hiſpaniarum Regis.

De Antuerpia tractatum peculiarem, nondum editum.

Euulgauit quoque ANACEPHALEOSES, hoc eſt, *Summa capita auctorum Regum Luſitaniæ, auctore P. Antonio Vaſconcellio Soc.* IESV *Presbytero*, Antuerpiæ, typis Petri & Ioannis Belleri, 1621. 4.

EMMANVEL SWEERTIVS Septimontius Batauus, in folio edidit

Flori legium de varijs floribus bilboſis, aliiſque Indicis plantis lib. IV. Amſtelodami, anno 1612.

EMERICVS ANDRÆAS Abbas Cœnobij famoſiſſimi S. MICHAELIS Ordinis Præmonſtratenſis, quod eſt Antuerpiæ. Vir moribus & ætate maturus, quique dignitatem illam ſuam (quam non totis tribus annis tenuit) egregiè exornaſſet, ſi pluribus licuiſſet. Cum autem eſſet & iudicio bono præditus, & temporis ſui ſtudioſſimus, conſcripſit

Notationum in pleraque totius anni, vt & Quadrageſimæ Euangelia & Epiſtolas, partes IX. ex probatiſſimis tum Poſitiuæ tum Scholaſticæ Theologiæ ſcriptoribus, magno ſtudio collectarum. Habentur illæ ab auctoris manu nitidè ſcriptæ in rubro corio compactæ in Bibliotheca ſancti Michaëlis.

Ad feliciorem vitam migrauit anno ſalutis M. D. XC. in Eccleſia ſua antè Virginis matris doloroſæ altare tumulatus.

EMVNDVS DINTERVS Brabantus, Hiſtoricus ANTONIO I. eiuſque

Google

eiuſque filijs IOANNI & PHILIPPO I. ac demum PHILIPPO BONO Brabantiæ Ducibus à ſecretis fuit.. Aulicæ vitæ pertæſus, memor illius:

Curia dat curas, ergo ſi viuere curas,
Et bene ſecurè, non Curia ſit tibi cura.

Sacris eſt initiatus, & factus Canonicus Louanij in Diui Petri; ſcripſit

Chronicon Brabantiæ, quod M S. exſtat apud *Caſperium Geuartium, Ioan. F.* breui lucem viſurum. item apud *Aubertum Miraum* Decanum Antuerp.

De Genealogia Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, &c. teſte *Geſnero.*

Vitam Philippi à Burgundia, Epiſcopi Vltraiectini. Argentorati, anno 1519.

Obijt anno ſalutis M. CCCC. XLVIII. Bruxellis ad *D. Iacobi* in Monte frigido conditus.

ENGELBERTVS CVLTIFICIS, Dominicanus apud Neomagenſes, ſcripſit

Epiſtolam declaratoriam, quâ Mendicantium priuilegia defendit aduerſus paſtores quoſdam. Pariſijs 1507. 8.

Tractatum de Simonia in receptione vitanda.

Speculum veræ Religionis. M.S.

De audientia Confeſſionum. M. S.

De tribus votis. M. S.

In Regulam B. AVGVSTINI *M.S.* & alia,

Floruit anno Chriſti M. CCCC. LXXIX.

ENGELBERTVS D'HOLLANDERVS, ſocietatis IESV Clericus, vir doctiſſimus, Gandaui rhetoricam cum laude docuit: varia tum metro tum proſa ſcripſit, *Dramata* quoque multa exhibuit. Scripſit item.

Vitam Henrici Cæſaris & Cunegundæ eius vxoris, qui virgines in coniugio permanſêre, admirabili caſtitatis exemplo.

Parat *De antiquitatibus Gordunis volumen.*

ENGVERAMVS MONSTRELETVS. V. N. & Cameracenæ vrbis Præfectus, luculentam IV. & LX. annorum contexuit *Hiſtoriam.*

ERASMVS ROTERODAMVS, vide DESIDERIVS ERASMVS.

ERASMVS A CHOKIER DE SVRLET IOANNIS frater, I. C. Vir multiformi doctrinâ eruditus, charus omnibus, nemini inuidioſus, inter cætera ingenij ſui monumenta poſteritati reliquit vtiliſſimum *Tractatum De Iuriſdictione Ordinaria in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iuriſdictione*, Tomis duobus diſtinctum. Item *De Aduocatijs feudalibus.*

Alia plura vulgaſſet, niſi in florida adhuc ætate mortalitatem expleſſet Leodici, anno ſalutifero cIↄ. Iↄ. cxxv. Februarij XIX. Depoſitus apud Dominicanos, in ſepulchro ſuorum parentum gentilium DE CHOKIER.

ERASMVS GOYENS, Præpoſitus incluti Monaſterij *ſancti Gerlaci* propè Traiectum ad Moſam, ordinis Præmonſtratenſis, vir omnis antiquitatis ſtudioſiſſimus: hortatu Reuerendiſſimi Domini HENRICI CVYCKI Epiſcopi Ruremundenſis euulgauit *Vitam & miracula quam plurima prædicti ſancti Gerlaci Eremitæ, Ordinis Præmonſtratenſis*, duobus libris. Anno 1600.

ERYCIVS PVTEANVS, Venlonae, Geldriæ ſuperioris opido naſcitur anno redemptionis humanæ M. CCCCC.LXXIV. IV. Nouembris (*die ſanctæ Modeſtæ ſacr.*) patre IOANNE viro Conſulari. BAMELRODIAE ſtirpis. Mihi amiciſſimus. Decennis Dordraci litterarum ſtudijs operam dedit. Philoſophiam Coloniæ, Iuriſprudentiam Louanij hauſit, & biennium plus minus IVSTVM LIPSIVM Antiquitatis & Hiſtoriarum Interpretem habuit, annum agens XXI. Italiam dein, & in ea vrbem æternam ROMAM viſit, atque in Ciuium Patriciorumque ibidem numerum cum tota poſteritate ſollemni Senatuſconſulto anno Domini M. DC. III. adſcribi meruit: Mediolani Eloquentiam aliquot annos profeſſus, regij Hiſtoriographi titulo ac munere auctus, Louanium à Sereniſſimis Belgarum Principibus ALBERTO & ISABELLA, Brabantiæque ordinibus eſt euocatus, ac LIPSIO ſucceſſor datus. Amicos in Italia habuit *Pinellos, Saccos, Septalios, Mercuriales Aquapendentes*, & alios Vna ei cura ſemper fuit, bene de iuuentute & Repub. mereri. Scripta ab eo hactenus leguntur iſta:

ORATIONES VARIAE.

Pro munere Profeſſorio Gratiarum actio ad Senatum Mediolanenſem.
De perfecti Rhetoris officio.
De Rhetoribus & Scholis Palatinis Mediolanenſium.
De facilitate linguæ Græcæ.
De Laconiſmo.
De L. Floro, & titulo Hiſtoriographo.
De vſu fructuque librorum & Bibliotheca Ambroſiana.
Laudatio iuuentutis Belgicæ. Louanij dicta.
Lipſionnema anniuerſarium, Laudatio funebris.
Declamatio in Sclopum.
Stimulus literarum, Oratio Parænetica.
De libris & libellis. In Germaniam Taciti.
De palæſtra bonæ mentis, in auſpicijs eiuſdem.
Democritus, ſiue *De riſu.*
De purificatione virginis Dei-paræ.
De Aſſumptione. } *B. Virginis* MARIAE.
De Annunciatione. }

Affectus

Affectus in Tacitum, breui encomio expreſſus.
De officio Iudicis, typis Elzeuirianis, anno 1619. 8.
Diſſertatio politica de inducijs Belgicis.
Pro Raphaële Montorſano. Alexandriæ, typis Herculis Quintiani, anno 1605.
Præfatio in Curtium.
De Curtij & Hiſtoriæ laudibus.
Præfatio in Perſium.
De puteali Libonis.
Suada Attica, ſiue *Orationum ſelectarum Syntagma.* Lugduni Batauorum.
Encomium Oui.
Encomium Sputi.

PHILOLOGICA & MISCELLANEA.

Genialium Sermonum libri Reliquiarum titulo antea editus.
Muſathena ſiue *VII. diſcrimina vocum.*
Iter Nonianum.
Teſſerarum Philotheſiarum lib. III. quos poſtea mutauit, & Thyrſos inſcripſit. Louanij, typis Gerardi Riuij, anno 1609.
De Erycio nomine Syntagma.
Comus, ſiue *Phageſipoſia Cimmeria: de luxu Somnium.*
Conſolatio cæcitatis, ad Guilielmum Cripium cæcum.
Facula Diſtinctionum. De eiſdem Schediaſma. Louanij, typis Gerardi Riuij, anno 1610.
De Laconiſmo Syntagma.
Strictura in Iſaaci Caſauboni Epiſtolam, ad Frontonem Ducæum ſocietatis IESV Theologum.
Ariſtoteles de virtutibus & vitijs Latinè factus.
Vindiciæ tutelares, pro Diui Iacobi in Hiſpanias aduentum ex Hiſpanico Latinè reddita.
De ternario numero liber, in Auſonij Griphum Commentarius.
Hieromenia Romana, de diebus ſollennibus.
De natatu liber, domi militiæque vtilis.
De ratione rectè gubernandæ prouinciæ.
Thaumata pietatis.
Martyremata Academica.
Enchiridion ethicum, ex Ariſtotele olim collectum, latinè vertit.
De Cometa anni ∞.Ꜿ. C. XVIII. lib. II.
Paradoxologia.
Iconiſmus S. Genoueuæ Palatinæ, Ducis Brabantiæ F. Louanij apud Maſium.
Ænigma regium, imaginibus illuſtratum.
De ſtipendio militari apud Romanos Syntagma.
Cryptologia. Chironomia Antiquorum, ſiue *De Ratione geſtuum.*
Pecunia Romana ratio.
Arx Louanienſis à Principibus noſtris luſtrata.
Bruma, chimonopægnium de laudibus Hiemis.
Brachylogomimeſis Socratica.
Simulacrum Principis, Imperij arcana enchiridio repræſentans.

Commentarij in librum de virtutibus & vitijs.
Aſtræa Louanienſis. Louanij, anno 1618. 4.
De munitionibus liber. }
Carminum Sylua. } *eduntur à filijs* PVTEANI.
Inſcriptionum Sylloge }

HISTORICA.

Hiſtoria Ciſalpinæ lib. II. res à Ioanne Iacobo Medicæo circa lacum Larium geſta. Louanij, apud Dormalium, anno 1614. 4.
Hiſtoria Inſubricæ lib. VI. qui irruptiones Barbarorum in Italiam continent. Ibidem, typis Haſtenij, *cum Commentarijs.*
Stratagemata noſtri ſeculi.
Diua Virgo Aſpricollis: Beneficia eius & Miracula nouiſſima. Louanij, apud Henricum Haſtenium, anno 1622. & Petrum Zangrium.
Phœnix Principum, ſiue ALBERTI PII *morientis vita.* Ibidem, 1622. 4.

EPISTOLÆ.

Epiſtolarum Centuriæ IX. in Promulſidem, Fercula ſecunda & Bellaria diuiſæ.
Delitiæ adoptiuæ.
Accedent alia, dum viuit valetque, vtpote
Apophthegmata noſtri ſeculi.
Spicilegium Adagiorum.
Iſagoge ad Helleniſmum.
De Curis. De Duello. De Nobilitate.
Æſculapius morum.
In Plinij lib. VII. Scholia.
In Nemeſianum & Calphurnium Notæ.
Venlona, ſiue *Vrbs Patriæ Deſcriptio.*
Stemma Puteanum, à Ioanne Bamelrodio, ab anno M. CCCC. per vtrumque ſexum deductum.
De vanitate rerum, Oratio.
Iſagoge ad Matheſin.
De Horologijs liber.
Comœdiæ aliquot, numeris Plautinis.
Epidigma Hiſtoricum, Comi, anno 1604. Francofurti, anno 1606.
Lucerna Diogenis, quæ homines oſtendit, quâ homines ſunt. Louanij, 1614.
Vindiciæ Eryciana, aduerſus Anonymum.
Doctrinæ Ariſtotelicæ Epitome. Ludicra.
Spicilegium in Appuleium, ex officina Wecheliana, anno 1621. 8.
Scholia in Saluſtium, Curtium, Florum, Perſium, & partem Taciti, Horatij, Valerij, Senecæ.
Serta Phaleucia, Mediolani, anno 1606. 8.
Rufi & Gibberi periurium. Louanij, anno 1616. 4.
Olympiades ſolâ manu, vt verè mundi annus reſpondent, computatæ. Louanij, typis Cornelij Coeneſteynij, anno 1626. 4.
An. M.DC.XXIV. in morbo epitaphium hoc ſibi ipſe, mortis memor ſcripſit.

ΣΠΟΥΔ-

ΣΠΟΥΔΑΙΩΣ ΖΗΝ ΑΡΙΣΤΟΝ.

Audire viuus pauca verba mortui
Si non times, quod hactenus feci, loquar.
PVTEANVS *ego ſum, Fama quem circumfluit,*
In Liberis mihi ſuperſtes & Libris.
Hanc eſſe lucem, vmbram fuiſſe cogita.
Dum nauigas, vel Scylla, vel Charybdis eſt:
Poſt fata portus: vita morte naſcitur.
Quid ergo? Viue: ſic licebit non mori.
Vixiſſe pulchrè, in rebus eſt Æternitas.

Mortuum audis: vt ego te viuum.
Bene precare mortuo.

Breue CL. PVTEANI *Elogium.*

LIPSIVS & CICERO *Romanæ lumina linguæ,*
Proh dolor! ambo tacent, Tertius ecquis erit?
Ecquis erit? PVTEANVS *erit, licet ilia rumpant*
Inuidia. Inuidia eſt te, PVTEANE, *minor.*

EVANGELISTA PLACENTIVS, vide IOAN. PLACENTIVS.

EVERARDVS A BETHVNIA Theologus & Grammaticus Græciſta vulgò dictus, eo quod librum carmine conſcripſerit, cui titulus *Græciſmus*, de figuris, deque VIII. Orationis partibus.

Elementa Grammatica.

Opus quadripartitum in illud Ioannis Euangeliſtæ, In principio erat Verbum. M. S. Coloniæ apud Dominicanos.

Antihæreſin contra Waldenſes Hæreticos. Ingolſtadij, anno 1614. 4.

Henricus de Gandauo *Ebrardum* vocat cap. 60.

EVERARDVS BILY Theologus & Carmelitarum Inferioris Germaniæ Prouincialis, vir doctus & facundus, ſcripſit

Defenſionem Academiæ & Eccleſiaſticorum Colonienſium, contra Calumnias Philippi Melanchonis, aliorumque.

EVERARDVS BRONCHORSTIVS I. C. Dauentriæ naſcitur. Ioannem patrem habuit virum doctum, & libris in Philoſophia editis, celebrem. Coloniæ artium præceptis plenius imbutus, tandem Iuriſprudentiæ ſtudijs excolendis animum adiecit. In alijs Academijs curſum ſtudij Iuridici abſoluit. In patriam reuerſus, poſt tumultus militares ſopitos, in Cos. Dauentriæ anno Domini M. D. LXXXVI. eligitur. Anno ſequenti Kal. Iulij Lugduni Batauor. numero Ordinariorum Profeſſorum Iuris adſcribitur. In lucem edidit

Digitized by Google

Ε'ναντιοφανῶν Centurias IV. & conciliationes eorundem.

Ad hæc alias II. Miſcellaneas Centurias controuerſiarum Iuris adiecit.

Methodum Feudorum. Lugduni Batauorum, anno 1613. 8.

Enarrationem in Tit. de diuerſis Regulis Iuris antiqui. Francofurti, anno 1607. & Lugduni Batauorum apud Elzeuirium, anno 1624.

Orationes duas, vna *De ſtudio Iuris rectè inſtituendo*, Alteram *De laudibus Iuriſprudentiæ.* Ibidem.

Tractatum de Priuilegijs Studioſorum tum Profeſſorum ac Doctorem.

EVERARDVS NICOLAVS, NICOLAI Præſidis F. natu maior, patris defuncti *Topica Legalia* cum fratribus Louanij euulgauit, Machliniæ viuere deſijt, & ſepultus ad D. Mariæ, hoc epitaphio:

D. O. M.

EVERARDO NICOLAI EQ. AVRATO
ET SVMMI BELGICÆ CONCILI
PRÆSIDI
PARENTI PIENTISS.
LIBERI MOESTI POSS.
VIXIT ANNOS LXIII.
OBIIT ANNO A CHRISTO NATO
CIƆ. IƆ. LXI. VI. IDVS MAII.
R. I. P.

EVERARDVS VESALIVS, *Andreæ* auus, Medicus præclarus, & Mathematicus inſignis, ſcripſit doctiſſimas

Commentationes in libb. Rhaſis, & in IV. priores Aphoriſmorum Hippocratis ſectiones, & plura mathematica ſcientiæ documenta.

EVERHELMVS alij EVERHELINVS Abbas primùm Altimontenſis in Hannonia, poſtea Blandinienſis Gandaui, ſcripſit

Vitam B. POPPONIS cognati ſui, & Abbatis Stabulenſis, quod eſt monaſterium in ditione. Leodicenſi. Conſule *L. Surium* in vita ſanctorum.

Moritur anno ab orbe redempto M. LXIX. cùm præfuiſſet annos XI.

EVGENIVS A GANDA, vide IOANNES BAPTISTA TRIEST.

EVSTACHIVS LENSIVS, Theologiæ Doctor, Ordinis Præmonſtratenſis, ex monaſterij Viconienſis apud Valentianas Canonico,

nonico, Vallis Chriſtianæ, & Serenæ Abbas, moritur plenus dierum, anno Domini M. CC XXV. & ſepultus in Eccleſia veteri, ſed poſtmodum tranſlatus ad hanc nouam, Scripſit

Coſmographiam Moſis, lib. III.

Seminarium verbi Dei, ingenti volumine comprehenſum.

In ſancti Auguſtini Regulam.

In Hymnos, ab Ordine Præmonſtratenſi receptos lib. I.

De Metris lib. I.

De Tropis & Schematibus lib. I.

De ſignificationibus nominum & qualitatibus rerum, ex Diuo GREGORIO libro I.

De myſterijs ſac. Scripturæ lib. I.

Tractatum de ſanctiſſimâ Trinitate, quem morte præuentus non abſoluit.

Exſtant operum iſtorum pleraque M.SS. apud Viconienſes.

EVSTACHIVS A ZICHENIS, cognomento *Vander Reuieren*, Brabantus, Ordinis ſancti Dominici, Theologiæ Doctor Louanienſis, ſcripſit

De ſeptem Sacramentis librum, contra errores M. Lutheri. Antuerpiæ, anno Domini, 1523. 4.

Contra caput V. Enchridij, ab Deſiderio Eraſmo Roterodamo edidi. Ibidem, anno 1531.

Denatus eſt Louanij, anno M. D. XXXVIII. XVI. April.

EVTYCHIVS DE CORDES Antuerpienſis monachus, & poſtea Abbas Monaſterij ſanctæ Iuſtinæ, quod eſt Paduæ, ob rarum ingenium, multarumque rerum experientiam interfuit Concilio Tridentino, ſcripſit

Commentaria in omnes Diui Pauli Epiſtolas.

In Symbolum Apoſtolorum.

Dictionarium Biblicum, omnia inedita, M. SS. in Monaſtrio ſanctæ Iuſtinæ.

Sanctiſſimè diem ſuum obijt anno Domini M. D. LXXXII. ſingulari erga Deum pietate.

EWALDVS GALLVS, Rector ſcholæ Weertenſis in Campinia, ſcripſit

Grammaticam Latinam libris III. Antuerpiæ anno Domini 1563. 8. typis Martini Nutij.

Dialogos & Leges Morales, ex Eraſmi libello De ciuilitate morum.

EWALDVS VOGELIVS Brabantus, Medicus, ſcripſit librum *De lapidis Phyſici conditionibus*, quo Gebri & Raimundi Lullij methodica continetur explicatio. Coloniæ, anno 1595. 8.

F.

FERDINANDVS DE CARDEVACQVES, Atrebas, Dominus de Beaumont, deſcripſit hiſtoricè

Seriem Comitum Arteſiæ.

FERREOLVS LOCRIVS, Paulinas, apud Atrebates ad *Diui Nicolai* Parœcus, vir multæ lectionis in hiſtoria ſacra & profana iuxta verſatus, & Poëta non inelegans, edidit

Mariam Auguſtam. ſiue *Hiſtoriam Deiparæ Virginis, libb. VII. & Chronico & Notis ad calcem illuſtratam.*

Chronicon Belgicum, ab anno Domini CC. LVII. ad annum Domini CIↃ. IↃ. C. *perductum*, quod editum ab auctoris morte per *Philippum Locrium* Tom. III. Atrebati, anno 1616.

Genealogiam Comitum Arteſiæ.

Hiſtoriam Comitum & Comitatus S. Pauli.

Miſcellaneam variorum Carminum.

Paraphraſin Poëticam in Prouerbia Salomonis.

Orationem Funebrem, pro funere Matthæi Moullartij Atrebatum Epiſcopi, anno Domini 1600.

De Nobilitate & Virginum præfectura vernaculo ſermone.

Obijt anno redemptionis noſtræ CIↃ. IↃ. C. XIV. XI. Kalendis Septembris poſt fidelem multis annis Reipublicæ Chriſtianæ nauatam operam, ijſdem ſtudijs, quibus contentus vixerat, feliciter immortuus.

FLORENTIVS HARLEMENSIS, Batauus, Prior quondam Cartuſiæ Louanienſis, ſpectatæ tum eruditionis tum probitatis vir, & inſignis Theologus, vt videre licet ex libris quos *De Chriſtiana vita inſtitutione* Belgico idiomate conſcripſit, & *Laurentius Suerius* Latinè eſt interpretatus. Coloniæ, typis Quintelianis, anno 1552. & 1595 Fratres habuit germanos *Vincentium & Rudolphum*, Ordinis Minorum per Belgium Prouinciales. *Florentius* immatura morte abreptus, perficere non potuit, quod animo inſtituerat, alteram videlicet partem quæ ad *Vitam Contemplatiuam* pertineret, idcirco *Surius* operi auctarium adiecit lectu dignum. Floruit in Cartuſia Louanienſi tempore inuictiſſ. Imp. CAROLI V.

FLORENTIVS VANDER HAER, Louanienſis, origine Vltraiectinus, Canonicus & theſaurarius Inſulenſis, Hiſtoricus & verſatiſſimus in Antiquitate Eccleſiaſtica, Louanij Præceptorem habuit in humanioribus *Cornelium Valerium*, ſcripſit

De initijs tumultuum Belgicorum lib II. à multis laudatos, ob Hiſtoriæ veritatem. Duaci, anno 1587. typis Bogardi.

Antiquitatis Liturgicarum arcana, Ibidem, anno 1605. 8. tomi III.

Digitized by Google

De Caſtellania Inſulenſi lib. Gallicè, Inſulis, anno 1611. 4.
Viuit valetque admodum ſenex, anno M. DC. XXV.

FLORENTIVS LEYDANVS Ordinis Minorum, collegit

Hiſtoriam nouorum in Germania Inferioris Martyrum Ordinis Sancti Franciſci, cui accedit *Enarratio Martyrij aliorum quorundam eius Ordinis Religioſorum in partibus Galliarum*, Ingolſtadij, anno 1582. typis Wolfgangi Ederi.

FLORENTIVS SCHOONHOVIVS Gaudanus, Batauus, Poëta, ſcripſit adoleſcens

Carminum Variorum, libb. III. Lugduni Batauorum, anno 1613. 8.
Lalagen, ſiue *Amores Paſtorales*, Ibidem.
Bucolicorum lib. I.
Hymnorum lib. I.
Emblemata, partim moralia, partim ciuilia. Amſtelodami, anno 1619. 4. typis Ianſonij.

FLORVS, Monachus Benedictinus Trudinopoli, in Epiſcopatu Leodicenſi, ſcripſit

Martyrologium.
Expoſitionem Miſſæ. Pariſijs, tomo IV. Bibliothecæ Patrum.
Sigebertus Gemblacenſis libro de viris illuſtribus ſcripſit *Epiſtolas D. Pauli* ex integro quoque expoſuiſſe, & magnum de alieno labore, nempe *ſancti Auguſtini*, ſui operis volumen edidiſſe.

FOLCARDVS, Monachus Bertinianus, ordinis ſancti Benedicti, deſcripſit

Vitam ſancti Bertini.
Vitam ſancti Audomari, Epiſcopi Morinenſis, quæ vtraque exſtat apud *Surium* Cartuſianum tomo V.
Floruit *Leonis IX.* temporibus.

FOLKERVS SIMONIS Snecanus, Friſius, ex Rectore ſcholæ Conſul vrbis creatus, ſcripſit

Chronicon Friſiæ. M.S.
Vixit circa annum Domini M. CCCCXCVI.

FRANCISCVS AGRICOLA, Paſtor Eccleſiæ Rodingenſis in Ducatu Iuliacenſi, hæreticorum maſtix, pietate, integritate, fide, ſapientia, humanitate excellens, edidit

Tractatum orthodoxum de S. Reliquijs, nominatim illarum quas Aquiſgranenſes poſſident, piâ induſtria CAROLI MAGNI, anno 1581.
De primatu Petri Apoſtoli, & Succeſſorum eius Pontificum Romanorum, eumque Romæ vixiſſe perpetuò, ex Græcis Latiniſque Patribus.
De Veneratione & Imaginibus Sanctorum libros II. typis Kinckij, anno Domini 1614.
Euangelicarum demonſtrationum lib. IV. quibus oſtenditur Chriſtum ſecundum

dum animam reuera ad Inferna decendiſſe, piorumque animas è limbo liberaſſe. Coloniæ, anno 1578. 8. apud Cholinum.

Euangelicam Doctrina de Chriſto Saluatore eiuſque regno gratia & gloria tum cognoſcendo, tum capeſſendo.

Speculum Pœnitentia.

Demonſtrationes Euangelicas de damnatiſſimo ſtatu Concubinariorum Ordinis Eccleſiaſtici. Coloniæ, anno 1603.

Apodeixin Euangelicam, de periculoſo ſtatu concubinariorum impœnitentium.

De æterno & vero Deo, nec non indubitato Chriſto atq; Meſſia Chriſtianorum, contra nouum & falſum Deum ac Pſeudo Chriſtum nouatorum huius ſæculi, libros III.

De ampliſſimus priuilegijs & certiſſimus ſignis vera Chriſti in terris Eccleſia Tractatum. Coloniæ, typis Gualtheri, anno 1606.

Confutationem Anabaptiſtarum. Germanicè. Coloniæ, anno 1528.

Inſtitutionem de ſanctiſſimo Sacramento Altaris. Germanicè. Ibidem, anno 1575.

Colloquium Theodori Malcotij, de Lutheri eiuſque conſortio in cauſſa religionis inconſtantia Germanicè vertit & auxit. Coloniæ, anno 1583.

FRANCISCVS AGVILLONIVS Bruxellenſis, ſocietatis IESV Presbyter, nec non vice Prouincialis, & Collegij Antuerpiæ Rector, mihi familiaris, egregius Philoſophus, ſolidus Theologus, in Matheſi verò admirabilis. Vixit & moritur Antuerpiæ anno ab orbis inſtauratione M. DC. XVI. XX. Martij. Scripſit

Opticorum lib. VI. Antuerpiæ, typis Ioannis Moreti, anno 1614. in folio.

Catropticorum & Dioptricorum libri exſpectabantur, at præpropera Mors ſpem illam ſefellit.

FRANCISCVS AMELRY, Theologiæ Baccalaureus & Ipris Carmelitarum Prior, vir pius & eruditus, eratque in eo totus vt tum clerum, tum populum ab omnibus vitiorum ſordibus deterreret & auocaret, atque ad virtutis munditiem, omniſque pietatis cultum traduceret, ſcripſit

Paraphraſin in Pſalmum CXIV. In exitu Iſraël de Ægypto. Antuerpiæ, typis Simonis Coci, anno 1551. 8.

FRANCISCVS ARTOPÆVS, vide FRANCISCVS TOLENSIS.

FRANCISCVS BALDVINVS Atrebas, *Antonij F.* Hiſtoricus & I.C. non ſolum Belgicæ, ſed Galliæ totius immortale ornamentum, naſcitur anno Domini M.D.XX.XX. Kal. Ianuarij, familia antiqua ac nobili. Louanij admodum puer Græcis Latiniſque literis in formatus, ad Iuris Ciuilis ſtudia conuerſus, arcana ſcientiæ tanta celeritate complexus eſt, vt *Gabrieli Mudæo* admirationi eſſet. Lutetiam poſtea ſe contulit, vbi viris magnis innotuit. Hinc in Germaniam ad *P. Melancthonem & Bucerum, deinde Geneuam ad Caluinum & Bezam* profectus, ab his intelligere voluit, quas ob cauſſas à Romanæ & veteris Eccleſiæ caſtris diſceſſiſſent. *Caluinum* ſibi diſplicuiſſe dicebat, ob ſeditioſum turbulentumque ingenium. Argentorati, Heidelbergæ & Andegaui aliquot annos Ius explanauit, floremque Gallicæ iuuentutis Iuris Ciuilis cognitione imbuit.

imbuit. Tandem Lutetiæ ardore continuæ febris vexatus moritur in Collegio ſuæ gentis Atrebatium, præſentibus vxore & filiola Sacris ritu Catholico piè ſumptis, teſtatus eſt in Caſtris Eccleſiæ Romanæ ſe mori. Adfuit morienti *Ioannes Maldonatus*, ſocietatis IESV Clericus, & Theologus præſtantiſſimus. Scripſit *Apologias III. aduerſus Caluinum & Bezam* ab illis anteà laceſſitus, feruntque *Caluinum* nullius linguam, ſtilum & eruditionem magis horruiſſe quàm huius Atrebatis, familiaris quondam ſui. Conditus eſt apud Maturinos. MASSONIVS Annalium Galliæ ſcriptor, hoc illi elogium tribuit, & ſarcophago inſculpendum curauit:

CVIACI
BALDVINVS HIC IACET.
HOC TECVM REPVTA ET VALE.
MORTVIS VOBIS IVRISPRVDENTIAM CORRIPIET
GRAVIS SOPOR.
FRANCISCVS BALDVINVS I.C. OBIIT
ANNO AETATIS LIII. XI. NOVEMBRIS.
A PARTV VIRGINIS CIↃ. IↃ. LXXIII.

Scripta Iuriſprudentiam & Hiſtoriam ſpectantia, hæc ſunt:

Apologiæ III. aduerſus Caluinum & Bezam, quibus fraudes illorum erroreſque detegit, quod *Balduinum* crederent auctorem libelli *De Officio pij viri que Georgij Caſſandri erat*. Coloniæ, anno 1562. & 1564.

Chronicon Arteſiæ, & Notæ ad conſuetudines Arteſienſes.

De Legatione Polonica lib. in quo agit de Legationum origine.

Relatio ad Henricum Andium Ducem, Poloniæ, ac poſt Galliæ Regem eo nomine tertium. Pariſijs, typis Niuellij, anno 1570.

Iuſtinianus, ſiue *De Iure nouo lib. IV. Commentariorum*. Baſileæ. anno 1560.

Prologomena de Iure Ciuili. Pariſijs, anno 1545. 4.

Iuriſprudentia Mutiana. Baſileæ. 8.

Notæ in Optatum Mileuitanum, quem recenſuit atque reſtituit.

Commentarij in lib. IV. Inſtitut. Iuris Ciuilis Iuſtiniani Imp. Pariſijs, anno 1546. Francofurti, anno 1582. & Lugduni, anno 1583. in folio.

Commentarij ad Leges Romuli & XII. Tabulas. Lugduni & Baſileæ.

Iuris Ciuilis Catecheſis. Baſileæ typis Oporini.

Diſputationes duæ de Iure ciuili ex Papiniano, cum Papiniani vita. Heidelbergæ, anno 1561. 8.

Notæ ad lib. I. & II. Digeſtorum. Baſileæ, anno 1557. 8.

Conſtantinus, ſeu *De Legibus Eccleſiaſticis & ciuilibus* CONSTANTINI *Imp*. Ibidem, anno 1555. Hic repurgandus.

Leges & Edicta vett. Impp. de Chriſtianis. Ibidem. 8.

De Inſtitutione Hiſtoriæ vniuerſæ, deque Hiſtoria cum Iuriſprudentia coniungenda lib. II. Pariſijs, apud Wechelum, anno 1551. 4.

Comment. in Victorem Vticenſem De perſecutione Vandalorum, Ibidem, anno 1169. apud Sonnium.

Hiſtoria Carthaginenſis Collationis, ſiue *Diſputatio de Eccleſia, olim inter Catholicos & Donatiſtas habita*. Ibidem, 1566 8.

Prolegomena in Minucij Felicis Octauium. Heidelbergæ, anno 1560. 8.

Varios

Varij Tractatus & Orationes aduerſus ſectarios Geneuenſes.
Leges de re Ruſtica, Item *Nouella Conſtitutio prima.*
De heredibus & lege Falcidia IVSTINIANI *Imperatoris è Græco vertit, & Scholijs illuſtrauit,* anno ætatis XX. Pariſijs, anno 1542. & Baſileæ apud Oporinum.
Ad LL. Voconiam, Falcidiam, Iuliam, Papiam, Rhodiam Aquiliam.
De diuiſione Obligationum.
De pignoribus & Hypothecis, De Conditionibus, Cautione. Baſileæ.
Cato, ſeu *Regula Catoniana.* Ibidem, annò 1545. 8. Pariſijs 4.
De Calumniatoribus, ad LL. de famoſis libellis. Ibidem, anno 1562.
Latini Pacati Panegyricum ad Theodoſium, & Eumenij Orationem De ſcholis inſtaurandis Annotationibus illuſtrauit. Pariſijs, typis Niuelij, anno 1570.
Annotationes in officia Ciceronis malè Franciſco adſcribuntur, ſunt enim Petri Balduini, Item libellus Argentinæ editus titulo Chriſtianorum. Iuriſconſultorum contra Duarenum.

FRANCISCVS DE BAR, Prior cœnobij Aquicinctini, ſcripſit ampliſſimè
De antiquitatibus Belgicis, teſte *Ferreolo Locrio.*

FRANCISCVS BVISSERET, Epiſcopus Namurcenſis, ſcripſit
Hiſtoriam cuiuſdam religioſæ Montibus Hannoniæ à ſatana obſeſſæ.
Statuta & Decreta Synodalia. Louanij, anno 1605.

FRANCISCVS BVRCHARDT Colonienſis. I. V D. gratus Imperatoribus, principibus: auctor illius elegantiſſimi libri, cui titulus AVTONOMIA. Vita deceſſit Bonnæ, & ſepultus in collegiata Sanctorum Caſſij & Florentij, hoc epitaphio;

CLARISSIMO NOMINATISSIMOQ. VIRO
FRANCISCO BVRCHART
IV. DOCTORI
III IMPERATORVM ROMANORVM
ET
VII. COLONIENSIVM ARCHIEPISCOPORVM
PRINCIPVMQ. ELECTORVM
ORDINE SVCCEDENTIVM
CONSILIARIO
RESPECTIVE ET CANCELLARIO,
QVI SICVT VIXERAT
PIE OBIIT.
ANNO M. D. LXXXIV. VI. AVGVSTI
PIETATIS ET OBSERVANTIAE ERGO
POSITVM.

Corpus humum petijt, repetiuit ſpiritus aſtra
FRANCISCI BVRCHARDT, *nulli virtute ſecundi.*

Is

Is qualis fuerit; tituli, quos facta pararunt,
Commemorant breuiter, cogitandaq́ plura relinquunt.
Vir pius & iuſtus: qui publica, non ſua, zelo
Ac ſtudio magno tractauit, & occidit illis.
Qui non percepit viuens hic pramia digna:
Viuat in aternum, quæ ſors eſt maxima rerum.

FRANCISCVS BYRSÆVS Limburgenſis, ſcholæ Nouiomagenſis in Geldria gymnaſiarcha, ſcripſit

Dialecticarum praceptiones lib. II. cum tabulis in eaſdem, Coloniæ, anno 1565. apud heredes Quentelij & Calenium.

FRANCISCVS CAPRONIVS Gandenſis, Ordinis ſancti Dominici, ſacræ Theologiæ Doctor Louanienſis, quam XII. annos profeſſus eſt. Madritum & Salmanticam cum fructu luſtrauit. Vir omnium virtutum, bonarumque literarum quoque deditus ſtudijs Lucubrationes, quæ ab ipſo breui prodibunt, hæ ſunt:

Quæſtiones diſputata.
Orationes ſacra & Poëmata.

FRANCISCVS COSTERVS, Machlinienſis, viuente adhuc *Ignatio Loiola*, anno M.D.LII. Romam venit adoleſcens, & in collegio ſocietatis Romano bonis artibus eſt imbutus. Reuerſus in patriam, Philoſophiam Coloniæ & Theologiam cum laude docuit. Tum Præpoſitus Prouincialis Rheni & Inferioris Germaniæ prouincias illas prudenter adminiſtrauit. Concionibus ſuis ad populum habitis, multos à recta via abberrantes, ad portum ſalutis reduxit. ſcripſit partim Latinè, partim Flandricè,

Enchiridion Controuerſiarum pracipuarum in Religione, ſæpius auctum. Coloniæ typis Mylij, 1600. 8. & Antuerpiæ.

Apologeticum pro prima, ſecunda & tertia parte Controuerſiarum, contra Franciſcum Gommarum Brugenſem. Lugd Batauor. Profeſſorem.

Epiſtolam ad Franciſcum Gommarum Anti-Coſterum. Coloniæ, anno 1600. 8.

Meditationes L. in Paſſionem Domini. Antuerpiæ, typis Plantini.

Meditationes totidem in vitam B. Mariæ Virginis. Ibidem & Coloniæ.

Meditationes VII. in Hymnum Salue Regina, & Canticum Aue maris ſtella. Coloniæ, Ingolſtadij, & Antuerpiæ.

Reſponſionem ad Aſſertionem analyticam Andreæ Calliæ Caluiniſtæ, contra ſacram Euchariſtiam. Coloniæ, anno 1596.

Epiſt. ad Gaſp. Greuinchouium, Caluiniſtarum Miniſtrum Roterodami.

Apologiam Catholicam ad hæreticum libellum eiuſdem Greuinchouij.

Apologiam ſecundam contra eundem Greuinchouium.

Demonſtrationem veteris Orthodoxæ Fidei, quam *Theodorus Petreius* Cartuſianus Latinam fecit. Coloniæ, anno 1607. 8. *Cum breui reſponſione ad centum mendacia hæreticorum antitheſeon.*

Epiſt. ad Ordines Hollandiæ, & reſponſionem ad Sententiam Senatus Leydenſis, contra Petrum Pan, qui fingitur à Ieſuitis inductus ad mortem Comitum *Mauritio* inferendum: quam Latinè vertit *Ægidius Schoondonchus* eiuſdem ſocietatis, hoc titulo: *Sica Tragica.* Antuerpiæ typis Trognæſij.

Reſponſionem ad Lucæ Oſiandri ſtolidam Refutationem VIII. Propoſitionum Catholicarum. Colonæ, anno 1608. 8.

Meditationes de IV. nouiſſimis humanæ Vitæ. Bambergæ, anno 1624.

Libellum Sodalitatis beatæ Mariæ, qui antea dictus: *Inſtitutio ad pietatem Chriſtianam, ad Congregationem Beatæ Virginis Annuntiatæ.* Coloniæ & Antuerpiæ.

Refutationes II. Reſponſionis Petri Coci ad quinque ipſius propoſitiones.

Refutationes VIII. Oppoſitionum ignoti Calumiſtæ.

Conciones vberes in Dominicas anni ac Feſta, Latinè & Belgicè quâ linguâ etiam ſequentia exierunt:

Catechiſmus breuior & prolixior alter.

Tractatus de Indulgentijs.

Aduerſus Reſponſionem Petri Coci.

Apologiæ II. contra Iacobum Molanum.

Reſponſio de VII. Apoſtatis.

Scholia in ea Bibliorum loca, quæ ab hæreticis rapi in controuerſiam ſolent. Antuerpiæ.

Vitâ deceſſit ſenex ætatis planè decrepitæ Bruxellis, anno Chriſtianæ ſalutis M. DC. XIX. VI. Decembris, Patriæ ſuæ ornamento, & exteris admiratione fuit.

FRANCISCVS CRANEVELDIVS Nouiomagus, Gelder, I. C. egregius, Louanij in Gymnaſio Llienſi IOANNEM DESPAVTERIVM audiuit. Poſt V.I Doctor Louanij renuntiatus reipub. Brugenſi ſyndicus fuit. Inde Mechliniam à CAROLO V. Cæſ. in concilium vocatus, ſumma cum fide munus obijt. Græcas literas, *Ioanne Ludouico Viue* Hiſp. hortante ſexagenarius didicit horis ſubceſiuis. Hebraicæ item linguæ non ignarus, ſacras literas tractauit. Magna illi familiaritas cum magno *Deſ. Eraſmo Roterod. Ludouico Viue, Thoma Moro*, alijſque eâ tempeſtate viris doctiſſimis. Migrauit ex humanis Mechliniæ anno M. D. LXIV. Ipſo *D. Franciſci* die, quem, quo ad vixit, religiosè coluit.

Procopij de Iuſtiniani Imp. ædificijs lib. VI. Latinitate donauit. Pariſijs, typis Wecheli, anno 1557. 4.

In libros de veritate fidei Chriſtianæ Ioan. Lud. Viuis præfatus eſt.

Baſilij Magni Homilias IV. Primam De vtilitate capienda ex gentilium auctorum libris. II. De Inuidia III. in illud, *Attende tibi ipſi. IV. Aduerſus Ebrioſos, è Græco vertit.* Louanij, typis Reſcij, anno 1534. 8.

Theodorum Swollenburgium, edi curauit. Pariſijs, anno 1557.

FRANCISCVS DILFVS Antuerpienſis, I. C. Eques Auratus, & Senator in patria, vir doctiſſimus, & totâ Europâ Legationibus clarus. *Eraſmo Roterodamo, Petro Ægidio, Thomæ Moro* alijſque viris magnis gratus & familiaris. Fratrem habuit *Eraſmum* qui obijt Patauij M. D. XL. VI. Kal. Aprilis, ſcripſit *Franciſcus*.

Orationem gratulatoriam ad Carolum V. Imp. profligato & fugato è Pannonia Solymanno Turcarum Imp. Louanij typis Saſſeni, 1533.

FRANCISCVS DOVSA *Iani F.* Batauus, euulgauit

Lucilij

Lucilij fragmenta cum Notis.

Epiſtolas Iulij Cæſ. Scaligeri & Orationes, quas inſcripſit Nob. viro *Paulo Schonarto Buxanualio*, Chriſtianiſſimi Francorum Regis apud ordines confœderatarum Belgij prouinciarum Oratori.

Commentaria eiuſdem in Ariſtot. De hiſtoria Animalium.

FRANCISCVS EVCOLLVS (ſiue EVTRACHELVS & GOETHALSIVS ijſdem ſunt) Gandenſis, luſit

Soterem glorioſum, ſiue *Chriſtum triumphantem, Comœdiam.* Antuerpiæ, typis Guilielmi Siluij, anno 1563. 8.

Heſterem amphitragœdiam. Gandaui, anno 1548. 8.

FRANCISCVS FABRICIVS, Ruræ-mundanus, Medicus Aquiſgranenſis, Græcarum literarum peritus, ſcripſit

De Balneorum naturalium quæ ſunt Aquiſgrani & Proceti, natura & facultatibus; & qua ratione illis vtendum ſit. Coloniæ, anno 1546. & 1616.

Reddidit quoque Latino carmine *D. Gregorij Nazianzeni Tragœdiam, qua Chriſtus patiens inſcribitur.* Antuerpiæ apud Stelſium & Coloniæ. 8.

FRANCISCVS FABRICIVS Marcoduri naſcitur, qui vicus Vbiorum, *Duren* hodie. Gymnaſiarcham egit Duſſeldorpij, linguæ vtriuſque peritiſſimus. *Turnebum & Ramum* Pariſijs cum fructu audiuit, Ducis Cliuiæ ſumptibus educatus, ſcripſit aureum libellum, qui *M. T. Ciceronis Hiſtoria per Coſſ. digeſta inſcribitur.* Coloniæ.

Diſciplinam ſcholæ Duſſeldorpienſis, anno 1566. 8.

Annotationes in P. Terentij Comœdias. Antuerpiæ typis Plantinianis.

Annotationes in Quæſtiones Tuſculanas Ciceronis. Coloniæ typis Cholini.

Notas in Verrinam I. & II. Ibidem, anno 1572. 8.

Notas in Orationes pro M Fonteio, pro Milone, & De prouincijs Conſularibus. Ibidem

Commentarium in Orationes pro Q. Ligario & Lege Manilia. Ibidem.

Scholia in Pauli Oroſij Hiſtoriam. Coloniæ, anno 1573. & Moguntiæ, 1615.

E Plutarcho interpretatus eſt Latinè & ſcholijs illuſtrauit libellum De educandis liberis. Antuerpiæ, anno 1562. typis Syluij.

Lyſiæ Orationes II. pro Eratoſthenis cæde, & alteram funebrem Latinas quoque fecit.

Viuere deſijt anno ſalutis partæ CIↃ.IↃ.LXXIII.VII. Kal.Martij. Epitaphium Græcè conſcripſit amico max. *Gerardus Falkenburgius.*

FRANCISCVS GOETHALSIVS Brugenſis Flander, Louanij I.V. Doctor renuntiatus fuit anno CIↃ.IↃ.LXX. non. Iunij. canonum Anteceſſor in Academia Duacena, vbi & mortuus eſt anno redditæ ſalutis M.DC.XVI, & conditus in templo *D. Amato* ſacr. in quo Canonicum beneficium obtinebat. Hic factus ſacerdos viua vxore vtriuſque voluntate, diſpenſatione Apoſtolica. Scripſit ad Senatum Brugenſem.

De felici & infelici Republica, anno 1567. 8. Louanij.

De Dominij diſtinctione, ſiue *De communione rerum inter amicos.* Ibidem.

Carmen de Diua Virgine; Antuerpiæ, apud Plantinum.

FRANCISCVS GROTIVS Brugenſis, (teſte *Antonio Sandero,* lib. I. de Brugenſibus eruditione claris) I. C. inter alia præclara ingenij

 ſui

ſui monumenta reliquit libb. Εἰκαςῶν, Latinoſque fecit *inſtitutionum Iuſtiniani libb. IV. ex Græca Theophili Anteceſſoris Paraphraſi.*

FRANCISCVS GOETHALSIVS Gandenſis, exactæ eruditionis vir, emiſit librum *Prouerbiorum Gallicorum ac Flandricorum.* Antuerpiæ, typis Chriſtophori Plantini. 8.

FRANCISCVS HÆMVS Inſulenſis, Poëta diſertus, Sacerdos & Gymnaſiarcha Cortracenſis in Flandria ciuili exorto bello, vt Caluiniſtarum furores declinaret, Atrebatum conceſſit, & ab *Antonio Meyero* familiari intimo exceptus hoſpitio, Edidit

Sacrorum Hymnorum lib. II. cum Sylua variorum Carminum.

Poëmata varia, typis Plantinianis, anno 1579. 16. in quibus *Funebrium* lib. II. *Miſcellaneorum III.*

Scolia in Odas, Artem Poëticam, Epiſtolas & Satyras Horatij.

Item *in Bucolica, Georgica & Æneidos Virgilij.*

In libros Ouidij De Ponto & Triſtibus.

In Hieronymi Vida Chriſtiados, Hymnos & De Bombycibus. Sunt hæc ſcholia in v. Tomos partita, quos moriens *Meyero* reliquit.

Deſcripſit quoque carmine *Fortuitum vrbis Inſulenſis incendium, CCC. penè ædium*, anno cIↄ. Iↄ. XLV. III. Non Septembris.

Vbertus Clericus hoc illi Epitaphium ſcripſit:

Dum teneras iuuenum mentes virtutibus Hæmus
Palladia format gloria magna domus;
In tantum peracuta decus ſua ſpicula torquet,
Ah! truculenta nimis de tribus vna ſoror:
Anne ideo quia ſublatum ſit funere corpus,
Candida non viuet fama per ora virûm?
Pars corpus minor interijt, cum laude triumphans
Cælica pars maior Spiritus aſtra colit.

Cortraci ingreſſus viam vniuerſæ carnis anno cIↄ.Iↄ.LXXXV. XVII. Ianuar. præclarè de re literaria vniuerſa meritus.

FRANCISCVS HARÆVS Vltraiectinus, S. Theologiæ Licent. Duacenſis, qua in vrbe annos aliquot Rhetoricam profeſſus eſt. Vir multæ lectionis & accurati iudicij. Germaniam, Italiam, poſt etiam Muſcouiam, vna cum *Antonio Poſſeuino* ſociet. IESV Theologo, à Pont. Max. miſſo eò Legato, penetrauit. In patriam redux, primùm Canonicus Syluæducenſis, vbi *Simoni Verrepæo* Canonico quoq; Syluæducenſi & docto Grammatico familiariſſimus & mortuo Epitaphium poſuit. Hinc Namurci in *S. Albani*, demum Louanij, in *D. Iacobi* canonicus ſedem fixit, neſcio an firmam & duraturam. Scripſit

De vitis Sanctorum, ex Laurentij Surij Tom. VII. Compendium. Antuerpiæ, apud Plantinum, anno 1591. 8. Coloniæ apud Arnoldum Quentelium, anno 1605.

Olympiades & faſtos, concordi ſerie Hiſtoriæ ſacræ & non ſacræ vſque ad Chriſtum paſſum, in quo complentur LXX. hebdomadæ apud Danielem cap. IX. ab Angelo prædictæ, *Chronico Euſebij* multis in locis caſtigato. Ibidem,

Ibidem, anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo in quarto, typis Hortenianis.

Pro libertate ordinum Belgij *Vindicias*, ſiue refutationem lib. cui titulum fecit, *Syncera declaratio cauſarum belli Belgici.* Francofurti, anno 1620.

Annales Ducum Brabantiæ & Tumultuum Belgicorum, typis Ioannis Moreti, in folio, anno 1623.

Epitomen Catenæ aureæ D. THOMAE *in IV. Euangelia concinnabat & Scholyis illuſtrauit.* Antuerpiæ, typis Verduſſij, anno 1525. 8.

Tractatum breuem, patrio idiomate, *de initijs belli Belgici*, ab anno Domini 1566. vſque ad annum 1608. ſpecimen operis & Hiſtoriæ vniuerſæ de tumultibus Belgicis. Antuerpiæ.

Medicinam ſpiritualem, Vernaculo ſermone Antuerp. typis Belleri, 1589. 8.

Huic Symbolum. DEXTRE ET GNAVITER.

FRANCISCVS HARDVINVS Gandenſis, DIONYSI frater, & IVSTI pater, vir fuit ad Poëſin & artes æternitati ſacras natus: Gallias iuuenis peragrauit: *Adriano Turnebo*, *Ioanni Aurato*, *Gallandio*, alijſque viris primarijs innotuit, atque ob elucentes ingenij ſcintillas carus fuit. Scripſit

Varias Odas & Elegias, ſingulari mentis acrimonia & ſtili laude. Vertit in idioma Belgicum *Anacreontem Teium*. vatem illum mellifluum.

Ad ſuperos vocatus, anno Chriſtianæ, ſalutis CIƆ. IƆC. IX. XXII. Octobris.

IVSTVS RYCQVIVS conciui ſuo hunc tumulum poſuit pio affectu:

HARDVINVS. RYCQVIVS.

H. In caſſum quid me, vates, ploratis ademptum?
Omnibus vna Erebi nox adeunda manet.
R. Omnibus illa manet: ſed te qui vinceret arte
Muſæa ad Stygias nullas adiuit aquas.
H. Scilicet hac lex eſt Fatorum, vt prima fatiſcant
Optima: nil ſtabili hic conditione manet.
R. Hinc tibi nos tumulum, & tumulo pia vota quotannis
Fundet ad extinctos Iulia GANDA *rogos.*
H. Nemo me fletu decoret, nec inania faxit
Murmura, Muſæo nomine clarus ero.
R. Clarus eris. cœlo dum ſidus curret vtrumque,
Dum tua qui recinat carmina Phœbus erit.
H. Sic eat, & quum te vitalis deſeret ætas,
Manibus obtingant omnia fauſta tuis.

FRANCISCVS IACOBI Traiectenſis, ſcripſit

De modo viſitandi & corrigendi ſubditos.

De modo inquirendi contra defectus eorum. Coloniæ in quarto.

FRANCISCVS LVCAS, Brugenſis Theologus Louanienſis, & Eccleſiæ Audomaropolitanæ Decanus, Hebraicè, Syriacè, Chaldaicè, Græcè, peritiſſimus, & regiorum Bibliorum editione cum magno illo *Ben dicto Aria Montano* ceteriſque præfectus. Eius hæc ſunt ſcripta:

Notationes in S. Biblia, quibus variantia diſcrepantibus exemplaribus loca ſummo ſtudio diſcutiuntur. Typis Plantinianis, anno 1581. 4.

Commentaria in IV. IESV CHRISTI *Euangelia*, ibidem tomo IV. in folio.

Notarum ad varias Lectiones in Euangelijs occurrentes, libro II. quorum vno Græcæ, altero Latinæ varietates explicantur. Ibidem.

Tractatus de Chaldaica ſacra Scripturæ Paraphraſi, quo oſtenditur quis paraphraſeos illius vſus, iuſſu Theologorum Louanienſium ſcriptus. Antuerpiæ, apud Ioannem Moretum in folio.

Libellus Romanarum correctionum in Latinis Biblijs, SIXTI V. *Pontif. Max. iuſſu reconditis* Ibidem, anno 1603. 12.

Confeſſariorum Inſtructio. 8.

Conciones de diuerſis Chriſtianæ fidei myſterijs. Ibidem. 8.

Itinerarium IESV CHRISTI, *ex IV. Euangelijs*.

Oratio in obitum Ioannis Sixti, Audomarenſium Epiſcopi. Ibidem. 4.

Oratio in funere Iacobi Pamelij, deſignati Audomarenſium Epiſcopi.

Oratio in obitu Iacobi Blaſaei Audomarenſium Epiſcopi.

Deuixit Audomaropoli, & ſepultus in Cathedrali ante *S. Dionyſij* ſacellum hoc epitaphio:

HIC IACET R. D.
FRANCISCVS LVCAS BRVGENSIS,
HVIVS ECCLESIÆ
THEOLOGVS ET DECANVS,
VITÆ INTEGRITATE, ERVDITIONE,
LINGVARVM PERITIA
VARIISQVE AD S. SCRIPTVRÆ LVCEM
EDITIS LIBRIS, CELEBRIS
QVI SE FIDELIVM PRECIBVS
COMMENDAT
OBIIT ANNO M. DC. XIX. DIE FEBR. XIX.

FRANCISCVS MENNENS, *Guilielmi F.* Antuerpienſis, mihi familiaris, Canonicus Liranus in *ſancto Gummaro*, naſcitur anno Domini CIↃ. IↃ.LXXXII.XIX. Martij, quem è ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepit *Franciſcus Valeſius* Andium & *Alenconij* Dux in Abbatia *D. Michaelis*, ordinis Præmonſtratenſis: humanioribus literis & Græcis perceptis, variarum linguarum deſiderio captus, exteras nationes non ſine fructu peragrauit. Oſſunæ in Betica Iuriſprudentiæ aliquot annos operam dedit: eſt enim ibidem Academia inſignis, à *Ioanne Telleſio Gironio* Vraniæ Comite & Oſſunæ Ducum conditore excitata anno M. CCCCXLIX In lucem emiſit

Origines ordinum Equeſtrium, vnà cum Symbolis & inſignibus, ſtatutiſq., Francofurti & alibi impreſſ. quas nobilis quidam aulæ Franciæ lingua vulgari verſas *Theatro ſuo politico de Regnorum & Principatuum ſtatu* inſeruit, ſuoque ſuppreſſo nomine, Lutetiæ typis edidit: quas demum ipſemet auctor poſtmodum Gallicâ, Hiſpanicâ & Italicâ linguâ adauxit. Habet paratam editionem

De

De Equitib. Aurei Velleris eorumque Inſignibus, inſuper Ευγενεαρτιλογιαν, in qua Ducum, Principum Marchionum, Comitum, maiorumque gentium per Italiam, Franciam, Hiſpaniam Germaniamque Dominia, ſtemmata & inſignia breuiter recenſentur, ordine Alphabetico ex melioris notæ Ariſtographis collecta.

FRANCISCVS MODIVS Brugenſis, I. C. & Canonicus Aerienſis in Arteſia, genere & ingenio nobilis, Poeta eruditus, naſcitur anno Chriſtianæ ſalutis M. D. LVI, Iuuenis Iuris Ciuilis ſtudio ſe dedidit Duaci & Louanij, vbi frequenter cum *Lipſio, Carrione, Victore Giſelino, Lernutio, Andrea Schotto* alijſque doctiſſimis viris commentabatur. Verè de illo quidam cecinit: *In ſtudijs* MODIVS *neſcit habere modum.* Ob ciuiles patriæ turbas, peregrinationem in Germaniam inſtituit, Coloniæ aliquantiſper ſubſtitit. In Belgicam nonihil pacatiorem reuerſus, Canonicus Aeriæ moritur, anno à Chriſto nato M D. XCVII. & in *D. Petri* ſepultus. Lege *Meliorem Adamum*, Sileſium, lib. De vitis Script. Germanorum. Scripſit *Modius*

Nouantiquas Lectiones, diſtributas in Epiſtolas centum. Frrncofurti, typis Wechelianis, anno 1584. 8.

Q. Curtium de vita & geſtis Alexandri Magni ad inuidiam emendauit. Coloniæ 8.

Notas in T. Liuium. Francofurti, apud Feyrabendum, in folio.

Iuſtini, ex Trogo Pompeio, Hiſtoriam, emendauit & recenſuit.

Sex Iulium Frontinum, Ælianum, Modeſtum, Vegetium rei militaris Scriptores emendauit, Notiſque illuſtrauit. Coloniæ, anno 1580. & Lugduni Batauorum.

Pandectas Triumphales, ſiue *Pomparum, Feſtorum ac ſolemnium apparatuum Conuiuiorum; Spectaculorum bellicorum.* Tom. II. Francofurti, anno 1586. in folio typis Feyrabendi.

Poëmata varia, ad ampliſſ. *Eraſmum Neſtetterum* alioſque, anno 1583. 8.

Rerum Criminalium Praxes, & Tractatus omnium nobiliorum Iuriſconſ. in quibus proceſſus publicorum iudiciorum maleficiorumque & ſuppliciorum omnium quæ in vſum cadere poſſunt, ratio traditur. Tom. 2. Francofurti anno 1587. in folio,

Notas item, ſiue *Collectanea in Corpus Iuris, hoc eſt in Pandectas ac Codicem Iuſtinianeum*, Ibidem fol.

Libellum ſingularem *De Ordinis Eccleſiaſtici Origine, Progreſſu*, &c.

Collectanea de rebus potiſſimum Flandriæ. M. SS.

Prodiêre ex eiuſdem Bibliotheca *Maphei Vegij Laudenſis Poëmata duo.*

FRANCISCO MODIO I. C. & PHILOLOGO,
IVSTVS RYCKIVS *Gandenſ. Canon. pos.*

Marmoreo LICINVM *tumulo vidiſſe iacentem,*
POMPEIVM *nullo, ſæcula priſca gemunt,*
Noſtra gemant, Banios, Titulo ſplendente notatos;
Obſcuro MODIVM *deli tuiſſe loco.*

FRANCISCVS MONACHVS, & familiæ nomine & profeſſione Machlinienſis ordinis Minorum, ſcripſit

Epiſtolam de orbis ſitu ac Deſcriptione, qua de ditione Presbyteri *Ioannis*, deque Paradiſi ſitu diſſerit. Antuerpiæ, anno 1565. apud Withagium.

Regiones quoque Septentrionales in Tabula deſcripſit & conſpiciendas dedit. Ibidem, typis Syluestri à Pariſijs.

FRANCISCVS MONCÆVS, vulgò MONCEAVX, Atrebas V. N. ac I. C. & Poëta non contemnendus, per Atrebateſium vectigalium Duum vir, Dominus de Froideual. Auunculum habuit *Franciſcum Balduinum I. C.* celeberrimum. *Papirio Maſſono* Pariſijs carus, quò eum delegauerat *Alexander Farneſius* Belgij Prorex ad Regem HENRICVM Chriſtianiſſimum. Scripſit

Bucolica ſacra, ſiue *Cantici Canticorum poëticam Paraphraſim*, Pariſijs, anno 1587.

Lucubrationum in caput I. Cantici Canticorum lib. II.

Item in cap. VII. eiuſdem Cantici De portu ciuitatum Iudea, & De fori, iudiciorumque in ijs exercendorum antiquo more. Pariſijs, anno 1587.

In Pſalmum XLIV. Paraphraſim poëticam. Duaci 4.

Templum Iuſtitiæ, carmine elegiaco, Ibidem, typis Boſcardi, anno 1590.

Aaronem purgatum, ſiue *de Vitulo aureo non Vitulo*, *libros II.* Atrebati, anno 1606. 8. apud Guilielmum Riuierium.

Varias contra Robertum Viſorium Apologias. Pariſijs & Tornaci.

De Claudia Rufina Regia Virgine, *Syntagma*. Tornaci apud Carolum Martinum, anno 1614. 8.

Apparitionum diuinarum, quæ de Rubo, & quæ in Ægypto reuertenti in diuerſorio Moyſi facta, Hiſtoriam. Atrebati, anno 1594. 4.

Heden, ſiue *Paradiſum*.

Heſdinum, carmine Elegiaco.

FRANCISCVS MOSCHVS Niuellenſis, Brabantus, I. C. Hiſtoricus & Poëta linguæ vtriuſque peritus, ex Canonico Atrebatenſi Paſtor Eccleſiæ Armenterienſis, vir publicè & priuatim inſignis, facundiæ & memoriæ admirandæ. Eruit è tenebris

Hiſtoriam Orientalem & Occidentalem Iacobi de Vitriaco lib. II *additis in eundem* NOTIS *per Andream Hoyum, cum Auctoris vita*. Duaci, typis Balthaſari Belleri in 8.

Vitas BB. Simonis Alnenſis & Arnulphi Villarienſis, & Mariæ Oigniacenſis. Atrebati, anno 1600.

Apologiam pro Sanctorum Reliquijs.

Paradiſum B. Mariæ Virginis.

Cœnobiarcharum Oigniacenſium ad Sabim fl. Catalogum, ex monaſterij monumentis. Duaci, apud Bogardum, 8.

Multa præterea carmine & proſâ, quæ aliquando lucem videbunt.

FRANCISCVS NANSIVS Flander, Iſembergenſis, I.C. omniſque Antiquitatis peritiſſimus, Græcè bene peritus. Ex Senatore perpetuo Franconatus Brugenſis Gymnaſiarcha, primum Lugduni Batauorum, poſt Dordraci linguæ Græcæ profeſſor: edidit

Notas

Notas ad Nonni Paraphraſin in Ioannem. Lugduni Batauorum typis Raphelengij, 8. 1589. Vide *Lipſij* centuriam ſecundam Epiſtolarum.

Diem ſuum obijt Dordraci anno Chriſti M.D.XCV. ſeptuagenarius.

FRANCISCVS DE NEVVILLE Abbas Gerardimontenſis, ſcripſit *Guilielmo Gazæo* teſte

De perſonis illuſtribus ex ſtirpe genealogica D. N. IESV CHRISTI. Pariſijs, anno 1577.

FRANCISCVS NICOLAI Ordinis Minorum vir doctus, ſed magis humilis, ſcripſit

Aduerſus calumnias Franciſci Lamberti, in Regulam ſancti Franciſci. Antuerpiæ, typis Hillenij, anno 1528.

FRANCISCVS DE NOVA CVRIA, vulgò *Nieuwen-houe* Ordinis *ſancti Franciſci* olim conuentus Gandenſis, Brugenſis, Dunquerkani Guardianus Sacras literas docuit, & concionatoris munere in ampliſſimis Flandriæ ciuitatibus egregiè functus. Scripſit III. Tomos, quorum primo

Sermones in totius anni Dominicas continentur.

II. Tomo, docta Conciones in Euangelia, quæ per annum in Eccleſia proponi ſolent ad Sanctorum memoriam, cum legendis quorundam Sanctorum.

III. Tomo, Conciones in Euangelia Quadrageſimalia, cum explanatione paſſionis Dominicæ.

Commentarium in Epiſt. Pauli ad Epheſios.

Expoſitionem Regulæ fratrum Minorum.

De caſibus reſeruatis Epiſcopo, à iure, conſuetudine, & ſtatutis Synodalibus, ſaltem Tornacenſibus,

Oeconomiam Chriſtianam, in quâ agit de ſocietate coniugali, herili & externa.

De VII. Eccleſiæ Notis ſacris, vel Sacramentis Axiomata.

In Orationem Dominicam.

In Symbolum Apoſtolorum.

In Hymnum Euangelicum, Gloria in excelſis DEO.

In Hymnum, Veni Sancte Spiritus.

Collationes IV. ad ſacerdotes in primitijs.

Tractatum de virginibus & viduis ex vtroque Teſtamento.

De viſu & aſpectu DEI.

Sermones in profeſſione Monachorum & Religioſorum.

De VII. doloribus glorioſæ Virginis Mariæ.

Tractatum de fructibus ſpiritus, propoſito themate *Diui Pauli; Fructus autem ſpiritus.*

Gandaui extremum vitæ ſpiritum edidit, anno à plenitudine temporis CIƆ. IƆ. LXII. VIII. Iunij, ſepultus ex aduerſo capituli, carus ſuis, carus exteris.

FRANCISCVS NOVATERRANVS, vulgò NIEV-LANDT Gandenſis, Presbyter, vtraque linguâ doctus, edidit

Doctri-

Doctrinam Chriſtianam, Græcè & Latinè. Louanij, apud Bartholomæum Grauium, anno 1560 8.

FRANCISCVS PIETINVS Canonicus Regularis Abbatiæ Phalempinenſis, vir valde pius, & maximus zelator antiquæ religionis, & in Theologia & in diuerſis hiſtorijs valdè peritus. Tranſtulit in linguam vernaculam *D. Ioan. Chryſoſtomi plurimos Tractatus.*

Emendauit & correxit *Hymnos Eccleſiaſticos*, ſcripſit

Chronicon Phalempinenſis cœnobij. M.S.

Stemma Inſulenſium Caſtellanorum, Gallicè M.S.

FRANCISCVS POLLETVS Duacenſis, I.C. in ampliſſimo ſtudiorum Palladio Pariſino publicè & priuatim docendo ſe per aliquot annos exercuit frequenti corona, & magno auditorum applauſu. Tandem ad ſuos reuerſus, veluti laborum exantlorum mercedem aliquam conſecuturus, libertatem vendidit ductâ vxore valde iuuene. & patronus cauſſarum & vrbis Duacenſis Decurio factus eſt. Antiquitatis ſtudioſiſſimus fuit. Meditabatur etiam quæ ad Politiam Reipub. reformationem ſpectabant. Quin etiam quorundam abuſuum, quos in curiam Decurionum & praxin irrepſiſſe animaduerterat, corrigendorum auctor fuit. Scripſit

Hiſtoriam Fori Romani V. libb. interruptos & imperfectos, quos *Philippus Broidæus* eius gener I.C. Duaci primarius legum Doctor illuſtrauit, & corollarijs auxit, libros omni eruditione refertos (ita *Ioannes Roſinus* initio lib. IX.) & ad antiquorum monumenta cognoſcenda perquam vtiles

Promiſit *De menſis veterum, poculis ac cyathis, quorum apud eos vſus fuit*: ſed mors, ad maiora natum, cum iam annum ætatis ſuæ XXX. vix exceſſiſſet, magno bonorum & doctorum luctu nobis ſurripuit.

FRANCISCVS POTEL Carmelita Atrebatenſis, & ſui Ordinis Prouincialis, ſcripſit ſtylo vernaculo in gratiam deuotorum,

Originem ſodalitij ſcapularis B. Virginis de Monte Carmelo.

FRANCISCVS RAPARDVS Brugenſis, Philoſophus & Doctor Medicus, ſcripſit librum contra Aſtrologiam, cui titulus:

Magnum & perpetuum Almanach, à conſuetis nugis liberum, eoque verè medium de Phlebotomia, de balneis, de purgationibus, certiora præcepta continens, vt meritò dici poſſit, vulgarium prognoſticorum, Medicorum, Empiricorum & Medicaſtrorum FLAGELLVM. Antuerpiæ typis Ioannis Latij, anno 1551. cui anno inſequenti PETRVS HASSARDVS repoſuit *Clypeum Aſtrologicum*. Louanij, apud Bergaigne.

FRANCISCVS RAPHELENGIVS, naſcitur Lanoij, ditionis Inſulanæ opido, anno Domini M. D. XXXIX. XXVII. Februarij. Prima literarum fundamenta Gandaui iecit. Lutetiæ magnos in linguis Græca & Hebraica profectus fecit ſub illuſtribus Profeſſoribus, & inprimis *Ioanne Mercero*. Inde in Angliam ſe contulit, & Cantabrigiæ Græcas literas profeſſus eſt.

eſt. Hinc Antuerpiam venit coëmendis aliquot libris, vbi correctura typographica ipſi arridente, operam ſuam *Chriſtophoro Plantino* addixit: qui adeò ingenuitate morum ipſius delectatus eſt, vt maximam natu filiarum *Margaretam* ipſi anno M. D. LXV. elocaret. Incredibile quantos labores ſuſtinuerit in edendis Biblijs regijs cum *Bened. Aria Montano, Andrea Maſio & Guidone Fabricio.* Tandem Lugduni Batauorum Hebraicæ linguæ Profeſſor factus, operam ſuam Curatoribus Academicis & auditoribus ſuis probauit. Familiares habuit *B. Ariam Montanum, Scaligerum, Druſium, Maſium*: ſed intrinſecè *Abrahamum Ortelium, Lipſium, Cornelium Kilianum, & Carolum Cluſium.* Reliquit filios *Franciſcum & Iuſtum.* Confecit *Lexicon Arabicum* ſatis copioſum, cum *Thoma Erpenij* NOTIS, anno 1613.

Dictionarium Chaldaicum.

Lexicon Perſicum vocabulorum quæ in Pentateucho.

Obſeruationes linguæ Hebrææ.

Tabulas in Grammaticam Arabicam.

Epitomen Theſauri linguæ Hebrææ Sanctis Pagnini, auctam & recenſitam, typis Plantini 8.

Moritur Lugduni Batauorum, præ tædio amiſſæ vxoris & paralyſi afflictatus anno Chriſti CIↃ. IↃ. XCVII. Ætatis LVIII.

IN EIVS OBITVM.

Aſpicis anguſtam tumuli ſe tollere molem,
Lenique terram vertice,
Exiguo raram gremio quæ poßidet vmbram,
Maneſque nobiles. Procul
Hinc fuge, cui ſcelerum cura eſt, cui gloria rerum
Ventoſa pectus erigit:
Virtuti patet ille locus, ſoliq́ue beatus.
Sacer modeſtiæ vacat,
Virtutum domus eſt: iacet hic RAPHELENGIVS *ille,*
Ingentis Europæ decus.
Huic Oriens Aurora ſuos ediſcere ſoli
Permiſerat lubens ſonos:
Eoóſque domi rediens tranſduxit honores,
Paucíſque cognitus licet,
Cum patrijs Batauis Arabas confudit & Indos.
Ah! hoſpes, ah! en qui fuit
Sol oriens nobis, linguaſque orientis ab ortu
Tranſuexit, occidit tamen.

FRANCISCVS RAPHELENGIVS *Franciſci F.* inter ſui temporis Poëtas numeratur, ſcripſit

Notas & Caſtigationes in L. Annæi Senecæ Tragœdias, inſcripſitq́ue *CL. Iuſto Lypſio*, typis Plantini & Lugduni Batauorum, anno 1620. 8.

Poëmata varia & docta, ſed ſparſim.

Elogia carmine Elegiaco in L. Imagines Doctorum Virorum. Antuerpiæ, anno 1587. in folio.

FRAN-

FRANCISCVS REGIVS, Ordinis Minorum, Theologus, & Eccleſiaſtes inſignis, à CAROLO V. Imp. libenter auditus, ſcripſit Gallico ſermone

Commentarium in Orationem Dominicam.
Sermones varios ineditos.

Niuellis rebus humanis exemplis, cuius loci cœnobium, Principum, quibus erat à ſacris concionibus, eleemoſynis à fundamentis erexit. Vir inſigni pietate, virtute, morumque humanitate præditus.

FRANCISCVS RICHARDOTVS, inſignis Theologus & orator ad miraculum vſque facundus, ex religioſo Auguſtiniano Atrebatum Epiſcopus poſt *Antonium Perrenotum*, Card. Granuellanum renuntiatus. Is honeſto apud Burgundiones loco natus, mira ingenij celebritate, tantam rerum Theologicarum cognitionem eſt aſſecutus, vt viceſimo ætatis anno publicè Pariſijs D. PAVLI *Epiſtolas* magno audientium concurſu, explanaret.. In Tridentina Synodo, à doctiſſimorum Patrum conſeſſu libenter auditus eſt.

O blandi mores, ô fandi exacta facultas!
Quanta vetuſtatis, linguæque ſcientia docto
Quanta vtriuſque viro, quantum diſceſſit ab illo
Barbaries, ruditas, ignaua ſuperbia, liuor
Degener.

Domum reuerſus Academiam Duacenam recens à PHILIPPO II. Hiſpaniarum Indiarumque Rege excitatam felicibus auſpicijs, habitâ Oratione dedicauit, primuſque in ea ſacram Scripturam publicè interpretatus eſt: Hunc quanquam Burgundionem, Belgarum tamen numero adſcribendum putaui, nam maiorem vitæ partem hic conſumpſit, imò ipſam vitam, quam cum morte commutauit VII. Kal. Auguſti poſt diſcenſum filij DEI ad terram, anno M. D. LXXIV. marmoreo conditus tumulo in ſuo Epiſcopeio. Defunctum funebri Oratione apud Duacenates laudauit *Thomas Stapletonius* Anglus, Theologus præſtantiſſimus.

D. O. M. S.

FRANCISCO RICHARDOTO BVRGVNDO
ATREBATIVM EPISCOPO,
VIRO IN OMNI DISCIPLINAR. GENERE VERSATISS.
ET CONCIONATORI ELOQVENTISS.
QVI OB SINGVL. DOCTRINAM ET PRAECLARAS ANIMI DOTES
OMNIBVS ORDINIBVS VNICE CARVS.
POSTQVAM HANC ECCLESIAM PERICVLOSIS TEMPORIBVS
INGENI DEXTERITATE ET ASSIDVIS CONCIONIBVS
ANNOS IPSOS XIII. FELICITER REXISSET,

MAGNO

MAGNO SVI RELICTO DESIDERIO
ANNVM AETAT. AGENS LXVII. E VIVIS EXCESSIT,
IOANNES RICHARDOTVS
PHILIPPO II. HISPANIARVM REGI
A RERVM STATVS SECRETISQVE CONSILIIS
AC LIBELLIS ET ARTESIAE PRAESES
AVVNCVLO OPT. NEPOS MOESTIS. POS.
OBIIT VII. KAL. AVG. CIƆ. IƆ. LXXIV.

Multa ſcripſit vtraque linguâ Latinâ & Gallicâ, quorum tituli:
De Eucharistiæ Sacramento ſermones IV.
In Euangelium Lucæ, Miſſus eſt Gabriel totidem.
In Orationem Dominicam, Sermones VI.
De ſacris Diuorum imaginibus & Indulgentijs, Sermones II.
Funebres Orationes II. in obitum Iſabellæ Reginæ, vxoris Philippi II. & huius filij Caroli, Principis Hiſp, anno 1569.
Oratio in Senatu Duacenſi habita, de ortu Academiæ, anno 1562.
Altera in auſpicijs eiuſdem Academiæ.
Altera, de venia rebellibus à Rege & Pontifice conceſſa, anno 1570.
Oratio habita in Concilio Tridentino, anno 1563.
Oratio in Synodo Cameracenſi dicta, anno 1565. typis Boſcardi.
Inſtitutio Paſtorum Atrebatenſis ditionis, in Fidei Capitibus controuerſis. Atrebati, anno 1562.
Statuta Synodalia.
Ordo de Paſtorum officijs. Antuerpiæ, typis Siluij, anno 1562.
Diſputatio cum Hæretico Duaci capto, 1568. Louanij, typis Bogardi.

FRANCISCVS RVÆVS Inſulenſis Flander, Doctor Medicus, ſcripſit
De Gemmis lib. II. quarum D. Ioannes in Apocalypſi meminit, alijſque quorum vſus hoc æuo apud omnes percrebuit, Theologis & Philoſophis non inutiles. Pariſijs, apud Wechelum, anno 1547.

Tiguri, apud Geſneros fratres, & Lugduni apud Franciſcum Fabrum, anno 1588.

FRANCISCVS SCHOTTVS *Franciſci F.* & *Andreæ* frater ſocietatis IESV, Antuerpiæ naſcitur anno ſalutis humanæ CIƆ. IƆ. XLVIII. v. Idus Nouembris, mihi familiariſſimus, Conſul & Senator in patria vrbe, Edidit

Itinerarium Italiæ, rerumque Romanarum libr. III. Antuerpiæ typis Plantini, anno Domini 1600. in 12. inſcripſitque Cardinali *Bellarmino*. Poſtea Vicentiæ prodijt auctum ſcriptis tabuliſque operâ fratris *Hieronymi ex Capugnano*, Bononiæ Dominicani, anno 1601. Iterum Antuerpiæ 1625. typis Moreti heredumque.

Itinerarium Germaniæ lib. IV. Galliæ quoque & Hiſpaniæ partem III. quâ itinera monſtrat Romam verſus. Coloniæ, typis Gualteri, anno 1620.

Hiſpania Illuſtrata Tom. IV. Francofurti, anno 1608. in fol.

Fatalem compleuit diem Antuerpiæ anno CIƆ. IƆC. XXII. XVII. Martij, &

ſepultus in nouo ſocietatis IESV templo, vnico filio relicto eiuſdem ſocietatis, qui anno M. DC. XXV. dum operam piam contagione laborantibus nauat in Domino obijt.

FRANCISCVS SILVIVS, à Braunia Comitis, quod Hannoniæ opidum eſt, ſacræ Theologiæ Doctor, & Philoſophiæ in collegio regio Duaci Profeſſor ordinarius, ibidemque Eccleſiæ *ſancti Amati* Canonicorum Decanus. Edidit

D. Thomæ Aquinatis opuſcula è M.SS. emendata, anno 1609. Tom. II. 8.

Explicationem Doctrinæ Diui Thomæ De motione primi Motioris.

Sententiarum libr. De ſtatu hominis poſt peccatum, e ſanctorum Patrum ſcriptis concinnatum.

Commentaria in III. partem D. Thomæ. Duaci, anno 1620. typis Wion.

Inſtructiones Paſtorum à S. Card. Borromæo, editas, ad Belgarum Eccleſiarum vſum accommodauit. Ibid. 1616. 8.

Orationes Theologicas XIV. Ibidem.

Enchiridion Theologiæ paſtoralis, auctore *Petro Binsfeldio, auxit & paragraphis diſtinxit*. Duaci, typis Gerardi Pattè. 1625.

FRANCISCVS SCHOTTVS *Iacobi Theſaurarij* Antuerpienſis *F. Franciſci* Cos. Antuerpienſis & *Andreæ Schotti* nepos, mihi familiaris: Poſt luſtratam Italiam, ordinem Canonicorum Præmonſtratenſium ad ſancti MICHAELIS amplectitur anno Chriſtianæ ſalutis M. DC. II.

Edidit *Theſaurum Exemplorum*, quem *Valerius Andreas* perperam *Franciſco Schotto* Cos. adſcribit. Atrebati & Duaci. Dum patria & amici auctiorem ab ipſo meſſem ſperabant, in cœlum migrauit. Sepultus in Diui MICHAELIS, retro chorum maiorem ante altare Diuæ Matris ANNAE, iuxta ſepulchrum amitæ paternæ, hoc epitaphio ornatus Marmoreo:

D. O. M. S.

Quiſquis es qui tranſis, paululum hic ſiſte, & pauca lege.

R. D. FR. FRANCISCI SCHOTTI IAC. F. ANTVERP.
QVIDQVID E TERRA SVMPTVM TERRA HABET.
QVI POST OBITAM ITALIAM VISAMQVE ROMAM
IN PATRIAM REDVX,
IBIDEM AD S. MICHAELEM CANON. NORBERTINVS.
PRIMVM IN BORSBEECK IVXTA ANTVERPIAM,
HINC IN NEEROCKERSEEL IVXTA LOVANIVM
PAROCHI MVNVS CVM LAVDE ET FRVCTV OBIIT:
ET E VITA AC MVNERE ANTE DIEM ABIIT
IV. NON. OCTOB. DIE S. FRANCISCO SACRO
ANNO DOMINI CIↃ.IↃC.XVII. AETATIS XXXVIII.

Hoc

Hoc eſt viuere memorem eſſe mortis.
Hoc eſt mori memorem eſſe vitæ.

FRANCISCVS A SONSBEKA Friſius, Swollanus, I.C. clariſ. ſcripſit
Commentarios ad vſus Feudorum, quos publicè Louanij enarrarat. Louanij, typis Saſſeni, anno 1554.

FRANCISCVS SONNIVS in Campinia Brabantiæ cognomine pago *Son* editus, primus Antuerpienſium Epiſcopus: Vir certè Epiſcopatu dignus, vt cui ad egregiam doctrinam miram Natura addiderat eloquentiam. Louanij ſacras literas hauſit in Collegio Pontificio. Mox ad *D. Iacobum* in eadem vrbe Paſtor. Doctoris laureâ ornato Canonica Vltraiecti in primaria æde dignitas obtigit. Interfuit Wormatienſi Colloquio, & in ſynodo Tridentina ſpecimen doctrinæ exhibuit. Romæ apud PAVLVM IV. Pontif. Max. res geſſit de Epiſcopis per Belgium creandis. Redux apud Syluæducenſes primum annos IV. poſt Antuerpiæ annos VI. Præſulem egit. Erat illi ſymbolum: SINE ONERE NIHIL. Naturæ ſenex conceſſit anno Domini CIↃ. IↃ. LXXVI. pridie Kalend. Quinct. Sepultus in Diuæ MARIAE ad altare ſummum hoc epitaphio:

D. O. M.

A SOLE NOMEN MVTVATVS HIC CECIDIT
FRANCISCVS SONNIVS.
QVI AB HVMILI ORTV, ET PER SACRI
STVDI GRADVS SVMMOSQ. HONORES
APVD SYLVAEDVCENSES ANN. IV.
DEIN HVIC VRBI PRIMVS ANTISTES ILLVXIT,
VTQ. PLVRES PER BELGIVM ANTISTITES
DARENTVR LEGATVS EFFECIT.
VIM DOCTAM MENTIS ET STYLI
HAERESES SENSERVNT
ET WORMATIENSE COLLOQVIVM,
PEPENDIT AB ORE DOCENTIS,
LOVAN. SYLVAD. ET VRBIS HVIVS POPVLVS.
AT SORTEM INIQVAM!
VIXIT ANNOS SEX HIC PRAESVL
DVM AETATE ET MERITIS GRAVIS
A PRINCIPE PASTORVM EVOCATVS
DECESSIT ANNO SAL. M.D.LXXVI.
ÆTERNVM VT VIVAT, LECTOR PRECARE.

Digitized by Google

Scripſit

Demonſtrationem Religionis Chriſtianæ ex verbo Dei lib. III. Antuerpiæ, anno 1562. in folio.

De VII. Sacramentis. Ibid. 1577. typis Plantini, & Pariſijs.

Confutationem Caluinianæ ſectæ per Belgium ſparſæ, Latinè & Belgicè. Coloniæ, anno 1567.

Catechiſmum ſeu *Inſtitutionem vitæ Chriſtianæ*. Syluæducis, anno 1570. 12.

Statuta Synodalia diœceſis ſuæ, Typis Plantini, anno 1576.

Querelam aduerſus nouos Epiſcopos inferioris Germaniæ. 8.

FRANCISCVS STATIVS ADVORTENTIVS TRIVMPHO Friſius, Boſuerdiæ naſcitur, ſcripſit librum *De Mecenate ad Viglium & Hopperum Friſios*, quibus multa ſe ſcripturum pollicetur, ſi facultates ſuppeterent, iuxta illud:

Sint Mecenates, non deſerunt Flacce, Marones.

Orationem funebrem in Germania habitam, Leydæ, typis Horſtij, anno 1565. 8. Amſtelodami vixit & obijt ſacerdos, planè vir bonus.

FRANCISCVS SWEERTIVS *Franciſci F.* Reipub. ab eleemoſynis ex *Gertrude van Os* honeſtiſſima matrona, naſcitur Antuerpiæ anno Domini M. D. LXVII. Sub ferula *Cornelij Curtij Liræ*, & *Gulielmi Fabij* Antuerpiæ humanitatis ſtudijs excultus eſt. Mox etiam inualeſcentibus per Belgium hæreſibus, *Theodorus Duſſenius Duſſyluius* (mirificus orthodoxæ Romanæ religionis aſſertor) ei magiſter datus, quem parens domeſticum ſuum fecerat, cæteriſque liberis ſuis (quorum longus ordo) præfecerat, ne fœda illa ac damnata contagio ad proles ſuas dimanaret. Ad annum vſque ætatis trigeſimum, Parenti aulæorum mercaturam exercenti fidam operam nauauit, vxorem deinde duxit SVSANNAM VAN ERPE lectiſſ. fœminam, ingenio & iudicio ſupra ſexum præditam, quæ illi VI. proles dedit. Tempus omne ſuum ab occupationibus mercurialibus liberum Muſis & ſcriptioni ſacrauit. Cum ſeculi noſtri primipilis, puta, Illuſtriſſimo Cardinale *Baronio*, *Lipſio*, *Scaligero*, *Caſaubono*, *Grutero*, *Andrea Schotto*, *Puteano*, *Heinſio* intima ei familiaritas. Ab ijs ob literarios conatus & iocos laudatus eſt. Symbolum illi fuit: AMA LATERE, iuxta illud: *Bene qui latuit, bene vixit*. Eius hæc ſunt:

Lachrymæ in funere Abrahami Ortelij collectæ, cum Ortelij vita. Antuerpiæ, apud Keerbergium, anno 1601. 8.

Capita Deorum Dearumq́ ex vett. numiſmatibus, ex muſæo Orteliano, hiſtoricâ narratione illuſtrata. Typis Ioannis Baptiſtæ Vrintij, & poſtea Ioannis Moreti. 4.

XII. Cæſarum primorum Icones cum vitis ex Suetonio. Ibidem.

Belgij totius breuis deſcriptio. Adhæret mappæ Belgicæ à Vrintio editæ, anno 1603.

Muſæ errantes Iuſti Lipſi, ſiue Poëmata eiuſdem. Antuerpiæ apud Keerbergium, anno 1609. 4.

Selectæ Chriſtiani orbis Deliciæ. Coloniæ, anno 1608. & 1625. typis Bernardi Gualteri. 8.

Notæ in Hieronymi Magi, De Tintinnabulis, libellum poſtumum. Francofurti.

Monu-

Monumenta ſepulchralia Ducatus Brabantiæ. Antuerpiæ, typis Gaſparis Belleri, anno 1613. 8.

Flores Lipſiani, ex eius operibus decerpti, & per locos communes digeſti: Quibus acceſsêre *Teſtimonia, Symbola, Inſcriptiones & Epitaphia.* Antuerpiæ typis Belleri, & Coloniæ apud Bernardum Gualterum, anno Domini 1620.

Ioco-ſeria epitaphia, vetera, noua, Latina, Gallica, Hiſpanica, Italica, Luſitanica, &c. Coloniæ, typis Gualteri.

Rariores Sententiæ ex præcipuis primaque notæ Hiſtoriographis: Ibidem, anno 1625. 16.

Meditationes Ioannis Card. de Turris cremata, cum vita eiuſdem euulgauit.

Item *Ioannis Gerbrandi de Leydis Carmelitæ Chronicon.* fol.

Poëmata Ioannis Bochij ſparſim edita collegit. Ibidem, 1615.

Athenæ Belgicæ. Antuerpiæ, apud Guilielmum van Tongeren, in fol.

Breui lucem videbunt ſequentia, fauentibus ſuperis

Similitudines ſiue *Parabolæ ex Seneca, Plutarcho, Eraſmo, Lipſio, aliiſque* per locos communes.

Bibliotheca Pontificum & S.R.E. Cardinalium.

Notitia totius Belgi. in qua eiuſdem breuis Deſcriptio, & nomina Eccleſiarum, Abbatiarum & monaſteriorum.

Dies natales & emortuales CL. Virorum poſt Ianum Gruterum.

Vindiciæ Eraſmianæ, contra peſtilentiſſimas quorundam linguas.

Prouerbialia dicteria & ſententiæ verſibus Leoninis per locos communes.

FRANCISCVS TALEMANIVS Edami in Hollandia naſcitur, Louanienſis Cartuſiæ Prior, floruitque illic anno Domini M. D. XXXIV. homo literatus & induſtrius. Dedicauit *Mariæ Halmaliæ Marchioniſſæ Aerſchotanæ, Guilielmi Croy Viduæ*

Commentaria DionysI Rickelij in libb. Iob, Thobiæ, Iudith, Heſter, &c. præfixa doctiſſimâ epiſtolâ, ex qua veluti ex vngue leonem exiſtimare licet, quantum ſtyli elegantia valuiſſet, ſi quid ocij grauiſſimis ſuffurari potuiſſet.

FRANCISCVS TANTIVS Minorita, vrbis Brugenſis & conuentus alumnus, Dunkerkenſis & Iprenſis Guardianus, Pariſijs aliquot annos Philoſophiæ & ſacræ Theologiæ impendit, cum magno fructu. Scripſit

In magiſtrum Sentent. M.S.

Ætate florenti, magno cum Prouinciæ diſpendio, & ſtudioſorum incommodo ad feliciorem vitam migrauit, anno M. DC. II.

FRANCISCVS THORIVS, Balliolanus Flander Mathematicus, Medicus & Poëta, Pariſijs claruit, *Dionyſio Harduino* familiaris, vulgauitque

Ioannis Straſclij Profeſſoris Græci Notas in aurea Carmina Pythagoræ, cum eiuſdem Straſclij Epitaphijs, & Epiſtolam inſignem libello præfixit. Pariſijs, anno 1562. 8.

Scripſit & *Epigrammata & Satyras.*

FRANCISCVS TITELMANNVS, Haſſeleti apud Leodicenſes

dicenſis natus, Ordinis Minorum Louanij Theologus ac Philoſophus, apud quem nulla temporis horula lectione vacauit. Lutetiam profectus anno M. D. XXXVII. à *Bernardino Aſtio* Capucinorum præfecto in ſuorum numerum recipitur. Poſt Romanæ prouinciæ Præfectus ipſe datus, optimè rem geſſit, & cum laude præfuit, ſeque contemplationi totum & leproſorum curæ dedit. Moritur Anticoli Romano in agro anno cIↄ. Iↄ. LIII. cùm vix ſextum & XL. ætatis annum attigiſſet, non ſine ſanctitatis opinione. *Card. Bellarminus* ſcribit obijſſe anno Domini cIↄ. Iↄ. L. ætatis ſuæ quadrageſimo aut circiter. Multa ſcripſit, inter illa

De conſideratione Dialectica, lib. VI. Coloniæ & Lugduni.

Apologeticus pro editione vulgata ſcripturæ.

Collatio ſuper Epiſtolam ad Romanos, contra Eraſmum Roterodamum & Iacobum Fabrum.

Paraphraſtica elucidationes in Pſalmos, Cantica Canticorum, Iob, Eccleſiaſten, Matthaum, Ioannem, in omnes D. Pauli & Epiſtolas Canonicas,

De auctoritate Apocalyſis, lib. II. ad Eraſmum. Antuerpiæ 8.

Summa myſteriorum Chriſtiana Fidei. Coloniæ, anno 1555.

De ſuperbenedicta Trinitate. Antuerpiæ, anno 1530. typis Hillenij.

Expoſitio Miſſæ ceremoniarum. Lugduni, anno 1558.

Meditationes ſacra, lib. I. Antuerpiæ, typis Belleri.

De pramatura morte bonorum.

Epiſtola Apologetica, pro opere Collationum ſuarum, ad Eraſmum.

Commentarius in Tractatum de VII. Verbis Domini, Arnoldi Carnetenſis Abbatis, D. Bernardo familiaris. Antuerpiæ, 1532. apud Mart. Cæſarem.

In hymnos Eccleſiæ elucidationes.

Tractatus plures de Sacramentis.

De fide, Religione & Moribus Æthiopum. Antuerpiæ, anno 1534. apud Simonem Cocum.

Compendium naturalis Philoſophiæ.

De Conſideratione rerum naturalium, earumque ad Creatorem ſuum reductione, lib. XII. Louanij.

FRANCISCVS TOLENSIS, cognomento *Piſtorius* vulgò de Backer, naſcitur in Tola Zelandiæ inſula. Canonicus regularis *ſancti Auguſtini*, & Supprior in monte *ſanctæ Agnetis* apud Swollam. Varia ſcripſit, quæ Louanij ad ſanctum Martinum eiuſdem ordinis leguntur.

Dialogum De ſtudio ſacrarum literarum.

Alterum, *Quomodo ſacris inuigilandum literis, quo honore adeunda, & de commercio profanarum cum ſacris.* fol.

Declamationem De bonarum literarum ſtudijs.

Dialogum De Inuocatione Sanctorum.

Orationem ad ſtudium ſacrarum literarum.

Orationem paraneticam ad idem ſtudium.

Homilias III. De D. Gertrude virgine.

De Fide, Pudicitia ac virtute fœminei ſexus.

Orationem, quam habuit anno M. D. LXXVI. kal Iulij, cum Ioannes Latomus ſacerdotale Iubileum celebraret.

Thoma

Thomæ Kempenſis de Imitatione Chriſti libb. IV. Latiniores fecit, poſt *Sebaſtianum* Caſtalionem, qui mala fide ſuſtulit totum. lib IV. de Sacramento Euchariſtiæ. Antuerpiæ typis Belleri, anno 1575.

Poëmata varia.

FRANCISCVS VERVOORDT Ordinis *ſancti Franciſci*, Prouincialis, Concionator eloquentiſſimus, ſcripſit libellum cui titulus,

Veſtis nuptialis amoris Dei, quem *Henricus Pipinus* Prouinciæ miniſter correxit & edi curauit.

Deuixit Mechliniæ, poſt natum Seruatorem, anno Domini 1555. Nouembris 24.

FRANCISCVS WOVERIVS *Ioannis F.* Antuerpienſis, duodecennis ſcripſit & dixit Bruxellis in conſeſſu principum procerumque *Laudationem funebrem anniuerſariam inclytæ memoriæ* ALBERTI PII *Archiducis Auſtriæ, Burgundiæ Ducis, Belgarumque incomparabilis Principis.* Antuerpiæ. ex officina Plantiniana, anno 1623. 4

Inde in Hiſpanias cum fratre *Ludoico* ductu parentis profectus eſt. Præcoces fructus rarè matureſcere à peritioribus obſeruatum eſt. At tu magne DEVS prohibe Fatum & ſine adoleſcere, bono publico & Belgico eximium iuuenem, qui Bibliothecas ſcriptis libris & Cathedras diſerto idiomate compleat.

Edidit *Erycius Puteanus Diſſertationem De Eloquentiæ ſtudijs*, quâ ſuadæ noſtri WOVERI applauditur.

FRANCISCVS A WALONCHAPELLA Audomarenſis, Ordinis *ſancti Franciſci*, & Epiſcopus Namurcenſis, II *Alexandro Farneſio* Parmæ Duci gratiſſimus: ſacras ad populum conciones habuit maximâ omnium admiratione. Moritur anno Chriſtiano CIƆ. IƆ. XCII. XVII. Februarij, plenus dierum, cum ſediſſet annos XII. Scripſit

De ſtationibus Romæ librum.

FRANCISCVS ZICHEMIVS, alij ZICHENVS, Brabantus, à patria vrbecula, quæ Dieſtemio abeſt altero lapide, dictus, Ordinis *ſancti Franciſci*, Machlinienſis & Traiectenſis cœnobij Guardianus digniſſimus, ſcripſit

Explicationem VII. Verborum Chriſti in Cruce. Antuerpiæ, anno 1556.

Enarrationem in Prophetam Hieremiam. Coloniæ, anno 1559.

Concionem De Eleemoſyna efficacia. Antuerpiæ typis Belleri, anno 1556.

Exhortationem ad mortem. Traiecti ad Moſam, anno 1554. 8.

FRANCISCVS ZYPAEVS, naſcitur Machliniæ anno Domini CIƆ. IƆ. LXXX. I.C. Canonicus, Archidiaconus & Officialis Antuerpienſis, & Reuerendiſſimo IOANNI MIRÆO Antuerpienſium Præſuli olim à ſecretis. Vir ingenio eleganti, & in humanioribus literis, Philoſophia, ac vtroque iure excultus, mihique familiaris, ſcripſit

IVS PONTIFICIVM NOVVM, ſiue *ANALYTICAM poſtremi*

Iuris Eccleſiaſtici enarrationem, in qua multa noua, hactenus non edita ac tribunalibus Eccleſiaſticis oportuna. Coloniæ, typis Hierati, anno Domini 1620. In 8.

Modum ac rationem procedendi in Curijs Eccleſiaſticis obſeruandam per prouinciam Mechlinienſem. Antuerpiæ anno 1619. 8.

FRANCO Abbas II monaſterij Affligemienſis in Brabantia, Ordinis *Sancti Benedicti*, ita *Miræus*, ita omnes quotquot ſanæ mentis ſentiunt, idque habitus loquitur, quanquam *Valerius Andreas* ſui immemor, Religioſos hos Præmonſtratenſes eſſe ſcribit. Reliquit

De gratia ſeu *Beneficentia Dei libb. XII.* Antuerpiæ typis Belleri, 1565.
De ſtatu futuræ gloriæ, carmine, teſte *Henrico à Gandauo.*
Planctum.
Sermones de B. Virgine lib. I.
Epiſtolam, quâ docet monachum abiecto habitu ſaluare non poſſe.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I.
Floruit anno Chriſtianæ ſalutis M. C. VI.

FRANCO, Scholaſticus Leodicenſis, ſcripſit
De quadratura Circuli lib. I.
De Computu Eccleſiaſtico lib. I.
De Ieiunijs IV. Temporum M. SS. Leodici ad *S. Laurentium.*
De laudibus B. MARIÆ Virginis, M.S. in monaſterio VII. Fontium.
Vixit anno Domini CIↃ. LX. ſub *Henrico* Imperatore.

FRANCO BVRGERSDICIVS, Lyræ propè Delfos in Hollandia naſcitur, Profeſſor Logices & Ethices Lugduni Batauorum, ſcripſit
Ideam Philoſophiæ naturalis.
Ideam Philoſophiæ moralis.
Synopſin inſtitutionum Logicarum.
Inſtitutionum Logicarum lib. II.
De vſu Logices, librum ſingularem.
Exercitationes Logicas.
Inſtitutiones Phyſicas.
Inſtitutiones Metaphyſicæ breui lucem videbunt.

FRANCO ESTIVS Gorcomius, Batauus, Poëta elegans, deſcripſit
Laudem rei Herbariæ, carmine Heroico, ad Rembertum Dodonæum, præfixo Hiſtoriæ ſtirpium eiuſdem Dodonæi. Typis Plantini, anno 1583. fol.
Aliud *Carmen præmiſſum Commentarijs Goetſcalci Stewechij in Vegetium*; & alia ſparſim.

FREDERICVS IAMOTIVS Bethunienſis, in arte Medica ac Philoſophia omnino ſummus. In Latino carmine, quod frequens panxit, Virgilium eſt æmulatus, nec minus infelices eius Græci verſus fuêre. Ob variam & reconditam eius eruditionem ab omnibus Arteſiæ doctis in honore eſt habitus. Cultus quoque mirificè ab *Andrea*

Digitized by Google

Andrea Hoyo & *Ægidio Schondoncho* ſocietatis Iesv presbytero per id tempus Duaci Profeſſoribus. Scripſit

Poëmata varia Græca ac Latina, Hymnos, Idyllia, Funera, Odas, Epigrammata & Anagrammata, Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1593. 4.

Idyllia aliquot Theocriti è Græcis Latina fecit. Pariſijs, anno 1574.

Auſonij Idyllion De vita humana Græcis verſibus expreſſit.

Elegiam in mortem Petri Gallandy, Regij Lutetiæ Profeſſoris.

Galeni Paraphraſin in Menodoti Exhortationem ad Artium liberalium ſtudia ab, Eraſmo Roterodamo Latinè redditam, *Annotationibus auxit*. Pariſijs, anno 1583. 4.

Triphiodorum Ægyptium de Ilij captiuitate, verſibus Latinis reddidit, & Scholijs illuſtrauit. Pariſij, anno 1578.

S. FREDERICVS AB ADELEN Friſius, Epiſcopus Vltraiectinus VIII. multum laborauit in Friſia contra Arrianam hæreſin, teſte *Ioanne de Beka* in chronico. Hic Martyr illuſtris, ante ſanctum Dei altare fuit obtruncatus anno Domini DCCCXXVIII. XV. Kal. Auguſti multiſque miraculis claruit. Scripſit

Orationem De SS. Trinitate.

Exſtat vita apud *Surium*, & *Ioannem de Beka.*

FREDERICVS AB INTHIEMA Friſius, etiamnum infans literarum ſtudia amauit. Sumptâ Louanij I.V. Laurea in patriam reuerſus, Vorcomij aliquandiu cauſis ciuilibus in foro patrocinium pręſtitit, & tandem conſulatum vrbis geſſit. Hinc Leouardiæ in ſuprema prouinciæ curia Aduocatum egit. Orto deinde anno Domini CIↃ. IↃ. XCII. in patria hæreticorum diſſidio in Friſiam Orientalem conceſſit ad Comitem Emdanum, cui à conſilijs fuit. Scripſit

De malorum Regum gubernatione lib. III.

Querelam Batauorum.

Conſiliorum Iuris opus grande.

Carmen De Natiuitate, Sepultura & Reſurrectione Chriſti.

FREDERICVS LVMNIVS, vide IOANNES FREDERICVS.

FREDERICVS MARSELLARIVS *Adriani* Senatoris Antuerpienſis F. vir nobilis, Eques Lauretanus & Auratus, Conſul, Senator & à Theſauris Bruxellenſibus: hic non rempublicam ſibi, ſed ſe reipubicæ dicauit. *Erycium Puteanum* Profeſſorem Regium in delitijs habet, nullique non cupit eſſe amicus. Edidit

ΚΗΡΥΚΕΙΟΝ, ſiue *Legationum Inſigne*, lib. II. Antuerpiæ, typis Guilielmi van Tongeren, anno 1618. 8. & Ioannis Moreti, anno 1626. multo auctius.

Conſilia & Conatus Nobilium.

FREDERICVS MOLLERVS Brabantus, Poëta, ſcripſit

Carmen

Carmen elegiacum De Creatione & Angelorum lapſu, mihi aliquando inſcriptum, ſed & alijs vt poſtmodum obſeruaui: cùm enim ei curta domi ſuppellex eſſet, & fodere non valeret, venâ ſuâ vtcunque triuiali quæſtum fecit, tenuiterque vixit. Louanij. 1600. 4 apud Maſium.

FREDERICVS VANDER MYE Batauus, Delphenſis, Artium & Medicinæ Doctor in Francia renuntiatus, vrbis Bredanæ Medicus diligens & petitus, ſcripſit

De arthridite & calculo gemino Tractatus II. in quibus vniuerſa horum affectuum eſſentia, cauſſæ, differentiæ, ſigna & curatio, ſecundum *Hippocratis & Galeni* mentem dilucidiſſimè explicantur. Hagæ-comitis apud Arnoldum Meurſium.

Diſputationem Philoſophicam, de lapidum generatione. Ibidem

Hiſtoriam Medicam, de vertigine, catharro, tuſsi vehementi, abortu, &c. & curatione tentata honeſtæ fœminæ Corneliæ van Dunne Bredæ, anno 1624. 4.

FREDERICVS SCEENCK à Tautenburch, *Georgij* Friſiæ quondam ac territorij Grounigani Gubernatoris & aurei velleris Equitis Fil. ex Præpoſito D. PETRI, LXI. Epiſcopus Vltraiectinus, eiuſque nominis v. ſucceſſitque *Georgio Egmondano* anno CIↃ. IↃ. LXI. XIII. Nouembris. Annum agens XVII. Laureâ Iuris Doctorali inſignitus fuit. Viceſimo verò ſecundo CAROLO V. Imp. ab arcanis conſilijs eſſe meruit. Cameræ Imperialis Spiræ quadriennio amplius Præſes fuit. vir magnæ diligentiæ, humani diuinique Iuris peritiſſimus. Anno relaxationis humanæ CIↃ. IↃ. LXXX XXV. Auguſti, ætatis LXXXVII. commutauit vitam mortalem cum immortali, & ſepultus in *Diui Martini*, ſcripſit

Progymnaſmata fori. Francofurti, 1602. & alibi.

Viridarium Concluſionum Iuridicarum. Coloniæ, anno 1589. 8.

Interpretationes in lib. III. Feudorum. Ibid. 1555. & Heydelbergiæ, anno 1584.

De officio Epiſcopali.

De actis ciuilium iudiciorum.

Dialogum contra temulentos, Antuerpiæ typis Hillenij.

Triadem Forenſem, Iudicis, Actoris & Rei. Ibidem.

De Vetuſtiſſimo ſacrarum Imaginum vſu in Eccleſia Catholica, Ibidem, anno 1567. 8. apud Ioannem Latium.

FVLCVINVS ſeu FVLQVINVS Abbas XXII. monaſterij Laubienſis Ordinis *ſancti Benedicti*, ad Sabin fl. II. milliari à Binchio Hannoniæ opido, ſcripſit

Chronicon de rebus geſtis Abbatum Laubienſium. M.S. Gemblaci.

De miraculis S. Vrſmari. M.S. Leodici, ad *S. Iacobum.*

Inter homines eſſe deſijt anno ſalutis IↃ. CCCCXC ad *ſanctum Vrſmarum* conditus.

FVLQVINVS Abbas monaſterij *ſancti Bertini*, intra muros vrbis Audomaropolitanæ in Arteſia, ſcripſit

Vitam S. Fulquini Epiſcopi Teruanenſis M.S. in rubra valle, apud Bruxellam.

Homeliam ſuper Euangelio de zizanijs. M.S. Louanij, ad *S. Martinum.*

GABRIEL

Digitized by Google

G.

GABRIEL IANSENIVS; natus in agro Brugenſi, ſcholarcha Aloſtanus in Flandria, ſcripſit Tragicomœdias V. videlicet

Monomachiam Dauidis cum Goliath.
Iudicium Regis Salomonis.
Cæcum à natiuitate.
Nabatum.
S. Martinum.

Tres fabellas, *Bruſquetum*, Galliarum Regis morionem. II. *Philippum fatuum ſub matre ſtolida. III. Nobilem Ruralem.*

Epigrammata varia. Gandaui, anno 1600. 8. typis Gualteri Manilij.

GABRIEL MVDÆVS, naſcitur Brechtæ in agro Antuerpiano, eodem quo CAROLVS V. Imp. anno, parentibus honeſtis. *Ioannem Cuſtodem* auunculum maiorem, celebrem Grammaticum, habuit, cuius monitu totum ſe literis tradidit. Louanium profectus, *Adriano Florentij*, poſtea Pontif. Max. *Eraſmo, Latomo, Dorpio, Clenardo* alijſque viris magnis gratus fuit. Primarius ibidem Anteceſſor renuntiatus, ſumma cum laude Ius Ciuile explanauit, vt *Papinianus*, vel Iuriſconſultt. veterum aliquis reuixiſſe videretur. Teſtis *Matthæus Weſenbecius* MVDÆI tempore ſupra duo ſtudioſorum Iuris millia Louanij numerata. Tanta in DEVM fuit pietate, vt à quotidiano precationum penſo, quibus aſſueuerat, nulla ſe ratione diſtrahi pateretur. Auditores habuit *Franciſcum Balduinum, Weſenbecium*, celeberrimos poſtea Iuriſconſultos. Filiam reliquit *Iacobo Rolandio I.C.* & viro doctiſſimo Antuerpiæ nuptam, qui ſoceri ſui ſcripta à funere euulgauit. Annum agens LX. moritur Louanij, anno reparatæ ſalutis M. D. LXI. Aprilis XXI. & in *D. Michaëlis* conditus, ante Venerabile Sacramentum, hoc epigraphe:

GABRIELI MVDAEO PARENTI AMANTISS.
LIBERI POSS.

Nocuit differre paratis.

Scripſit

Commentarios in titulos aliquot Digeſtorum, Pariſijs anno 1574. quibus XVII. XVIII. XIX. XX. libri *Pandectarum*, & ſecunda pars lib. IV. Codicis magna ex parte explicantur.

De Contractibus. IV. ad Tit. Digeſtorum. I. Pro Socio. II. De contrahenda Emptione & Venditione. III. De actionibus Empti & venditi. IV. De Pignoribus & Hypothecis.

Quibus acceſsêre abſolutiſſimi *Commentarij in Tit. De petitione hæreditatis, & in Tit. de Actionibus.* Francofurti, anno 1558. 4. ſeparatim antea Pariſijs editi.

Latent

Latent adhuc eius *RESPONSA & Dictata in Inſtitutionum Iuſtiniani* libros in Bibliotheca *CL. V. Iacobi Roelandi IC. & Reipub. Antuerpienſ.* olim ſyndici, nunc verò Conſiliarij in magno Machlinienſi Concilio.

GASPAR AMMONIVS Haſſelenſis, Theologiæ Doctor, prouincialis Præſes Auguſtianæ familiæ in prouincia Sueuiæ, multarum linguarum, præſertim linguæ Hebraicæ peritia celeberrimus: quo etiam in Germania complures, qui ab eadem lingua famam acceperunt, vſi ſunt præceptore. Scripſit

Grammaticam Hebraicam in V. libb. diſtinctam.
De literis, ſyllabis & omnibus punctis.
De Nomine, prima parte Orationis, cum Pronomine.
De Conſignificatiuo quadruplici, tertia parte Orationis.
De omnium partium conſtructione & regimine.
De triplici accentu & carmine componendo.

GASPAR BERVS, alij BARVS, Louanienſis, Carmelita Conuentus Bruxellenſis, multa ſcripſit, quæ ciuili in Belgio bello hæreticorum & Iconoclaſtarum furore perierunt. Superſunt adhuc

Commentaria in Epiſt. Pauli ad Romanos.
Explicatio X. Præceptorum.
Conciones de Tempore & Sanctis.

GASPAR BARZÆVS Zelandus, à Goeſa, indiuiduus *ſancti Franciſci Xauerij* ſocius, peregrinationumque in Euangelica apud Indos prædicatione comes, & ſegregatus tandem Goa in Ormuziam deſtinatus: vbi multorum conuerſione ac miraculis claruiſſe ſcribunt *Petrus Maffeius* & *Nicolaus Trigaultius* libro ſingulari. Scripſit

Epiſtolas, eaſque prolixas *de rebus Ormutinis, deque conuerſione eiuſdem inſulæ ad fidem Chriſtianam,*
Epiſtolam Indicam ad S. P. Ignatium, ſcriptam anno CIƆ. IƆ. LIII.
Goæ migrauit ex humanis, anno Meſſiæ nati M. D. LIII. XV. Kalen. Nouembris.

GASPAR BOVINCOVRT Atrebas, Eques Hieroſolymitanus, ex monacho Aquicinctino factus Abbas ſancti Petri Oudemburgenſis, Græcè, Latinè, Italicè, Hiſpanicè, Gallicè & Germanicè peritus, ſcripſit idiomate Gallico,

Iter Hieroſolymitanum ad montem Sinay.
De cognitione ſui ipſius lib. I.
Sermones ad fratres, lib. I.
De Arithmetica, lib. I.
De Prædeſtinatione lib. I. verſu heroico, à *Iacobo Pamelio* approbatum.
Annum agens XLVIII. Abbatialis regiminis octauo, diem clauſit extremum anno ſalutis M. D. LXXVI.

GASPAR GELLIVS Dieſtemius, Brabantus, religioſus Præmonſtra-

Google

monſtratenſis Abbatiæ Floreffienſis, in Comitatu Namurcenſi, edidit *Poëmata ſacra*, in his

De Ordinis ſui origine & B. NORBERTI *Vita*, carmine heroico. Louanij, typis Zangrij, anno 1600. 4.

GASPAR HARTE-VELTIVS Canonicus Grauienſis, ſcripſit teſte *Molano in Natal. SS. Belgij*

Chronicon Geldriæ.

GASPAR LANTHOVIVS naſcitur anno ſalutis M. D. XVIII. *Vimiaci* iuxta Atrebatum, atque etiamnum ſupererat anno M. DC. XVI. Monialium in Vimy præfectus pius & doctus. Edidit

Farraginem variorum Epigrammatum. Duaci, typis Bogardi, anno 1587.

GASAR NEMIVS Syluæducenſis, ſacræ Theologiæ Doctor, & in Academia Duacena Regius ordinariuſque Profeſſor, ac Semenarij Regij Præſes, vir egregiâ diuinarum literarum cognitione, *Antonio Sandero* teſte, præditus. Edidit

Annotationes in vniuerſa Biblia Guilielmi Eſtij Theologi clariſſimi, quas inſcripſit *Francisco vander Burcht* Archiepiſcopo Cameracenſi.

Inſignem quoque nauauit operam in euulgando eiuſdem *In Magiſtrum Sententiarum Commentario.*

Orationes varias & luculentas *in Quodlibeticis quæſtionibus* dixit.

GASPAR SCHETVS Coruinus, *Eraſmi F.* Patritius Antuerpienſis, Toparcha Grobbendoncanus, ac Belgicæ totius ærario Præfectus. Luſit horis furtiuis *Poëmata varia*, inter cætera

Elegiam ad Eobanum Heſſum doctam & elegantem, vt cum optimis Poëtarum componi queat, teſte *Ioan. Goropio Becano*, in Atuaticis.

Exceſſit corpore Montibus Hannoniæ cIↃ. IↃ. LXXX. V. Id. Nouemb. Filium reliquit *Antonium Baronem de Grobbendoncq, Ord. D. Iacobi* Equitem, Gubernatorem primum Syluæducenſem, ſtrenuum militem.

GASPAR QVARTEMONT Societat. IESV Clericus, Latinè reddidit ediditque ex Hiſpanicis *P. Ribadeneira*,

Vitam S. IGNATII LOYOLÆ *compendio factam*; vt in Germania *Iacobus Bidermannus* eiuſdem ſociet. & Gallicè vertit *Henricus Spondanus I.C.*

GASPAR SCVERMANNVS Antuerpienſis, Poëta, & vtriuſque iuris cognitione clarus, mihi familiaris, & *Iano Grutero* amiciſſimus, ſcripſit carmine

Somnium de Chriſtophori Plantini Architypographi Regij morte. Antuerpiæ, anno 1590. typis eiuſdem Plantini.

Conſilia multa & docta, quæ ſperamus lucem tandem videbunt operâ & diligentiâ filij I.C.

Migrauit ex humanis Antuerpiæ, anno redemptionis humanæ cIↃ. IↃ C. XVIII. XV. Auguſti, & conditus in *D. Andrea*, in monumento *Iacobi Roelans IC.*

GAVCO GAVKEMA *Iacobi F.* Canonicus Aquiſgranenſis, mihi familiariſſimus, naſcitur anno ex quo humani generis liberator in lucem eſt editus M. D. LXVIII. ex perhoneſta veterique proſapia, in ea Friſiæ occidentali parte, quæ à *Septem-ſylua* appellatur. Prima ſtudiorum fundamenta iecit Leouardiæ ſub Epiſcopo *Cunero Petro*; præceptores habuit *Ruardum, Fungerum Ioannis,* & *Ioannem Velſium*: Coloniæ *Suffridum Petrum, Albertum Heronem,* & *Ianum Guilielmium* Lubecenſem: Bononiæ Patronos & præceptores *Gabrielem Card. Palæotum*, *Camillum Palæotum*, *Vlyſſem Aldrouandum & Carolum Sigonium*. Romæ, *Iulium Antonium Sanctorium, Card. S. Seuerinæ, Ant. Card. Caraſam*, Bibliothecarium Apoſtolicum, *Aldum Manutium Pauli F.* & *Alphonſum Ciacconum*. Interfuit III. Comitijs imperialibus, anno videlicet M. D. LXXXII. M. D. XCIV. M. DC. XIII. & electioni Imp. MATTHIAE Francofurti. Nunc Romæ agit apud Excellentiſſ. Principem PAVLVM SABELLVM, Cæſareæ Maieſtatis Oratorem: huius anni M. DC. XXV. ſacri Collegij S. R. E. Cardinalium Clericus Nationalis, & in aliquali gratia VRBANI VIII. Pont. Max. Amicitia hodie fruitur *Hieronymi Aleandri, Ioan. Bap. Lauri, Torquati Perotti, Henrici, Kiſſelly, Iuſti Rycquij* & aliorum quamplurium. Poëma ita feſtiuum, ita elegans indies facit, nihil vt fieri poſſit argutius. Huic Symbolum: GAVDE ET AVDE.

Telographiam, ſiue *Diuerſos mortalium exitus*, prælo habet propemodum maturam. Luſit præterea

Epigrammata varia & lepida, quorum bona pars in muſæo noſtro, lucem quoque breui viſura.

AD CONTERRANEOS FRISIOS.

Appellor GAVKE, *linguâ vernaculâ:*
Vti nouit communis patria.
Quæſiui olim de induſtria,
Cognomen: quo carebam anteà.
Tandem occurrit ſyllaba MA:
A præſtantibus Friſij vſurpata.
Hanc adieci, ſuperiorum licentia
Meo nomini, ſine malitia.
Vnde factum eſt poſtea,
Quod Germania & Italia
Nunc paſsim dicant, GAVKEMA.
Cui, obſecro, fit iniuria?
Vos ergo mei conterranei,
Quotquot eſtis non inurbani,
Popularem quoque veſtrum condecorate:
Honeſtum eius factum dilaudate,
Et eundem pariter amate.

Viuens mortiſque memor hoc ſibi ſcripſit epitaphium Aquiſgrani, quod extat ad *B. Mariam* in ſacello *D. Nicolai*:

sVpreMo

sVpreMo IVDICI.

Abimus nec redimus.

Quicquid creſcit humi, vaneſcit imagine fumi:
Vt pelago nauis, quæ volat inſtar auis.
GAVCO GAVKEMA Friſius, quondam indignus
percelebris huius templi Canonicus:

O IgnosCe, ô ſerVa, DoMIne IesV:
O IesV ChrIſte, ô DeVs MIſerere.

LECTOR.

HOC EPITAPHIVM
ILLE MISER
VIVens sIbIMet ConDebat.
CVI BONO?
VT HAERERET MEMORIAE,
Quòd VITA breuis,
Quòd OCCASIO præceps,
Quòd EXITVS ineluctabilis,
Quòd SVCCESSVS æternus.

DIXI aMICe.

TV parIter DICta rVMIna,
ÆternItateM anXIè ConsIDera
CredIta & ratIones eXaMIna.
DIgna pro MerItIs eXpeCta, &
In æternVM DeVs tIbI parCat.
QVeM ſerIo pro te, pro DenatIs InVoCa:
FortaſsIs IDeM Cras Iter aggreſsVrVs.

LECTOR.

FaVe MonItIs, & VaDe In paCe,

Ipſe fui, prout es, nunc ſum, quod tu quoque fies,
Adæ progenies, horrida congeries.
OBIIT ANNO ∞. Ætat.
Menſ. Die

GAVGERICVS HISPANVS, Leodicenſis, ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Atrebati ad D. Crucis Paſtor diligens, euulgauit
Summulam Peccatorum Cardinalis Caietani, quam Scholijs & Indice illuſtrauit.

De Vſu Radij Aſtronomici, ſiue *Regula Hipparchi*. Ibidem.

Vitæ ſuæ periodum clauſit Louanij anno Domini M. D. LV. die Maij XXV. ex morbo peſtilenti, alij ſcribunt dolore calculi, & ſepultus ad Dominicanos.

IOANNES SECVNDVS Hagienſis hoc docto Epigrammate laudauit:

GEMMA cui ſecti patuerunt inuia mundi,
Et quicquid longa vidit vertigine Phœbus,
Cui nubes ſuperare vagas, ſedeſque repoſtas
Mente datum ſancta eſt, & auito currere cœlo,
Fataleſque rotas tereti ſuſpendere ligno,
Immortale ferens nomen, dum gemma feretur
In digitis, fuluoque decens radiabit in auro,
Phœbæique terent iteranda volumina currus.

GEORGIVS BENEDICTVS à Waterloo, Batauus Harlemenſis, Poëta non pœnitendus, ſcripſit

De rebus geſtis Gulielmi Naſſouij, Principis Auriaci.
Epigrammata & Epitaphia Comitum Hollandiæ. Lugduni Batauorum, 1586.
Petrus Scriuerius amico hoc Epitaphium poſuit.

Hic eſt hic BENEDICTVS ille, carus
Douſæ, Lipſiadæq́, Iunioque:
Quem Batauia tota, quem Britanna,
Quem Germanicæ perſtrepunt Lycaa.
Hic eſt hic BENEDICTVS ille, notus
Feſtiuis Epigrammatum libellis.
Hic eſt hic BENEDICTVS ille, linguâ
Suâ non Epigrammatum locutus.
Hic eſt hic BENEDICTVS ille, vates
Latino bonus ore, nec Latino.
Huic ſi faueris, Hoſpes, & videnti
Viuentiq́ aliquod decus dediſti,
Noli nunc malus inuidere, noli:
Sed leuem poſito precare terram.

Naturæ debitum ſoluit anno ſalutis communis clɔ. Iɔ. xcvii.

GEORGIVS BRVNVS Theologus Colonienſis B. MARIÆ ad Gradus Canonicus & Decanus, literarum bonarumque artium cognitione totus tinctus. Edidit,

Orationem Quodlibeticam contra Concubinarios ſacerdotes. Coloniæ, 1566. 8.
Doctrinam Catholicam contra multos Luteranor. articulos peculiari opere confirmauit. Ibidem, anno 1605. typis Gualteri.
Vitam Saluatoris noſtri. } cum elegantiſſ. æneis tabulis.
Vitam B. Mariæ Virginis. }
Ex IV. Commentariorum in concordiam Euangelicam libb. Cornelij Ianſenij Homilias

Digitized by Google

lias collegit omnium dierum Dominicalium totius anni, quas Præfationibus illuſtrauit. Coloniæ, anno 1578. & Venetijs, 1579.
Theatrum vrbium V. voluminibus, in diuerſas linguas tranſlatum.

GEORGIVS BRVXELLENSIS, Philoſophus, ſcripſit
In logicam Ariſtotelis, ſermone barbaro.
In Summulas P. Hiſpani.
In Phyſicam eiuſdem, cum annotationibus & quæſtionibus Thomæ Bricot. Pariſijs, anno 1504. 4.

GEORGIVS CABILIAVS Flander Aldenardenſis, monachus cœnobij *S. Petri* Oudenburgenſis, ſcripſit
Hiſtoriam ſui monaſterij, incipiens à prima ciuitatis olim Oudenburgenſis ædificatione & deſtructione eius ab Attila & Normannis, vſque ad annum Domini M. D. LXX. Exſtat M. S.

GEORGIVS CASPIVS Hanno, Medicus clariſſimus, ſcripſit
Reſponſionem ad Bonauenturæ Grangerij Admonitionem de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis. Baſileæ, anno 1579.
Caſtigationem Animaduerſionis eiuſdem Gangerij, aduerſus Leonardum Botallum. Ibidem, anno 1582. 8.

GEORGIVS CASSANDER Flander, anno Chriſti naſcitur M. D. XV. in Inſula *Caſſant*; vnde cognomen accepit, Græcè, Latineque doctus. Grammaticus & Rhetor inſignis, Hiſtoricus eximius: ſunt qui & inter Theologiæ peritos ei locum dare velint, alij aliter de eo ſentientes, dicunt, quod dum hæreticorum libros nimis incautè legit, eorundem erroribus ſe & ſua contaminaſſe; quodque hæreſeos notam vix effugerit.

Exſtant hæc eius ſcripta, ſed pleraque Eccleſiaſticæ cenſuræ ſubiecta.
Liturgica de ritu & ordine Dominicæ Cœnæ celebrandæ. Coloniæ, anno 1558.
Ordo Romanus de Officio Miſſæ. Libelli aliquot peruetuſti, continentes ordinem quem Pontifex præſertim Romanus, iam olim celebrando Officio Miſſæ obſeruare conſueuit.
Hymni Eccleſiaſtici, præſertim qui Ambroſiani dicuntur, multis in locis recogniti, cum Scholijs.
Appendix de Spiritu Sancto nominatim inuocando.
Preces Eccleſiaſticæ, quæ Collectæ vulgò dicuntur, ex varijs libris Eccleſiaſticorum Officiorum conquiſitæ, cum alijs nonnullis precationibus Collectarum ſpeciem referentibus.
B. Vigilij Martyris & Epiſcopi Tridentini Opera, ſcilicet Diſputatio inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanaſium.
Eiuſdem aduerſus Eutychen & alios hæreticos de Chriſto Domino noſtro malè ſentientes libb. v. integrè editi ex bibliotheca *P. Pithoei Galli*, viri doctiſſimi, *cum præfatione Caſſandri.*
Commentarius de duabus in Chriſto naturis & vnica hypoſtaſi, aduerſus huius ætatis hæreſes.

Honorij Auguſtodonenſis Eccleſiæ Presbyter. De Prædeſtinatione & libero arbitrio Dialogus, quem poſtea *Ioannes Conen* ſacræ Theologiæ Licentiatus & cœnobij *S. MARIÆ* in Tungerlo Ordinis Præmonſtratenſis Prior correctiorem euulgauit, præmiſſa elegantiſſimâ præfatione ad Lectorem. Antuerpiæ, typis Guilielmi à Tongris, 1621. 8.

Epiſtolæ duæ, vna Proſperi, altera Hilarij Arelatenſis Epiſcopi, de reliquijs Pelagianæ hæreſeos, cum præfatione Caſſandri.

De baptiſmo infantium Teſtimonia veterum, qui intra CCC. circiter annos à temporibus Apoſtolorum floruerunt.

De Baptiſmo infantium, doctrina Catholicæ Eccleſiæ, diuinarum literarum teſtimonijs explicata.

De officio pij ac publicè tranquillitatis verè amantis viri in hoc religionis diſsidio, in quem vt malum libellum ſcripſit *Ioannes Heſſelius*, itemque *Caluinus*, vt neutris ferè placent, qui ſe medios profitentur. *Caluinus* ratus eius auctorem eſſe *Franciſcum Balduinum*, qui à ſe defecerat, & ad Catholicos redierat, velitationem ſcriptis ſuſcepit, *& Caſſander Defenſionem eius libelli edidit ſub nomine Veranij Modeſti Pacimontani.*

Traditionum veteris Eccleſiæ & ſanctorum Patrum Defenſio aduerſus Ioannis Caluini criminationes. Item Reſponſio ad calumnias quibus Caſſander in Germanico quodam libello petulantur impetitur.

De Articulis religionis inter Catholicos & Proteſtantes controuerſis Conſultatio, cum præfatione ad Ferdinandum & Max. II. Impp.

De ſacra communione Chriſtiani populi in vtraque ſpecie Conſultatio.

De viris illuſtribus lib. I. continens vitam eorum, qui commemorantur in S. Biblijs vſque ad Regum Hiſtoriam.

Epiſtolæ ad diuerſos CXVII.

Acta Colloquij habiti à Georgio Caſſandro cum Ioanne Kremer à Caſtorp Anabaptiſmi cauſſa captiuo.

Acta Colloquij inter Caſſandrum & Matthiam Anabaptiſtam habiti, anno Domini M. D. LXV.

De arte Concionandi, liber.

HÆC SCRIPSIT IVVENIS.

Viros aliquot illuſtres, qui ante Procam in Latio fuere.

Orationem Panegyricam in laudem Vrbis Brugarum habitam, anno 1541.

Tabulas breues & expeditas in præceptiones Rhetoricæ.

Tabulas præceptionum Dialecticarum.

Tabulas locorum Dialecticorum.

Supputationem rei nummariæ ac Græcorum ad monetam Flandricam. Gandaui, 8.

Plauti ſententias & loquendi formulas venuſtiores ex omnibus Comœdijs decerpſit, adiectis Scholijs in ſingulas Comœdias.

Sententias ex libb. ſancti Auguſtini de prædeſtinatione Sanctorum, & De bono perſeuerantiæ.

Pariſijs ferè hæc omnia excuſa ſunt anno M. DC. XVI. apud Ieronymum Droart, ſtudio & diligentia *CL. V. Chriſtophori Thuani.*

Vltimum vitæ annum habuit Coloniæ, à partu Virginis M. D. LXVI. & ſepultus eſt ad ſummum altare in *D. Franciſci* hoc epitaphio:

QVANDO TANDEM?

DEO OPT. MAX. SACR.

GEORGIO CASSANDRO BELGÆ

THEOLOGO, IN PERSCRVTANDIS SACRIS
BIBLIIS ET EXPENDENDIS SS. PATRVM MONVM.
ATQ. SENTENTIIS DILIGENTISS.
QVI HOC NOMINE, TVM PIETATE, ANIMIQVE MODERATIONE CLARVS, AB INVICTISSIMIS IMPP.

FERDINANDO I. ET MAX. II.

DE CONCILIANDIS ARTICVLIS IN RELIGIONE
CONTROVERSIS CONSVLTVS ET
IN AVLAM ADSCITVS
FVIT.
ITER AVTEM EO PROPTER PODAGRAM, CVIVS
POST DOLORIBVS OCCVBVIT, SVSCIPERE PROHIBITVS
LIBRVM DE EA CONCILIATIONE PERVTILEM
PACIS AMANTIBVS ECCLESIIS, EX EORVNDEM
CAESARVM AVCTORITATE IVSSV MANDATOQVE
CONFECIT.
VIRO ITAQ. VARIO DOCTRINAE
GENERE PRAESTANTI

CORNELIVS GVALTERVS GANDAVEN.

STVDIORVM EIVS ATQ. PEREGRINATIONVM
SOCIVS INDIVIDVVSQ. COMES
POPVLARI SVO POSVIT.
VIXIT ANN. LII. M. V. D. X. H. V.
OBIIT III. NON. FEBR. M. D. LXVI.

Te viuente mihi gratiſſima, docte GEORGI
Vita fuit, liceat te moriente mori.

MORS META LABORVM.

Infima poſt loco:

ABSIT GLORIARI NISI IN CRVCE DOMINI.

GEOR-

GEORGIVS CASTELLANVS, Gandenſis, Eques, Poëta, Hiſtoricus, ſcripſit idiomate Gallico

Commentarium De vita rebuſque geſtis PHILIPPI BONI Burgundiæ & Brabantiæ Ducis. Exſtat M. S. quo vſus *Pontus Heuterus* in concinnanda ſua Hiſtoria.

In meliorem vitam tranſlatus eo ipſo tempore, quo CAROLVS AVDAX PHILIPPI BONI F. Nouefium obſidebat. Sepultus in Aula Comitis, iuxta Valentianas, Hannoniæ opidum, iuxta *Ioannem Molinetum*.

GEORGIVS CHAMBERLINVS I. V. Licentiatus, Eccleſiæ Cathedralis *ſancti Bauonis* Gandaui Decanus, celebri raraque eruditione vir, ſcripſit

Carmen in commendationem carceris Babylonij Tragœdia Cornelij à Marca.

Aliud in Catechiſmum Maronianum Ægidij Bauarij Soc. Ieſu.

Orationem funebrem in exequijs Alberti Pij, Belgar. Principis.

Orationes eruditas & elegantes in laudem B. Virginis MARIÆ, apud Parthenios ſodales, in ſacello eiuſdem ſocietatis Gandaui habitas.

GEORGIVS COLVENERIVS Brabantus, natus Winghij, alij in Gempenſi vico, iuxta Louanium, quà Dieſtemium iter eſt, ſed Aloſti in Flandria educatus. Doctor Theologus Duacenſis, Academiæ Cancellarius & ad D. PETRVM Præpoſitus, vir in eruendis colligendiſque Antiquitatis atque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ reliquijs diligentiſſimus, Dedit Poſteritati

Thomam Cantipratanum De Bono Vniuerſali, ſiue de Apibus myſticis, quem Notis illuſtrauit, & ab innumeris mendis expurgauit, addita *Auctoris vita*. Duaci, anno 1603.

Ioannis Nideri Formicarium, cum Notis. Ibidem, typis Belleri, anno 1602.

Flodoardi Presbyteri & Canonici Hiſtoria Eccleſiæ Remenſis lib. IV. cum Scholijs. anno 1617. 8.

Chronicon Cameracenſe à Balderico Gerardi, *eo nomine primi Camerac. Epiſcopi, Sacellano conſcriptum, cum Notis*. Duaci, anno 1615. typis Bogardi.

GEORGIVS DOVSA *Iani F.* Batauus, ſcripſit

Epiſtolam de Itinere ſuo Conſtantinopolitano, cum Inſcriptionibus vett. Byzantio & ex reliqua Græcia allatis. Lugduni Batauorum, anno 1599. Edidit quoque

Meletij Conſtantinopol. Patriarchæ Epiſtolam.

Georgium Cedrenum de Originibus Conſtantinopol. cum Notis Meurſij, typis Commelianis, anno 1607. 8.

GEORGIVS HALOWINVS, Cominij ac Halowini in Flandria Toparcha, Eques, vetuſtæ & nobiliſſimæ ſtirpis, Doctorum virorum vnicus Mæcenas. Hic in adoleſcentia, anno nimirum M. D. XIX. (quo captum fuit Tornacum) ordines duxit. Deinde à CAROLO V. Imp. Orator in Angliam mittitur ad *Henricum VIII*. Vxore defunctâ, quum animum ad ſacerdotium appellere videretur, parum abfuit quin crearetur Epiſcopus Torna-

Tornacenſis. Ad illum exſtant plurimæ Epiſtolæ *Eraſmi, Viuis, Deſpanterij, Petri Ægidij*, aliorumque illius ſeculi doctiſſimorum. Scripſit

De Reſtauratione linguæ Latinæ, libb. VI. Antuerpiæ, apud Simonem Cocum, 1533. 8. inſcripſitque *Ioanni Deſpauterio Grammatico*.

Contra Martinum Lutherum, teſte *Iudoco Clichtoueo*.

Annotationes in Virgilium, vbi *Seruij* expoſitiones ſæpe conuellit.

De Muſica opuſculum, vbi varia & inaudita adducit.

De laudibus Eloquentiæ.

De coronatione Imperatorum.

Eraſmi Roterod. Moriæ encomium Gallicum fecit, anno 1518. eodem Roterodamo teſte, libro III. Epiſtolarum.

Obijt extremum diem anno à Chriſto nato M. D. XXXVII. phtiſi conſumptus Cominij, & conditus in arce Halewinij.

GEORGIVS HALONIVS Leodicenſis, Doctor Theologus & Canonicus Cameracenſis, Comitis Barlemontij liberorum olim Moderator. Poëta Tragicus, ſcripſit & Louanij luſit III. Tragædias, ſequentes:

Lambertum Martyrem, qui à Traiectenſibus ſedem Epiſcopalem ad Leodicenſes tranſtulit.

Catharinam, virginem Alexandrinam.

Laurentium martyrem, Romæ martyrium paſſum ſub Imp. DECIO. Antuerpiæ, typis Belleti, 1556. 8.

GEORGIVS MACROPEDIVS Gemertanus, agri Sylvæducenſis Ordinis fratrum ſancti Hieronymi, Grammaticus, Poëta Comicus raræ felicitatis. In Matheſi egregiè verſatus, & præter Latinam, & Græcam Hebræam & Chaldaicam callebat linguas. Vltraiectinæ ſcholæ Gymnaſiarcha præfuit, *Franciſcum Haræum, Guililmum Canterum, Henricum Sedululim*, innumeroſque alios habuit diſcipulos. Poſt Syluæducis aliquot annos docuit, & moleſtiarum impatiens, peſtilens hominem febris extinxit. Sepultus in æde ſacra ſuorum ſodalium, hoc elogio ab amico *Cornelio Valerio* donatus:

Cælo potitus poſt labores plurimos
GEORGIVS MACROPEDIVS,
Scholaſtici moderator optimus gregis.
Toto orbe nobilis ſenex,
Corpus reliquit hoc podagricum loco.
Longo labore exercitum.
Humanitas, ſtudium iuuandi maximum,
Benignitas amabilis,
Candor animi, Pietas & Eruditio,
Hunc reddidêre cælitem.

IVLIVs æſtIVo CoLLVſtrans nVbILa Phœbo,
MaCropedI eXſtInCtos VeXIt ad aſtra dIes.

Scripſit *vtrâque lingua Grammaticam*.

Pro-

Digitized by Google

Proſodiam quoque verſu heroico.

Dialectica prima & breuia præcepta.

De conſcribendis Epiſtolis. Dilingæ, anno 1564. & alibi.

Epitomen de paranda verborum & rerum copia. Coloniæ.

Computum Eccleſiaſticum. Baſileæ, anno 1541. 8.

Calendarium chirametricum, & aliud verſu heroico, continens præcipua Eccleſiæ feſta. Ibidem.

Scholia breuia in Euangelia & Epiſtolas per annum. Antuerpiæ, typis Siluij, anno 1567. 8.

Comœdias & Tragœdias, ex quibus Coloniæ typis Ioan. Gymnici excuſæ ſunt *Andriſca. Hecaſtus. Rebelles. Aluta. Aſotus. Petriſcus. Adamus. Suſanna. Lazarus mendicans. De Christi paſſione. Baſſarus, Hypomene.* Item Vltraiecti typis Hermanni Bourculoi, anno 1552.

Syluæducis *Macropedio* ſucceſſit *Christophorus Vladeraccus.*

GEORGIVS MAIGRETIVS Belga, Bullonenſis (teſte *Thoma Gratiano*, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini) ſacræ Theologiæ Doctor Louanienſis, diuerſorum conuentuum, vtpote Leodicenſis, Tornacenſis Prior. ac Huenſis Prior & fundator, nunc verò Prouincialis, vir pius & eruditus, à quo nihil non promotionis expectat prouincia Leodicenſis. Edidit patrio idiomate

Nouitiatum ſiue *Perpendiculum vitæ monaſticæ pro nouitiorum inſtructione.*

Theſaurum ſeu *Toreuma honoris Christi & SS.* in quo declaratur inſtitutio Confraternitatis centuriatorum *S. P. Auguſtini.*

Radiolum ſiue *Atomum Vitæ monaſticæ*, in quo exponuntur fructus & vtilitates, quas percipiunt fideles in religioſorum in vrbes & opida aduentu.

Surculos ſacros pullulantes è palma priorum S. Auguſtini Martyrum.

Vitam B. Ioannis Saguntini. Ord. S. Patris Auguſtini.

Lacrymas ſeu *Gemitus Heracliti Christiani ab inferis diuinitus ſuſcitati & Baptizati*, vt omnes, & ſingulos homines doceat artem deflendi ſuam miſeriam, ſecundum vtrumque hominem.

Theatra Tragicomica & Anatomica Belgicarum miſeriarum, quibus exponuntur ærumnæ præcipuæ, quas Prouinciæ Belgicæ bello ciuili paſſæ ſunt, annorum XL vel circiter ſpatio.

Martyrographiam Auguſtinianam, Latinè. Antuerpiæ, apud Hieronymum Verduſſen, anno 1625.

Relligionis honos, templum virtutis, aſylum
Doctrinæ, eſt vnus hæc tria MAIGRETIVS.

GEORGIVS RATALLERVS Friſius, Leouardæ naſcitur circa annum Chriſti M. D. XVIII. Vltraiecti ſtuduit ſub *Georgio Macropedio.* Louanium primùm, deinde Gallicas & Italicas Academias adiuit. In patriam redux, à CAROLO V. Imp. in magnum Senatum Machliniæ cooptatus, ſupplicum libellorum Magiſter conſtituitur. Non multo poſt à *Margareta Parmenſi* Legatus mittitur ad Regem *Daniæ*, vbi re feliciter actâ reuerſus, Vltraiecti Senatus regij Præfectus renuntiatur, vbi & diem ſuum obijt morte repen-

repentina in ipſa Curia, kal Octobris cIɔ. Iɔ. LXXX. iam ſexagenarius. Scripta eius hæc ſunt:

Heſiode Opera & Dies, latinè carmine Elegiaco reddidit. Francof. 1546.

Epigrammatum lib. I. Ibid. 1548.

Sophoclis Tragœdias omnes, latinis verſibus expreſſit. Antuerp. 1570.

Eiuſdem Fabulas III. carmine quoque Latino tranſtulit, typis Gryphij.

Euripidis Tragœdias III. Phœniſſas, Hippolitum Coronatum & Andromacham docto quoq. carmine vertit.

Fragmenta ex veteribus Græcis Poëtis apud Stobæum, eodem metri genere expreſſit. Antuerpiæ, typis Plantini, 1581. 16.

Elegia & Epitaphia in obitum Guilielmi Canteri.

Catalogus breuis omnium Toparcharum qui Vltraiectinam ditionem ſub CAROLO *V. Imp. &* PHILIPPO *II: gubernarunt: Itemque Præſidum qui Supremo Senatui præfuerunt.*

GEORGIVS A TEMPSECA Brugenſis, Hiſtoriographus, ſcripſit

Hiſtoriam Atrebatenſem. Memoratur à *Ferreolo Locrio* in Chronico Belgico ad annum 1189.1222.1223.1225.1252.

Ex eius Collectaneis MSS. multa ſe hauſiſſe fatetur *Meyerus.*

Hallucinatur *Antonius Sanderus*, qui lib. I. De Brugenſibus eruditione claris, *Georgium à Tenſera* vocat. Quo anno vixerit, aut mortuus ſit, non inuenio.

GEORGIVS THOVRINVS Scholaſter & Canonicus, Eccleclesiaſtes Leodicenſis, ſcripſit, habuitque

Orationem de Seminario Clericorum à Sereniſſ. Archiepiſcopo Electore Colonienſi, & Epiſcopo Principe Leodicenſi Bauaro Leodij conſtituto, coram ſua celſitudine, ad clerum Leodicenſem, in templo eiuſdem Seminarij, typis Chriſtiani Ouwerx. 1592. 4.

GEORGIVS VIBOTIVS, Puteolanus, Philoſophus, ſcripſit

Dialecticam. Ipris, 1554. 8.

Rhetorices & Artis Epiſtolicæ compendium. Antuerpiæ, typis Withagij, anno 1556. 8.

GEORGIVS VIVIENNVS naſcitur Antuerpiæ, parentibus Valencenatibus, *Petro Viuennio* & *Iacobo Baillarda*, quæ XXXII. proles peperit ex duobus maritis. Louanium miſſus, Artium Magiſter renuntiatus eſt. Primò Medicinæ operam dedit, mox Theologiæ. Hinc ad Iuriſprudentiam ſe tranſtulit, nactus Doctorem *Gabrielem Mudæum* Pariſijs regentem & profeſſorem egit. Matre defunctâ circa annum Domini LXII. in patriam è Gallijs venit, & Aduocatum egit Antuerpiæ & Bruxellæ In Germaniam inde ſe contulit & Coloniæ Ius priuatim docuit: tandem admiſſus ad iuris vtriuſque profitendi munus, tertio poſt anno fit Aulæ Illuſtriſſ. Archiepiſcopi Aſſeſſor. Scripſit

Hiſtoriam Rerum memorabilium, ad Ducem *Albanum*, Belgij Proregem.

Digitized by Google

Tabulas vniuerſalis Philoſophiæ.
Orationum librum.
De Officio probi Patris familiâs.
De Officio probæ Matris famil. Antuerpiæ, typis Nutij, anno 1564. 8.
Dialogos ſacros Hiſtoriarum Veteris Teſtamenti, Gallicè.
Synopſin Iuris vtriuſque, ad Viglium Zuichemium Præſidem. Louanij, anno 1563. 8. typis Wellæi, & Coloniæ, anno 1564.
Encyclopædiam.
Inſtructionem rei militaris terrâ marique, lib. IV. Gallicè. Antuerpiæ, 1563.
Oeconomicorum ſeu *Ethopoliticorum* lib. IV. ad *Mart. del Rio* Conſiliarium.
Commentarios ad læti Introitus Statuta Brabantiæ à Ducibus ſuis conceſſa, & à CAROLO V. & PHILIPPO II. filio confirmata. Coloniæ, anno 1578.
Enchiridion de Verborum ac Rerum ſignificatione. Ibidem, anno 1570. 8.
Epitomen Regularum Iuris Canonici. Ibidem, anno 1571.
Iuſtiniani Imp. inſtitutionem Iuris Ciuilis lib. IV. emendauit.
Tabulas inſtitutorias in eoſdem. Coloniæ, anno 1571. 8.
Compendium de vniuerſis Regulis Iuris Ciuilis. Ibidem. 8.
Schematiſmorum libros.
Conſiliorum volumina.
De Arreſtis & Arreſtationibus quarumlibet perſonarum.
Lexicon vtriuſque Iuris.
Commentarios in lib. I. *Pandectarum.*
Prouerbia Iuriſtarum.
De locis argumentandi Legalibus.
Chriſtianiſmi Elementorum Delineationem, maximè eorum quæ nemo verè Chriſtianus ignorare debeat. Coloniæ, typis Adol. Roſthij, anno 1577. in folio.

GERARDVS AFFLIGEMENSIS, in Brabantia monachus Benedictinus ſcripſit
De ſtatu matrimoniali. M.S. in monaſterio Parcenſi.

GERARDVS BERGENSIS, reipub. Antuerpienſis Medicus iuratus, ſcripſit
Commentarium de herba Panacea.
De Peſte. Antuerpiæ typis Belleri, anno 1565 & 1587.
De præſeruatione & curatione morbi articularis & Calculi, typis Plantini, 1565.
De dolore penis.
De conſultationibus Medicorum, & methodica Febrium curatione, Commentariolum. Antuerpiæ, anno 1586. 8.
Moritur Antuerpiæ, CIↃ.IↃ. LXXXIII. XV. Septemb. & conditus in *D. Iacobi.*

GERARDVS BREDANVS, ſiue DE BREDA, Cartuſianus, vitæ ſanctimoniâ & eruditionis laude floruit anno M. CCCC. LXX. in domo Capellæ B. MARIAE, iuxta Angiam, Hannoniæ opidum, ſcripſit
Vitam Domini noſtri IESV CHRISTI inſigni rythmo.
De S. Altaris Sacramento, ſiue *Euchariſtia.*
Tractatum in Pſalmum LXVII. Exurgat DEVS, & diſſipentur inimici.

Digitized by Google

De Religioſorum Profeſſione.
De VII. Horis Canonicis.
Librum, cui titulus: *Beati miſericordes.*

GERARDVS BROEKELAER, Arnhemius, Gelder, Paſtor Syluæducenſis, omnium eorum quæ ad curam gregis ſibi commiſſi ſpectant obſeruatiſſimus, ſcripſit
Victoriam Turris Dauidicæ contra Turrim Babylonicam, pro Venerabili Sacramento altaris, Syluæducis, 1580.

GERARDVS BVSÆVS, Neomagenſis, Gelder, Theologus Louanienſis, Canonicus Collegi Xanthenſis, Eccleſiaſtes diſertus, & Præceptor *Ioannis Gulielmi* Cliuiæ ac Montium Ducis. Extat illius
Catechiſmus Germanicè ſcriptus, iuſſu Guilielmi Lindani Epiſcopi.
De Communione ſub vtraque ſpeciè, contra Flaccum Illyricum.
De Euchariſtiæ Sacramento.
Fratres habuit *Ioannem* & *Petrum* ſociet: IESV Clericos, ſcriptis quoque illuſtres.

GERARDVS CANDIDVS, alias DE WITTE Antuerpienſis, edidit
Deſignationem breuem, ſeu *Diarium rerum in Belgio ab anno* CIↃ.IↃ.LXVI. *ad annum vſque* CIↃ.IↃ.LXXX. *geſtarum.* Francofurti, 1580. 8.

GERARDVS CASELIVS, Gandenſis, I.C. & Poëta non ingenij infœlicis. Scripſit *Epigrammata Varia*, quæ latent apud Giſbertum fratrem, digna profectò quæ volitent docta per ora virum. Edidit
Epitalamium in nuptias Ioannis Bapt. Masl, Regij ærarij in Belgio adſeſſoris, ac Annæ de Blaſere.

GERARDVS COLONIENSIS, Ordinis *S. Dominici*, vir in S. Scriptura eruditus, & optimæ vitæ, ſcripſit
Medullam, ſiue *potius Medelam animæ.*
De recreatione animæ.
Claruit circa annum Domini M. CCCXIV.

GERARDVS CORSELIVS, Leodicenſis, *Ioannis Wameſij I. C.* celeberrimi è ſorore nepos, vir totus candidus, modeſtus, & doctus. In Collegio trilingui Buſlidiano totum ſexennium Græcas literas docuit; Iuris interea Lauream cepit, & mox doctoris titulum. Demum ex Anteceſſore Iuris Ciuilis primario, ad ſupremum Belgicæ Senatum anno CIↃ.IↃC.XVII. vocatus eſt. Scripſit habuitque
Orationem in funere magni IVSTI LIPSII, Louanij, typis Riuij.
Indicem Legum & Capitulorum ſelectiorum, *adſcriptis auctoribus.* Ibidem apud Riuium. 8.

GERAR-

GERARDVS DRVNÆVS, Ordinis Præmonſtratenſis Canonicus in Tungerlo, ac Paſtor Rhetenſis, Mathematicus egregius, *Erneſto Bauaro* Leodicenſium Antiſtiti ac Principi gratus, cui moriens varia ingenij ſui artiſque monumenta & inſtrumenta reliquit. Scripſit

De vſu Quadrantis Aſtrolabij.

Tabulas ſinuum, item Aſcentionum rectarum & obliquarum.

De Ortu & Occaſu.

De meditatione cœli ſiderum.

Tabulam Feſtorum mobilium, ab anno 1582. ad annum 2201.

Kalendarium Hiſtoricum & Poëticum, & alia multa.

Obdormiuit in Domino clↃ.IↃ. CI. XXIII. Ianuarij, omni liberali eruditione vir politiſſimus.

GERARDVS FALKENBVRGIVS, Nouiomagus, Poëta excellens, & Græcarum literarum longè peritiſſimus. Vixit apud *Hermannum* Comitem à Noua Aquila Coloniæ, equo iter faciens delapſus occubuit, anno clↃ. IↃ. LXXVIII. VIII. Id. Septemb. annos natus XL. Scripſit

Notas in Nonni Panopolitani Dionyſiaca, & Coniecturas ſuas addidit. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1569. 4.

Poëmata varia, Græca & Latina.

GERARDVS FLANDER, Ordinis *S. Dominici*, eruditione clarus, ſed virtutibus ſplendidior, ſcripſit teſte *Alfonſo Fernandez Placentino*, Dominicano, in notitia ſcriptorum Prædicatoriæ familiæ

De Roſario B. MARIÆ Virginis.

Annotationes in Arithmeticam & Kalendarium perpetuum ad ſoluendum diuinum Officium. Viuebat anno M. DC. V.

GERARDVS DE FONTANIS, Monachus, ſcripſit

Contra Proprietarios lib. I. M.S. in monaſterio VII. Fontium.

GERARDVS GELDENHAVRIVS, Nouiomagus, vir laude dignus, niſi à Cruciferorum religioſo cœtu veteriſque Eccleſiæ caſtris defeciſſet. Marpurgi annos aliquot Hiſtoriam docuit, & dum Wittembergam proficiſcitur, à latronibus confoſſus, fiſſo ſecuri capite, miſerè perijt, anno ſalutis clↃ. IↃ XLII. X. Ianuarij. Edidit

Vitam Philippi à Burgundia, Epiſcopi Vltraiectini.

Epiſtolam de Zelandia. Louanij, typis Theodori Aloſtenſis.

Hiſtoriam Batauicam, cum Appendice de Nobilitate, Regib. ac geſtis Germanorum. Argentorati, 1533. 8. typis Chriſt. Egenolphi

Hiſtoriam & Catalogum Epiſcoporum Vltraiectinorum. Marpurgi, anno 1542. & Francofurti apud Wechelum, anno 1585.

Germaniæ Inferioris Hiſtoriam Argentorati, anno 1532.

Epiſtolam ad Guilielmum Geldriæ Principem gratulatoriam, De Principatuum ſuorum adoptione, Coloniæ, anno 1541. cum Hiſtoria Batauica.

Satyras VIII. Louanij, typis Theodori Aloſtani, anno 1515.

De pompa exequiarum Ferdinandi Regis Hiſpaniarum.

Theologica, quædam ſcripſit, ſed à Patribus Tridentinis damnata.

GERARDVS GOOSEMIVS, Medicus Louanienſis, edidit

Compendium Rhetorices, ex prælectionibus *Petri Guerſſij*. Antuerpiæ, typis Ioannis Loëi. 1567. 8.

GERARDVS MAGNVS, vulgò GROOT, Dauentrienſis, naſcitur anno Domini CIↃ. CCCXL. Pariſijs ad magiſterium XVIII. ætatis anno promotus eſt, & Aquenſis Eccleſiæ Canonicus inueſtitur. *D. Ioannem Rusbroequium* religioſum, Priorem viridis Vallis propè Bruxellam inuiſit, ad videndam ſancti ac deuotiſſimi patris præſentiam corporalem. Domum fratrum, quos de communi vita nuncupant, Dauentriæ primus inſtituit. Vir egregiè doctus & pius. Animam Deo reddidit ipſo *D. Bernardi* feſto, ſole adueſperaſcente, anno Dominicæ Incarnationis M.CCC.LXXXIV. ætatis quadrageſimo circiter quarto, & ſepultus in Eccleſia B. MARIAE hoc epitaphio incondito:

GERARDVS MAGNVS *vixit ſicut pius agnus,*
Fecit quod dixit: ſicut docuit quoque vixit.
Sicut non fictus, alijs mitis, ſibi ſtrictus.
Lux fuerat Cleri, tradens huic lumina veri,
Lux fuerat prauis, oculus mentis bene gnauis.
Hic mundo ſpretus, ſed pneumate corde repletus.
Eius doctrina, falſi fuerat quaſi ſpina,
Ridiculum vanis, odium mentis male ſanis,
Quæ falſos læſit, pars veridicis ſed adhæſit.
Illi pro vero, fuit vtilis hic quia Clero.
Vt Clero laicis prodeſſe volens inimicis,
Doctrina veri, debet Chriſtus miſereri.
Eius de iure, pro tali ponere cura.
Talis namque fore voluit gratis, ſed amore
Diuino tactus, nulla mercede coactus.
Namq; reſignauit præbendas, ſicut amauit
CHRISTVM, *ſic ſtrauit carnem, tenues quoq; pauit,*
De proprijſq; bonis tenuit regimen rationis.
Sic fuit exemplo, lux in Chriſti bene templo,
GERARDVS MAGNVS, *quem verus diligit agnus,*
Sanctorum ſortem tenet, euincens modò mortem.

Scripſit *De Contractibus & vſuris* lib. I.
Concluſa & Propoſita.
De ſtudio in ſacris libris.
De locatione curæ Paſtoralis, lib. I.
De conuerſatione interna lib. I.
De incommoditatibus Matrimonij, lib. I.
De Inſtitutione Nouitiorum, lib. I.
De regimine Monialium lib. I.

Sermo-

Digitized by Google

Sermones varios, & Epiſtolas ad diuerſos.
Concordiam Euangeliſtarum de Paſsione Domini.
Tractatum de Paupertate.
Proteſtationem de Veridica prædicatione.
De vitio Detractionis.
Quæritur an quis poſsit.
De IV. generibus Meditabilium.
De reuocatione lapſi.
Cordiale IV. Nouiſsimorum, & alia multa, quæ latent in Bibliothecis, teſte *Ioanne Bunderio.*
De VII. Gradibus diuini Amoris Ioannis Ruysbroequij lib. Latinè reddidit.
Vitam deſcripſit *Thomas Malleolus à Kempis*, & copioſius *Ioannes Buſchius* in chronico Windeſemenſi.

GERARDVS HAMONTANVS, patria Brabantus, XXX. annos præfuit Cartuſiæ Colonienſi, in qua diem clauſit extremum anno CIƆ. IƆ. LXVI. IV. Non Auguſti. Huius hortatu *Laurentius Surius*, vir æternâ memoria dignus, animum primò ad ſcribendum appulit.
Opuſcula quædam inſigniora Patris Dionyſij Rickelij Cartuſiæ in vnum congeſta volumen, magno indicio ſelecta D. Ioanni Gebhardo Archiepiſcopo Colonienſi inſcripſit.
Exercitia pia de Pſalterio glorioſæ Virginis Mariæ, ex S. Scriptura ſcriptiſque ſanctor. Patrum collegit & edidit.
Ioannis Thauleri Opera Latinè reddidit. Coloniæ.

GERARDVS HVTINGIVS, Gymaſij Montani, quod eſt Coloniæ Agrippinæ, Profeſſor, ſcripſit
Vitas IV. Euangeliſtarum.
Parabolas & Miracula è Patribus.
Synopſin vtriuſque Teſtamenti.
Querimoniam Eccleſiæ ad Chriſtum, pro liberatione à malis.
Orationem Baſilij Magni aduerſus ebrioſos carmine Elegiaco Græcè.

GERARDVS DE IACEA, Capellanus & Notarius Capituli *S. Albani* Namurci, ſcripſit
Geſta Comitum Namurcenſium.

GERARDVS DE IVDÆIS, vulgò DE IODE, Nouiomagus nobilis, Mathematicus & calcographus celeberrimus *Abrahamo Ortelio* percarus. Hallucinatur Doctor *Val. Andreas*, qui Antuerpeinſis ſcribit. Humanitatis primò ſtudijs excultus eſt, mox ſub Imp. CAROLO V. militiam annos aliquot profeſſus eſt, cui exin valedicens intermiſſas complexus eſt Muſas. Eulgauit
Speculum Orbis Terrarum in folio, Tabulis & deſcriptionibus adornatum.
Microcoſmum, cum figuris æneis.
Apologiam Creaturarum.
Theſaurum Hiſtoriarum veteris & noui Teſtamenti.
Deceſſit Antuerpiæ, cùm vixiſſet duos annos ſupra LXXX. Anno Chriſtianæ ſalutis M. D. XCI. V. Feb. Quieſcit in cœmiterio ſummæ ædis, donec vltima buccina clangat.

Digitized by Google

GERARDVS LEODICENSIS, Ordinis fratrum Dominicanorum, & Lector Conuentus Leodicenſis, egregius verbi diuini declamator, ſcripſit

Sermones de Tempore & Sanctis.

De doctrina cordis lib. I. } M. SS. in monaſterio viridis vallis.
De Teſtamento Chriſti. }

Claruit ſub ALBERTO Imp. clↄ.ccc.

GERARDVS LEODICENSIS, Ordinis Ciſtertienſis, ſcripſit

De remedijs contra amorem illicitum. M. S. Audomaropoli, ad ſanctum Martinum.

GERARDVS DE LEEW, Brabantus, ſed apud Batauos vixit, ſcripſit

Dialogum Creaturarum moralizatum.

Geſta Romanorum moralizata. Gaudæ, 1480. fol.

GERARDVS LISTRIVS, Rhenenſis, Batauus, Grammaticus & Medicus, vixit tempore LEONIS X. Pont. Max. edidit

Vltraiectina regionis Deſcriptionem, carmine Heroico, & quorundam Epiſcoporum Vltraiectinor. laudes. Marpurgi, 1542. 8.

Commentarium in Dialecticam Petri Hiſpani. Swollæ, 1520. 4.

De VIII. figuris conſtructionis libellum. Antuerpiæ apud Hillenium, anno 1529.

Commentarium in Deſid. Eraſmi Roterodami MORIÆ ENCOMIVM, Coloniæ & Baſileæ.

GERARDVS LOPPERSIVS, Friſius, qui pagus eſt in municipio Groningano, in vtraque lingua & Philoſophia ſic profecit, vt in condiſcipulorum cœtu facilè Princeps eſſet Hanc eruditionis exiſtimationem conſecutus, Magnatum aliquot liberis præfectus, Louanium mittitur, vbi aliquot annos ſe continuit, priuatiſque lectionibus ſuſtentauit. Scholæ Groninganæ tandem gubernacula ſuſcepit, & vno anno elapſo à Magiſtratu miſſionem petiuit, quam grauatim obtinuit. Traiecti ad Moſam tandem ſcholæ publicæ rectoratum ſucepit, vbi & vxorem duxit & vitæ diem clauſit extremum circa annum clↄ. Iↄ. LXXXII. teſte *Suffrido Petro*, cui erat familiariſſimus. Scripſit

Epigrammata ad diuerſos.

Epitaphia & Epicedia.

Epiſtolas aliquot Græcas.

Epicteti Enchiridion ex Stobæo poſt Hieron. Varlenium auxit.

Imaginem Vitæ, Latinis verſibus è Græco vertit. Louanij, typis Grauij.

D. Georgij Nazianzeni Poëmata aliquot Latina fecit, ſed inedita.

GERARDVS DE MARBAYS, vel MARBAESIVS, Canonicus Traiectenſis ad Moſam (*Geſnerus* Canonicum Vltraiectinum ſcribit) Philoſophus & Hiſtoricus, ſcripſit

Digitized by Google

Dialogum de materia prima.
Dialogum de captione vrbis Tungrenſis.
Claruit anno Domini M. CCCCXCV.

GERARDVS MATTHISIVS, Gelder, Philoſophiæ ac ſacræ Theologiæ Profeſſor Coloniæ in Gymnaſio Montano, & primariæ ibidem ædis Canonicus. Fato vicinus CIↃ. IↃ. LXXIV. hoc diſtichon ſpiritu & voce alacri cecinit:

Quod ſatis eſt vixi: iam quina decennia natum
Mors rapit: heu nullus ſum, niſi Chriſte, iuues.

Sepultus apud Dominicanos. Reliquit
Concionum volumen, De Aduentu.
Commentarium in Epiſtol. D. Pauli ad Romanos.
Epitomen Ariſtotelicæ Logicæ Græcolat. Coloniæ, anno Domini 1569. typis Horſtij.
Epitomen lib. Ariſtotelis de cœlo, quam & Analyſi explicauit. Ibidem.
Prolegomena in vniuerſam Ariſtotelis Logicam.
Epitomen IV. libb. Ariſtotelis De rerum Principijs. Ibidem, anno 1568. & anno 1570.
Scholia in Organum Ariſtotelis. Ibid. anno 1565. 4.
Pythagoræ ac Phocylidis carmina aurea vertit ex Græco.

GERARDVS MERCATOR, Flander Rupelmundanus. Mathematicorum ſui temporis Princeps, Syluæducis ſub *Georgio Macropedio* in domo fratrum iecit ſtudij fundamenta: Louanij in Collegio PORCI Magiſterij gradum eſt adeptus. Poſt promotionem annos aliquot priuatim in ſtudijs Philoſophicis ſe exercuit, & vt vitæ ſuſtentandæ conſuleret ad Matheſin animum adiecit, eâ contentione, vt ſæpe neque cibum interdiu, neque ſomnum noctu caperet. Fuit homo ſedatiſſimo ingenio, ſingulari animi candore, pacis & tranquillitatis cum publicæ tum priuatæ amantiſſimus: pacem tamen cum DEO, quæ in vera religione conſiſtit, eam relinquendo, neglexit. In pauperes tenuiorisque fortunæ homines beneficus ſemper fuit: corpore ſic ſatis bene conſtituto bonaque valetudine, præterquam quod ſenex prodagrâ aliquando laboraret. Obijt Teutoburgi ſiue Duysburgi in Cliuia, cui filij hoc monumentum Poſs.

D. O. M. S.

GERARDO MERCATORI

FLANDRO RVPELMVNDANO,
IVLIACENSIVM PROVINCIA ORIVNDO,
DOMESTICO CAR. V. IMP. ROM.
ET

GVILIELMI P. AC IOAN. GVILIELMI F.
IVLIACENSIVM, CLIVENSIVM, &C.
DVCVM COSMOGRAPHO,
MATHEMATICORVM SVI TEMPORIS FACILE PRINCIPI:
QVI GLOBIS ARTIFICIOSIS RADIO DIMENSIS,
CAELVM AC TERRAM INTERIVS ET EXTERIVS
QVA LICVIT, DEMONSTRAVIT.
A VARIA DOCTRINA LAVDATO.
VIRTVTE, QVOD CAPVT EST, ET INTEGRITATE VITÆ
ET OMNI MORVM COMITATE CLARO, HEREDES
PATRI B. M. DOLENTES, ET ERVDITORVM
STVDIOSA COHORS AMICO POS.
EDITVS IN LVCEM FVIT III. NONAS MARTII.
H. VI. A. M. CCCCC. XII.
EXCESSIT E VIVIS IV. NON. DECEMB.
H. XI. A. M. D. XCIV.

Emendauit

Ptolomæi Tabulas Geographicas, veteremque Geographiam ad mentem auctoris reſtituit, vt hoc nomine eximiam commendationem promeruerit.

Globi cæleſtis & terreſtris ſculpturam edidit, anno 1541. & anno 1551. Louanij.

Rationem ſcribendarum literarum Latinarum, quas Italicas curſoriaſque vocant. Antuerpiæ.

Tabulas ac Deſcriptiones Geographicas Orbis vniuerſi, quæ paullatim creuerunt, in vnum poſtea volumen collegit, & *Atlantem* inſcripſit.

De Creatione ac fabrica Mundi.

Chronologiam ſeu *Temporis Demonſtrationem exactiſſimam ab initio mundi, ad annum* CIƆ.IƆ. LXVIII *ex Eclypſibus & obſeruationibus Aſtronomicis, optimis ſcriptoribus, SS. Biblijs.* Hanc magni fecit *Onuphrius Panuinius* Auguſtinianus, antiquitatis Eccleſiaſticæ indagator præclariſſimus. Baſileæ, typis Guarini.

Harmoniam Euangelicam, contra Carolum Molinæum I.C. Gallum. Duysburgi. anno 1592.

De vſu Annuli Aſtronomici. Louanij, 1552.

Commentarium in Epiſtolam Pauli ad Romanos.

In Ezechielis aliquot capita, & in Apocalypſin.

Iudicium de Mercatore ac Chronologia eiuſdem habes apud Poſſeuinum lib. II. Biblioth. ſelectæ.

GERARDVS MORINGVS, Nouiomagus, alijs Bommelanus, Gelder, Theologus Louanienſis, primùm ibidem ad *S. Gertrudem* Paſtor, dein Paſtor & Lector ad *S. Trudonem* in ditione Leodicenſi, vir multa lectione exercitatus, & Latina eloquentia ſpectabilis: *Adrianum Barlandum* Præceptorem habuit. Scripſit.

Commentarium in Eccleſiaſten, partim paraphraſticè, partim fuſiore explanatione, ab allegorijs abſtinens, in litterali ſenſu potiſſimum hærens.

Orationes II, Quodlibeticas, De Paupertate Eccleſiaſtica, in laudem Temperantiæ & Vir-

Digitized by Google

& Vituperium Intemperantiæ. Louanij, anno 1527. & Antuerpiæ 1530. 8. apud Michaelem Hillenium.

Præcepta vitæ honeſta, ad *Robertum Comitem Arenbergium M.SS.*

Vitam S. Auguſtini. Antuerpiæ, anno 1533. apud Hillenium.

Vitam S. Trudonis.

Vitas ſanctor. Liberij & Eucherij. Louanij, 1540. apud Saſſenum.

Vitam Hadriani VI. Pont. Max. Ibidem, 1536.

Martyrium Thomæ Mori, Angliæ Cancellarij M.S. in Collegio Trilingui.

Chronicon Trudonenſe, ab anno cIↄ. cccc. x.

Trudonopoli ex corporis vinculis tanquam è carcere euolauit, anno cIↄ. Iↄ. LVI. IX. Octobris.

GERARDVS MVLERTVS, Vltraiectinus, I.C. multas apud varios Principes legationes obiuit, tandem magni Concilij Belgici Machliniæ Senator, vir exactæ doctrinæ & eloquentiæ. Scripſit iuuenis, Pariſijs

Additiones in Flores vltimarum Voluntatum Rolandi Bononienſis, ſcriptoris antiqui.

GERARDVS DE NEVFVILLE, Veſalienſis, Philoſophiæ Medicinæ Doctor præclarus, ſcripſit

Theoricam & Practicam Arithmeticam methodicè diſpoſitam. Bremæ, typis Thomæ Viller 8. 1624.

GERARDVS NOVIOMAGVS, vide GERARDVS GELDENHAVRIVS Nouiogamus.

GERARDVS RODOLPHVS, Grauienſis Canonicus & Philoſophus, Græcè Latineque peritus, ſcripſit

De Literis Canonicis Formatis, Pacificis, Commendatitijs ac Dimiſſorijs in Eccleſia primatiua à ſanctorum Patribus, è generalium Conſiliorum decretis, in Nicena Synodo excogitatis. Coloniæ, typis Quentelij, 1582.

Matheſeos tabulas Coloniæ exulans euulgauit.

Naturæ debitum ſoluit Leodici in *D. Petri* Canonicus cIↄ. Iↄ. xciv.

GERARDVS DE ROO, Veteraquinas, ditionis Vltraiectinæ, *Ferdinandi* Archiducis Auſtriæ Bibliothecarius, homo literatus & Hiſtoricus. Scripſit *Conuiuium Cantorum*, quod opera *Anſelmi Stockelij*, Equitis in lucem exijt Monachij, anno 1585. 4.

Annales rerum belli domique ab Auſtriacis Habſpurgicæ gentis Princip. à Rodolpho I. vſque ad Carolum V. Oeniponti, 1592. fol.

GERARDVS RYMIVS, antiqua & patritia Gandenſi RYMIORVM ſtirpe natus, vir fuit, teſte *Antonio Sandero* lib. I. De Gandenſibus eruditione claris, qui ſua præſtantia maiores ſuos, etſi eos ſua non illuſtraſſent ſtemmata, claros reddere poterat. Scripſit heroico carmine erudito

De laudabilibus quibuſdam ſuorum factis. M. S.

Obijt

Obijt in patria, & ſepultus in *D. Michaëlis*.

GERARDVS SCHIEDAMENSIS, Batauus, diuerſarum Cartuſiarum Prior, poſtmodum celebri Leodicenſi præficitur, foris clarus & domi admirandus, ſcripſit

De Cura Paſtorali lib. I. ad Abbatem S. Adriani.
De VII. Sacramentis M.S. Aloſti apud Guilielmitas.
Dialogum de Vitijs & Virtutibus.
Sermones de Tempore & Sanctis.
De X. Præceptis lib. I.
Speculum Religioſorum.
Viuere deſijt anno Domini M. CCCC. XLIII.

GERARDVS STEMPELIVS, Gaudanus, Mathematicus effinxit
Aſtrolabij fabricam tam vniuerſalis quàm particularis Stellati. Arnhemij, anno 1619. 4.

GERARDVS SYNELLIVS, Groninganus, Abbas Vallis B. MARIAE in Norda, vir ſuo ſæculo inſignis, tum eruditione tum virtute. Scripſit
Hortulum Orationum metro dramaticon, lib. III. Dauentriæ, typis Alberti Pafradi, 1525. 8.
Vixit circa annum Domini M. D. XXXVIII.

GERARDVS TERLINCHVS, Carmelita & Hiſtoricus, ſcripſit *Chronicon Heuſdanum*, quo bellum proſequitur inter Hollandum ac Brabantiæ Ducem de Heuſdanæ ciuitatis iure.

GERARDVS TVNINGIVS, Lugduno-Batauus, naſcitur anno CIↃ. IↃ. LXVI. acris iudicij & ingenij vir. Literas Latinas, Græcas, Matheſin, diuini ac humani Iuris ſcientiam, Præceptoribus *Snellio* & *Hugone Donello*, ſolo quadriennio vix integro abſoluit. Eloquentiæ facilis & expeditæ, compti ſermonis & Latini, moribus integris & ad hilaritatem factis. Lugduni tranquillum ac præclarum vitæ genus amplexus eſt *Iuſto Lipſio* ac *Douſa* auctoribus, Ius ex cathedra docendi. Vitam cœlebs finiuit Bruxellæ, anno à reconciliata diuinitate M. DC. X. die XIX. Auguſti, quò & Antuerpiam animi cauſſa ſe contulerat, & ſepultus in *S. Catharina*, hoc epitaphio.

GERARDO TVNINGIO LVGDVNO-BATAVO,
LEGVM DOCTORI,
ET
IN EADEM VRBE EARVNDEM PRIMARIO
PROFESSORI
M. H. L. C.
IOANNES TVNINGIVS FRATER
CIↃ. IↃC. X.

Edidit

Edidit *Apophthemata diuerſarum linguarum*. Lugduni.
Commentarium abſolutiſſimum ad IV. Digeſtorum libb.

GERARDVS VELTWYCKIVS, Rauenſteynenſis, ſcripſit metro Hebraico librum de Iudæorum diſciplinis, earumque vanitate, cui titulus

Scheuile Thohu, Itinera Deſerti. Venetijs, typis Bombergianis, 1539. 4.

GERARDVS VERWVST, alij VERVOESTIVS, Flander, Ordinis *S. Franciſci* Brugis profeſſus, Gandaui, Ipris & Dunkerckæ aliquando Guardianus, linguâ patriâ diſertiſſimus. Ab hæreticis Flandriam expopulantibus multa paſſus. Scripſit

In Paſſionem Dominicam Conciones III. doctas ſed perbreues. Antuerpiæ, 1594. apud Ioan. Keerbergium 8.

De præſtantibus noui Teſtamenti donis. Louanij, anno 1593.

Conciones III. De glorioſa Reſurrectione Domini, & latabunda reſurrectione iuſtorum hominum, & De iucundiſſimis glorificandorum corporum dotibus. Louanij, typis Maſij, anno 1593.

In Orationem Dominicam. Antuerpiæ, 1594. 8.

Vitam terminauit Furnis in Flandria anno Domini CIↃ. IↃ. XCVI. & apud ſuos conditus, exſpectans glorioſam reſurrectionem. *Antonius Sanderus lib. II.* de ſcriptoribus Flandriæ hallucinatur, dum *Georgium* nominatum ſcribit.

GERARDVS VOSSIVS, Eburo, Præpoſitus Tungrenſis, ac ſacræ Theologiæ Doctor Romanus, Græcarum literarum peritiſſimus, de ſanctorum Patribus optimè meritus, eoque nomine magni nominis Cardinalibus *Guilielmo Sirleto & Antonio Caraſa* gratiſſimus, edidit Louanij

Rhetoricæ artis methodum, per Quæſtiones, anno 1571. 8.

Commentarium in Somnium Scipionis, & M. Tullij lib. VI. de Repub. cum Paraphraſi & Paradigmate variorum Lectionum. Romæ, 1575. 8

Theodoretum, Epiſc. Cyri De Charitate, Græcolat. cum Scholijs, varijſque Lectionibus edidit. Romæ, 1585. Item

S. Gregorij Thaumaturgi Opera omnia cum Auctoris vita, & Miſcellaneis ſanctorum aliquot Patrum, additis etiam ſcholijs. Moguntiæ, 1604. 4.

B. Leonis I. Pont. Max. Opera, auxit & illuſtrauit, ſed inedita.

Item Hilarij Papæ Acta & Epiſtolas aliquot.

Geſta quædam ac monumenta Gregor I IX. Pont. Max. Græcolat. cum ſcholijs.

S. Ephrem Syri opera omnia, cum Notis, Tomis III. Romæ & Coloniæ 1603.

Sancti Ioannis Chryſoſtomi quædam in Apoſtolorum Principes Petrum & Paulum, eorumdemque glorioſiſſimum Martyrium, Item in XII. ſimul Apoſtolos, cum Scholijs.

Migrauit ex humanis Leodij, anno virginei paratus CIↃ.IↃC. IX. XXV. Martij.

GERARDVS IOANNES VOSSIVS, Ruremundanus, Eloquentiæ & Chronologiæ Lugduni Batauorum Profeſſor, edidit

edidit ſequentia æterna laude digna, quibus & ſibi & patriæ famam acquiſiuit, quam nulla ætas conticeſcet, nulla obſcurabit obliuio, nempe

De Hiſtoricis Græcis libb. IV. Lugduni Batauorum, typis Ioannis Maire, 1624.

Artem Hiſtoricam, ſiue *De Hiſtoria & Hiſtoricis natura, Hiſtoriaque ſcribendæ præceptis Commentationem* Ibidem. 4.

Orationem in obitum Thomæ Erpenij, Orientalium linguarum in Academia Lugdunenſi Profeſſoris, ex officina Erpeniana habitam ſtatim ab exequijs XV. Nouembris, anno M. DC. XXIV.

Diſputationes de mundi creatione.

In fragmenta veterum Tragicorum caſtigatione & Notas.

Oratoriarum inſtitutionum libb. VI.

Hiſtoriam de controuerſijs Pelagianorum.

Rhetorices contractæ libb. V.

De Rhetoricæ natura ac conſtitutione & antiquis Rhetoribus Sophiſtis & Oratoribus.

Orationem Panegyricam de felici expeditione exercitus fœderatæ Belgicæ.

GERARDVS ZVTPHANIENSIS, inter primos Fratres Congregationis Clericorum, Ordinis ſancti Hieronymi à *Gregorio Magno* inſtitutæ, vir deuotus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, edidit quædam opuſcula quibus nomen ſuum poſteritati conſecrauit.

De Reformatione interiori ſeu *virium animæ.*

De Aſcenſione Spirituali. Pariſijs, anno 1539. typis Petit.

Sermonum lib. 1.

Exceſſit è viuis anno M. CCC. XCVIII. Ætatis XXXI.

GERARDVS ZVTPHANIENSIS, Theologus Colonienſis & Profeſſor, vir in ſacra Scriptura eruditus, quique Theologorum abdita perſpexit, reliquit, teſte Trithemio,

Quæſtiones Sententiarum notabiles.

Quæſtiones Quodlibetarias, in quibus multa pro diſcipulorum eruditione determinauit.

Alia quoque nonnulla edidit, vt habet Bibliotheca Tigurina.

GERLACVS PETRI, Dauentrienſis, libellum aſceticum ſcripſit, cui titulus

Ignitum cum DEO colloquium. Coloniæ, anno 1616. 12.

GERVASIVS TORNACENSIS, Canonicus Sueſſionenſis, ſcripſit

De diuina IV. Energumenorum liberatione, facta apud Sueſſiones, anno ſalutis M. D. LXXXII. in qua ſacroſanctæ Euchariſtiæ vis & veritas eluxit. Pariſijs, anno 1583. typis Guilielmi Chanduor.

GILBERTVS ſiue GISLEBERTVS, Eccleſiæ *S. Andreæ* Elnonenſis *ad S. Amandum* Decanus, ſcripſit

De incendio Elnonenſi.

Deportationem S. Amandi libb. III. M. SS. ad *S. Amandum.*

Rebus humanis exemptus anno poſt gratiam humano generi factam M. XCV. ſepultus Elnone in Eccleſia ſanctorum Apoſtolorum hoc epitaphio:

Hoc

Hoc GISLEBERTVS ſub marmore pauſat opertus,
Dogmata diua ferens, & Chriſto totus inhærens.
Formam Paſtoris noſtris qui geſſit in oris,
Tandem ſublatus terris, petit aſtra vocatus.

GILBERTVS DE OVIS, Gandenſis, teſte *Antonio Sandero*, lib. j. *De Gandauenſibus eruditione claris*, ordinis fratrum Dominicanorum, ſacræ Theologiæ Doctor, vir vti eximia vitæ ſanctimonia, ſic & præſtanti excellens doctrina, ſcripſit

Commentaria in Lucam & Matthæum.
In Apocalypſin ſancti Ioannis Apoſtoli.

GILBERTVS, alijs GISBERTVS DE TORNACO, ordinis Minorum, Theologus Pariſienſis, lingua patria diſertus, ſcripſit.

Rudimenta Doctrinæ lib. III.
Sermones de diebus Dominicis & Sanctis.
Tractatum De Officio Epiſcopi, deque Eccleſiæ Caremonijs. Coloniæ, anno 1571.
Sermones de ſtatibus hominum varys, Louanij, Lugduni & Pariſijs.
Vitam ſancti Eleuthery, Epiſcopi Tornacenſis.
Sermones ſuper Aue Maria M. SS. Coloniæ apud Minores.
De Virginitate.
De verbis Domini in Cruce.
Hodæporicon primæ profectionis ſancti Ludouici Gall. Regis in Syriam, teſte *Henrico de Gandauo cap. LIV.*
De nomine IESV.
Quodlibetum.
De voto, in viridi valle, apud Bruxellam M S.
Chronicon. M. ss. In monaſterio VII. Fontium iuxta Bruxellam.
De Reformatione Pacis.
De Pace & animi Tranquillitate.
Regulam regum, ad B. Ludoicum Galliæ Regem.
Vixit circa annum Chriſti M. CC. XLII. & alij M. CC. LXV.

GILBERTVS PHILARETVS, Limburgenſis, Medicus celeberrimus, Canonicus Leodici in D. PAVLI, gratus *Georgio ab Auſtria, Roberto Bergano & Gerardo Grosbekio.* Leodicenſium Epiſcopis. Fratrem habuit *Remaclum* Medicum quoque illuſtrem: vterque ſepultus in ſanctæ ANNAE, Monialium Haſſelenſium cœnobio, quod eſt Leodici intra Paulini Canonicorum Collegij ſepta. *Gilbertus* natalem compleuit diem anno ſal. cIↃ.IↃ.LXVij. VI. Id. Februarij. Scripſit

Commentarium de Fontibus Ardennæ, & potiſſimum Spadanis. Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1559.
Conciliationem Auicennnæ cum Hippocrate ac Galeno. Lugduni, anno 1541.
Controuerſias Medicas.
Gerocomicen, hoc eſt, Modum & rationem omnes rectè educandi. Coloniæ, typis Gymnici, anno 1545. 8.

GISBERTVS BLOCHOVIVS, Traiectenſis, Cartuſianus Colonienſis, ſcripſit *Apologiam breuem pro Opuſculis Petri Leydenſis. cognomento Blommeuennæ.* Coloniæ, anno 1538.

GISBERTVS BOVHVSIVS, Antuerpienſis, BERNARDI ſociet. IESV frater, Cartuſianus, ex Priore Bruxellenſi, Brugenſis Cartuſiæ Moderator, vir præter ſummam vitæ integritatem, doctrinâ quoque variâ, recontaque, Tranſtulit in linguam patriam

R. P. Lucæ Pinelli De perfectione Religioſa lib. Antuerpiæ, anno 1615.

GISBERTVS DEMOSTHENES, vulgò *Volcart*, Gandenſis Flander, Iuuentutem Græcis Latiniſque literis inſtruxit. Poëta & Orator non inelegans, multa veterum Poëtarum *Epigrammata* vertit ex Græca in Latinam. Scripſit quoque *Elegiam in Aldenardiados Yetzwartij*, & alia multa moriens prælo mandanda reliquit, quæ nondum videre contigit.

GISBERTVS HORSTIVS, Amſtelodamenſis, Medicus & Philoſophus celebris, multos annos Romæ vixit, omnibus acceptus & gratus ob multifariam rerum cognitionem, ſcripſit

De Turpeto & Thapſia. Romæ, typis Antonij Baldi, anno 1544.

Romæ hanc lucis vſuram amiſit anno CIϽ. IϽ. LVJ. & ſepultus in æde virg. matri Tranſtyber. ſacr.

GISBERTVS LONGOLIVS, vide GYBERTVS LONGOLIVS.

GISLENVS BVLTELIVS, Clytius, Patritius Iprenſis, eiuſdemque vrbis Conſul, mihi eruditionis nomine percarus. Poëta perquam ſuauis. Scripſit *Carmina*, quorum aliqua pars in lucem edita, altera adhuc penes hæredes latet.

GISLENVS HAMMIVS, Cartuſianus Gandenſis, ſcripſit carmine heroico

Panegyricum in aduentum Sereniſſ. Belgij Princìpp. ALBERTI ac ISABELLÆ in vrbem Gandenſem. Typis Manilij, 1604. 4.

GISBERTVS SCEVICHAVIVS, Arnhemius, Gelder, ſociet. IESV Doctor Theologus Moguntinus, ſcripſit

De auguſtiſſ. & ſanctiſſ. Trinitate cognoſcenda amanda, laudanda, lib. XII. Moguntiæ, apud Albinum, 1619. 8.

GODEFRIDVS CANDELARIVS, Aquiſgranenſium Carmelitarum Prior. Huic ad eruditionem non vulgarem acceſſit ſolidum iudicium, matura prudentia, & mira in rebus agendis dexteritas, multa etiam in DEVM pietas, & in proximum charitas: dignus vnanimi ſuorum conſenſu habitus eſt, qui toti monaſterio præficeretur. Scripſit

In librum Sapientiæ.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Orationes ad Clerum.

Digitized by Google

De Conceptione B. Virginis MARIÆ lib. I.
Orationem pro Coronatione Reginæ.
Epiſtolas ad diuerſos.
Deceſſit à nato Chriſto, veneranda canicie inſignis M. CCCC. XCIX.

GODEFRIDVS DRIELLIVS Noniomagus, Gelder, Theologus Moguntinus, edidit
Hyperapiſten ſiue *Defenſionem Roſarij*. Herbipoli, anno 1588. 4.

GODEFRIDVS FONTANVS, vel DE FONTIBVS, Epiſcopus Cameracenſis XLVIIJ. vir totus pius & bonus, hinc vulgò BONVS Epiſcopus vocatus, ſcripſit
Quodlibeta habita in Sorbona Pariſienſi.
Vitam cum morte mutauit anno ſal. M. CC. XXXVIJ.

GODEFRIDVS SANTVORTIVS, Rodanus, naſcitur anno M. D. LXXVII X. Iunij. Syluæducis primis ſtudiorum rudimentis ſub Vladeracco feliciter poſitis, ſumpto Louanij I. V. L. titulo, Antuerpiæ in Cathedrali Canonicorum numero adſcribitur. Vir morum ſuauitate & vitæ inculpatæ inſignis innocentia. Conuertit ex Italico idiomate in Latinum
Synopſin vitæ quinque Sanctorum à GREGORIO XV. Pont. Max. inter Diuos relatorum, ISIDORI AGRICOLAE, IGNATI LOIOLÆ, FRANCISCI XAVERII, & MATRIS TERESAE, PHILIPPI NERII. Antuerpiæ, typis Verſchuren, anno 1624. 8.
Tractatum De Tranquillitate animæ Chriſtianæ, olim editum idiomate Hiſpanico à *R. P. F. Ioanne Bonilio, Latinum reddidit*, Ibidem, typis Gerardi Wolſchatij, anno 1626.
E Gallico quoque vertit in linguam Latinam & Belgicam Summulam perfectionis Chriſtianæ. Ibidem, apud Verſchuren.

GODEFRIDVS STEGHIVS, Amorfortius, *Rudolphi II.* Imp. Medicus, dedit
Deſcriptionem Fontis medicati Kiſſingenſis, Wirzeburgi, anno 1595. 8.
Artem Medicam. Francofurti, typis Marnij, 1606. fol.

GODEFRIDVS STRIROIVS, Dieſtenſis, Dominicanus, ſacræ Theologiæ Profeſſor Louanienſis, vir cultiſſimâ facundia præcellens, ſcripſit Belgice
Paraphraſin in VII. Pſalmos pœnitentiales. Antuerpiæ.

Fundentem lacrymas dum ſcribit STRIRO Dauidem.
Credo ſuas lacrymis immaduiſſe genas.

Fecit vitæ finem anno ſal. CIↃ. IↃ XL. XVI. Kal. Decembris.

GODEFRIDVS WENDELINVS, Bethaſiorum Parochus, natus Hercæ, oppido Louanienſis diœceſeos I.V. Doctor vir in omni literatura, & præſertim Mathematicis diſciplinis ad miraculum vſque verſatus. Affecta habet penes ſe mox edenda:

De conſtantia motus ſiderei.

De Solis & Lunæ motibus æternis.

Paſchale magnum & æternum, ſeu *Kalendarium Gregorianum æternum.*

Chaos temporum, ſeu *Vertiginem opinionum de tempore Orbis conditi, ad Chriſtum natum.*

Apoteleſma temporum, ſeu *Characterem Diluuij deſinentis.*

Alias varias *Diatribas Chronologicas.*

Tale CL. ERYCI PVTEANI de noſtro Wendelino teſtimonium: *Sanè cùm vetus Hiſtoria ſacra annis mundi, Profana Olympiadibus diſtincta ſit, nihil in ratione temporum conficias, niſi binæ hæ Epochæ in concordiam veniant, & pari geſtu computentur. Sed Concordiam illam omnes hactenus tentarunt Chronologi; nec minori aliqui faſtu fiduciaq́. quam labore: nemo tamen (liceat dicere) ſolidè, abſolutè, verè. Vnus erit, cui hæc gloria debebitur, incomparabilis ingenij & doctrinæ vir,* GODEFRIDVS WENDELINVS *ille meus, ille quamdiu tempora erunt, vbiq́. & ab omnibus æſtimandus: qui, & Mundi & Olympiadum Epocham, non opinioſis, & allegoricis ſæpe ſacrorum locorum interpretamentis, ſed demonſtrationibus Mathematicis, & ex ipſo cœlo, tamquam Prometheæ ferula petitis, ideoque anantilogetis, ordinauit, & feliciter litigia omnia conſopiuit. Vnus ille, qui aut ſcit omnia, aut, ſi hoc homini negatum, quam pauciſſima ignorat: maior ſæculo noſtro, quia ad antiquum ſe compoſuit, cum Eudoxo, Metone, Calippo, Hipparcho, ſublimibuſque illis mentibus olim nominandus. Omnes exhauſit ſcientias, vt vnam ſciret, & ſummus eſſet, atque ſacris ſtudijs ornamentum à Matheſi adferret: omnes perdidicit linguas, vt nullo æuo, nullo in populo peregrinus, ruſculum ſuum, tanquam Orbem terrarum haberet. Profer, vir Magne, diuina ſcripta tua, vt ſi te noſſe Academiæ incipiant, fateantur infra virtutes tuas encomium meum ſtetiſſe*, &c.

Loxias,

Loxias, ſeu *De Obliquitate Solis Diatriba, in qua Zodiaci ab Æquatore Declinatio hactenus ignorata tandem eruitur, & in Canonem ſuum refertur*; quaque (vt Plonius ait) *Rerum fores aperiuntur*. Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſſij, anno 1626. prodijt.

GODESCHALCVS, Colonienſis, Carmelita, Ordinis ſui per Belgium Prouincialis, vir propter ſingularem pietatem, rerumque Theologicarum peritiam valdè celebris, ſcripſit

Quæſtiones ſententiarum, lib. vij.

Determinationum, lib. j.

Viuebat anno M. CCC. LXX. teſte Gazæo.

GODESCHALCVS, Leodicenſis Eccleſiæ Diaconus & Canonicus, ſcripſit iuſſu *Agilfridi* Epiſcopi ſui

Vitam ſancti Lamberti, Epiſcopi Leodicenſis.

Floruit circa annum Chriſti M. CC. LXX.

GODESCHALCVS ROSEMVNDVS, Endouianus, Brabantus, Theologiæ Doctor Louanienſis, primus viam aperuit ad Controuerſias de Caſibus, vt vocant, quæſtiones è D. THOMA AQVINATE hauriendas. Multos annos Xenodochio, à Sophia, *beata Eliſabetha F. Henrici II.* Brabantiæ Ducis coniuge dotato, præfuit. Primus quoque Collegij Pontificij ab ADRIANO VI. excitati Præſes. Cœlo tranſcribitur anno Domini M. D. XXVI. Non. Decembris & ſepultus in Noſocomio vrbis publico, hoc epitaphio:

Ne deſit, cuius virtutem imiteris & acta
Quis ſit in hoc buſto conditus, oro legas.
GODSCHALCO *mihi nomen erat, cognomen habebam*
A MVNDA, *cui par vita pudica*, ROSA,
Doctor & interpres diuinæ mentis habebar,
Reſpondique meo ſedulus officio.
Non etenim tituli vixi contentus honore,
Sed CHRISTI *docui nocte dieque gregem:*
Submouiq́, lupos, & per diſerta vagantes
Ad caulam duxi paſtor amicus oues.
Quodq́, alios docui, ſemper prior ipſe ſubiui,
Virtutem exemplo ſic didicere meo.
Sum largitus opes miſeris, dum vita maneret,
Atque in eundem vſum cuncta relicta mihi.
Quæ partim domus hæc, quæ continet oſſa ſepulcro,
Perpetuo infirmæ pabula plebis habet.
Pro quibus officijs merces mihi digna relata eſt,
Corpore nam poſito Spiritus aſtra tenet.

Scripſit *De ratione confitendi, rectè viuendi, ac ſalubriter moriendi.*

GODESCHALCVS STEWECHIVS, Heuſdanus, Philologus,

 bene

bene verſatus in Hiſtorijs & Antiquitatibus, præſertim Romanis, ſcripſit *De particulis linguæ Latinæ.* Coloniæ, typis Birckmanni, anno 1580. 8.

Commentarios eruditos in Fl. Vegetium Renatum de re militari. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1585. 4. Lugduni Batauorum, 1607. 4.

Coniectanea ad Sexti Iulij Frontini Strategematum libb. Ibidem.

Quæſtiones & Coniecturas in L. Apulei Opera, typis Plantini, anno 1586.

Electa in Arnobij aduerſus gentes lib. VII. à ſe emendatos. Typis Trognæſij.

GOSWINVS DE BEKA, ex I.V. Doctore Cartuſianus, Prior Gandenſis, poſtea S. Trinitatis iuxta Diuionem in Burgundia, de quo ita *Arn. Boſtius: Inter optimos melior, inter maximos maior, erat vtique præco, interpres diuini eloquij, tuba Euangelij, angelus pacis, amicus ſponſi, lingua muti, pes claudi, ſal terræ, patriæ lumen.*

Edidit præter cætera *In iure Canonico* libb. doctrina varia refertos.

Sermones & Epiſtolas multas. Vide Bibliothecam Cartuſianor.

GOSWINVS BOSSVTVS, Monachus Villarienſis, Ordinis Ciſtercienſis, fuit ſemper animo à rebus terrenis auerſo, ad cæleſtes conuerſo. Scripſit

Vitam B. Arnulphi Corniboutij. M. S. ibidem, qui inter viuos numerari deſijt anno Chriſti M. CC. XXVIII. prid. kal. Iulij.

Vitam B. Abundi. Monachi quoque Villarienſis.

GOSWINVS HEXIVS, Brabantus, Carmelita Vliſſigenſis in Zelandia, Suffraganæus Vltraiectinus, & Epiſcopus Hierapolitanus, Declamator ſermonum popularium celeberrimus. Scripſit

De modo prædicandi, lib. 1.

De copia exemplorum.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Quadrageſimale.

De decem præceptis, lib. 1.

Quæſtiones de virtutibus Theologicis & Cardinalib.

Commentarium in I. & II. Sententiarum.

Directorium perturbatæ Conſcientiæ.

Migrauit ex hac miſerabili vita in meliorem, teſte Trithemio, anno redditæ ſalutis M. CCCC. LXXV. Indict. viij. Kalend. April.

GOTSELINVS, ad D. Bertini, apud Audomaropolim Arteſiæ, Monachus Benedictinus. Floruit anno M. C. X. Eum *Anſelmus,* Cantuarienſis Epiſcopus in Angliam ob doctrinam vitæque ſanctitatem euocauit, qui cum tranſmigraſſet, Cantuariæ in *D. Auguſtini* monaſterio, alijſque in locis vixit, magnâ eruditionis opinione. Scripſit

Vitam ſancti Auguſtini Cantuarienſium Archiepiſcopi, lib. II.

Vitam ſancti Erkenwaldi, Epiſcopi Londinenſis.

Vitas SS. Suithuni, Grimbaldi, Milburgæ, aliorumq.

Vitam Iuonis Epiſcopi ex Perſide in Angliam tranſlati ab Andrea Leucandro ſcriptam, redidit latiniorem.

GREGO-

Digitized by Google

GREGORIVS BERTOLFIVS, Louanienſis, I. V. Doctor, ob ſingularem prudentiam primus Senatus Cæſarei in Friſia à CAROLO V. Imp. conſtitutus Præſes, ſcripſit idiomate patrio

Statutorum Friſiorum opus.

Migrauit ex humanis Leouardiæ anno reconciliationis humanæ, M. D. XXVII.

GREGORIVS DAINEFVS, Leodius, Auguſtianus, noctes atque dies indefatigabili labore libris iucumbens, & in omni politioris doctrinæ genere verſatiſſimus, latinitate donauit

Epitomen Hiſtoricam vitæ monaſticæ S. Auguſtini, vna cum inſtitutione eiuſdem familiæ, antiquitatis & continuatione, à Ioanne Gonçalez de Critana factam. Antuerpiæ, typis Verduſſij, anno 1612.

GREGORIVS TEGNAGEL, *Regneri F.* Lonanienſis, *Hopperi* conſobrinus, in Academia Iuris Profeſſor celeberrimus fuit. Parente vitâ defuncto, cum *Ioachimo Hoppero* in Hiſpaniam profectus eſt, quo mortuo cum vidua matertera eiuſque liberis in Belgium reuertitur. Tandem PHILIPPVS *Hiſp. Rex.* ſuo nomine in ſupremum Cameræ Imperialis ſenatum cooptauit. Scripſit

Methodicam totius Iuris Tractationem.

Authenticas Conſtitutiones in commodiorem ordinem reduxit.

GRIPHON, Flander, Ordinis Minorum, Theologus Pariſienſis, diuino actus ſpiritu, Græcos & Marcionitas, montis Libani incolas, ad fidem Romanam adduxit: quo veræ pietatis officio, tantum apud *Caliſtum III.* Pont. Max. obtinuit, vt regionum illarum *Patriacha* appellaretur. Inter viuos numerari deſijt anno Meſſiæ nati M. CCCC. LXXV. è multis vnum exſtat illius opuſculum, teſte Willotio,

Itinerarium terræ Sanctæ.

GVALTERVS BRVELIVS, alias BRANDT, Medicinæ Doctor, & Matheſeos Profeſſor conſcripſit

PRAXIM MEDICINAE THEORICAM & EMPIRICAM, *ex Galeno, Hippocrate, alijſque collectam.* Lugduni Batauorum apud Raphelengium anno 1589.

De corollarijs Philoſophicis.

Vniuerſalem medendi methodum.

GVALTERVS DE BRVGIS, ſiue BRVGENSIS Flander, Ordinis Minorum, è Prouinciali Turoniæ, à NICOLAO III. Pont. Max. Pictauorum Antites creatus: concionibus ad populum habendis inſignis extitit, ſcripſit iuſſu ALEXANDRI IV. Pont. Max.

In libros magiſtri ſententiarum.

Rudimenta pro Concionatoribus.

Quodlibetorum librum.

Sermones per annum.

Tractatus de Pœnitentia.

Quæſtiones diſputatas. Præterea

Commentarios in libb. Sententiarum M. SS. Brugis & Ipris apud Franciſcanos. teſte *Bunderio.*

Tabulas Originalium. M.S. in Bodeloenſi monaſterio.

Floruit anno Domini M. CC. L.

GVALTERVS GRAVIVS, cognomento RVYSIVS, patria Grauienſis, Ordinis ſancti Dominici, & Prior Nouiomagi, diuini verbi concionator egregius, ſcripſit

Apologiam in Eraſmi Roterod. librum De Confeſſione. Antuerpiæ, anno 1525. typis Simonis Coci.

Contra eiuſdem lib. De eſu carninum. Hic, quia *Eraſmo* familiaris erat, nomen tacuit, & aliud præfixit, nempe *Godefridi Ruyſij* Taxandri.

Ritus atque obſeruationes olim circa Baptizatos & Confitentes obſeruatos. Coloniæ, anno 1530.

Præfationes, quæ vocantur, numero, CXIII.

Obijt Prior, poſt natum Seruatorem cIↃ. IↃ. xxxiv. iij. Kal. Iunij.

GVALTERVS INSVLANVS, vide PHILIPPVS GVALTERVS.

GVALTERVS MONSIVS, Flander, Ipris ad D. Martini Canonicus, conſcripſit

Hymnos ſacros diuerſ. carminum genere.

GVALTERVS, alij WALTERVS & GALBERTVS MORINENSIS, Eccleſiæ Teruanenſis Canonicus & Archidiaconus, ſcripſit

De interfectione CAROLI cognomenti BONI Flandri Comitis per Burchardum Stratenſem. Pariſijs, anno 1615. 8. in Niuelliana officina.

GVIARDVS DE LAVDVNO, Epiſcopus Cameracenſis, alij GVIDONEM, vocant, Theologus inſignis. Scripſit.

De Officijs diuinis ſiue *Eccleſiaſticis.*

Dialogum de Creatione mundi.

Sermones III. De Paſſione Domini.

Naturæ debitum ſoluit Affligemij, anno à ſalute generi humano parta M. CC. XLVIJ. teſte *Balduino Niniuenſi*, Ordinis Præmonſtratenſis Chronographo, *Guilielmus Gazæus* circa annum cIↃ. CCL. obijſſe ſcribit: malè ergo in Poſſeuini Apparatu excuſum: *viuebat anno* M. CC. LXXVIJ. &c.

GVERRICVS Abbas Igniacenſis, *ſancti Bernardi* diſcipulus, antea Tornacenſis Canonicus, & ſcholæ Magiſter, ſcripſit

Sermones de Tempore & Sanctis. Pariſijs, anno 1539. & 1547. Quos emendauit & edidit *Ioan. Coſterius*, Antuerpiæ typis Nutij, anno 1576.

GVIBERTVS, ſiue WIBERTVS MARTINVS, Gemblacenſis in Brabantia Abbas, vir pietatis & doctrinæ nomine non incelebris. Scripſit,

De

De ſolemnitate Paſchali. M. S. Gemblaci.
Vitam ſanctæ Hildegardis, M. S. Ibidem.
De ſcriptoribus vitæ ſancti Martini, eiuſq́; miraculis.
Apologiam pro S. Seuero Sulpitio.
Collectanea pro Conſolatione infirmorum. M. SS.
Epiſtolas aliquot.
Vitam finijt Gemblaci, anno à partu virginis M. CC. viij.

GVIDO, alias GYLO, Epiſcopus Cameracenſis, ſcripſit
Dialogum de VII. Sacramentis, M. S in ſeptem Fontium monaſterio.
Floruit circa annum Domini M. CCC. IX.

GVIDO LAVRINVS, Brugenſis, I. C. Waterulieti Dominus, Marci frater; vir ſummo ingenio, antiquitate ſtudioſiſſimus ac elegans Poëta, luſit ſub finem IVLII CÆS. Goltziani
Dialogum Platonis & Telluris, in Theſaurum antiquorum Numiſmatum ſub *Veſpaſiano August.* depoſitum, & anno CIↃ. IↃ. LXI. in Aubrocicourtiano Flandriæ pago repertum.
Commentationes in Iulium Cæſarem.
Naturæ conceſſit inſulis, & ſepultus in D. Mauritij.

GVIKARDVS, Monachus & Abbas *S. Trudonis,* Congregationis Cluniacenſis, ſcripſit teſte *Arn. Wiono*
Vitam ſancti Trudonis.

GVILIELMVS ABSELIVS, Bredanus, Cartuſianus, ex Profeſſo domus Capellæ eligitur Brugenſium Prior, vir tam generis nobilitate quàm literarum monumentis præclarus. Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit eodem anno quo *Dionyſius Ryckelius*, anno CIↃ. CCCC. LXXI. Scripſit
Tractatum ſuper Oratione Dominica, carmine eleganti.
Tractatum ad ſemper candidam cœli Reginam.
De Vera Pace.
Epiſtolarum complures libb. ſententijs plenos.
Dialogum inter patrem & filiam ſpiritualem.
Vitam D. Ægidij, rythmo dulciſſimo.
De Officio Marthæ, lib. j.
Et multa alia, quæ ex hominum memoria temporis ſuſtulit iniuria.
Vixit apud ſuos laudabiliter XL. annos.

GVILIELMVS ÆGIDIVS, Wiskerckius Zelandus, Mathematicus, ſcripſit
De caleſtium motuum indagatione, ſiue *calculo.* Impreſſ. anno 1494. 4.

In cœlo, ſcribens ſtellam, ſediſſe videris,
Indagat motus cùm tua dextra leues.

GVILIELMVS AFFLIGEMIENSIS, Monachus Benedictinus & ibidem aliquando Prior, vir inſigni pietate & virtute præditus, ſcripſit

Ser-

Sermonum lib.
Viſiones cuiuſdam Monialis.
Vitam ſanctæ Lutgardis.
Vixit tempore *Ottonis* Epiſcopi Friſingenſis, anno Chriſti M. CCC.

GVILIELMVS AQVISGRANENSIS, ſiue DE AQVISGRANO, in Erfurdenſi gymnaſio Theologiæ Profeſſor, & Eccleſiaſtes in Cathedrali Eccleſia Baſileenſi, ſcripſit
In Euangelium Ioannis.
De Paſſione Dominica.
Itinerarium Terræ Sanctæ.
In Canonem Miſſæ.
Quæſtiones diſputatas.
Sermones.
Vixit circa annum Chriſti M. CCCC. LXXXV. *Sixto IV.* Pontifice.

GVILIELMVS ASSONLEVILLIVS, Atrebas, I.C. magni illius CHRISTOPHORI F. Bouchautij in Brabantia Toparcha & Baro: à primis annis oculis laborauit, anagnoſtâ vſus. Duaci primùm in gymnaſio regio, poſt Louanij ſtudia ſeriò tractauit. Hanc lucis vſuram amiſit anno Domini M.D. XCVIJ. V. id. Iunij, ætatis XXXIJ. & conditus Bruxellis in templo primario, in ſacello venerabili ſacramenti. *Leo Meyerus* Antuerpienſis curator funeris fuit à varijs adornati, typis Plantinianis. *Ludouicus Dorleans*, in ſenatu Pariſienſi regius patronus, hunc tumulum amico poſ.

ERGO IACES, WILLELME FILI, ET TE MORS OBRVIT INCLEMENTIVS? NON OBLVCTOR. SINT FATIS SVA IMPERIA, NOSTRA ERVNT OBSEQVIA. MORERIS NAM MORTALIS ERAS, ET MORERIS PROBVS, HOC NOBIS SOLATIVM. SI TE IVVENEM RAPIT, EST FATI CAECITAS, SI INTRA TRIDVVM RAPACITAS; SI NOVELLVM PATREM, INHVMANITAS, SI ANNICVLVM MARITVM, CRVDELITAS. VIXTI TIBI SATIS, NIMIVM SECVLO, AH! IMPVRO, ET TVRBIDO, MIHI PARVM, FILIOLAE TVAE PAVXILLVM, VXORE TANTILLVM QVAE LIQVESCIT IN LACRVMAS. CAPE PRO INFERIIS MEOS CANOS IMO MEOS ANNOS ET HVNC TVMVLVM. TV PRAEISTI, SEQVIMVR NOS ET VOLENTES. SIC LEX IVBET. SED DVM MORAMVR, SALVE AETERNVM FILI ET AETERNVM VALE.

Te deflent cuncti ſucciſum flore iuuentæ,
Mors, breuiter dicam, credidit eſſe ſenem.

Eius exſtant
Declamatio Quodlibetica, habita Louanij in ſcholis artium anno Domini M. D. LXXXVIIJ. XVJ. Decembris tribus diſtincta Quæſtionibus. Antuerpiæ, apud Plantinum, anno 1589. 8.

Oratio

Oratio Panegyrica de Annuntiatione B. Virginis MARIÆ, Louanij habita. Ibidem, anno 1589. 8.

Atheomaſtix, ſiue aduerſus religionis hoſtes vniuerſos, imprimis Politicos Diſſertatio. Ibidem, 1599. 8. eo mortuo edita.

GVLIELMVS BAVDARTIVS, Deynſenſis, Flander, ſcripſit librum, cui titulus:

Polemographia Naſſouica, continens deſcriptionem & picturam rerum belli geſtarum in Belgio ab obitu Principis Auriaci *Guilielmi*, vſque ad finem anni cIↃ. IↃC. XIV. Amſtelodami, apud Michaëlem Colinum, anno 1621.

GVILIELMVS DE BERCHEM, ſiue BERCHEMIVS, Gelder, Niellenſis Eccleſiæ Paſtor, & Canonicus *ſancti Stephani* ac Protonotarius Eccleſiæ Nouiomagenſis, doctrinâ, moribus & ingenio præſtans: Claruit anno Domini M. CCCC. LXVI. ad quem perduxit

Compendium Chronicorum Geldriæ.

GVILIELMVS BERNARDI, Ordinis Minorum, ſingulari pietate ac inculpatiſſimis moribus, in Antiquitatibus Eccleſiaſticis egregiè verſatus, ſcripſit

De ſacrarum literarum communicatione & ſenſu.

De ritibus Catholicæ Eccleſiæ.

De Sepulturis. Pariſijs excuſa, anno 1547. 8.

GVILIELMVS, Flander, Cœnobij Truncinienſis apud Gandauum Abbas, Ordinis Præmonſtratenſis, vir eruditus, ſolutâ vinctâque oratione promptus, ſcripſit

Poëmata plurima, & in his Epigrammatum lib. qui hodie exſtat, cætera eius opera anno Domini M. D. LXVI. iconoclaſtarum furore & rabie, vt alia multa, perierunt.

Vixit circa annum M. CCCC. LXXII.

GVILIELMVS BIBAVTIVS, Tiletanus, Flander, Cartuſianus profeſſus vallis regalis propè Gandauum, qui poſtmodum ob inſignem virtutis prudentiæque opinionem aſſumptus fuit ad Prioratum Domus Hollandiæ prope Montem *ſanctæ Gertrudis*, & anno M. D. XXI. in totius Ordinis Generalem eligitur, ſucceſſitque doctiſſimo viro *Franciſco de Puteo*, ſcripſit

Sermones & Orationes Capitulares ad fratres, de vita ſpiritualis profectu.

Conciones de pleriſque præcipuis feſtis, ex ipſis Biblicis ſententijs maiori ex parte conflatas.

Carmen in laudem B. Ioachim Patriarchæ & alia multa, quæ ob humilitatem noluit in publicum prodire.

Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit in maiori Cartuſia, anno à reſtituta ſalute M. D. XXXV. XXIV. Iulij, & terræ conditus hoc epitaphio:

D. O. M. S

D. O. M. S.

Occidis ereptus terris, GVILIELME BIBAVTI,
Maxima Cartuſiæ flenda ruina domus.
Heu ſubiti rerum lapſus! heu Parca ſuperba!
Quæ citius Patres ſternit vbique pios.
Hic vir erat ſpirans ſincero pectore CHRISTVM,
Incumbens ſtudijs nocte dieq́; ſacris.
Hiſtorias ſanctas, arcanaque ſcripta legebat,
Pertæſus mundi, cælica ſemper amans.
Nec tamen hoc ſtudium, pietas aut obſtitit iſta,
Ne fieret tanti Mors truculenta tui.
Dena ſuæ vitæ numerarat luſtra peracta,
Hoc ſua cum tegeret membra caduca loco.
Nam mens quæ tantum ſpectauit, ad aſtra volauit,
Inque tuo recubat, Chriſte benigne, ſinu:
Vtque tuum quondam nobis nomenq́; decuſq́;
Sic nunc Angelicis prædicat illa choris.

Leuinus Ammonius domus Gandenſis profeſſus, eius vitam deſcripſit, teſte *Theodoro Petreio* in Bibliotheca Cartuſiana, quæ temporum iniuriâ perijt.

GVILIELMVS BONTIVS, Louanienſis, I.V. Doctor, Academiæ Cancellarius, & in *D. Petri* æde primaria Decanus, ſcripſit
De Contractibus Mercatorum.
De caſibus ad pœnam mortis lege imponendam.
Quodlibetum de vſuris & emptione redituum vitalium ac perpetuorum.
Differentias Legum ac Canonum.
Hominem exuit Louanij, anno Chriſtianæ ſalutis M. CCCC. LIV. bonorum omnium cum luctu.

GVILIELMVS BORLVYT, Patritius Gandenſis, in magno Flandriæ Concilio Aduocatus. In adoleſcentia, dum Lugduni ageret euulgauit
Deſcriptionem hiſtoriarum memorabilium ex Exodo ſequentibuſq́; libris verſibus tetraſtichis. Lugduni, typis Ioannis Tornæſij, anno 1558.
Vide *Antonium Verderium* in ſupplemento Geſneriano.

GVILIELMVS DE BRANTEGHEM, *Ioan. F.* olim Borſaliæ apud Zelandos Præfecti & Quæſtoris, patria Aloſtanus, Cartuſianus Antuerpienſis, quæ modò domus Liram tranſlata, tempore *Martini Roſſemij*, ſcripſit
Enchiridion piarum precationum ex Veteri ac nouo Teſtamento, cum Iconibus. Antuerpiæ, anno 1533. typis Martini Cæſareis.
Præfixit quoque *Diſtica nonnulla* VIOLAE ANIMAE ibidem editæ anno 1533.

Vixit circa annum Domini M. D. XXX.

GVILIELMVS BROCHÆVS, Limburgius, in ſocietatem IESV admiſſus eſt Romæ, anno ſalutis M. D. LI. iij. Maij. Dubium an diſciplinis & eruditione, an moribus & pietate zeloque religionis orthodoxæ præſtantior. Scripſit

Diſputationes de Orationis vi ac neceſſitate,
De Sacramentis noua Legis.
De tribus bonorum operum generibus.
De Oeconomia verbi,
De Lege & libertate Chriſtiana.
De veritate corporis Chriſti in Euchariſtia.

Migrauit ex humanis Treueris, anno redemptionis humanæ clↃ. IↃ.LXXXIIJ. XXIX. Februarij.

GVILIELMVS CANTERVS, *Lamberti F.* Vltraiectinus, naſcitur anno Domini M. D. XLIJ. viij. Kal. Auguſti. Præceptorem habuit *Georgium Macropedium*, formandæ iuuentutis peritiſſimum. Annum agens xij. Louanium miſſus, eruditiſſimo *Cornelio Valerio* in diſciplinam datus eſt, eiuſque lateri iv. ann. integros adhæſit. Græcis literis magis quàm Latinis addictus fuit. Lutetiam profeſſus *Ioanni Aurato* Profeſſori Regio, & *Ioſepho Scaligero* ſe applicuit. Galliæ vniuerſitatibus luſtratis, Germaniam atque Italiam quoque perluſtrauit, *Carolo Sigonio, Vrſino, Antonio Mureto*, aliiſque viris doctis gratus & acceptus: Hinc Louanium redit. Prima illi cura, Bibliothecæ comparandæ fuit, non ſpectans vt quamplurimos, ſed optimos conſequeretur. Erat ipſi ſtatura procera & heroica, cute candidiſſimâ, oculis lætis, vultuque hilari. Culmen & faſtigium ſolidæ eruditionis attigit, atque in Græcis ac Latinis ad ſummam laudem peruenit. Louanij longa tabe exſtinguitur, cum III. & XXX. ætatis annum nondum attigiſſet. Morienti adfuit *Pater Andreas Schottus*, qui oculos illi clauſit. Sepultus in Diui IACOBI ad auſtralem partem. Frater *Theodorus* Bibliothecæ heres, tumulum Poſ.

NOBILI VARIAQ. ERVDITIONE VTRIVSQ. LINGVÆ
MONVMENTIS CLARO VIRO
GVILIELMO CANTERO
VLTRAIECTINO
QVI XXXIII. ANN. NATVS, MINVS LXVI. DIEB.
OBIIT XV. IVNI, M.D.LXXV.
FRATRI SVO CARISS.
THEODORVS CANTERVS POSVIT.

Mortuus ante diem, longo digniſſimus æuo
GVILIELMVS *heu!* CANTERVS, *heu meus occidit.*
Quo mihi diſcipulo iuuenis non carior alter,
Quo iam viro coniunctior nemo fuit.

Hinc ſtudium à puero coniungere Græca Latinis,
Sermone linguam excolere, pectus artibus:
Exarare ſtylum, Doctorum voluere ſcripta,
Notare & obſeruare paſſim plurima.
Ardua de hinc adijt myſteria fontis Hebræi,
Lingua expolitus omnium ſanctiſſima.
Heu mihi quantus erat grauiore ætate futurus,
Qui luſtra ſex annoſque tres modo vixerit.
Occidit ille quidem ante diem, ſed docta manebunt
Monumenta multis comparata laboribus.

CORNELIVS VALERIVS Diſcipulo cariſſ. Poſſ.

Multi fuêre qui memoriam eius carminibus proſecuti ſunt. Vita eius exſtat apud *Suffridum Petrum lib. De ſcriptoribus Friſiæ*. Scripſit *Canterus*

Nouarum Lectionum lib. VIII. Baſileæ & Antuerpiæ typis Plantini, 1571. 8.

Orationes funebres in obitus aliquot animalium, olim ex Italicis Gallicas, per *Claudium Pontoſum*, è Gallicis Latinas fecit admodum adoleſcens, Lugduni Batauorum apud Franciſcum Raphelengium, anno 1590. 8.

Ariſtides Orationes Latinè reddidit Tom. III. quorum primus xxviij. Secundus xvij. Tertius vij. Orationes complectitur. *His acceſſit Quartus* ex veteribus Græcis Oratoribus concinnatus, eodem interprete.

Syntagma de ratione emendandi Græcos auctores, typis Plantini.

Gnomologiam Græco Latinam ex Ariſtide. Baſileæ, 1566.

Notas breues in Epiſtolas familiares Ciceronis. Francof. 1568. & 1572.

Licophoris Caſſandram Latinè ad verbum tranſtulit, adiectis ſcholijs.

Epitomen Caſſandræ Græco-latinam carmine Anacreontico. Baſileæ.

Scholia breuia in Propertium. Ibid. 1569. 8.

Ariſtidis Pepli Fragmentum, ſiue *Heroum Homericorum Epitaphia primus auctori ſuo Ariſtoteli reſtituit, Latinè vertit, & Annotationibus illuſtrauit.* His adiecta ſunt, *Auſonij Heroum Epitaphia, qui bello Troiano interfuerunt, aliquot locis ab eodem emendata.* Baſileæ & Antuerpiæ. 1571. typis Plantini, 8.

Deorum & Hominum illuſtrium Progenies, ex Græcorum commentarijs in Tabulas congeſſit.

Fragmenta quædam Ethica Pythagoricorum, è Stobæo deſumpta, latinitate donauit. Baſi. apud Oporinum, 1566. 4.

Syneſij aliquot opuſcula Græcè pariter ac Latinè primus edidit. Ibid.

Explicationes & emendationes in Epiſtolas ad Atticum.

Notas in Bibliothecam Ioſiæ Simleri,

Sophoclem, Aeſchylum & Euripidem Poëtas Tragicos edidit, in quibus præter infinita menda ſublata carminum omnium ratio hactenus ignorata, proditur, *adiectis Euripidis ſententijs aliquot inſignioribus, & Latinis verſibus ab eodem redditis.* Typis Plantini, anno 1571.

Ioannis Stobæi Eclogarum lib. II. Latinè interpretatus eſt. Item

Gemiſthi Phletonis de rebus Peloponneſiacis Orationes II. & de virtutibus.

Tranſtulit quoque *Ariſtidis artis Rhetoricæ lib. II. Vnum De Oratione ciuili. alterum De Oratione ſimplici.*

Georgiæ Orationes II. Thucydidis I. Leſbonactis I. Andocidis I. Herodis I. Antiſthenis

Antiſthenis I. Lyſiæ I. Dinarchi I. Alcdamantis I. Latinas fecit. Baſileæ, typis Pernæ, anno 1566.

Poëmatum lib. IV. ferè abſoluerat.

Libellum variarum in Græcis Biblijs Lectionum, cum Biblijs Regijs editum. Antuerpiæ typis Plantini.

GVILIELMVS CAOVRSINVS, alij COAVERSINVM vocant, Duacenus, Rhodiorum Equitum Procancellarius, ſcripſit

Obſidionem Rhodi factam anno M. CCCC. LXXX.

Contentionem Baiazetæ & Syſimi duorum fratrum. Vlmæ, in folio.

GVILIELMVS CODÆVS, Batauus, natus eſt Lugduni Batauorum M. D. LXXV. Profeſſor ibidem linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ. Scripſit

Notas breues ad Grammaticam Hebræam Martini Nauarri Morentini. Lugduni Batauor. 1612. apud Raphelengium.

Orationem funebrem in laudem Rudolphi Snellij Mathematici.

Et quædam alia minoris momenti in linguam latinam conuertit.

GVILIELMVS CORNHVSIVS, Baliolanus, Flander, nobili & vetuſta familia natus, in magno Flandriæ Concilio cauſſarum patronus primùm, deinde eiuſdem concilij Præſes conſtituitur, ſcripſit

Digeſtorum ſeu Pandectarum Iuris Ciuilis Partitionem & Methodum. Typis Plantini, 1565. 8. & Gandaui apud Iacobum Viuarium.

GVILIELMVS CORDERVS, Lobienſis, Poëta edidit libellum

De varia fontium quorumdam Natura, fluminibus & anni partibus. Binchij Hannonum, an. 1544.

GVILIELMVS CRIPIVS, Batauus, Hagienſis, Senator, vir Eloquentiæ laude clarus, Poeta argutus, lepidus, ac feſtiuus, edidit *Epigrammata Adriano Iunio* teſte.

GVILIELMVS CRIPIVS, Gelder, *Guilielmi* Geldriæ Cancellarij F. Poëta & Hiſtoricus,

Vitam S. Gerlaci, ab anonymo circa an. CIↃ. CC. XXX. *conſcriptam in epitomen redegit.* Coloniæ, anno 1607.

GVILIELMVS DIVES, vulgò DE RYCKE Gandenſis, Poëta, ſcripſit

Carmen Elegiacũ De Paſſione Dominica, artificioſæ pietatis pleniſſimum, Pariſijs impreſſum typis Badij Aſcenſij, inter alia illuſtrium Poëtarum opera, qui de Dominica Paſſione ſcripſerunt. Antuerpiæ, anno 1527. apud Michaëlem Hillenium, & Ioannem Bellerum, anno 1559. 16.

GVILIELMVS DOMINIKEL, Brugenſis Poëta elegans, ſcripſit

Verſus amænos & doctos ad varios amicos doctoſque viros. Vixit tempore *Lucæ Fruterij*, cui amiciſſimus fuit.

GVILELMVS DVPASIVS, Gemblacenſis, Abbas Floreffienſis, Ordinis Præmonſtratenſis, in diuinis ac humanis literis clarus, magnitudine ingenij morumque integritate præditus ſingulari, ſcripſit

Poemata ſacra. Leodici, anno 1577. Obijt ibidem, anno à Chriſto nato M. D. LXXVIII. Regiminis XXVI. quò ob tumultus bellicos ſeceſſerat.

GVILIELMVS DYEMENVS I. C. Naſcitur Roterodami anno Domini M. D. VIII. Louanium puer à parentibus ablegatus eſt, & Iuriſprudentiæ ibidem initia fecit. Aurelijs in Gallijs Doctor Iuris renuntiatus in Belgium redijt: *Carolo V.* Imp. ac Regi *Philippo F.* à conſilijs, tandem Traiecti apud Batauos Præſes conſtitutus, quod munus XLVIIJ. annos ſumma cum laude obiuit. Scripſit

De formulis quibuſdam Copulatis & Diſiunctis, ad Saluij Iuliani locum, ex lib. de Ambiguitatibus. Louanij, anno 1606. typis Maſij.

Ex Notis ad Regulas Iuris Rom. antiqui. Lugd. Batauurum, anno 1616.

Commentarios ad inſtitutiones iuris Iuſtinianeas, & Annotationes. M.S.

Tractatum de imperio & iuriſdictione. M.S.

De officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. M.S.

De rerum ac Verborum ſignificatione. M S.

De V. pedum præſcriptione non ſublata. M.S.

Antiparatitla contra Cuiacium. M.S.

Natas varias Ad Bartolum, ad Accurſium, &c.

Fatis conceſſit annis grauiſſimus, anno ſalutis communis M. D. LXXXIIJ. V. Id. Nouembris, oculis captus.

GVILIELMVS ENCKEVORTIVS, Brabantus, Syluæducenſis, ex Canonico Antuerpienſi, Eccleſiæ Dertuſenſis Antiſtes, deinde etiam Eccleſia Traiectenſis honeſtatus eſt per *Clementem VII.* Pon. Max. & per porcuratorem cathedratus Epiſcopus quinquageſimus nonus. Anno verò Chriſti M. D. XXIII. Pontificatus ſui anno ſecundo, die Iouis, IV. idus Septembris *Adrianus VI.* vnicâ ſuâ ordinatione hunc vnicum Cardinalem Presbyterum *SS. Ioannis* & *Pauli* creauit. Romæ de ſtatione huius vitæ iuſſu Dei omnipotentis deceſſit, iacetque in æde S. MARIAE DE ANIMA cum hoc Epitaphio:

WILLELMO ENCKEVORTIO BRABANTINO, S. R. E. PRESBYTERO CARD. QVI PLVRIMIS ROMANAE REIPVB. MAGISTRATIBVS ET GERMANIAE PROCVRATIONE INTEGERRIME FVNCTVS, AB ADRIANO VI. PONT. MAX. CVIVS ITEM RES ADMINISTRAVERAT LIBELLIS DANDIS, ET ECCLESIAE DERTVSENSI PRAEFECTVS, ET IN CARDINAL. COLLEGIVM CLARO BENEVOLENTIÆ INDICIO, TRANSLATIS IN EVM PRISTINAE SVAE DIGNITATIS INSIGNIBVS, SOLVS COOPTATVS. DEINDE ETIAM A CLEMENTE VII. ECCLESIA TRAIECTENSI HONESTATVS EST: CAROLO V.

IMP. LIBENTISS. QVEM AB ILLO CORONAM IMPERII ACCIPIENTEM INVNXIT, QVIQVE BENEFICIORVM MEMOR HADRIANI CADAVER E PETRI BASILICA IN HANC AEDEM, CVIVS CONSTRVENDAE ET ORNANDAE ADIVTOR FVIT, SEPVLCHRO POSITO TRANSFERRI CVRAVIT. IN EGENOS ET IN OMNES HOMINES BENEFICENTISS. IOANNES DOMINICVS TRANENSIS, ANTONIVS SANSEVERINVS, CARDINALES, ET PETRVS VORSTIVS EPISCOPVS AQVENSIS, ANDREAS CASTILLO SCRIPTOR APOSTOLICVS EX TESTAMENTO POSS. VIXIT ANNOS LXX. MORTEM OBIIT M. D. XXXIV.

Scripſit *Orationem ad Theologiæ facultatem Louanienſem,*

GVILIELMVS ESTIVS, Batauus Gorcomius, Vltraiecti puer *Georgium Macropedium* in literis humanioribus Præceptorem habuit. Louanij ſtudia Philoſophica hauſit in Falconis gymnaſio. Ex Philoſophiæ Profeſſore Louanienſi, ad Academiam Duacenam à *Philippo II.* Rege Catholico inſtitutam euocatus, in eadem ſacræ Theologiæ Profeſſorem ac Semenarij Regij Præſidem cum laude egit. Vir ſanè multis pietatis doctrinæ, modeſtiæ Chriſtianæ, atque in pauperes beneficentiæ nominibus ſuſpiciendus.

Scripſit *Poëma de libera religione. & in hæreticos.* Louanij.

Hiſtoriam Martyrum Gorcomienſium, anno M.D. LXXII. interfectorum.

Martyrium Guilielmi Gaudani Franciſcani. ac Cornelij Muſij Delphij.

Martyrium Edmundi Campiani Societ. IESV, è Gallico Latinè reddidit. Louanij, typis Maſij, anno 1582. 8.

Commentarium ſupra quoſuis alios eruditum, in Epiſtolas Paulinas & Catholicas. Tom. II. Duaci, apud Balt. Bellerum. fol.

Orationes Theologicas xix. typis Laur. Kellami. 8. 1614.

In difficiliora ſac. Scripturæ loca Annotationes aureas. Coloniæ, anno 1622.

In quatuor (vel quartum) Magiſtri Sententiarum, quibus S. Thomæ Aquinatis ſumma Theologica pariter illuſtratur. Duaci.

Duaci in Domino requieuit non ſine ſanctitatis opinione anno incarnationis verbi M. DC. XIII. XX. Septembris ætatis LXX. Sepultus in æde ſacra D. PETRI. *Andreas Hoius* ibidem Græcæ linguæ Profeſſor Regius, hoc amico Epitaphium poſuit:

Patria Gorcomium eſt, qui me eduxêre parentes,
Hic ſtirpe Eſtiades, Pikias illa fuit.
Sumere ab his licuit mihi vitæ exemplar honeſtæ;
Tota ſtetit priſca pro pietate domus.
Traiectum, antiquus Rheni contermina ripis,
Muſarum ingenuis artibus erudijt.
Louanium in Sophiæ Stagiritidis ardua duxit,
Et titulo ornauit duplice, Theiologum.

Ad Cathedram & regimen, ſchola me Catuaca vocauit:
Æde Petri, geſsi munia Præpoſiti.
Ter denis ſpartam geminam, haud inglorius, annis
Doctor vti & Præſes regius excolui,
Doctrinæ, ingeniiq́; mei monumenta relinquo:
Vnde mihi, inuitâ morte, perennet honos.

ALIVD.

Non eſt ESTIVS, *at fuit, viator,*
Clarum Theologæ decus Paleſtræ,
Clarum Catuatici decus Lycæi,
Vitæ regula certa ſanctioris,
Noſtri gloria ſumma nuper æui.
Quin eſt ESTIVS, *haut fuit, Viator:*
Quem ſcripta aurea, ſempiterna virtus,
Et mens ſidereis, propinqua Diuis,
Non vllo facient perire ſæclo.

IVSTVS RYQVIVS Gandenſ.
amico max. poneb.

Eius iconi hos quidam verſus amicitiæ gratia ſuppoſuit:

Quicunque effigiem GVILIELMI, conſpicis ESTI
ESTI, qui vna fuit gloria Theiologon;
Religio, virtus, doctrina, modeſtia morum,
Hæc vno obtutu conſpicienda patent.

GVILIELMVS FABIVS, vulgò BOONAERT, Hilluari-Becanus, Brabantus, Medicinæ Licentiatus. Antuerpiæ annos multos literis humanioribus iuuentutem excoluit. Inter hæreticos tumultuantes, ſemper Catholicus ſtetit, diſcipulóſque ſuos in Fide ac Pietate erudijt, raro exemplo. Id temporis, anno nempe CIↃ. IↃ. LXXXI. eius ego ſcholas cum fratribus *Theodoro, Roberto & Guilielmo*, frequentaui. Relictâ Antuerpiâ Louanium venit, ibi in Collegio Trilingui *Theodorum Langium* in profeſſione linguæ Græcæ excepit. Ab hominibus demigrauit anno M. D. XC. XXVIII. Maij, in tumultuantium ſtudioſorum concurſu oppreſſus. Huius exſtat

Syntaxios linguæ Græcæ Epitome, ex Varennio, Rulando, aliiſque concinnata. Antuerpiæ, anno 1584. typis And. Baxij.

GVILIELMVS FABRICIVS, Nouiomagus, ſacræ Theologiæ Doctor Louanienſis, Apoſtolicus & Archiducalis in eadem Academia librorum Cenſor, edidit

D. Leonis

Digitized by Google

D. Leonis Magni Enarrationem in Paſſionem Dominicam, digeſtam iuxta ordinem Euangelicæ narrationis.

Iſagogen ſiue *Introductionem in eamdem, è D. Leonis ſimiliter operibus concinnatam, adiectis ſuis Annotationibus*. Louanij, apud Ioannem Maſium, anno 1600. 8.

GVILIELMVS A FLANDRIA, Eremita Auguſtinianus, Theologus, vir candidi ingenij, multæ ac variæ eruditionis, ſacrarum ſcripturarum ſcientia probè inſtructus, ſcripſit

Commentarium in Apocalypſim. M. S. olim Gandaui & Machliniæ apud ſuos, teſte *Bundero*, Dominicano.

GVILIELMVS FVLLONIVS, vel GNAPHEVS, Batauus Hagienſis, in patria ſcholæ præfuit, & poſtea Marchioni Brandeburgenſi à Conſilijs Spectatę vir doctrinæ ac virtutis, ſcripſit

Eloquentiæ triumphum, vario & erudito carmine. Coloniæ, 1551.

Acolaſtum Comœdiam, ſiue *De coctorem, tanta luſit elegantia*, teſte *Adriano Iunio in Batauiæ Hiſtoria, vt Comici numeros omnes expreſſiſſe creditus ſit*. Coloniæ & Antuerpiæ, anno 1560. 8.

Miſobarbarum Comœdiam.

Hypocryſin Tragico.Comœdiam, & alia.

GVILIELMVS FILATRE, alij DE LATRE, Decretorum Doctor, Epiſcopus primùm Verdunenſis, deinde Tullenſis, demum Tornacenſis, & Abbas LXIV. *ad ſanctum Bertinum*, atque ordinis equitum aurei velleris cancellarius, ſcripſit Gallico ſermone

De aureo Vellere libb. II. quibus ordinis originem, exempla varia, de Magnanimitate Regg. Franciæ ac Ducum Burgundiæ complectitur. Excuſi Trojæ in Gallia, anno 1530. in folio apud Nicolaum le Ronge.

Naturæ debitum ſoluit Gandaui, anno Chriſtiano M. CCCC. LXXIV. regiminis XXV. corpus tranſlatum ad *ſanctum Bertinum*, & terræ conditum hoc epitaphio:

Abbas quiſquis erat clara WILLELMVS *in alba,*
Hoc iacet in templo, cui bona multa tulit.
Verduni fuit hic Præſul, Tulliique deinceps,
Indeque Tornaci per pietatis opus.
Hic Ducis inuicti Burgundi in ſede PHILIPPI
Conſilij primus, qui bene noſſet, erat.
Sic omnes morimur, ſed Virtus ſola beatos,
Efficit, illa comes, teque GVILIELME, *beat.*

Vide *Æneam Siluium* lib. primo Epiſtol.

GVILIELMVS GALLANDIVS, Aërienſis, Arteſius, *Petri Gallandiæ* fratris F. Pariſijs in Boncurtiano Gymnaſio literarum humaniorum aliquot annos Profeſſor, ſcripſit

Orationes aliquot & Poëmata varia, Pariſijs 8.

GVILIELMVS GAZÆVS, Arteſius, Canonicus ſancti PETRI Ariacenſis, & apud Atrebates ad *S. Mariam Magdalenam* Paſtor vigilantiſſimus, in hiſtoria Eccleſiaſtica verſatiſſimus, edidit

Vitas Sanctorum Tom. II. Remis, anno 1613. 8.
Speculum Conſcientiæ. Duaci, apud Bellerum.
Sacrum Conuiuium, ibidem.
Exercitia ſpiritualia, & Latinias, per ſeptimanam.
Gynæcæum ſacrum.
Antidotum ſcrupulorum conſcientiæ.
Catalogum ſanctorum Epiſcoporum & ſcriptorum Belgicorum.
Hiſtoriam Eccleſiaſticam Belgij, anno 1614. 4. Atrebati, typis Guilielmi de la Reuiere. Ediderunt à morte auctores heredes.
Catalogum Epiſcoporum Atrebatenſium & Cameracenſium.
Hiſtoriam ſacræ Lanæ (quæ vulgò *Manna*) *adſeruatæ in Cathedrali Eccleſia Atrebatenſi.*
Hiſtoriam Cerei Atrebatenſis.
Bibliothecam ſacram Belgicam, Theologorum, Canoniſtar. Scholaſticorum, &c.
Omnia hæc Atrebati Gallicè ſunt euulgata.
Auctorem Idiotam de ſtatu Religioſorum correctum in lucem edidit. Duaci, typis Belleri, in 16.
Magdalim Comœdiam ſacram. Duaci, apud Bogardum, 1589. 8.
Imaginem religioſæ reformatæ.
Compendium ſummæ Benedictinæ.
Extremum vitæ ſpiritum edidit Atrebati, anno ſalutis commmunis CIↃ. IↃC. II. viij. Kal. Septemb. & ſepultus in *D. Magdalenæ*. Ætat. LVIIJ. magno ſui deſiderio bonis omnibus relicto.

GVILIELMVS A GHENT, ſiue GHENTIVS Neomagus, I. V. Doctor, primùm in Geldria, poſt in Brabantia Conſiliarius Regius, anno Domini CIↃ.IↃ. LXXIX. & defuncta vxore Præpoſitus Arnhemienſis ad *D. uam Walburgum.*
Adagia quinquaginta è Iure Ciuili collegit & explanauit. anno 1571. Pariſijs, & Antuerpiæ typis Plantinianis.
Edidit præterea *Exempla illuſtrium aliquot miraculorum quæ in ſanct. Euchariſtia & corporis Domini hoſtia contigerunt* Pariſijs 1574. & Coloniæ, anno 1584. 8.

GVILIELMVS A GOVDA, *Cornelij* nepos, Batauus, alijs GVILIELMVS HERMANNVS, infelici ſæculo non infelix ſcriptor ac Poëta, Canonicus regularis, *Eraſmi Roterodami* contubernalis, vitæque & ſtudiorum annos aliquot ſodalis, qui ita ad religioſum patrem *Nicolaum Wernerum:*

GVILIELMVM, *animæ meæ partem, quæſo vt tua pietas foueat, commendatumque habeat. Eius nomen in hac Academia* (Pariſienſi) *adoratur, colitur, & meritò, dignus autem ille eſt, quem vniuerſus orbis meretur, ametque. etſi inter notos, doctrina ſingularis, præter inuidiam nihil reportat*, &c.

Scripſit

Scripſit Hymnos.

De bello Geldro Germanico.

Hiſtoriam D. Bauonis, carmine, teſte *Eraſ. Roterodamo.*

Syluam Odarum. Pariſijs, anno 1497.

Expoſtulationem Chriſti morituri. Antuetpiæ anno 1559. typis Belleri, & Lugduni.

Fabulas aliquot Æſopi ex Græcis Latinas fecit.

D. Hieronis Martyris Hollandiæ vitam & Paßionem carmine Heroico.

Alardus Amſtelodamus hoc illi Epitapium poſ.

> *GVILIELMVS A GOVDA aureolâ venafluens,*
> *Bonus arte dicendi, ſed ex tempore,*
> *Melior Poëta, & optimus Hiſtoricus.*
> *GOVDA, hac quieſcit abditus vrnâ.*

GVILIELMVS A GOVDA Franciſcanus Theologus, magnæ vir religionis & virtutis, ſcripſit

Expoſitionem myſteriorum Miſſæ. Dauentriæ, anno 1504. & Antuerpiæ in fol. apud Matthæum Goeſium

GVILIELMVS HACHVSANVS, Dauentrienſis, ſcripſit

Scholia in Deſ. Eraſmi Roterod. libellum De Ciuitate morum, Montibus Hanoniæ, anno 1607. typis Lucæ Riuij.

GVILIELMVS HAGIENSIS, teſte *Ludouico Guicciardino*, fuit primus in Belgio Comicus, ſcripſitque

Comœdias & varia Poëmata.

GVILIELMVS HANETONIVS I. V. Doctor, & Magiſtratus Tornacenſis Aſſeſſor, Penſionarium vulgò vocant. Louanij iuuenis iuriſprudentiæ fundamina iecit, hinc in Gallias profectus eſt, atque apud Biturigas Ius publicè explanauit, ſcripſit

Tractatum de ordine & forma Iudiciorum. Duaci, anno 1570.

Ad leges Feudorum, quas in methodum redegit.

GVLIELMVS HEDA, naſcitur in Alphen propè Leidam: Præpoſitus Arnhemienſis in Geldria, poſt Decanus ad *ſanctam Ioannem Vltraiecti*, Legatus *Maxamyliani Imp.* & *Philippo I.* Hiſp. Regi à ſecretis. De hac vita Antuerpiæ exceſſit anno à Chriſti M. D. XXVI. (vbi & Canonicus fuit) & ſepultus in D. Mariæ. Scripſit

Chronicon Hollandiæ & Epiſcoporum Vltraiectinorum, Lugduni Batauorum anno 1612. 4.

Genealogiam CAROLI V. Imp. ex familia Habsburgica, ſed fabulis & nugis ſcatentem.

GVILIELMVS HERMANNVS, vide GVILIELMVS A GOVDA.

GVI-

GVILIELMVS HVYSMANNVS, Liranus, alijs Antuerpienſis, I. V. Licent. Duacenſis, & Latinæ linguæ in Collegio trilingui Louanij Profeſſor. Poſtea Rector Scholæ Dionantenſis, apud Leodicenſes. inde Italiam petijt, in qua extremum ſpiritum CIƆ. IƆC. xiij. effudit. Fuit illi ſermo facilis & æqualiter fluens, vertit ex Italico.

Narrationes rerum Indicarum, anni ſupra milieſimum cccc. LXXXV. & LXXXVJ. ex varijs ſociet. IESV literis deſumptas. Louanij, apud Ioannem Maſium, anno 1589. 8.

GVILIELMVS IACOBI, Egmondanus in Hollandia monachus Benedictinus, carmine deſcripſit

Res geſtas Alexandri Magni.

Chronica Martiniana & alia, teſte *Bunderio.*

GVILIELMVS INSVLANVS, MENAPIVS, Greuibrugenſis, Præpoſitus Aquiſgranenſis, Eccleſiæ D. Alberti, Orator, Medicus, & Sacerdos. Romæ diu vixit, Pont. Max. & purpuratis patribus carus. Obijt Aquiſgrani anno relaxationis humanæ M. D. LVI. Scripſit

Orationem funebrem in obitum Eraſ. Roterodami. Auguſtæ & Baſileæ.

De ratione victus ſalubris, & ſanitatis tuendæ. Coloniæ, anno 1540.

Orationem ſuaſoriam ad CAROLVM V. Caeſ. & FRANCISCVM Galliar. Regem, de pace & concordia inter ipſos conſtituenda. Baſil. 1537. 8.

Encomium febris quartanæ. cum curandi ratione, ad imitationem *Phauorini* Philoſophi. Ibid. typis Oporini.

Miſcellaneam Obſeruationum linguæ Latinæ. Ibidem

De triplici vita.

Stateram Calcographiæ, quâ bona eius & mala ſimul appenduntur. Coloniæ, anno 1547. & 1617.

Hiſtoricas Obſeruationes, ibidem.

Aulam, quo libello refelluntur criminationes in Aulam Æneæ Syluij, & Vlrici Hutteni. Ibid 1539.

Dialexin de SS. Euchariſtia. Coloniæ, 1542.

Diuinationem extremorum mundi temporum. Ibid. 1549.

GVILIELMVS IORDANVS, Canonicus Regularis in viridi valle in ſylua Sonia, ad ſecundum à Bruxella lapidem, Ordinis ſancti Auguſtini, vixit ipſo viuente *Ioanne Rusbroekio*, cuius opuſcula Brabantino ſermone conſcripta, latinè reddidit, nempe

De Tabernaculo ſpirituali.

De nuptijs ſpiritualibus.

De Calculo, ſiue *De perfectione filiorum Dei.*

GVILIELMVS LAPIDANVS, vulgò vande Steene, Veruycæ in Flandria (Virouiacum in *Antonini Pij* itinerario vocetur) natus, monachus Bergis ad S. Winnocum, ſcripſit

Methodum Dialectices Ariſtotelicæ. Lugd. 1542. typis Gryphij.

De non timenda morte. Louanij, 1533. apud Reſcium.

Orationes de miſeria conditionis humanæ, ibidem apud Grauium.

Conſiliationem dubiorum in ſacrificio Miſſæ.
Enarrationes in VII. Pſalmos Pænitentiales. Louanij, anno 1530.

Gvilielmvs de Latere, vide Gvilielmvs Filatre.

GVILIELMVS LEMNIVS, *Leuini F.* Zelandus, ſcripſit *Epiſtolam ad Patrem, quâ obiter indicat educationem in animis hominum plus efficere, quam aëris ambientis, aut loci qualitatem.* Antuerpiæ, typis Martini Nutij, anno 1554.

GVILIELMVS LINDANVS, Damaſi F. viri Conſularis, Dordracenus. Naſcitur anno M.D.XXV. Adoleſcens trium literarum cognitionem breui adſecutus eſt. Philoſophiam in Gymnaſio Porcenſi facilè percepit, ſtudijſque ſacrarum literarum animum applicuit. Gallicæ ac Germaniæ Academias luſtrauit. In Dilingana Theologiam magno audientium concurſu docuit. Louanium reuerſus & Theologica laurea donatus eſt Ex Decano Hagæ-Comitis, Conſiliario Regio, Epiſcopi Vltraiectini per Batauiam Friſiamque vicario, primus apud Geldros Ruremundę Epiſcopus renuntiatur. Sed creſcentibus indies Caluiniſtis, in exilium actus, Romam ad *Gregorium XIII.* Pont. Max ſe contulit, *Staniſlao Hoſio, Sirleto*, alijſque Cardd. gratiſſimus. Poſt cum internuntio Apoſtolico ad Regem *Philippum II.* in Hiſpaniam proficiſcitur, atque in *Cornely Janſeni* demortui locum ſubrogatur euocaturque Gaudanum ad Epiſcopalem amplisſimæ vrbis dignitatem: vbi vitæ exilium, tertio poſt menſe finiens, annos natus LXIIJ. in cœlum commigrauit, anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem M. D. LXXXVIIJ. Sepultus in æde primaria, communi tumulo cum amico, & collega *Janſenio*.

In eius mortem & ſitum:

QVAE SVRSVM SVNT QVAERITE.

Dum quæ ſunt Svrsvm *quærens*, Lindane, *deorſum*
Deſeris, & recta tendis ad aſtra via;
Pura quidem Svrsvm *te lux comitatur euntem,*
Et cœli circum te micat omne decus:
At nox Cymmerijs tenebris ruit atra deorſum,
Orbis vt antiquum credat adeſſe chaos.
Sic lux, ſic tenebræ Svrsvm *alternantque deorſum,*
Atq; obitu & vita ſtantque caduntque tuâ.

Maxæmyl. Vrintivs amico max. lud.

Multa

Multa vir doctiſſimus & hæreſum expugnator edidit, quorum ſyllabum hic damus.

De optimo genere interpretandi Scripturas lib. III. Coloniæ, 1558.

Panoplia Euangelica, ſiue *De verbo Dei Euangelico lib. V.* contra omnes huius ſæculi hæreſes: cui anno 1577. acceſſerunt libb. iij.

Stromatum pro defenſione Concilij Tridentini, contra Martinum Chemnitium. Coloniæ, typis Cholini.

Dubitantius, Dialogus de origine ſectarum huius infeliciſſimi ſeculi, & earum fructibus. Coloniæ, 1571 8.

Ruewardus, ſiue *De Animi tranquillitate Dialogus*, quo ſectarum omnium hæretici ex ſuiſmet principijs ad Catholicam reuocantur Eccleſiam, anno Domini 1565.

De vera CHRISTI *apud Romanos Eccleſia*, contra Witebergenſes, eam Witebergæ in Saxonia fallaciter collocantes. Coloniæ 1572.

Apologeticon lib. III. ad Germanos pro concordia cum Catholica Chriſti Eccleſia, contra nouam Proteſtantium Confeſſionem Auguſtanam ex Lutherana Caluinizantem, ad *Maximyl. Imp.* Antuerpiæ, anno 1570. & 1578.

Paraphraſes in Pſalmos CXVIII. cum Annot. pro vulgata Pſalmorum verſione, contra Iudaizantes noſtræ ætatis interpretes. 1567.

De Euchariſtia aduerſus Campanum Neſtorizantem.

Tabula Analytica omnium hæreſeon huius ſeculi: quibus oſtenduntur impias hæreſiarcharum blaſphemias titulo Euangelij reuocare.

De Sacrificio audiendo, ſiue *quonam modo ſit ſtudioſis quotidie audienda Miſſa.*

Confutatio Confeſſionis Antuerpienſis, Belgicè, ex mandato illuſtriſſ. Ducis Parmenſis Gubernatricis, anno 1566.

Apologia eiuſdem contra *Illyricum*. Belgicè, 1566.

De Sapientia cæleſti, ad Sophiam Lindanam, Sanctimonialem, IESV CHRISTI ſponſam. Typis Plantini, 1567.

Pſalterium vetus, à mendis DC. repurgatum, & de Græco atque Hebraico fontibus illuſtratum. Antuerp. & Coloniæ.

Speculum ſacerdotale, ſiue *meditationes quotidianæ*, quibus ſeſe Sacerdotes quotidiano præparent ſacrificio. Coloniæ, 1575.

Oratio Synodica, De Officio Paſtorum, cui addita eſt breuis ratio, qua populus ſua diſcat peccata agnoſcere. 1570. 8.

Paraphraſes in Pſalmos xxx. priores. typis Plantini 4.

Paraphraſes in Pſalmos, ad Laudes antelucanas decantari ſolitas, typis eiuſdem.

Exhortatio ad Hollandos, vt redeant ad Catholicam Chriſti Eccleſiam, cuius Præfatio demonſtrat D. THOMAM *Germanorum fuiſſe Apoſtolum*: Coloniæ, anno 1576.

De Apoſtolico Virginitatis voto, atque cælibatu Sacerdotum libb. V. pro Concilio Tridentino, contra *Chemnitium*. Coloniæ, 1577.

De fugiendis huius ſeculi idolis, nouiſque iſtorum Euangelicorum Dogmatibus. Coloniæ 8. 1578.

Myſticus Aquilo, ſeu *Declaratio Vaticinij Ieremiæ Prophetæ: Ab Aquilone pandetur omne malum*: qua demonſtratur, non pertinere ad Saxoniam, ſed ad calamitates Eccleſiæ illinc orituras. Ibid.

Orationum Theologicarum eximij Theologi Ruardi Tapperi Tom. II. à Lindano in lucem editi. addita præfatione, ad Rudolphum II. Imp. Coloniæ, apud Ludoicum Alectorium & hæredes Iacobi Soteris. 1577.

Cate-

Catechiſmus Belgicè. Antuerpiæ typis Plantini.

Catechiſmus iuuentuti Ruremundenſi ſcriptus, iuxta Concilij Tridentini doctrinam. Coloniæ, anno 1573. & 1583.

De virtute Eccleſiæ, ad Weertenſes. Belgicè, anno 1580.

Contra carniuoros, qui vetitis temporibus carnes comedunt. Belgicè.

Dogmaticæ Conciones, Bredæ habitæ, numero XXIII. Belgicè, De Eccleſiæ Origine, Vnitate, Certitudine, Sacramentis, &c.

Concordia diſcors, ſiue *Confeſſionis Auguſtanæ adulteratæ confutatio,* anno 1582. Coloniæ.

Conciones aliquot Catechiſticæ.

Conciones per Quadrageſimam & Aduentum.

Conciones habitæ in Feſtis Sanctorum.

Dux viæ ad verum Deum Chriſtum Ieſum, Belgicè

Illuminator obcæcatorum Caluiniſtarum, anno 1586. Belgicè.

Miſſa Apoſtolica ſeu *Liturgia S. Petri Apoſtoli, cum annotationibus & Apologia pro eadem.* Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1588.

Glaphyra in Epiſtolas Apocalypticas ſancti Ioannis Apoſtoli, ad Epiſcopos Cathocos. Louanij, à morte auctoris.

Paraphraſis in VII. pſalmos Pœnitentiales. Coloniæ, 1609 typis Bernardi Gualteri.

Euſebius, ſiue *De fugienda impœnitentia, & de ingrediendâ ſeriò anguſtâ vitæ Euangelicæ viâ.*

Nondum in lucem editi.

Theophilus, ſiue *De Officio pij viri,* contra Georgium Caſſandrum.

Contra DC. errores falſò Eccleſiæ Romanæ à Tilmanno Heshuſio Epiſcopo Sabirenſi Lutherano, affictos.

Pro Decreto Concilij Tridentini DE PVRGATORIO, contra IV. Tomum Chemnitij Examinis in Conc. Tridentinum.

Epiſtola Apologetica pro Concilio Tridentino, ad Iulium Ducem Brunſuicenſem, quâ reſpondetur præfationibus Chemnitij in ſuos examinis iij. & iv. Tomos.

Antirabbinus, ſiue *Defenſio vulgatæ verſionis Bibliorum.*

Exhortatio ſecunda ad Hollandos De Gog & Magog in Belgium aduentantibus, cum Præfatione ad Guilielmum Aurangiæ Principem, quâ ad priſtinam ſuam reuocatur fidem Catholicam.

Lacrymæ Germaniæ, ad *S.D.N. Gregorium XIII.* quibus & ſua illi exponit mala potiſſimum à Clericis non Canonicè viuentibus.

Contra ingratos in Sacramenta Chriſti, ſiue De vero gratiæ Chriſti Euangelicæ vſu & ſalutari efficacia, contra omnes huius ſæculi Euangelicos fratres & hæreticos.

De inſtauranda per Belgium Religione Cathol. & Repub. lib. VI.

Epitome perſecutionis Belgicæ, cum vitis Martyrum, huiuſque ætatis diuinis miraculis.

Cur neceſſaria SS. Bibliorum caſtigatio. Ad *Gregorium XIII.*

Pſalterij caſtigatio, ad eundem *Gregorium P. M.*

Epiſtolarum lib. III. Politicarum, Theologicarum & Miſcellanear. & Quartus

Hebraicarum Quæſtionum, *qui habet Apologiam verſionis LXXII. Interpretum.*

Romanum Pontificem vero ac meritò appellari Vniuerſalem Epiſcopum Eccleſiæ Chriſti.

De Victoria Chriſti contra *Iudæos & Iudaizantes, nouos Bibliorum interpretes:* vbi ordine alphabetico plura proponuntur ſanctor. Bibliorum loca à Iudæis modò deprauata, & aliter lecta, quàm olim vetus legit Synagoga, &c.

Epiſtola ad N. Caluinizantem, vt ad Cathol. redeat Eccleſiam.

Paraphraſis in Pſalmum: Exurgat DEVS.

Paraphraſis in Cantica Canticorum, cum annotationibus variarum lectionum & III, Linguarum.

Synopſis de veris Conciliorum Generalium actis, ipſorumq́ germanis Canonibus.

Epitome perſecutionis Belgicæ.

Tabula naufragij Niceni, vbi aurea ſanctor. Canonum & Actorum N cenorum ramenta, ex varijs veterum Patrum ſcriptis repræſentantur.

Acta Colloquiorum religionis per Germaniam conciliandæ cauſſa habitorum, potiſſimum anno Domini M.D.XXX. Auguſtæ, anno M.D.XL. Ratisbonæ, anno 1555. *Wormatiæ*, vbi pleraque narrantur verius, quàm aduerſarij ſcriptis ſuis poſteritati perſuadere conantur.

Dauidicus crucifixi CHRISTI *typus*, vbi Chriſtianus lector videat quanto ſacrilegio & Chriſti odio diuina Prophetarum oracula & Iudæi & noui ſanctor. Bibliorum interpretes iudaizantes pleriq́ue omnes obſcurarint & enaruarint & adulterarint.

Miſſa Apoſtolica, in qua eſt luculenta & ſolida rituum & Apoſtolicarum caremoniarum explicatio.

Chriſtomachia Caluiniſtica, quâ nunc Sathanas Chriſtianos conatur ſemi-Turcas facere.

Animaduerſionum in Opera Bened. Ariæ Montani libb. ix.

Præſulis huius erat, quod habent hæc tempora rarò,
Mens ſyncera, manus larga, pudica caro.

GVILIELMVS MALINÆVS, Flander Brugenſis, V. N. CAROLO V. Imp. à Cubiculo, vir præter priſcam probitatem, priſca & eleganti doctrina imbutus. Latinè reddidit

Ludouici ab Auila commentarium de bello Germanico à Carolo V. geſto lib. II. Antuerpiæ, typis Stelſij, 1550. 8.

GVILIELMVS MARTINVS, Flander Dunquercanus, I. V. Doctor & Poëta, frater conſanguineus *Ioan. Martini*, docti ac pij viri, Cantoris & Canonici Cathedral Gandenſis, ſcripſit

Ecphraſin Elegiacam in Titt. Digeſt. De diuerſis regulis iuris antiqui, cum ſcholijs breuibus in ſingulas Ecphraſes ac regulas, dedicauitque *Viglio Zuichemo* Belgij Præſidi Louanij typis Velpij, 1553.

GVILIELMVS DE MECHLINIA, Monachus Affligemienſis, Prior in Wauria, demũ Abbas ad S. Trudonem apud Eburones, ſcripſit

Vitam

Vitam B. Beatricis Prioriſſæ in Nazareth, M. S. Louanij ad ſanctum Martinum.

GVILIELMVS MENNENS, *Guilielmi F.* Patricius Antuerpienſis, I C. Philoſophus ac Poëta mihi familiaris, naſcitur anno Chriſtiano clↄ. Iↄ xxv. Scripſit

De Aureo vellere, ſiue *ſacra Philoſophia, naturæ & artis admirabilium,* lib. iij. Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1604. 4.

Recenſuit atque euulgauit *Adriani Scorelij Poëmata poſtuma.* Antuerpiæ typis Plantini, anno 1566. 16.

Rebus humanis exceſſit Antuerpiæ anno Domini M. DC. viij xxviij. Decembris, relicto filio Franciſco Canonico Lirano.

GVILIELMVS MOERBECANVS, alijs BRABANTINVS, Ordinis ſancti Dominici, dicitur ad inſtantiam *Diui Thomæ Aquinatis* de Græco in Latinum tranſtuliſſe libros omnes *Naturales ac Morales Ariſtotelis.*

Procli lib. quoque vertit & Simplicij Commentarium in libb. Ariſtot. de cælo & mundo, M. S. Gandaui.

Conſulat lector *Georgium Coluenerium in vita Thomæ Cantipratani, & Valerium Andream* in Bibliotheca Belgica.

GVILIELMVS NECKERIVS, Tiletanus, ſtudioſæ iuuentutis Gandaui ſedulus moderator, & doctus,

Propegnia, diſcipulis ſuis ad cæteras Grammaticæ partes viam reliquit.

GVILIELMVS NIEVLANTIVS, Antuerpienſis Pictor & Poëta Belgicus inter primos, mihi familiariſſimus, edidit & publicè exhibuit coram Senatu Antuerpiæ maximo applauſu

Tragœdias VI. Saul, Neronem, Liuiam, Cleopatram, Sophonisbam & Salomonem, in gratiam ſodalium Colegij Oliuiferi rami, (cui mecum erat ex ſenioribus) & pictorum. Antuerp. 1617. & 1624. 1626. typis Gulielmi van Tongeren.

De Homine Poëma doctiſſimum, ibid. anno 1621.

Epigrammata, Elegiæ, Epithalamia, Epitaphia, breui lucem videbunt.

Dum comptu HOMINEM ceciniſti verſibus aptum
Belgica te cœpit diere VIRGILIVM,
Cùm verò Tragicis plangit tua Muſa theatris,
Tu NIEVLANDE nouus diceris EVRIPIDES.

IOANNES CROES Goidſenhouius,
Ciuis Antuerpienſis.

CONSTANTIAM filiam habet, ætatis xvj. ingenuam & venuſtam, quæ quodam modo patris in Poëſi æmula, omnibus eſt admirationi. Breui eius quædam in lucem exhibunt.

GVILIELMVS II. Hollandiæ Comes, & Romanorum Rex, ſcripſit

Agalma religioſorum, ſiue *Meditationes circa myſteria paſſionis IESV CHRISTI.* Coloniæ, apud Kinckium, anno 1610.

A Friſijs occiditur, magno cum totius Germaniæ luctu, ad v. kalend. Februarias, xxi. annis in Comitatu actis, regni anno vij.

GVILIELMVS OONSELIVS, Antuerpienſis, naſcitur anno redemptionis humanæ M. D. LXXj. ix. Auguſti, Gandaui Ordini ſancti Dominici adſcriptus. Curſum Philoſophicum partim in Hiſpan. partim in Ordine tranſegit: ſtudium Theologicũ Louanij, vir integritate vitæ & multiplicis doctrinæ laude clarus, Concionibus ad populum habendis multis annis inſignis extitit. Partim edidit, & recenſuit, curauitque recudi ſequentia:

Conſolatorium animæ hinc migrantis. Gandaui anno 1618. apud Cornelium Marium.

Syntaxin inſtructiſſimam ad expeditam verbi D E I *tractationem, ex varijs conceptibus, alphabeti ſerie.* Antuerpiæ, typis Guilielmi van Tongeren, anno 1622. 8.

Officinam ſacram Biblicam locupletiſſimam. Duaci apud Balthaſarum Bellerum.

Enchiridion Concionatorum ex roſeto aureo Syluestri Prieratis Dominicani. Antuerpiæ, anno 1619.

Victoriam & triumphum Apoſtolicæ Rom. Eccleſiæ, & Caſum ſynagogæ hæreſeos Belgicè. Gandaui, anno 1625. typis Kerckhouij.

Perſpectiuam Chriſtianæ nobilitatis. qua vera imago virtutis ac probitatis, & vmbella vanitatis glorioſæ mundanæ in propria forma & ad vinum perſpicitur Quadruplici idiomate, Latino, Hiſpanico, Gallico & Belgico. Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſſij, anno 1626.

Libellum precum ex intimis ad D E V M *ſoliloquijs ſacræ Scripturæ*, idiomate patrio Gandaui, anno 1616.

Recenſita & recuſa.

Morticellarium aureum, ſiue *de Arte moriendi*, *Quadrageſimale & Aduentuale.*

Sermones ſenſati, iam intitulati Paradiſus concionum.

Pratum floridiſſimum Concionum olim ab Hugone de Prato florido editum.

GVILIELMVS PANTINVS, Tiletanus, Flander, Medicus Brugenſis, Louanij *Cornelium Celſum*, publicè explanandum ſuſcepit, in quem etiam *Commentarios elegantes*, Baſileæ in apertum protulit. Familiaris *Veſalio*, *Barſdropio* & *Hieronymo Triuero* Medicis clariſſimis: Patruus hic maior fuit *Petri Pantini*, vtriuſque linguæ bene periti, & Bruxellis ad D. Gudulæ Decani.

Exſtat *Guilielmi elegans Carmen* præfixum *Hub. Goltzij*, aut melius *Marci Lautini* lib. cui titulus *Iulius Cæſar*.

Vitam exuit Brugis, nullâ relictâ prole, VI. Non. Octob. M.D.LXXXiij. ad D. Walburgis conditus.

GVILIELMVS PISCIS, Atrebas, Poëta laureatus, ſcripſit Elegiaco Carmine *Deſ. Eraſmi Roterodami Encomium, & Epitaphia in eiuſdem obitum* Louanij & Antuerpiæ apud Martinum Cæſarem, anno 1537.

GVILIELMVS QVACKELBENVS, Cortracenſis, Medicus, qui cum *Augerio Giſlenio Busbequio* Conſtantinopolim profectus, ibidem mortuus eſt. Exſtat illius *ad Matthiolum Epiſtola prima lib. III. Epiſtolarum Medicinarum, De Plantis quibuſdam à ſe Conſtantinopoli Matthiolo miſſis.*

GVILIELMVS RVYSBROKIVS, Brabantus, Ordinis Minorum & Hiſtoricus, ſcripſit hactenus inedita

Itinerarium Orientis.

De geſtis Tartarorum.

GVILIELMVS SIMONIVS, Tiletanus, Theologus, redegit in Compendium,

Vitas Sanctorum Aloyſij Lippomani Epiſcopi Veronenſis, dedicauitque *Lauino Baes* Abbati Trunchinienſi. Louanij, typis Seruatij Saſſemij.

GVILIELMVS SPOELBERGIVS, Bruxellenſis, Ordinis *S. Franciſci*, & Prouinciæ Belgicæ Definitor, aliquoties in diuerſis locis Guardianus, vir inſigniter eruditus, viuit & valet anno M.DCXXVJ. Eius hæc ſunt:

Manuale Fratrum Minorum.

Exercitia ſuper myſterijs & ceremonijs ſacrificij Miſſæ, Belgicè, vt etiam ſequentia:

Speculum conſcientiæ.

Meditationes de bonitate DEI.

Meditationes ſupra XL. Opera B. Virg. MARIAE.

Catholica inſtructio contra *Cathechiſmum Philippi Marnixij, Domini de S. Aldegonda,* Antuerpienſium olim Conſulis.

Liber cantionum ſpiritualium, ſextum recuſus.

Enchiridion fratrum & ſororum tertij Ordinis ſancti Fanciſci ex Hiſpanica lingua tranſtulit in noſtratem.

Hiſtoriam martyrum Gorcomienſium à Guilielmo Eſtio Latinè conſcriptam in vernaculum Teuthonicum, item.

Pſalterium B. Mariæ à ſanct. Bonauentura compoſitum.

Theſaurum Litaniarum.

Regulam, Declarations & ſtatuta Ordinis ſororum B. Mariæ.

Concionum moralium pars hyemalis, & Æſtiualis Latinè. Antuerp. typis Wolſchatl anno 1624. & 1625.4.

De Annuntiatione ex Gallico in vernaculum tranſtulit.

Alia multa adhuc cogitat & parata habet.

GVILIELMVS TAELBOMIVS, Brugenſis, Theologus, Paſtor primùm S. Annæ & ſacrarũ literarum apud Brugenſis Profeſſor, poſt Canonicus, & in Archidiaconi Audomaropolitani dignitate *Iacobi Pamelij* ſucceſſor, ſcripſit

Orationem pro defenſione Catholicæ religionis. Louanij.

Diſputationem de verbo Dei non ſcripto, ibidem typis Maſij, anno 1588.

Laudationem funebrem in obitum Iacobi Pamelij Epiſcopi Audomaropolitani deſignati. Antuerp. typis Belleri, 1589.4.

Apologetica Catholicæ Religionis, adiunctâ Epiſtolâ ad Reuerendiſſ. D. Remigium Drutium, Epiſcopum Brugenſem.

GVILIELMVS TORNACENSIS, ſiue A TORNACO, Ordinis Dominicanorum, in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, ſcripſit

In IV. lib. ſententiarum.
In vniuerſa ferè Biblia.
Sermones de Tempore & Sanctis. M.SS. Louanij ad S. Martinum.
De modo docendi pueros, M.S.
In Matthæum. M.S.
In Epiſtolas D. PAVLI.
Claruit temporibus *Nicolai IV.* & *Alberti Imp. M. CC. XCII.*

GVILIELMVS A THENIS, Brabantus, Dominicanus, quo tempore vixerit, incertum, ſcripſit teſte *Bunderio*

Commentarium in lib. IV. Sententiarum. M. SS. Louanij apud Auguſtinianos.

GVILIELMVS TORNACENSIS, ad ſanctum Martinum apud Neruios Monachus Benedictinus, collegit teſte *Bunderio*,

Flores ex operibus ſancti BERNARDI. M. SS. in rubra valle apud Bruxellam.

GVILIELMVS VELDIVS, Gelder, Canonicus, Ordinis regularis Auguſtini in Franckendael, diœceſis Wormatienſis, Mathematicus ac Coſmographus, vir ingenij laude, doctrina etiam & pietate clarus. Scripſit

Statuta ſororum Ordinis ſui, lib. j.
Empyreale maius, ſiue *De toto vniuerſo.* lib. xxiv.
Empyreale minus, prioris Compendium, lib. vij.
Sermones ad populum.
Tabulas diuerſorum argumentorum.
Epiſtolas plures, Epigrammata & diuerſa Carmina.
Vixit anno M. CCCC. XCV.

GVILIELMVS VERHEYDEN, Grauienſis, Brabantinus. Errat hic vt alias ſæpe *Valerius Andreas*, dum Geldricæ ditionis Grauiam eſſe putat. Scripſit

Orationem in Claſſem Hiſpanicam, anno 1588.
De Ortu & occaſu maximorum Imperiorum.
Orationem de ratione ſtudiorum ſuorum.
Obijt in expeditione Hulſtana, in Flandria, in caſtris Principis *Mauritij Naſſouij*, anno cIↄ. Iↄ. xci.

GVILIELMVS, cognomento VORNTKEN, ſcripſit

De Fundatoribus monaſterij Windeshemenſis in Germania inferiore.

Gvi-

GVILIELMVS WARLINCVRIVS, Bethunienſis, ſcripſit.

Poëmata ſacra & profana.

Veteris & noui Teſtamenti Cantica & Iobea Prophetiæ partem erudito carmine illuſtrauit.

GVILIELMVS ZENOCARVS, alias SNOVCKAERT à Scauwenburgo, I. C. Eques, CAROLO V. Cæſ. à Bibliothecis, & in Hollandiæ Senatu à Conſilijs, antiquitatis ſtudioſiſſimus. *Cornelio Scheppero* Oratori Cæſareo aliquot annos à ſecretis & fidus comes, ſcripſit

De Repub. vita, moribus, geſtis, religione, ſanctitate, numero, pondere & menſura Imp. Cæſar. Auguſt. CAROLI V. lib. VII. Gandaui, anno 1559. in folio typis Manilij.

GVINANDVS RVTGERSIVS, Batauus Dordracenus, ſcripſit

Inſtitutionum Metaphyſicarum, lib. II. Oppenhemij, anno 1610. in 12. Typis Leuini Hulſij.

GVNTHERVS, dictus LIGVRINVS, monachus ſancti Amandi, Congregationis Cluniacenſis in Hannonia, Theologus & Poëta elegans. Floruit tempore FRIDERICI BARBAROSSAE Imp., Trithemius claruiſſe ſcribit ſub HENRICO IV. Imp. Scripſit eleganti metro,

Martyrium & Paſſionem S. Cyriaci, lib. 1.

De Oratione, ieiunio & Eleëmoſyna, lib xiij. Baſileæ, 1597. 4.

De rebus Germanicis lib. 1. M.S.

Ligurinum, ſiue De rebus Geſtis Frederici Barbaroſſæ Imperat. lib. X. verſu Heroice. Argentorati, anno 1531. Francofurti, anno 1584. in folio cum Notis *Cunrardi Rutterhuſij.*

GYBERTVS LONGOLIVS, Vltraiectinus, Philologus, patruus *Chriſtophori Longolij*, literas humaniores in patria vnà cum *Cornelio Valerio* docuit: Poſtea Medicus Andernacenſis, & domeſticus *Hermanni* Archiepiſcopi Colonienſis CIↃ. IↃ. XLIV. *Eraſmo Roterodamo* familiaris, ad quem aliquot extant Epiſtolæ. Scripſit

Scholia breuia in Deſ. Eraſmi libellum De ciuilitate morum puerilium Pariſijs & Antuerpiæ.

Annotationes in Metamorphoſin Ouidij, Coloniæ typis Gymnici, anno 1538.

Annotationes ad loca difficiliora Rhetoricorum ad Herennium, ibidem, 1535. 8.

Scholia quædam in Plautum. Ibidem.

Argumenta in Ciceronis epiſtolas familiares.

Laurentij Vallæ Eligantiarum libb. Scholijs illuſtrauit. ibidem 1539.

De Apollonij Tyanei Vita Philoſtrati lib. Alemanno Rhinuccino interprete, ad Græcum exemplar emendauit, & Annotationines marginales adjecit. Coloniæ 1532.

Æmilij Probi vitas Græcorum Imperatorum Scholijs illuſtrauit, appoſitis locis quos Probus è Thucydide vertit & tranſtulit, ibidem 8.

Lexicon Græco-latinum adjectione Vocabulorum circiter mille auxit. Coloniæ anno redemptionis humanæ 1533. apud Ioannem Prælium.

Apologetica Catholicæ Religionis, adiunctâ Epiſtolâ ad Reuerendiſſ. D. Remigium Drutium, Epiſcopum Brugenſem.

GVILIELMVS TORNACENSIS, ſiue A TORNACO, Ordinis Dominicanorum, in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, ſcripſit
In IV. lib. ſententiarum.
In vniuerſa ferè Biblia.
Sermones de Tempore & Sanctis. M.SS. Louanij ad S. Martinum.
De modo docendi pueros. M.S.
In Matthæum. M.S.
In Epiſtolas D. PAVLI.
Claruit temporibus *Nicolai IV.* & *Alberti Imp. M. CC. XCII.*

GVILIELMVS A THENIS, Brabantus, Dominicanus, quo tempore vixerit, incertum, ſcripſit teſte *Bunderio*
Commentarium in lib. IV. Sententiarum. M. SS. Louanij apud Auguſtinianos.

GVILIELMVS TORNACENSIS, ad ſanctum Martinum apud Neruios Monachus Benedictinus, collegit teſte *Bunderio*,
Flores ex operibus ſancti BERNARDI. M. SS. in rubra valle apud Bruxellam.

GVILIELMVS VELDIVS, Gelder, Canonicus, Ordinis regularis Auguſtini in Franckendael, diœceſis Wormatienſis, Mathematicus ac Coſmographus, vir ingenij laude, doctrina etiam & pietate clarus. Scripſit
Statuta ſororum Ordinis ſui, lib. j.
Empyreale maius, ſiue *De toto vniuerſo*. lib. xxiv.
Empyreale minus, prioris Compendium, lib. vij.
Sermones ad populum.
Tabulas diuerſorum argumentorum.
Epiſtolas plures, Epigrammata & diuerſa Carmina.
Vixit anno M. CCCC. XCV.

GVILIELMVS VERHEYDEN, Grauienſis, Brabantinus. Errat hic vt alias ſæpe *Valerius Andreas*, dum Geldricæ ditionis Grauiam eſſe putat. Scripſit
Orationem in Claſſem Hiſpanicam, anno 1588.
De Ortu & occaſu maximorum Imperiorum.
Orationem de ratione ſtudiorum ſuorum.
Obijt in expeditione Hulſtana, in Flandria, in caſtris Principis *Mauritij Naſſouij*, anno cIↄ. Iↄ. xci.

GVILIELMVS, cognomento VORNTKEN, ſcripſit
De Fundatoribus monaſterij Windeshemenſis in Germania inferiore.

Gvi-

GVILIELMVS WARLINCVRIVS, Bethunienſis, ſcripſit.

Poëmata ſacra & profana.

Veteris & noui Teſtamenti Cantica & Iobæ Prophetiæ partem erudito carmine illuſtrauit.

GVILIELMVS ZENOCARVS, alias SNOVCKAERT à Scauwenburgo, I. C. Eques, CAROLO V. Cæſ. à Bibliothecis, & in Hollandiæ Senatu à Conſilijs, antiquitatis ſtudioſiſſimus. *Cornelio Scheppero* Oratori Cæſareo aliquot annos à ſecretis & fidus comes, ſcripſit

De Repub. vita, moribus, geſtis, religione, ſanctitate, numero, pondere & menſura Imp. Cæſar. Auguſt. CAROLI V. lib. VII. Gandaui, anno 1559. in folio typis Manilij.

GVINANDVS RVTGERSIVS, Batauus Dordracenus, ſcripſit

Inſtitutionum Metaphyſicarum, lib. II. Oppenhemij, anno 1610. in 12. Typis Leuini Hulſij.

GVNTHERVS, dictus LIGVRINVS, monachus ſancti Amandi, Congregationis Cluniacenſis in Hannonia, Theologus & Poëta elegans. Floruit tempore FRIDERICI BARBAROSSAE Imp. Trithemius claruiſſe ſcribit ſub HENRICO IV. Imp. Scripſit eleganti metro,

Martyrium & Paſſionem S. Cyriaci, lib. 1.

De Oratione, ieiunio & Eleemoſyna, lib xiij. Baſileæ, 1597. 4.

De rebus Germanicis lib. 1. M. S.

Ligurinum, ſiue De rebus Geſtis Frederici Barbaroſſæ Imperat. lib. X. verſu Heroico. Argentorati, anno 1531. Francofurti, anno 1584. in folio cum Notis *Cunradi Rutterhuſij.*

GYBERTVS LONGOLIVS, Vltraiectinus, Philologus, patruus *Chriſtophori Longolij*, literas humaniores in patria vnà cum *Cornelio Valerio* docuit: Poſtea Medicus Andernacenſis, & domeſticus *Hermanni* Archiepiſcopi Colonienſis cIↄ. Iↄ. XLIV. *Eraſmo Roterodamo* familiaris, ad quem aliquot exſtant Epiſtolæ. Scripſit

Scholia breuia in Deſ. Eraſmi libellum De ciuilitate morum puerilium Pariſijs & Antuerpiæ.

Annotationes in Metamorphoſin Ouidij, Coloniæ typis Gymnici, anno 1538.

Annotationes ad loca difficiliora Rhetoricorum ad Herennium, ibidem, 1535. 8.

Scholia quædam in Plautum. Ibidem.

Argumenta in Ciceronis epiſtolas familiares.

Laurentij Vallæ Eligantiarum libb. Scholijs illuſtrauit, ibidem 1539.

De Apollonij Tyanei Vita Philoſtrati lib. Alemanno Rhinuccino interprete, ad Græcum exemplar emendauit, & Annotationibus marginales adjecit. Coloniæ 1532.

Æmilij Probi vitas Græcorum Imperatorum Scholijs illuſtrauit, appoſitis locis quos Probus è Thucydide vertit & tranſtulit, ibidem 8.

Lexicon Græco-latinum adjectione Vocabulorum circiter mille auxit. Coloniæ anno redemptionis humanæ 1553. apud Ioannem Prælium.

Concilium Nicænum è Græco Latinum fecit, ibidem 1540.

Dialogum de Auibus & earum nominibus Græcis, Latinis & Germanicis, ad Poëtas intelligendos vtiliſſimum, ibid. 1544. 8.

Plutarchi opuſcula aliquot Moralia tranſtulit, eius hæc ſunt:

Num Seni gerenda ſit reſpublica.

De parentum erga liberos amore.

Cauſarum Naturalium lib. IV.

Vtrum ignis an Aqua ſit vtilior.

A Stoicis magis inopinata dici quàm à Poëtis.

De III. Reipub. generibus, Monarchia, Democratia, Oligarchia,

De Odio & Inuidia. Omnia typis Gymnici, anno 1542. 8.

H.

HAIO HERMANNVS, Friſius, I. V. D. inſigni eruditione conſpicuus, vtriuſque linguæ peritus, & *D. Eraſmi Roterodami* elogio nobilitatus. Iuuenili adhuc ætate florens in Conſilium CAROLI V. Imp. in Friſia cooptatus fuit. Eruit in lucem *Luciani* libellum, DE NON FACILE CREDENDIS DELATIONIBVS, à *Rudolpho Agricolâ* è Græco eleganter Latinè factum, addita doctiſſimâ præfatione ad *Erardum à Marca S. R. E. Cardin.* & Epiſcopum Leodicenſem, Louanij, apud Rutgerum Reſcium, anno 1530. 4.

Scripſit *Epiſtolas aliquot ad Eraſmum Roterodamum*, quæ exſtant in Epiſtolarum eius opere magno, quibus nihil purius aut ſuauius, ipſo *Eraſmo* teſte.

Sublatus anginâ, vt ſcribit *Alardus Amſtelodamus*, vixit circa annum Domini M D. XXX.

HALITCHARVS (alij HAICARIVM & ALITGARIVM nominant) xvij. Epiſcopus Cameracenſis, vir planè Apoſtolicus, ſcripſit ad inſtantiam *Ebonis* Rhemenſis Epiſcopi,

De remedijs peccatorum & Ordine vel indicijs pœnitentiæ, ex ſanctor. Patrum Canonumque ſententijs, lib. vj. Vide *Valer. Andream.*

Camerači ex huius corpuſculi domicilio emigrauit, anno poſt Meſſiæ aduentum D. CCC. XXXij. Bibliotheca *Geſneri* an. D. CCC. XL. imperante *Carolo Magno* floruiſſe refert & conditus in Monte S. Eligij.

HANNARDVS GAMERIVS, Moſæus, natus in Hemertenſi iuxta Moſeicam pago, in Academia Ingolſtadienſi Græcarum literarum Profeſſor, ſcholæ poſt Tungrenſis Moderator: ſempiternam ingenij & doctrinæ laudem retulit, ſcripſit

Viam regiam ad muſas, hoc eſt, Methodum, qua dictionum omnium ac ſyllabarum quantitates comprehenduntur. Monachij, 1567. 8.

Bucolica, ad imitationem Principum Poetarum. Ingolſtadij 1565. & Antuerpiæ typis Plantini, 1568.

De conſcribendis Epiſtolis.

Satyram contra Lutherum, & Brentium, &c. Leodici, anno 1570. 8.

Satyram contra *impudens Iacobi Andreæ Smidelini De Lutheranorum concordia mendacium.*

Spongiam, aduerſus fallaces Wolfangi Martij ineptias. Coloniæ, anno 1569.

De Purgatorio.

De Sanctorum reliquijs, carmine.

Orpheum Poëtam De lapidibus è Græco verſu Latinè reddidit, & Obſeruationes adiecit. Leodici, 4.

Martini Eiſingriny Orationem vtrum ſolis ſcripturis Biblicis ſit credendum, è Germanico in Latinum vertit. Dilingæ.

Apologiam pro Ioanne Auſtriaco Gubernatore Belgij.

Narrationem eorum quæ ab aduentu eiuſdem Ioannis Auſtriaci in Belgio geſta ſunt. Luxemburgi, excudit Mart. Marchantius, anno 1578. 4. additis Epiſtolis aliquot à *Ioanne Auſtriaco* ad Belgii Ordines ſcriptis, & à Gamerio latinè redditis.

HANCO FORTEMAN, Friſius, vir primariæ nobilitatis & rei bellicæ gloria inſignis fuit, ſcripſit

Expeditionum ſuarum Memorias ſub Imp. Græco, Regib. Scotiæ, Angliæ, & demum ſub CAROLO MAGNO. teſte Andrea Cornelio.

Orationem de Trinitate contra *Arrianos & Sabellianos*, & alia quædam, quæ temporis iniuria perierunt.

HARINGVS SIFRIDI SYNNAMA, Friſius, (vulgò HERMANNVS vocatus, teſte *Trithemio*) naſcitur Hagis, qui pagus eſt prope Snecam: I. V. Profeſſor, & celeberrimus interpres in Gymnaſio Colonienſi docendo, ſcribendo & conſultando, & tandem conſiſtorij imperialis Spiræ Adſeſſor, ſcripſit

Super titulos Codicis, lib. xij.

Super titulos ff. veteris, lib. xxiv.

Super Titul. ff. inforciati, lib. xiv.

Super titul. ff. Noui, lib. xij.

Super titul. autenticor. lib. j.

In vſus feudorum, lib j.

Super Titul. Decretalium, lib. v.

Super Titul. Inſtitutionum lib. iv.

De pace Conſtantiæ, lib. j.

Conſtitutiones Frederici II. Henrici VII. Caroli. IV. Imp.

Vixit anno M.CCCC.XCIV. *Alexandro VI.* Pontif. & Max. imp.

HARIVLPVS, Abbas Aldeburgenſis in Flandria ordinis Benedictini, ſcripſit

Vitam ſancti Arnulphi, Sueſſionenſium Epiſcopi. M.S.

Vitam B. Geruini II. Abbatis Aldeburgenſis, prędeceſſoris ſui: Loci huius religioſi hodiè Brugis agunt (ita ad me *Hubertus Audeiantius* Pœnitentiarius) cœnobio Aldenburgenſi, his tumultibus Belgicis à Caluiniſtis funditus pœne euerſo, anno M. D. LXXVIIJ.

HAYMINVS, Ordinis ſancti Benedicti monachus, Atrebati ad *ſanct. Vedaſtum*, ſcripſit

De miraculis S. Vedaſti Atrebatenſ. & Camerac. Epiſcopi. Fuit *Alcuini* diſcipulus, & *Caroli Magni* condiſcipulus.

Migrauit ex humanis, anno D.CCC. xxxiv.

HECTOR BOVRICIVS, Friſius, I.C. edidit

Diſſertationes Academicas & lectiones iuris, quibus varia Iuris Ciuilis loca, præcipuè in inſtitutionibus Iuſtiniani Imp, explicantur. Amſtelodami, typis Henrici Laurentij.

HEIMERICVS DE CAMPO, Vice-Cancellarius Colonienſis, in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, teſte *Trithemio*: claruit in Concilio Baſileenſi, eò miſſus ab vniuerſitati Colonienſi. Scripſit

Super ſententias libb. IV.
Compendium Quæſtionum.
De Eſſe & Eſſentia.
Compendium Diuinorum.
De auctoritate Concilij.
Quæſtiones varias, & alia.
Claruit anno Domini cIɔ. cccc. xxxviij.

HELIAS PVTSCHIVS, vide ELIAS PVTSCHIVS.

HENRICVS AGYLÆVS, Syluæducenſis I.C. Græcè doctus, ſcripſit

Nomocanonem Photij Patriarchæ cum commentarijs Theodori Balſamonis Latinum fecit. Baſileæ, 1561. typis Oporini.

Nouellas Conſtitutiones Iuſtiniani Imp. ab Haloandro verſas, caſtigauit, & ipſe quoque eaſdem Latinas fecit, item

Iuſtiniani Edicta, Iuſtini Tiberij, Leonis Philoſophi Conſtitutiones, & Zenonis vnam. Pariſijs, typis Henr. Stephani.

HENRICVS AQVILIVS, Aruhemienſis, Gelder Hiſtoricus, edidit

Epitomen Hiſtoriæ Geldriæ. Coloniæ, anno 1567. 8. typis Ioannis Rokæi & Lugduni Batauorum, anno 1609. 4. cum additamentis & obſeruationibus *Petri Scriuerij.*

Moralium libellos III. Progymnaſmatum De Paſſione Domini lib. III. Paraphraſin in Orationem Dominicam Duces Geldricos carmine elegiaco. Coloniæ, 1566.

HENRICVS BAERSIVS, alias VEKENSTYL, Mathematicus & Typographus Louanienſis, edidit

De Compoſitione & vſu Decretorij planetarum, anno 1530. 4. Louanij.
De compoſitione & vſu Quadrantis. ibidem, anno 1535. 4.

Tabulas

Tabulas perpetuas Longitudinum ac Largitudinum Planetarum, ad Meridianum Louanienſem, 1528. 4. abſque nomine auctoris, editas à Gilberto Maſio.

HENRICVS BATENVS, Machlinienſis, Doctor Theologus Pariſienſis, & Cantor & Canonicus Leodici, ſcripſit

Speculum diuinorum, quo de diuinorum Entium intellectualium notitia tractat, partibus X. diſtinctum,

HENRICVS BLISSEMIVS, annos natus XV. Coloniæ in numerum Sodd. ſociet. IESV adſcribi voluit, & impetrauit. Pragæ cum laude ſacram Theologiam docuit, & Collegij Pragenſis & Græcenſis Rector fuit, & totius etiam Prouinciæ Auſtriæ Præpoſitus Prouincialis. Scripſit

De Communione ſub vna ſpecie. Ingolſtadij, anno 1585.

De Eccleſia militante, contra *Herbrandum Tubingenſem* hæreticum, ibidem, anno 1577.

Migrauit è vita Græcij, anno aſſertæ ſalutis CIↃ. IↃ. LXXXVJ.

HENRICVS BOMMELIVS, Gelder, verbi diuini apud Veſalienſis præco eloquentiſſimus, ſcripſit

Bellum Vltraiectinum, inter Geldriæ Ducem Carolum, & Henricum Bauarum Antiſtitem Vltraiectenſium. Marpurgi, 1542. 8.

Lamentationes Petri, ſeu *nouum Eſdram*, teſte bibliotheca Tigurinâ.

HENRICVS BOOR, Gymnaſiarcha Syluæducenſis, collegit

Faſciculum morum, è probatis Poëtis. Syluæducis, anno 1569 8.

HENRICVS A BRA, Friſius Doccomij naſcitur anno M. D. LV. XX. Septembris. Coloniæ primùm Medicinæ ſtuduit, inde Baſileæ, ibi Medicinam profitebantur *Theod. Zuingerus*, *Platterus*, *Pantaleon*, omnes celebres viri. In Italiam excurrit, & Romæ magnum illum Medicum *Alexandrum Traianum Petronium* ad praxin medicam ſecutus eſt. Omnibus Italiæ & Galliæ Academijs perluſtratis, Baſileæ Doctoralem lauream adeptus eſt, anno M. D. LXXX. Ætatis XXV. in patriam reuerſus Leouardiæ primùm biennium Medicinam fecit, inde Campos, celeberrimum Tranſiſulanæ prouinciæ opidum euocatus eſt. Octennio elapſo, cùm patriæ amore duceretur, operam ſuam patriæ addixit. Scripſit

De Medecinis ſimplicibus & facile parabilibus. Franekeræ, typis Ægidij Radæi, anno 1589. 8.

Medicamentorum ſimplicium aduerſus Icterum, & Hydropen & Calculum, Catalogum, Lugduni Batauorum, anno 1590. & 1597. 8.

Medicamentorũ facile parabiliũ aduerſus Peſtilentiam. Catalogũ. Arnhemij, 1605. 8

Aduerſus Epilepſiam.

De curandis venenis lib. II. Leouardiæ, 1616. 5.

Deſcriptionem ſtragis Doccomianæ, anno CIↃ. IↃ. LXXIJ.

Quaſtiones medicas, & earundem reſolutiones de febribus.

Deſcriptionem febris popularis, quæ in Friſia annis 1581. & 1582. *aliquot hominum millia abſumpſit.*

HENRICVS BRVCÆVS, Aloſtanus Flander, Matheſin Romæ annos aliquot docuit. In Germaniam reuerſus, Roſtochij ann. xxv. Medicinam ac Matheſin magna cum laude profeſſus eſt, ibi & mortuus ex apoplexia, anno ſal. M. D. XCIII pridie non. Ianuarij. Ætat. lxij. Scripſit

De primo motu, libb. III. 1580. 8.

Inſtitutiones Sphera.

HENRICVS DE BRVXELLIS, monachus Affligemienſis, Ordinis ſancti Benedicti, calculatoriæ artis peritus, ſcripſit

De Aſtrolabio.

De ratione Computi lib. I.

Calendarium de Incenſionibus.

Vixit tempore *Clementis V.* Pont. Max. M. CCC. X.

HENRICVS BVSCHEY, Ordinis Minorum, è Baſtonia prouinciæ Luxemburgenſis oppido, Eccleſiaſtes non ſolùm diſertus, verum etiam eloquens, edidit vernaculè

Dialogum de ſacra incarnati verbi oeconomia, typis Plantini, anno 1587.

Precationes ad ſanctiſſ. Trinitatem & Virginem MARIAM.

Antuerpiæ migrauit ex humanis, anno ſal. CIƆ.IƆC.

HENRICVS CAMPENSIS, ſacræ Theologiæ Profeſſor in Academia Louanienſi; edidit patenti folio, adiunctis diuerſis figuris

Sigillum æternitatis cum varijs Chronicis, vti viſitur in Abbatia Tungerloënſi, Ord. Præmonſtratenſis.

HENRCVS CANISIVS, Nouiomagus, PETRI ſociet. IESV Theologi è fratre Nepos, iuris vtriuſque Doctor, & ſanctor. Canonum in Academia Ingolſtadienſi publicus Profeſſor, & Aſſeſſor perpetuus. Edidit

Summam Iuris Canonici, in lib. IV. Inſtitutionum contractam, 1599. *poſtea* anno 1604. *recognouit, & Notis illuſtrauit.*

Theſes iuridicas De Præſumptionibus & Iureiurando. Ingol. anno 1594.

Refutationem III. Tractatuum nuper editorum à I. C. Heydelbergenſi, ſub nomine Marſilij de Padua & Guilielmi Occam, anno 1598. *qua optimè agitur de cauſſis Matrimonialibus.*

Commentarium in Rubr. lib. VI. Decret.

Prælectiones Academicas in Tit. II. ſingulares iuris canonici, De decimis, Primitijs, oblationibus, & de vſuris.

De Sponſalibus & Matrimonio ſuper IV. lib. Decretalium. Aug. Vindel.

Theſes Iuridicas de Poſſeſſione & remedijs poſſeſſorijs à iure introductis. Ingolſtadij, anno 1592.

Hiſtoriam Pauli Diaconi, à Landulpho Sagaci ad imperium Leonis IV. productam, Notis illuſtrauit, ibidem. anno 1603. 8.

Antiquarum lectionum Tomos VI. auctores nunquam editos, ad Hiſtoriam mediæ ætatis illuſtrandam, cum eiuſdem NOTIS.

Conſule *Poſſeuinum in apparatu ſacro.* ibidem.

Digitized by Google

HENRICVS CARLERIVS, Doctor Medicus apud Atrebates, ſcripſit teſte *Ferreolo Locrio*.

Caſtigationes practicæ Medicinæ.

Tractatum *De promiſcuis erroribus.*

HENRICVS CASTRITIVS, Geldorpius, Gymnaſiarcha Duysburgenſis in Cliuia, ſcripſit

De optimo genere interpretandæ Philoſophiæ.

Nomotheſiam, ſiue *de legum latione ad constituendum vitas moresq́ ſtudioſorum*, anno 1561. 4.

Libellum *De Votis hominum* ſeu *Spe, carmine Elegiaco, in quo bonus vir ſæpiſſimè peccat in quantitatibus ſyllabarum*, vnde quidam in illum hos luſit verſiculos:

CASTRITIVM *malè metiri quid carmine mirum eſt?*
Se pede metiri qui nequit ipſe ſuo.

HENRICVS COESFELDIVS, alij DE COESFELDIA cognominant, Cartuſianus, Prior Domus S. MARIÆ propè montem *ſanctæ Gertrudis*, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & profeſſione Scholaſticus, multa ſcripſit, è quibus ſubiecta feruntur:

In Exodum, myſticè.

In Epiſtolam D. PAVLI *ad Romanos.*

De III. votis ſubſtantialibus M. S. Louanij. apud Martinianos.

Contra vitium proprietatis.

De inſtitutione Nouitiorum. M. S. in Cartuſia Gandenſi.

De Sacramento Altaris, ibidem.

De annuntiatione Dominica.

Elogium D. Pauli Heremitæ.

Sermones de tempore & ſanctis. M. SS. Liræ & Brugis.

De tribus cuſtodijs monaſticis.

Circumciſorium myſticum.

Sermones Capitulares in præcipuis feſtis.

De ſacratiſſ. Altaris ſacramento iterum.

Guilielmi Pariſienſis Epiſcopi Opus de vniuerſo, mirâ induſtria, teſte *Trithemio, perluſtrans, breui compendio pulchrè conſtrinxit.*

Ex hac mortali ad immortalem feliciter emigrauit Brugis, anno à reconciliata diuinitate M. CCCC. X. vij. id. Iulij.

HENRICVS COSTERIVS, Bruxellenſis, primùm Paſtor ſecundarius ad D. Virginem Antuerpiæ, dein Eccleſiæ Bergiſomenſis Decanus, poſt Canonicus & Scholaſticus, ad *S. Gudulam*, Bruxellis, & Protonotarius Apoſtolicus, ſcripſit

Modum orandi DEVM, Antuerpiæ, typis Plantini.

Preces in vitam B. Virginis Mariæ. Ibidem. 8.

Vitam S. Georgij martyris ſermone vernaculo, typis Verduſſen.

Homo acri ingenio, ſed maligno & temerario. Viluordiæ in Principis carcere ſeipſum inediâ confecit, anno Chriſti M. DC. XIX.

HENRICVS CVLENS, Cortenbergengenſis, æquali Louanium inter ac Bruxellam ſpatio, Theologus, & poſtea Paſtor Gerardimontanus in Flandria, ſcripſit

Strenarum ſpiritualium, ſeu *Concionum variarum Manipulum, ad diuerſos hominum ſtatus, ex ſac. ſcriptura, probatiſque ſcriptoribus*. Typis Plantini anno 1613. 8.

Documenta Catholica ſeu *Catechetica XV*. Antuerpiæ, 1618. apud Verduſſen.

Theſaurum Locorum communium, in quo noua & vetera proferuntur in gratiam Paſtorum & Concionatorum, Alphabeti ſerie digeſtam. Ibidem typis Moreti, anno 1622. 8.

Iubilæi veteris Hebræi & noui Chriſtianorum Collationem, dicatam *Matthiæ Houio* Archiepiſcopo Machlinienſi Sacerdotij Iubilæum celebranti. Ibidem, anno 1618. 8. eiuſdem typis.

HENRICVS CVYCKIVS Culenburgenſis, Doctor Theologus Louanienſis, & in diui Petri Decanus, atque illius Academiæ Cancellarius. In humanioribus Vltraiecti *Georgium Macropedium* Præceptorem habuit: *Guilielmo Lindano* in Cathedra Ruremundenſi ſucceſſit, quo munere ſumma laude functus ibidem deceſſit anno, redempti à Filio DEI orbis M. D C. IX. Non. Octobris, magno cum vniuerſo Belgio dolore. Scripſit

Quæſtiones Quodlibeticas III. de Anno Iubilæo. Atuerpiæ, anno 1575. apud Plantinum, 8.

Speculum concubinariorum ſacerdotum, Monachorum, Clericorum, Coloniæ anno 1599. 8.

Libellum Precationum Liturgicarum. Louanij, anno 1605 typis Maſij.

Orationes Panegyricas VII. quarum j. *De vera Christi Eccleſia*. ij. *De origine & fine hæreſios*. iij. *De vitandis & è Republica proſcribendis libris pernitioſis*. iv. *Contra Politicos*. v. *De Vetuſto raſuræ clericalis more*. vj. *De Canonicorum officio*. vij. *Beneficiorum Eccleſiaſticorum pluralitatem ſacris Canonibus rectè prohiberi*.

Conciones XXX. De ſacrificio Miſſæ noui Teſtamenti, ad illuſtriſſ. Cardinalem *Petrum Aldobrandinum*.

Refutationem Articulorum XXIV, Mauritij Haſsiæ Lantgrauij, De Reformata in ditione ſua fide, ad *Mauritium Naſſouium*.

Epiſtolam Paræneticam in Henricum Boxhorinck, Catholicæ religionis deſertorem, & Bredæ Miniſtrum.

Epiſtolam Paræneticam ad Mauritium Naſſouium, quâ ad fidem Catholicam reducere illum conatur, anno 1599. Louanij. 8.

Epiſtolam Paræneticam ad Neoſtadienſes, à quibus malè fuerat tractatus in itinere ſuo Romano. Ibidem, anno 1601.

Epiſtolam alteram Paræneticam ad Comitem Mauritium Naſſouium.

Paræneticas, III. ad Clerum Ruremundenſem. I. De renouando vſu priſtinæ raſuræ Clericalis. II. De moderatione Cleri. De Teſtamentarijs tabulis Eccleſiaſticorum. III. Contra Concubinariorum Paſtorum tolerantiam, quod nullius neceſſitatis prætextu paſtores Concubinarij in miniſterio tolerandi ſint.

Edictum de Archipresbyterorum & parochorum officijs, anno 1598.

Epiſtolam

Digitized by Google

Epiſtolam Pareneticam ad Florentinum à Pallandt, Comitem Culenburgenſem Caluiniſtam, anno 1601. 8. Coloniæ.

Epiſtolam Pareneticam ad Culemburgenſes ciues ſuos. Leodij, anno 1605. 8.

Epiſtolas Pareneticas III. I. Ad quemdam ſacerdotem ſecularem Catholicæ fidei deſertorem. II. Ad Religioſum quendam, qui exiſtimabat ſe votis ſuis relaxari poſſe. III. Ad quendam Doctorem Medicum, hæreticum. Syluæducis, typis Ioannis Schefferi, anno 1609. 8.

D. Bernardi de Conſideratione ad Eugenium libb. V. & De Præcepto ac Diſpenſatione (non Diſputatione, vt vult Valerius Andreas) lib. I. ad vett. cod. recenſuit. Antuerpiæ, typis Plantini, 16.

Caſsiani Opera è M.SS. exemplaribus emendauit, additis Annotationibus, & explicatione obſcurarum vocum ac ſententiarum, Ibidem.

Ioannis Molani militiam ſacram Ducum Brabantiæ, & Natale Sanctorum Belgij è tenebris eruit, & vulgauit, typis Plantini.

HENRICVS DOLENDORPIVS, Carmelita, Prouincialis inferioris Germaniæ, vir in diuinis ſcripturis longa exercitatione doctus & egregius Theologus Scholaſticus. Scripſit

Super Sententiarum, libb. IV.

In Philoſophiam Moralem, lib. X.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Ab hominibus demigrauit in monaſterio Colonienſi, anno incarnati filij Dei M.CCC. LXVI. IV. Id. Feb. indictione iij.

HENRICVS FARNESIVS, alias FVRNIVS, Leodicenſis, I V. D. & Ticini apud Inſubres artis Oratoriæ interpres regius, ſcripſit

De imitatione Ciceronis, ſeu *De ſcribendarum Epiſtolarum ratione*. Antuerpiæ, apud Ioannem Loëum, anno 1571. 8.

De ſimulacro Reipub. ſiue *de Imaginibus Politicæ & Oeconomicæ Virtutis*, lib. IV. Papiæ, anno 1595. 8.

Diphteram Iouis, ſiue *de antiqua Principis Inſtitutione*, lib iij. Mediolani, anno 1607. 4.

De verborum ſplendore & delectu, Appendices II. ad Ambroſij Calepini Dictionarium, anno 1590. Venetijs editum.

In fata conceſſit in Italia anno CIↃ. IↃC. XIV. non ſine graui Muſarum iniuria, & ſeculi ſui dolore.

HENRICVS FRISO, Cartuſianus, cuius mentio apud *Suffridum* de ſcriptoribus Friſiæ, & *Iacobum Wimphelingum* Epitome rerum Germanicarum. Scripſit

Chronicon ſui Ordinis.

De nouitiorum inſtructione.

De vita lib. I.

Viuere deſijt anno quo natus inuictiſſ. *Carolus V. Imp.* magnâ cum laude veræ pietatis & humanitatis, inſigniſque conſtantiæ.

HENRICVS GAVDANVS, ſiue DE GOVDA, Batauus, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Theologus, diſſerendo de Scholaſticis quæ-

 ſtionibus

ſtionibus longè acutiſſimus, in Academia Heydelbergenſi omnium conſenſu palmam tenuit, vir integræ & religioſæ vitæ. Scripſit

In librum I. Sententiar.

De celbratione Miſſarum, lib. I.

Orationes varias, lib. I.

Quæſtiones diſputatas, lib. I

Claruit anno poſt natum Seruatorem M.CCCC. XL.

HENRICVS A GANDAVO, cognomento GOETHALSIVS, ſiue BONICOLLIVS, Marchantius in Flandriæ ſuæ deſcriptione HENRICVM MVDANVM nominat, & fratrem habuiſſe *Ioannem* nomine domeſticum & familiarem *Philippo Pulchro* Galliarum Regi. Fuit Doctor *Henricus* Sorbonæ Pariſienſis inter omnes Philoſophos & Theologos ſui temporis eruditiſſimus, & Eccleſiæ Tornacenſis Archidiaconus. *A Scoto* propter inſignem doctrinam commendatus & in Academia Pariſienſi, DOCTOR SOLLENNIS appellatus, ſcripſit

Summam Theologiæ, ſeu *Quæſtionum ordinariarum*. Pariſijs, typis Badij, 1520.

Super Sententias, lib. iv.

De virginitate ſeruanda. M.S. Sylvæducis. apud Dominicanos.

Quodlibeta Theologica in lib. iv. Sententiarum. Pariſijs, anno 1518.

De Pœnitentia, lib. j. M S In monaſterio vij. Fontium.

Commentariorum & Quæſtionum in Phyſica Ariſtotelis, lib. viij.

Commentarium in Metaphyſica Ariſtotelis, libb. xiv.

De viris ſeu *Illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus*, poſt Sigebertum Gemblacenſem.

Vitam ſancti Eleutherij, Tornacenſium Epiſcopi.

Quodlibetum de Marcimonijs & Negotiationibus, M.S. Valencenis.

Alia *Quodlibeta de varijs materijs, ordine Alphabetico digeſta*, Louanij apud Martinianos M. SS.

Sermones M. S S. in quarta parte folij, characteribus antiquis reperti ſunt anno M.DC.VI. in Bibliotheca Curiæ Epiſcopatus Chiemenſis.

Obijt Tornaci anno Domini M.CC.XCIII. Ipſo ſanctorum Apoſtolorum *Petri & Pauli* Feſto, & conditus in Eccleſia primaria. Epitaphium ab Iconoclaſtis vaſtatum. Hallucinatur *Valerius Andreas*, non enim anno M.CCC.XCIII. ſed M.CC. XCIII. mortuus eſt. Fidem faciunt *Trithemius & Bellarminus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

HENRICVS GORCOMIVS, Batauus, Theologus & Philoſophus, Vice-Cancellarius Colonienſis, ingenio clarus, & diſputator acutus. Scripſit multa opuſcula, quibus, teſte *Trithemio* nomen ſuum poſteritati conſecrauit.

In libb. Sententiarum.

Tractatum de caſibus ſeu *Cæremonijs Eccleſiaſticis*. Coloniæ anno 1503.4

De celebritate Feſtorum. Ibidem.

Commentarium in libb. Ariſtotelis de Cœlo & Mundo, anno 1501. typis Quentelij.

Quæſtiones Metaphyſicas de Ente & Eſſentia. Ibidem, anno 1502.

Concluſiones & concordantias Bibliorum ac Canonum in libb. Petri Lombardi.

In libros Phyſicorum Ariſtotelis. M.S. Antuerpiæ apud Dominicanos.

In libb. Ethicorum eiuſdem, M.S. olim Bruxellæ, apud Tertiarios.

HEN-

De ſuperſtitionibus. M.S. olim Niniuis in Flandria.
De modo coniurandi dæmones. Ibidem.
Contra Huſſitas & Bohemos. M.S. in Cartuſia Gandenſi.
De Sacramento Euchariſtiæ & efficacia Miſſæ. M. S. In Viridi-valle, apud Bruxellam.
De Prædeſtinatione. M.S. apud Dominicanos Zutphaniæ.
De diuinis Nominibus. ibidem.
De Simonia. ibidem.
De bello iuſto. ibidem.
De Obligationibus. M.S. olim Zyriceæ, in Zelandia.
Claruit anno Chriſti M. CCCC.LX *Pio II.* Pontifice.

HENRICVS GRAVIVS, Louanienſis, Bartholomæi Typographi F. ſacræ Theologiæ Doctor & Mathematicus, annos XX. in patria Profeſſor. Romam euocatus à SIXTO V. Pontif. Max. vt Biblijs vulgatæ editionis cum alijs incumberet, & præeſſet Bibliothecæ Vaticanæ, Pontificumque typographeio. Gratus *Cardd. Caraſæ, Borromæo, Columnæ*, ſed imprimis *Baronio*, illuſtri Eccleſiaſticarum Antiquitatum ſcriptori. Romanum aërem ferre non potuit, obijtque quinto ab aduentu menſe in Vaticano palatio, magno omnium doctorum luctu. *Baronius* amico tumulum poſuit, & iuſta Academia Louanienſis perſoluit. Exſtat laudatio funebris *Iacobi Ianſoni* Doctoris Theologi Louanienſis. Tumulus ad S. MARIAM ANIMAE, (quæ Germanorum & Belgarum eſt Baſilica) viſitur hac inſcriptione:

D. O. M.

HENRICO GRAVIO.
EXIMIAE PROBITATIS SPECTATÆQ. ERVDITIONIS VIRO,
QVEM POST QVATVOR LVSTRORVM
IN FLORENTISSIMA LOVANIENSI ACADEMIA
S. THEOLOGIAE PVBLICAM PROFESSIONEM
SIXTVS V. P M. INSIGNIS ERVDITIONIS ERGO
ROMAM EVOCAVIT,
GREGORIVS XIV. IN PONTIFICIAM AVLAM EXCEPIT,
SED AMPLIORIBVS DIGNVM HONORIBVS
CHRISTVS IN COELVM EVEXIT,
DIE II. APRIL. ANNO CIƆ. IƆ. XCI. AETAT. SVAE LV.
CAESAR BARONIVS S. R. E. CARD.
AMICO POSVIT.

Septimum Beati AVGVSTINI Tomum, qui eſt contra hæreſes, NOTIS poſt Martinum Lipſium illuſtrauit, typis Chriſtophori Plantini, anno 1578 in folio cum Auguſtini Operibus, operâ & ſtudio Theologorum Louanienſium caſtigatis.
Opus eius Catechiſticum aliaq; Romæ perierunt.

Digitized by Google

ſtionibus longè acutiſſimus, in Academia Heydelbergenſi omnium conſenſu palmam tenuit, vir integræ & religioſæ vitæ. Scripſit

In librum I. Sententiar.

De celbratione Miſſarum, lib. I.

Orationes varias, lib. I.

Quæſtiones diſputatas, lib. I

Claruit anno poſt natum Seruatorem M.CCCC. XL.

HENRICVS A GANDAVO, cognomento GOETHALSIVS, ſiue BONICOLLIVS, Marchantius in Flandriç ſuæ deſcriptione HENRICVM MVDANVM nominat, & fratrem habuiſſe *Ioannem* nomine domeſticum & familiarem *Philippo Pulchro* Galliarum Regi. Fuit Doctor *Henricus* Sorbonæ Pariſienſis inter omnes Philoſophos & Theologos ſui temporis eruditiſſimus, & Eccleſiæ Tornacenſis Archidiaconus. *A Scoto* propter inſignem doctrinam commendatus & in Academia Pariſienſi, DOCTOR SOLLENNIS appellatus, ſcripſit

Summam Theologiæ, ſeu *Quæſtionum ordinariarum*. Pariſijs, typis Badij, 1520.

Super Sententias, lib. iv.

De virginitate ſeruanda. M.S. Syluæducis. apud Dominicanos.

Quodlibeta Theologica in lib. iv. Sententiarum. Pariſijs, anno 1518.

De Pœnitentia, lib. j. M S In monaſterio vij. Fontium.

Commentariorum & Quæſtionum in Phyſica Ariſtotelis, lib. viij.

Commentarium in Metaphyſica Ariſtotelis, libb. xiv.

De viris ſeu *Illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus*, poſt Sigebertum Gemblacenſem.

Vitam ſancti Eleutherij, Tornacenſium Epiſcopi.

Quodlibetum de Marcimonijs & Negotiationibus, M.S. Valencenis.

Alia *Quodlibeta de varijs materijs, ordine Alphabetico digeſta*, Louanij apud Martinianos M. SS.

Sermones M. S S. in quarta parte folij, characteribus antiquis reperti ſunt anno M.DC.VI. in Bibliotheca Curiæ Epiſcopatus Chiemenſis.

Obijt Tornaci anno Domini M.CC.XCIII. Ipſo ſanctorum Apoſtolorum *Petri & Pauli* Feſto, & conditus in Eccleſia primaria. Epitaphium ab Iconoclaſtis vaſtatum. Hallucinatur *Valerius Andreas*, non enim anno M.CCC.XCIII. ſed M.CC. XCIII. mortuus eſt. Fidem faciunt *Trithemius & Bellarminus* de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

HENRICVS GORCOMIVS, Batauus, Theologus & Philoſophus, Vice-Cancellarius Colonienſis, ingenio clarus, & diſputator acutus. Scripſit multa opuſcula, quibus, teſte *Trithemio* nomen ſuum poſteritati conſecrauit.

In libb. Sententiarum.

Tractatum de caſibus ſeu *Cæremonijs Eccleſiaſticis*. Coloniæ anno 1503.4

De celebritate Feſtorum. Ibidem.

Commentarium in libb. Ariſtotelis de Cælo & Mundo, anno 1501. typis Quentelij.

Quæſtiones Metaphyſicas de Ente & Eſſentia. Ibidem, anno 1502.

Conclusiones & concordantias Bibliorum ac Canonum in libb. Petri Lombardi.

In libros Phyſicorum Ariſtotelis. M.S. Antuerpiæ apud Dominicanos.

In libb. Ethicorum eiuſdem, M.S. olim Bruxellæ, apud Tertiarios.

De ſuperſtitionibus. M.S. olim Niniuis in Flandria.
De modo coniurandi dæmones. Ibidem.
Contra Huſſitas & Bohemos. M.S. in Cartuſia Gandenſi.
De Sacramento Euchariſtiæ & efficacia Miſſæ. M. S. In Viridi-valle, apud Bruxellam.
De Prædeſtinatione. M.S. apud Dominicanos Zutphaniæ.
De diuinis Nominibus. ibidem.
De Simonia. ibidem.
De bello iuſto. ibidem.
De Obligationibus. M.S. olim Zyriceæ, in Zelandia.
Claruit anno Chriſti M. CCCC.LX. *Pio II.* Pontifice.

HENRICVS GRAVIVS, Louanienſis, Bartholomæi Typographi F. ſacræ Theologiæ Doctor & Mathematicus, annos XX. in patria Profeſſor. Romam euocatus à SIXTO V. Pontif. Max. vt Biblijs vulgatæ editionis cum alijs incumberet, & præeſſet Bibliothecæ Vaticanæ, Pontificumque typographeio. Gratus *Cardd. Caraſæ, Borromæo, Columnæ*, ſed imprimis *Baronio*, illuſtri Eccleſiaſticarum Antiquitatum ſcriptori. Romanum aërem ferre non potuit, obijtque quinto ab aduentu menſe in Vaticano palatio, magno omnium doctorum luctu. *Baronius* amico tumulum poſuit, & iuſta Academia Louanienſis perſoluit. Exſtat laudatio funebris *Iacobi Ianſonii* Doctoris Theologi Louanienſis. Tumulus ad S. MARIAM ANIMAE, (quæ Germanorum & Belgarum eſt Baſilica) viſitur hac inſcriptione:

D. O. M.

HENRICO GRAVIO.
EXIMIAE PROBITATIS SPECTATÆQ. ERVDITIONIS VIRO,
QVEM POST QVATVOR LVSTRORVM
IN FLORENTISSIMA LOVANIENSI ACADEMIA
S. THEOLOGIAE PVBLICAM PROFESSIONEM
SIXTVS V. P M. INSIGNIS ERVDITIONIS ERGO
ROMAM EVOCAVIT,
GREGORIVS XIV. IN PONTIFICIAM AVLAM EXCEPIT,
SED AMPLIORIBVS DIGNVM HONORIBVS
CHRISTVS IN COELVM EVEXIT,
DIE II. APRIL. ANNO CIϽ. IϽ. XCI. AETAT. SVAE LV.
CAESAR BARONIVS S. R. E. CARD.
AMICO POSVIT.

Septimum Beati AVGVSTINI Tomum, qui eſt contra hæreſes, NOTIS poſt Martinum Lipſium illuſtrauit, typis Chriſtophori Plantini, anno 1578 in folio cum Auguſtini Operibus, operâ & ſtudio Theologorum Louanienſium caſtigatis.
Opus eius Catechiſticum aliaq́; Romæ perierunt.

HENRICVS GRAVIVS, cognomento VERMOLANVS, patriâ Grauienſis, quod opidum eſt in Brabantiæ Geldriæque confinibus, Moſæ fl. adſitum. Ordinis ſancti Dominici, Nouiomagi Prior & Lector. Vir admodum diſertus, & verſatus in ſanctorum Patrum ſcriptis. Poſt *Victoriam Marianam*, dedit

Commentarium in omnes B. Hieronymi Epiſtolas. Coloniæ, typis Quentelij, anno 1544. & Ant. Hierati, anno 1618.

Diui Paulini Opera emendauit. Ibidem typis Cholini, anno 1560.

Annotationes breues in B. Cyprianum. ibdem.

Naturæ debitum ſoluit Nouiomagi annno Domini, M. D. Lij. Octob xxij. ꝯconditus apud ſuos.

HENRICVS HERENDALIVS, Brabantus, Medicus Vltraiectinus, ſcripſit

De recto Medicinæ vſu, ad Fridericum Scenckium, Præſidem. Delphis, anno 1564. 8.

HENRICVS Ab HEER, Medicus Tungrenſis, ſcripſit librum cui titulus, *Spadacrene, quo aqua Spadana bibendi modum præſcribit, ac medicamina bibentibus neceſſaria.* Leodici, 1622. 8. typis Arnoldi à Corſwarenia.

HENRICVS HERPIVS, alij *De Herp* aut *De Erp*, pago Campiniæ Brabanticæ, Ordinis Fratrum Minorum Theologus, & Miniſter prouinciæ Colonienſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, eruditus, & iuris Pontificij non ignarus, optimæque vitæ. Scripſit Belgicè

Directorium aureum Contemplatiuorum, per Petrum à Blomenenna Latinè reddiium.

Sermones de Tempore lib. I. & per Quadrageſimam.

De Sanctis, & per Aduentum lib. II.

Speculum aureum in X Præcepta. Argentinæ, anno 1520. 4.

De tribus Pœnitentiæ partibus, lib. j.

De triplici aduentu Chriſti.

Tractatum de effuſione cordis.

Collationes III. de perfectione vitæ, ſiue *Compendium Directorij.* Antuerpiæ & Coloniæ, anno 1536.

De Myſtica Theologia lib. iij. qui prohibentur in Indice librorum prohibitorum, niſi repurgati fuerit ad exemplar Romæ impreſſum, anno 1585.

Machliniæ interceptus mortalitate Guardianus anno à Chriſti Saluatoris ortu M. CCCC. LXXVII. & conditus ad dexteram candelabri in medio chori.

HENRICVS HIVÆVS, Ordinis Erimitarum ſancti Auguſtini, Cœnobij Bruxellenſis alumnus, ſacræ Theologiæ Doctor Toloſanns, ſcripſit

Poëmata varia.

Libellum pium, cui titulus: *Iacula animæ.*

Orationem Panegyricam, quam habuit in Eccleſia Cathedrali Corcaſſonenſi, dum *Ludouicus XIII.* rex Franciæ inaugurarerur.

HENRICVS HOLLANDVS, ſacræ Theologiæ Doctor, ſcripſit

Arcam noui fœderis, in ſanct. Miſſæ Canone repræſentatam. Antuerpiæ typis Bellerorum fratrum, anno 1615. 8.

HENRICVS IAVPENVS, natione Leodicenſis, patria Haſſelienſis, Prior Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Machliniæ, poſtea Prouincialis Belgij, anno Domini M. D. LXXXIX. ſublimis ac modeſti animi vir qui acerba tempora vidit, ſub quo in Belgio ordo Auguſtinianus magnum incrementum ſenſit. Scripſit

Conciones diſertas, à ſe Machliniæ elaboratas, quæ breui lucem videbunt.

Exemptus rebus humanis, anno M. DC. viij. ſecundùm Prouincialis.

HENRICVS KALKARIENSIS, ſiue de KALKAR, cognomento ÆGER, ex Cliuiæ Ducatu originem trahens, vir fuit non ſolùm humanarum ſed & diuinarum rerum ſcientia optimè inſtructus, vtpote Theologus Pariſienſis, & ante Cartuſiæ ingreſſum in Cæſaris inſula & Coloniæ ad D. Georgium Canonicus. Prior & Rector ſuis præfuit. In Bohemia, Morauia & Gallia Viſitator. Scripſit

De ortu ac Progreſſu Ord. Cartuſienſis, M. S.

De Rethorica.

De Muſica.

De Continētijs & Diſtinctiône ſcientiarum.

Scalam ſpiritualis exercitij, per modium orationis.

De Holocauſto quotidiano ſpiritualis exercitij.

Librum Exhortationis, ad Petrum quendam Cartuſianum Confluentiæ.

Sermones Capitulares.

Modum faciendi Collationes more Cartuſiano.

Pſalterium, aut potius Roſarium in laudem B. Virginis MARIÆ, CL. dictionibus conſtans, exſtat in Bibliotheca Cartuſ. *Theodori Petreij*. Coloniæ diem clauſit extremum, anno poſt natum Seruatorem M. CCCC. XLVIII. in peruigilio *ſanct. Thomæ Apoſtoli*, ætatis LXXX. optimè de præſentibus poſteriſque meritus.

HENRICVS KIFELIVS, Antuerpiæ naſcitur anno ab orbe redempto M. D. LXXXIII. patre Bartholomęo magni nominis I.C. Ibidem apud clericos ſoc. Ieſu literis humanioribus operam dedit. Philoſophica ſtudia Louanij abſoluit. Ingolſtadium biennio poſt profectus, iuriſprudentiæ vacaturus, cùm ibidē quæ animo conceperat ſpe minora offendiſſet, ROMAM contendit, vbi ab Illuſtriſſ. & Reuerend. IOAN. BAPT. COCCINO Veneto, Auditore Rotæ, nunc eiuſdem Decano, & ſacræ Pœnitentiariæ (vt vocant) Regente liberaliter ſuſceptus fuit, eiuſque familiaribus annumeratus. Gradum Doctoris V. I. anno Chriſti M. DC. vij. adeptus eſt, Ineunte verò anno clↃ. Ↄc.x. vberrimo catharri profluuio XX. dierum ſpatio, vtriuſque oculi lumen amiſit; ſed non idcirca Mecænas hic conſueta illum beneuolentia proſequi deſtitit, verum pro iuuata ſibi magnanimitate, apud ſe retinuit, poſtquam oculis ſuis eſt vſus, non minori humanitate orbitatem complectitur, raro & præclaro magnatum exemplo. Dum ATHENAS BELGICAS adornamus ſcribit

ad me Rom[illegible] *[illegible]co Gaukema* Canonicus Aquiſgranenſis *Kifelium* noſtrum Romę agere Eloq[illegible]ę Profeſſorem. O magna laus Belgarum!

Poëmata [illegible] iuuenis multa & longa dedit ſed immatura prorſus.

Lacippiados, ſe[illegible] *De bello Granatenſi, per Ferdinandum Cathol. geſto, libb. ij. Tertium præ mani[illegible] habet, in XII vſque librum producendum.*

Panegyrin de laudibus Pauli V. Pont. Max.

Thebaidi, quæ inter Senecæ Tragœdias circumfertur, vniuerſum chorū & Actum quintum, qui deſiderabantur adiecit, typiſque commiſit Romæ anno 1625. typis Guilielmi Fa[illegible]ciotti. 8.

Epitalamium ſereniſſ. Friderici de Ruuere Vrbinatium Ducis Fil. & Claudiæ Medices, magni H[illegible]truriæ Ducis ſororis. Romæ 1621. 4.

Syluarum libb. iij. in promptu ſunt edendi.

H[illegible]NRICVS KISPENNINGIVS, Venlouianus, Cano[illegible]cus & Paſtor Xantenſis in Cliuia, familiaris *Guilielmo* Cliuenſium Duci. Scripſit

De Meditatione mortis, & varijs, eos qui mortem lentam, ſubitam, vel violentam obeunt, conſolandi modis, lib. vij. Coloniæ. Anno 1573. & Antuerp. anno 1584.

P[illegible]ationes Chriſtianas, & admonitiones ad piè viuendum, ex ſacra ſcriptura, & ſanct[illegible] Patribus. Coloniæ, anno 1581.

Libellum cui titulus, Aquæ vitæ de fontibus Saluatoris, hoc eſt, Doctrina Euangelica d[illegible] meditatione mortis. Antuerpiæ typis Moreti, anno 1584.

HENRICVS LANCILOTTVS, Cornelij frater, Machlinienſis, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ſacræ Theologiæ Doctor Louanienſis, mihi familiaris. Treueris, Gandaui & Bruxellis, nunc Antuerpiæ Priorem agit: demum in Germania per Rheni prouinciam ac Sueuiam Vicarius factus eſt generalis: vir eruditorum optimus, & optimorum erudítiſſimus. Religionis zelo ſuccenſus edidit

Pſeudominiſterium Pſeudoreformantium, hoc eſt, de illegitima & ſubreptitia miſſione miniſtrorum Lutheranorum, Caluiniſtarum, & Anabaptiſtarum. Antuerpiæ, typis Verduſſij, 8. 1611.

Exegeſin Theologicam Catholicam & moralem, Epiſtolæ Canonicæ D. Iudæ Apoſtoli. Ibibem. 8.

Hæreticum QVARE, per Romano-Catholicum QVIA ſolutum. Ibidem & Gandaui apud Cornelium Marium. 8.

Abecedarium Luthero-Caluiniſticum, anno 1617. 8.

Funiculum triplicem religioſæ perfectionis, obligationis, obſeruationis.

Capiſtrum Hunnium, ſiue *Apologeticum, pro diſputatione de illegitima miſſione.* Antuerpiæ, typis Verduſſij, anno 1616. 8.

Viticulam Marianam XX. pampinis myſticis adornatam. Gandaui, anno 1614.

De Libertate religionis, ſiue *ſectarum in Repud. Chriſtiana.* Moguntiæ, typis Albini, anno 1622.

Coronam iuſtitiæ Eccl. ſiæ triumphantis. Coloniæ, typis Bulgenij, anno 1625.

Gnomonem vitæ religioſæ. Antuerpiæ, typis Gulielmi à Tungris, anno 1625.

Coronam Caluinianam V Margaritis in gratiam Euangelicorum adornatam, vna cum

Parœneſi ad FERDINANDVM II. Romanorum Imp. pro Calviniſmi ex toto Imperii proſcriptione. Antuer. typis Verduſſij, anno 1626. 8.

LXXIV. *Parallela Auguſtini Romano Catholici, & heretici pſeudore formati*. Moguntiæ, typis Albini.

Hæreſis hunc, ut ſæpe indignata tyrannum,
Si tamen Eccleſia cura tyrannis erat.

Viuit valetque anno reparatæ ſalutis M.DC.XXVI.

HENRICVS A LINDHOVDT, Bruxellenſis & Aſtrologus egregius, edidit

Speculum Aſtrologiæ, in quo vera Aſtrologia fundamenta, & genethliacæ Arabum doctrinæ vanitates demonſtrantur.

Tractatum Aſtrologicum, ſeu *Introductionem in Phiſicam iudiciariam*. Lipſiæ, anno 1618.

HENRICVS LOEN, ciuis & Theologus Louanienſis, quem *Poſſeuinus Longen*, & *Sixtus Senenſis Logen* perperam nuncupant, celebre illud Pædagogium Porcenſe inſtituit, rexitque. In domo Capellæ, quæ prope Angiam ſita eſt, ad perfectioris vitæ ſtatum anhelans, monachum induit. Præfuit vniuerſæ prouinciæ annos viij. Deinde ob recentem Bruxellenſis Cartuſiæ plantationem illuc accitus, locum illum annis bis denis Prior gubernauit. Graui tandem preſſus ſenectutis ſarcina, ad priſtinæ habitationis quietem redire deſiderans, voto ſuo potitus eſt, & anno ſalutis M. CCCC. LXXXI. Ætatis LXXI. in Domino obdormiuit. Scripſit

In Pſalmos Dauidicos.

Commentaria in Ethica Ariſtotelis.

Sermones diuerſos, & alia quæ latent in Bibliothecis.

HENRICVS LVYTENIVS, ciuis & Canonicus Machlinienſis, ſacræ Theologiæ Baccalaur. Scripſit

Sermones de Natiuitate Domini.

De VII. donis Spiritus ſancti.

De IV. virtutibus Cardinalibus.

De VIII. Beatitudinibus. Antuerpiæ typis Plantini, anno 1565. 8.

Conciones à Dominica prima Aduentus, vſque ad Dominicam Septuageſimæ. Ibibem.

De Spiritus ſancti miſſione.

HENRICVS MAMERANVS, Luxemburgenſis, Typographus Colonienſis, *Nicolai*, ni fallor, frater, Poëta & Philologus. ſcripſit

De priſca moneta libellum, anno 1551. typis auctoris.

De cauſa calamitatum huius temporis. anno 1546. ibidem.

Hallucinatur *Valerius Andreas* dum illi adſcribit *Strenam de Leone & Aſino, Carmen Gratulatorium & Epithalamium nuptiarum Philippi Regis Hiſp*, cum ſint Nicolai Mamerani.

HEN-

HENRICVS MATHISIVS Medicus, Brugenſis, ſcripſit

In Aphoriſmos Hippocratis.

Receſſit è viuis Bruxellis, & ſepultus Bruxellis in D. Gudulæ hoc epitaphio:

D. O. M.

HENRICO MATHISIO PATRITIO BRVG.
MEDICO CELEBERRIMO,
IN COMITATV CAR. V. ET PHILIPPI HISP. REG.
SVO MVNERE PROBISSIME ET
FELICISSIME PERFVNCTO,
VXOR ET LIBERI POSS.
OBIIT ANNO M. D. LXV. XXIX. IVNII.

HENRICVS D'OVLTREMANNVS, Valentianus, Hanno, Hiſtoriographus & Poëta Latinus & Gallicus, vrbis Expræfectus, cùm antea Senator & Conſul non ſemel præfuiſſet: venerandæ antiquitatis amantiſſimus. Scripſit & euulgauit

Triumphum & ſpectacula ſereniſſ. ALBERTO & ISABELLAE *in ciuitatem Valentianam ingredientibus exhibita.* Antuerpiæ, typis Ioannis Moreti, anno 1602. in folio.

Epicedium in obitum EMANVELIS LALANI *Marchionis Renty, verſu Elegiaco.*

Geſta præcipua & Elogia III. Principp. ALEXANDRI FARNESI, ALBERTI *Archid. Auſtriæ.* CAROLI CROIACI *Ducis Areſchotani.* M.SS.

Varia Poëmata ad CL. Iuſtum Lipſium, alioſque ſuo tempore viros doctos.

Obijt diem extremum in patria, anno incarnationis Dominicæ cIↄ. Iↄc. v. kal. Octobris & ſepultus in ſancti Ioannis, ante chorum, præclarè de re litteraria vniuerſa meritus.

HENRICVS PALVDANVS, Minorita Leodicenſis, ex Hiſpana in linguam Latinam vertit

Conciones atque exercitia pia ad feſta totius anni, auctore Didaco de la Vega, eiuſdem Ordinis.

HENRICVS PEPINVS, Ordinis ſancti Franciſci per Belgium Prouincialis, vir qui tam ardenti perfectionis Chriſtianæ flagrabat amore, vt de virtute in virtutem procedens, ſemper ſe melior fieri contenderet. In concionibus gratiam habebat pene ſingularem. Reliquit plura prælo digna inter quæ *Sermones* M. SS. Edidit quoque librum Belgicè conſcriptum cui titulus: *Veſtis nuptialis amoris diuini*, teſte *Gazæo.*

HENRICVS DE PIRO, alias BRVNONIS, Cartuſianus Colonienſis, I. C. & Orator inter primos ſui temporis eximius. Pontificij & Cæſarei Iuris Doctor celeberrimus, cuius frequens mentio in Actis Concilij Conſtan-

ſtantienſis, cui interfuit. Non vni ſibi viuens, ſed vniuerſæ prouinciæ Belgicæ. Præfuit namque Cartuſijs Colonienſi, Treuerenſi, Dieſtenſi, ac Leodicenſi, vacans quoque interim ſcriptioni, ac librorum editioni. Scripſit

Super inſtitutiones Iuſtiniani Imp. lib. iv.

Ad Nouitios, lib. j.

Conſilia ad diuerſos caſus.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Reſponſionem ad quæſtiones Prioris Cartuſiæ Baſilienſis M.S.

De contractu annui ſenſus, cum pacto redemptionis, teſte *Ioſia Simlero.*

HENRICVS A POMERIO, Monachus Viridis-Vallis Ordinis Regularis ſancti Auguſtini, ſcripſit

De Origine Monaſterij Viridis-Vallis.

De geſtis ac Miraculis Ioannis Ruysbroeckij I, ibidem Prioris.

Promptuarium ſpiritualium Meditationum. M.S. ibidem.

Exercitium ſuper Pater noſter. Louanij, ad ſanctum Martinum.

Vitam & geſta Ioannis de Leeuwis, primi ibidem coci.

HENRICVS PRVDENS, Cartuſianus, Prior Vallis Gratiæ prope Brugas in Flandria, (inſigne tunc temporis Emporium) & domus S. Sophiæ iuxta Syluamducis. Vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, vita & conuerſatione deuotus. Scripſit pro Religioſorum inſtructione, opus celeberrimum

Tetralogum Deuotionis, in III. partes ſecundum ſtatum differentias, Incipientium, Proficientium, & perfectorum diſtributum. Petrus Sutor lib 2. cap. 7. De Scriptorib. Cartuſianis adſcribit *Henrico Vroedio*. Conſulat lector *Theodori Petreij* Bibliothecam.

Moritur PRVDENS in Cartuſia Buſcoducenſi, quæ S. Sophiæ Conſtantinopolitanæ titulo gaudet, (quod circa annum Domini M. CCCC. LIV. capta à Turcis Conſtantinopoli, ac profanato auguſtiſſ. illo S. Sophiæ templo, in huius rei memoriam erigi cœpta ſit) anno Chriſtianæ ſalutis M.CCCC. LXXXIV. VI. Id. Nouemb.

HENRICVS PVTZIVS, Marcoduranus, Menapiorum, opido ortus, & *Matthiæ Putzij* germanus frater, Soc. IESV ingreditur XXIII. Decemb. anno Chriſti M. D. XXCVI. Coloniæ vitam reliquit VI. Aprilis CIↃ. IↃ. XCVI. fuit ſicut MATTHIAS eius frater raro atque excellenti ingenio Scripſit

Tragœdiam Ioſue, aliaque nonnulla carmine eleganti.

HENRICVS RHALA, I C. & Hiſtoriarū Profeſſor Franekeræ Friſior. Vir cùm bonus, tum per humanus, ſcripſit

Diſſertationem Politicam de Tacito. Arnhemij, anno 1619. 4.

HENRICVS RYSWICHIVS, I. V. D. & omnis Antiquitatis ſtudioſſim us, Edidit

Paratitla & Notas breues, ad Tit. D. De diuerſis Regulis Iuris antiqui Coloniæ, apud Gymnicum, anno 1572. 8.

HEN-

HENRICVS SAMERIVS, patria Luxemburgenſis, Societ. IESV Clericus, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ac temporum in ſupputando peritiſſimus, edidit Antuerpiæ typis Verduſſij, anno 1609. in fol.

Chronologiam ſacram ab orbe condito, vſque ad Chriſtum natum, confutatis multorum ad hanc diem calculis.

HENRICVS DE SECLIN, Patritius Gandenſis, homo doctiſſimus, ſcripſit, teſte *Ioſia Simlero* in ſua Bibliotheca

Librum Carminum.

HENRICVS SEDVLIVS, Cliuienſis, Cliuiæ, primaria eiuſdem nominis Ducatus ciuitate natus, Ordinis Minorum ſancti Franciſci, totius Ordinis Diffinitor, & Miniſter Prouincialis, *Georgium Macropedium* Præceptorē habuit in humanioribus. Vir pius & eruditus, & in ſanctis Patribus verſatiſſimus, vt ſcripta eius loquuntur. *Iuſto Lipſio* Belgij ocello amiciſſimus, mihique familiaris. Eius extant

Præſcriptiones aduerſus hæreſes. Antuerpiæ, typis Moreti, anno 1606. 4.

Diua Virgo Moſa-Traiectenſis, ſiue *Beneficia eius ac miracula.* Ibidem anno 1609. in 8.

Apologeticus aduerſus Alcoranum Franciſcanorum, pro libro Conformitatum. Ibidem, 4.

S. Bonauenturæ Speculum diſciplinæ ad Nouitios. De profectu Religioſorum, eiuſdem De vita ſancti Franciſci ad vett. libros recenſuit, & Commentario illuſtrauit. Ibidem, anno 1597. 8.

Commentarius in vitam ſancti Ludouici, ex ordine Minorum, Epiſcopi Toloſani. Ibidem. 8.

Imagines Religioſorum ſancti Franciſci, in æs inciſa, additis breuibus elogijs. ibid. typis Gallæi. 4.

Sanctorum Ordinis ſui Vitæ, cum Notis, typis Nutij, anno 1613.

Prouincia inferioris Germaniæ Fratrum Minorum in qua de Cœnobijs, Fratrum Virginumque Monialium, de Martyribus & ſcriptoribus. M. S. Antuerpiæ, apud Franciſcanos. His inſerta *Beati Ioannis à Capiſtrano* vita numquam excuſa.

Migrauit ex hac vita Antuerpiæ plenus dierum, anno ſalutis reſtauratæ, M. DC. XXI. XXVI. Februarij, quinquaginta prope duobus annis in Ordine exactis: immortalem gloriæ famam & gratiam apud poſteros memorem conſecutus.

HENRICVS SMETIVS, à Leda, patria Aloſtanus, Flander, Roberti F. nobili familia natus anno Chriſtiano M. D. XXXVII. XXIX. Iunij. ab ineunte ætate à matre (triennis namque patre orbatus fuit) ad ſtudia literarum educatus. Louanij Medicinæ initia & fundamenta iecit, Bononiæ gradum Doctoris Med. anno M. D. LXI. adeptus, ætatis ſuæ XXIV. poſtquam Antuerpiæ vj. annos eam artem feciſſet. Comitibus deinde Lippiæ per annos vij. à Medicina fuit. Heydelbergam vocatus, *Frederico III.* Electori Palatino per biennium Archiater manſit: quo mortuo, Neoſtadium ſe contulit, vbi vij. an. vixit, Rector factus, eiuſdem Academiæ gubernacula tenuit. Inde Heydelbergam reuocatus, Medicinam publice tum faciendo, tum ordinatie docendo,

cendo, ad vitæ finem vſque fidelem operam nauauit. Moritur xv. Martij, anno M. DC. XIV. circa octauam veſpertinam. Scripſit

Miſcellanea Medica, lib. XII. digeſta. Francofurti, anno 1611. 8.

Poëmata varia. Heydelbergæ.

Proſodiam, de ſyllabarum quantitate ex vett. Poëtarum auctoritate. Francofurti, anno 1611. & alibi.

Diſputationem de febri tertiana intermittente, Heydelberg. anno 1587.

Phocyliden ac Pythagoram è Græco vertit XV. ann. adoleſcens.

HENRICVS SOMMALIVS, Societ. IESV Clericus, patria Dionantenſis, agri Eburonum, mihi familiaris. Vir in eruendis caſtigandiſque ſacrorum auctorum ſcriptis, diu multumque verſatus. Edidit

Faſciculum diuini amoris atque deuotionis, ex ſanctorum Patrum ſcriptis collectum. Duaci, typis Belleri, anno 1608. 16.

Emendauit etiam ad veteres membranas,

D. Auguſtini Confeſſionum, libb. xiij. Ibidem, anno 1608.

Eiuſdem Meditationes, Soliloquia & Manuale, Ibidem.

B. Anſelmum De excellentia B. M. Virginis, item.

Similitudinum eius librum, atque Epiſtolas, ibidem, anno 1605.

Thomæ à Kempis Opera. Antuerpiæ typis Nutij, anno 1600.

Alberti Magni Paradiſum, ſeu *De virtutibus*, *ſcholijs illuſtrauit.* Ibidem, apud Ioannem Moretum.

Vulgauit quoque *Io. Trithemij Abbatis Commentarium in Regulam S. Benedicti.* Item *D. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi De XIV. Dotibus Beatorum. Tractatum.* Typis Plantini in 12.

Obijt anno M.DC. XIX. Martij XXX. veneranda conſpicuus canicie.

HENRICVS THABORITA, Friſius, ſed quibus parentibus natus, non conſtat: ipſe ſcribit ſe religioſam vitam profeſſam eſſe in Thabor prope Snecam, quod monaſterium fuit Regularium Canonicorum. Scripſit opus vaſtum, ſtylo tamen rudiore & monaſtico, vt ea ferebat ætas, quo complexus eſt *hiſtoriam mixtam, hoc eſt Eccleſiaſticam ſimul & Politicam. à Chriſti natiuitate vſque ad annum* M. D. viij. quo obijſſe credo.

HENRICVS VICVS, Oſthouij in Flandria Toparcha, naſcitur Valencenis anno CIↃ. IↃ. XXXVJ. quo *Eraſmus Roterodamus* denaſcitur. Philoſophus ac Theologus inſignis. I.C. titulum Duaci primos inter adeptus eſt. Luſtrata Italia, in Flandriam redux, Bergis *S. Winoci* ſubſtitit, eaque in vrbe xij. ann. COS. ſumma cum laude egit, donec Caluiniſtarum preſſus furoribus, Armenteriam quietis cauſſa ſeſe contulit, vbi & placidè in Domino moritur anno ſalutis communis CIↃ. IↃ. XCVI. IV. Id. Mart. Nipkerkæ in maiorum monumento conditus. Scripſit

De Chriſtianorum Sacramentorum Natura, officijs ac Numero. Louanij, typis Bogardi, anno 1671. 8.

De deſcenſu Chriſti ad inferos ex ſymbolo Apoſtolorum & ſac. Scriptura. Antuerpiæ, apud Plantinum, anno 1586. 4.

Apologiam ſacrarum Imaginum, Gallicè.

De Controuerſiis huius Temporis. Atrebati, anno 1598. 8.

De Communione Sanctorum, ex Symbolo, ſanctis literis, & Hiſtoria Eccleſiaſtica, Antuerpiæ, anno 1596.

Conſilium, quo oſtendit è re fore Eccleſiæ Chriſtianæ, vt in locum Sententiarum Petri Lombardi, aliud opus ſubſtituatur ad hæreſes perimendas accomodatius.

FRANCISCVS MOSCHVS, hoc illi epitaph. ſcripſit:

Vixi, & quem dederat curſum DEVS *ipſe peregi,*
Intentus ſtudijs, numeroſa prole beatus.
Id volui ſcires, mortis memor eſto, Viator,
HIC CVRSVS *fuit, ipſe* VENI, *qua labitur ætas.*

HENRICVS WEERELT, ſcripſit

Tractatum de S. Ioanne Baptiſta, ex Cathalogo Bibliothecæ Tungerloenſis, ita ad me F. Auguſtinus Wichmans.

HENRICVS VRANIVS, Reſenſis, Cliuius, ſcholæ Embricenſis aliquot annos rudis pueritiæ formator. Scripſit

Commendationem linguæ Græcæ. Coloniæ, anno 1571. 8.

Grammaticæ Hebrææ Compendium. Baſileæ, apud Hen. Petrum, anno 1541.

Epitomen De re Nummaria. Coloniæ, anno 1569.

De Vſu & Officijs Litterarum Seruilium, de Nominum diuerſitate, de Punctorum mutatione apud Hebræos. Ibidem, anno 1570.

HENRICVS VVLPIVS, Lingenſis, Roſtochij Matheſin Arteſque bonas docuit, & ibidem receſſit à vita. Scripſit

De Arithmetica Practica Regulis. Coloniæ, anno 1544.

De Minutijs Phyſicis, & Arithmetica Aſtronomica regulis Practicis. Ibidem.

HENRICVS WILLOT, Ordinis ſancti Franciſci, ex opido quod dicitur à fontibus Epiſcopi, ſiue *Fontaine l'Eueſque*, in finibus tractus Leodicenſis. In Belgio Prouincialis & Commiſſarius Generalis ſui Ordinis, Colonia Grammaticam, Audomaropolis Rhetoricam, Lilianum Collegium Louanij Philoſophiam contulere. Pariſijs clariſſ. Theologiæ Doctoribus operam dedit. Scripſit

Ogdoada II. Homiliarum de ſanct. Euchariſtiæ Sacramento. Duaci & Leodij, anno 1598. 8.

Epitomen Concionum. Louanij, typis Maſij.

Notas ad Monomachiam Christi morientis.

De Enoch, qui apud Iudam Apoſtolum de extremo iudicio prophetizauit. Leodij, anno 1598. 8.

Athenas, De ſcriptoribus ſui Ordinis. Ibidem, anno 1589. 8.

Conciones de Indulgentiarum vi, natura & antiquitate, habitas Namurci Gallicè in ſodalitio cinguli ſancti Franciſci.

Facies fidelis ſponſæ affectus cum XXIV. Iconibus.

Orationem in Exequijs HELENAE DE MELVN, Comitis Barlemontij coniugis.

Multa

Multa adhuc parata habet, breui lucem viſura, vt ſperamus.

HENRICVS WITTEMIVS, ſcripſit

Carmen gratulatorium de pace Antuerpiæ facta inter Principem Alexandrum Farneſium, Parmæ & Placentiæ Ducem & Antuerpienſes ciues, anno ab inſtauratâ ſalute M. D. LXXXV. XX. Augusti, typis Plantini. Hinc Chronographicon:

LVX pIa BernarDI MaVortIa sIgna fVgaVIt.

HENRICVS DE ZOEMEREN, Brabantus, Doctor Theologus Louanienſis, & Decanus Antuerpienſis, ad inſtantiam Beſſarionis, Cardin. Nicæni, Apoſtolici tum per Germaniam ac Belgium Legati ſcripſit

Epitomen primæ partis Dialogi Guilielmi Ochami. Louanij, anno 1481. in folio typis Ioannis de Weſtphalia.

De captâ Conſtantinopoli.

De Hæreticis, teſte Bibliothecâ Tigurinâ.

Mortuus Romæ, tempore *Sixti IV.* Pont. Max.

HENRICVS VANDEN ZYPE, alias ZYPAEVS, Machlinienſis *Franciſci* Archidiaconi & Officialis Antuerpienſis frater naſcitur anno Chriſti cIↃ.IↃ. LXXIII. Religioſus cœnobij ſancti Ioannis in monte Ipras modò tralati, Ordinis ſancti Benedicti: poſteà è Præpoſito Affligemienſi Abbas ſancti Andreæ Brugis, cuius cœnobij archimandritis, impetrauit à ſede Apoſtolica prærogatiuam mytræ: Monaſterium in ſuburbio Brugenſi deſtructum & à prædeceſſore reparari cæptum ſtrenuè in antiquum ſtatum reſtituit. Scripſit librum cui titulus:

S. GREGORIVS MAGNVS, Eccleſiæ Doctor primus eius nominis Pont. Max. ex nobiliſſima & antiquiſſima in Eccleſia DEI familia Benedictina oriundus, contra Cardinalem *Cæſarem Baronium.* Ipris, typis Franciſci Belletti, anno 1610. 8.

De Clauſura Monialium.

Meditatur Commentarium in Regulam Ordinis ſui.

HERIBERTVS ROSWEYDVS, Vltraiectinus, Soc. IESV Theologus, mihi familiaris, Philoſophiam & Theologiam profeſſus eſt. Belgicas pleraſque Bibliothecas perluſtrauit, Sanctorumque vitas eruit, edidit

Faſtos Sanctorum, quorum vitæ M. S S. in Belgio, cum *Actis Præſidia, libros ſanctorum* TARACI, PROBI & ANDRONICI, ſpecimen operis ingentis, quod vtinam inchoatum ad exitum perducere queat feliciter, Tomis nimirum XVI. de vita CHRISTI ac VIRGINIS, Sanctorumque in Eccleſia Catholica.

Diſſertationem de fide hæreticis ſeruanda, ex decreto Concily Conſtantienſis, cum Daniele Plancio. Typis Plantini, 1610.

Vindicias inferiarum Iuſti Lipsi contra *Ioſephum Scaligerum,* nomine auctoris ſuppreſſo. Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1606. 4.

Legem talionis XII. Tabularum Card. CARONIO *ab Iſaaco Caſaubono dictam.* Ibidem, anno 1614. 8.

Notationes in vetus Martyrologium Romanũ hactenus deſideratum à BARONIO. Ibidem in folio.

Martyrologium ADONIS *ad exemplaria M. SS. recenſuit* Ibidem.

Anti-Capellum, ſiue *Exploſionem Naniarum Iac. Capelli.* ibidem

Syllabum malæ fidei Capellianæ, ex Iacobi Capelli mendaci aſſertione Bonæ fidei, & fictis artibus Romanæ ſedis, &c. Ibidem, anno 1620.

Notationes in Vitas Patrum, ſiue *De vita & verbis ſeniorum lib. X. Hiſtoriam Eremiticam complectentes*, ibidem, in folio.

Ioannis Moſchi Pratum ſpirituale, ex recenſione eiuſdem cùm Notis. ibidem.

Vindicias Kempenſes, pro libello De Imitatione Chriſti aduerſus Conſtantinum Caietanum, Abbatem Baronij ibidem, anno 1622.

Ioannem Buſchium de Origine Cœnobij & Capituli Windeshemenſis, primus in lucem protulit. Antuerpiæ apud Belleros fratres anno 1621. 8.

Notas in D. Paulini Epiſcopi Nolani Opera. Typis Moreti, anno 1622. 8.

Arnobium & Minutium Felicem Commentario illuſtratos adhuc premit.

Vitas Sanctorum, ſermone Belgio. ibidem, typis Verduſſij. Item.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam, uſque ad VRBANVM VIII. *Pont. Max.*

Viuit valetque anno Domini M. DC. XXVII. aſſiduus in libris.

HERIGERVS, Abbas Laubienſis alij Lobienſis, Ord. Benedictini cœnobium ſecundo miliari à Binchio Hannoniæ opido diſtans, quieſcendi locum accepit ante altare D. Thomæ, ſacrum in *S. Vrſmari* templo, à ſe conſtructo, anno relaxationis humanæ CIↃ. C. vij prid. Kal. Nouemb. Scripſit

Hiſtoriam & Geſta Epiſcoporum Leodicenſium. M. SS. Leodici ad *ſanctum Martinum*, teſte *Ioanne Placentio.*

Vitam ſancti Remacli.

Vitam S. Vrſmari, carmine, M.S. Gemblaci.

Vitam ſancti Landoaldi, eiuſque Tranſlationem, lib. II.

Dialogum de Diſſonantia quæ videbatur in Eccleſia de aduentu Domini, Adelboldo & Herigero interlocutoribus, M.S. Gemblaci.

Collegit quoque multa Patrum ſcripta *De Corpore & ſanguine Domini*, teſte *Sigeberto*, contra *Ratbertum*. Conſule *Valerium Andream* in Bibliotheca ſua Belgica.

HERIMANNVS, Abbas III. Monaſterij *S. Martini* Tornaci, ſcripſit *Hiſtoriam reparationis* ſeu *inſtaurationis ſui monaſterij per Odonem poſtea Cameracenſem Epiſcopum factã, ab anno Chriſti M.XCII. vſque ad annum* CIↃ.C.LXII. *quo & floruit*, moriturque annum agens LX.

HERMANNVS APPELDORN, Cartuſiæ Colonienſis Prior, honeſtis ortus parentibus, vir fuit venerabilis, qui omnem ætatem ſuam, tam in ſeculari quàm monaſticâ vitâ, magnâ puritate innocentiâ peregit, ita vt cunctis exemplo eſſet. Scripſit

Sermones Dominicales.

De paſſione Domini.

De nouitiorum inſtitutione.

Diem ſuum extremum clauſit in Cartuſia Confluentina, anno Domini M.CCCC.LXXII. XV. kal. Octob. ibidemque conditus.

HER-

HERMANNVS BVSCHIVS PASIPHILVS, Weſtphalus, genere nobilis, vt qui cognatione attigit RODOLPHVM LANGIVM nobiliſſimum virum, à quo *Buſchius* non ſolùm in Italiam anno M. CCCC. LXXX. ductus, viriſque primarijs commendatus, ſed & ſumptibus honeſtis fuit ſuſtentatus. Ingenio & Orator & Poëta ſui ſeculi non poſtremus fuit. Docuit Heydelbergæ, Lipſiæ, Marpurgi, & Louanij. Amicos habuit *Eraſ. Roterod. Trithemium, Camerarium aliosq́.* Marpurgi cùm per forum fortè incederet veſtitu domeſtico, magnamque ciuium turbam præteriret, nemo ei quicquam exhibuit honoris: Abit domum, veſtes pretioſiores induit, iterumque in forum prodit. Ibi tum omnes adſurgunt, omnes capita aperiunt. Hic indignatus vir doctus, domum repetit, veſteſque exutas pedibus conculcat, hiſce additis verbis: TVNE ERGO BVSCHIVS, AN EGO? Ægrè tulit præpoſterũ hominum iudicium, qui honorem non homini aut virtuti, ſed veſti haberent. Hominem exuit in patria anno ſalutis communis M. D. XXXV. Edidit

Silium Italicum, cum Argumentis ſingulorum librorum. Baſileæ.

Perſij Satyras Annotationibus illuſtrauit. Pariſijs. 8.

Decimationes Plautinas.

Artem memoriæ.

Vallum Humanitatis.

Commentaria in I. lib. Martialis, obſcœnis carminibus reiectis. Coloniæ.

De ſingulari auctoritate Veteris & Noui Teſtamenti, ſacrorum Eccleſiaſticorumque teſtimoniorum Farraginem, lib. 11. Marpurgi, anno 1529.

Epigrammatum lib. III. Lipſiæ, anno 1504.

Commentaria in Claudianum & Iuuenalem. Coloniæ. 4.

Carmen Elegiacum de acerbo Ioannis Murmellij obitu.

Hypanticon carmine heroico, Antiſtiti Spirenſi, GEORGIO inſcriptum, ſuper ſollenni ſuo in Spiram introitu Baſileæ, 1520.

De vrbe Colonienſi Carmen, cuius titulum fecit FLORAM.

Carmen gratulatorium de aduentu Eraſmi Roterodami, Coloniam Ibidem.

Breuia ſcholia in Æneidos Virgilij.

Methodum Donati VIII. Partium orationis Commentario luculentiſſimo illuſtrauit ex Priſciano, Diomede, Seruio, aliiſq́. Baſileæ, anno 1540.

Hecacoſtica ad Fredericum Vltraiectenſium Antiſtitem Dauentriam ingredientem.

De triplici Pſalterio B MARIAE *Virginis, carmen doctiſſimum.*

Epiſtolas Ciceronis vtiliores ſelegit in vſum ſcholæ Veſalienſis.

Dictata quædam ex Prouerbijs & Eccleſiaſte, in eiuſdem ſcholæ vſum.

Orationem valdè doctam, ad Clerum Colonienſem.

Spicilegium XXXV. Illuſtrium Philoſophorum auctoritates & ſententias.

Epigrammata in laudem Cœlorum Reginæ, & alia multa.

HERMANNVS BORCVLOO, delineauit ac deſcripſit *Ciuitatẽ Ieroſolymitanam ac loca ſacra vniuerſæ Palatinæ.* Vltraiecti, M. D. XXXVIIJ.

HERMANNVS CRVSERIVS, Campenſis, I. V. Doctor, & Medicus, *Guilielmo* Cliuorum Duci à Conſilijs, ſcripſit

Commentarium in Hippocratis I. & III. De morbis vulgaribus. Item

In librum De ſalubri diæta. Baſileæ.

Vertit Plutarchi vitas ac Moralia. Baſileæ in folio, anno 1573. typis Guarini

Galeni libros aliquot Latinitate donauit, nempe,
De differentijs Pulſuum, libb. iv.
De Præſagitione ex Pulſibus, libb. iv.
De dignotione Pulſuum, lib. iv.
De cauſſis Pulſuum, lib. iv. Baſileæ, typis Frobenianis.

Obijt anno ſalutis M. D. LXXIII. in itinere, dum Filiam *Guilielmi* Ducis Boruſſiæ Principi deſponſam comitatus, ad ſtationem reuertitur: ab inſigni memoria, induſtriaque, doctrina & corporis ac ingenij caſtitate mirabilis.

HERMANNVS DOCCOMENSIS, Friſius, honeſtiſſimis parentibus natus, & in literis humanioribus; deinde & in ſac. Theologia feliciter verſatus, Leouardiæ ad ſanct. Vitum Paſtor conſtituitur, quo miniſterio ſe Eccleſiæ talem præbuit miniſtrum, vt omnibus gratus ac venerabilis eſſet. Scripſit

Commentaria in XVII. priores Pſalmos Dauidicos, & cum ad XVIIJ. perueniſſet, teſte *Suffrido Petro*, in mentis alienationem incidit, vnde & perijt. Vixit circa annum Chriſti M. D. XIV.

HERMANNVS A FOLKERSHEIM, Friſius, nobili genere natus, & omnibus ingenij corporiſque dotibus ornatiſſ. adhuc iuuenis in linguam Latinam conuertit *Marinum Neapolitanum De vita Procli Philoſophi*.

Hic cum Rothomagum peteret, vt inde in Angliam traijceret, à latronibus trucidatus eſt.

HERMANNVS FOLLINVS, Medicinæ Artiumque Doctor, & Syluæducenſium Medicus ordinarius, ſcripſit

Amuletum Antonianum, ſiue *luis peſtiferæ fugam lib. II.* Antuerpiæ, typis Verduſſij, anno 1618 inſcripſitque *Antonio Baroni Grobbendoncano*, Syluæducenſium Gubernatori.

Libellum *De Cauterijs, ad Thomam Fienum* Doct. Medicum. Ibidem.

Algebram, ſiue *de rebus occultis lib. quem præcedit Arithmetica ſynthetica.* Coloniæ, typis Gerardi Greuenbruch anno 1622.

Orationes de natura febris peticularis, eiuſque curatione, & de ſtudijs Chymicis coniungendis cum Hipocraticis. Ibidem, anno 1622.

HERMANNVS HVGO, Bruxellenſis ſociet. IESV Presbyter mihi amicus, politiores litteras Antuerpiæ & Bruxellis multos annos cum laude docuit. Duci Arſchotano in delicijs, cum quo paucis ab hinc annis Hiſpaniam luſtrauit. Viuidum eius ingenium multa nobis polliceri videtur. Scripſit

De prima ſcribendi origine, & vniuerſa rei litterariæ antiquitate. Antuerpiæ, typis Moreti, anno 1517. 8.

De vera fide capeſſenda. ad Neo-Euangelicam Synodum Dordracenam libros apologeticos II. ibid. anno 1620. 8.

Pia deſideria Emblematis, Elegijs & affectibus ſanct. Patrum illuſtrata ad S. D. N. VRBANVM Pont Max. Antuerpiæ, ex officina *Henrici Aertſſenij* anno 1624. 8.

Obſidionem Bredanam, cui interfuit, valde accuratè & doctè, eratque Illuſtriſſ. *Marchioni*

Marchioni Spinolæ à Confeſſionibus. Antuerpiæ, typis Moreti & Meurſij, anno 1626. in folio.

Paratam habet *Hiſtoriam vrbis & territorij Bruxellenſis*, poſt *Ioan. Bapt. Gramaye*, qui ſatis ieiunè eam materiam tractauit.

HERMANNVS LETHMATIVS, Goudanus, Sorbonæ Pariſienſis Doctor primarius, Decanus in ſanctæ Mariæ Vltraiectinæ XXV. annos, & Epiſcopi Vicarius Generalis. Vir fuit ſingulari doctrina, pietate ac morum grauitate, & *Eraſmo Roterod.* teſte fuit illi velox ac rapidum ingenium, diſcendi auiditas inexplebilis, iudicium præſens & expeditum. Scripſit

De inſtauranda Religione, lib. IX. Baſileæ, anno 1544 typis Oporini.

Obijt Vltraiecti, anno relaxationis humanæ M.D.LV. ipſo *D. Nicolai* feſto, ætatis LXIII.

HERMANNVS PETRA, ſeu PETR Stutdorpæus, alij Santdorpius, vir in diuinis ſcripturis bene verſatus, ac vitæ integritate celebris. Brugenſis Cartuſiæ monialibus per annos XXX. circiter magna cum laude præfuit, ſcripſit teſte Petr eio.

Sermones L. in Orationem Dominicam. Louanij, apud Ioanntm de Weſtphalia, anno 1484. fol.

Sermones de Tempore & Sanctis, lib. VI.

De regimine Monialium, lib. I.

De immaculata Conceptione Beatiſſ. ſemper Virginis Mariæ.

E viuis deceſſit anno Chriſti M. CCCC. XXVIII. IX. Kalend. Maij, contra *Ioannes Molanus* in Bibliotheca Theologica M. S. qui mortuum ſcribit, anno M. CCCC. XII.

HERMANNVS SIFFRIDVS, Friſius, Profeſſor Colonienſis, ſcripſit

In Tit. Iuris Ciuilis & Canon. Coloniæ.

Vixit circa annum M. CCCC. XCV

HERMANNVS TORRENTINVS, Zwollanus, inter Grammaticos ſuæ tempeſtatis & nationis, ferè doctiſſimus, ſcripſit

Elucidarium Poëticum ab alijs poſtea auctum Baſileæ, anno 1535.

Commentaria breuia Bucolicam, ac Georgica Virgilij. Coloniæ, Dauentriæ, & Louanis, apud Bartholomæum Grauium, anno 1551. 8.

Scholia in Euangelia Dominicalia, Hymnos, & ſequentias.

Grammaticam Alexandri de Villa Dei emendauit.

HERMANNVS THYRÆVS, ſociet. IESV Theologus Noueſij in Vbijs naſcitur anno CIƆ.IƆ. XXXII. A Beato *Ignatio* in ſocietatem admiſſus anno CIƆ.IƆ. LVI. XXVI. Maij. Roma Ingolſtadium profectus, ea in Academia aliquot annos docendo poſuit. Collegij Treuirenſis & Moguntini Rector fuit, item Prouinciæ Rhenanæ Præpoſitus Prouincialis, ſcripſit Latinè & Germanicè librum

De Religionis libertate.

Collegit & VI. millia dubiorum de Confeſſione Auguſtana, & duo millia irregularitatum. Sed vterque fœtus propter mortem parentis, editus non eſt.

Moguntiæ apoplexia prope ſexagenarius extinctus eſt XXVI. Octobris, anno M. D. XCI.

HERMANNVS VERHEYDEN, origine Louanienſis, & Reipub. Gandauenſis Medicus, in politioribus literis egregiè quoque verſatus, ſcripſit

Elegias II. in aduentum perilluſtris viri CAROLI à BVRGVNDIA. Gandaui, typis Gualteri Manilij, anno 1619.

HERMANNVS ZITTARDVS, Ordinis Prædicatorum in monaſterio Colonienſi, ſcripſit metricè

Manuale confeſſorum.

Claruit temporibus *Gregorij XII.* Pont. Max. M CCCC. VIII.

HERMES CLERVS, patria Tornacenſis, ſociet. IESV Clericus, Iuris Canonici peritiſſimus, & Canonum obſeruantiſſimus: ad hæc Poëta egregius. Claruit in Gallia pietate ac doctrinâ in Billonenſi Collegio, ſcripſit

Vitam B. P. IGNATII LOIOLÆ, *carmine.*

Faſtos Sacros Sanctorum Sanctarumque. Elegiacis verſibus, poſt Bapt. Mantuanum ac Nouidium.

De Angelis beatiſque ſpiritibus, carmine ex *B. Thoma*, teſte *Petro Ribadeneira* in Catalogo ſcriptorum ſociet. IESV.

HERMES HAVWAERT, Gallobrabantus, Rotuacenus, Ordinis ſancti Franciſci, vir doctus, ſacræ Theologiæ Lector Conuentus Louanienſis, ſcripſit, *Commentaria in I. & II. lib. Sententiarum*, quæ M. SS. ſeruantur in Bibliotheca Machlinenſi. Hic aliquando Vicarij & Guardiani munere laudabiliter perfunctus, mortuus Machliniæ, anno Domini M. D. LXVII. XII. Decembris.

HIEREMIAS PIERSENÆVS, Flander Waſienſis, I. V. Doctor, Poëta vrbique ac territorio Iprenſi ab actis, ſcripſit

Odam Lyricam, ad Chriſtophorum Aſſonleuillium, ſanctioris Concilij ſenatorem.

Carmen gratulatorium in Introitum Sereniſſ. Principum Alberti & Iſabellæ in vrbem Gandauenſem. Gandaui, anno 1600. 4.

Elegiam funebrem in obitum CL. Iuſti LipsI, ad Petrum Pantinum, Nicolaum Oudaertum & Ianum Lernutium.

Elegias aliquot in Oſtendæ obſidionem, quas inſcripſit Archiduci *Alberto* & Marchioni *Ambroſio Spinolæ*.

HIEREMIAS TRIVERIVS, Brachelius, qui pagus eſt Gerardimontanæ ditionis in Flandria, vulgo Brakele, vir fuit multiplici præditus eruditione, qui Louanij primarius rei medicæ Profeſſor, tantos in ea ſcientia progreſſus fecit, vt nemo illum ætate ſua vicerit, pauciſſimi æquarint. Longâ

tabe

tabe ante diem exſtinguitur Louanij, anno M. D. LIV. ætatis LJ. & in D. Petri ſepultus. Scripſit

Commentaria in Hippocratis Aphoriſmos, & de ſectione Venæ in pleuritide, & de ratione victus in morbis acutis. Lugduni, anno 1552.

Commentarios in artem Medicam Galeni. Ibidem.

In eiuſdem libros De Temperamentis.

Cornelij Celſi de ſanitate tuenda lib. caſtigauit, & Commentarijs illuſtrauit. Antuerpiæ, anno 1539.

Diſcepiationem cum Ariſtotele & Galeno de natura partium ſolidarum, ibidem, anno M. D. XLIIJ.

Paradoxa variarum diſputationum argumenta.

Orationem ad ſtudioſos Medicinæ, De duabus Medicorum ſectis, & ipſarum methodo Antuerpiæ, typis Nutij, anno 1544.

Apophthegmata. Lugd. apud Godefridum & Marcellum Beringos fratres anno 1549.

HIERONYMVS ELENVS, Balenſis, Brabantus, I. C. Louanij in gymnaſio Caſtrenſi Philoſophicis imbutus, Lutetiam profectus, ad vberiorem ingenij cultum, *Ioannem Straſelium* Belgam, Græcas litteras publicè interpretantem audiuit, hauſitque quantum futuro ſatis eſſet Iuriſconſulto: indeque Aureliam profectus, iuriſprudentiam perdidicit: deinde Louanium reuerſus, Laureaque ſuſcepta, ius Pontificium publicè interpretatus eſt, & Antuerpiæ cauſarum patrocinium egit, & iuueniles vigilias, ne perirent, ibidem in Officina Plantini emiſit. Scripſit

Diatribarum, ſeu *Exercitationum ad Ius Ciuile*, libb. iij. anno 1576. 8.

Carmen de iure Pratorij Antuerpienſis, typis Plantini.

Ioannis Lanceloti Inſtitutiones Iuris Canonici Annotationibus Legumque indicijs illuſtrauit, ibidem, anno 1566. 8.

Carmina Chronica, latent apud hæredes.

Antuerpiæ anno poſt Meſſiæ aduentum M. D. LXXVI. vita, morte immaturâ, deceſſit.

O quot congeſtos, noctesq́; dieſque labores,
Spem qualem & quantam perdidit vna dies?
Quid facias, vbi Fata vocant? diuina voluntas
Quando migrare iubet, nemo manere poteſt.

HIERONYMVS MEYERE, Antuerpienſis, Ordinis ſancti Franciſci, edidit libellum egregium piumque, cui titulus

Extrema cœnatio Filij Dei aſſertoris noſtri, D. IESV CHRISTI, *carmine Iambico digeſta.* Louanij, typis Maſij, anno 1602.

HIERONYMVS FRANCVS, Duacenus, I. C. Germaniam & Heluetiam luſtrauit, & Friburgi Ius Ciuile iuuenis interpretatus eſt. In Belgium redux, annos aliquot Reipub. ſuæ à Conſilijs fuit; Deinde ad magnum Senatum Belgicum vocatus: poſtremum Regiſes Concilio Arteſij datus. Obijt plenus dierum anno ſalutiferæ natiuitatis CIↃ. IↃC. VI. Scripſit

Comm

Commentarios ſolidos in Regulas Iuris Ciuilis. Baſileæ, anno 1582.

Hiſtoriam quoque erectionis Academiæ Duacenſis, cui plurimum inſudauit.

Reliquit filium *Ratnutium* paternæ doctrinæ ac dignitatis hæredem, qui nuper Præſes Conſiſtorij Machlinienſis renunciatus eſt.

HIERONYMVS MORTIERIVS, Inſulenſis, Poëta elegans, *Augeriò Ghiſelino Busbequiò* amiciſſimus, cuius inſigne prorſus eſt hoc teſtimonium: *Legi tuos verſus, doctiſſime Du Mortier, qui ſanè mihi viſi ſunt huiuſmodi, vt neſciam felicius noſtri rem geſſerint* (loquitur de victoriâ per Comitem Egmondanum ad Greuelingam obtenta) *an tu geſtam ſcripſeris. Multum tibi certè debet patria, cuius laudes tam præclarè per te celebrantur, multum poſteritas, ad quam id quod videre non potuit, veluti in tabula ſpectandum traſmittis*, &c. Moritur in patria, & in ſancti Mauritij ſepultus, cui *Ferdinandus de Maubus* Schoondorpij Toparcha, ex ſorore pronepos hoc epitaphium ſcripſit:

DV MORTIER *iacet hic, Muſis gratiſſimus olim,*
Clarus & antiqua nobilitate patrum.
Cui coniux enixa prior deciesque quaterque eſt:
Altera ſed ſterili viſa cubare thoro.
Hic, vt luſtra decem, totidemq; expleuerat annos.
Dignus perpetuò viuere, peſte obyt:
Si tamen is moritur, cuius mellita leguntur
Carmina, quique volat docta per ora virûm.

HIERONYMVS VERLENIVS. Syluæducenſis, literis Græcis Latiniſque abundè inſtructus, ſacra ſtudia Louanij ſectatus eſt. Præfuit patriæ ſcholæ Gymnaſiarcha, poſt Vltraiectinæ apud Ioannitas, ſeu Rhodienſis militiæ religioſos, ſanct. litterarum Profeſſor: deinde Canonicus Harlemenſis & Epiſcopi Vicarius. Obijt Harlemi, anno Chriſti M. D. LXXXVII. Auguſti XVII. & in æde primaria ante ſummum altare ſepultus. Scripſit

Commentarium in Pſalmos Dauidicos. Louanij, anno 1558. in folio.

Epicteti Enchiridion poſt Politianum vertit, & ſcholijs illuſtrauit. Item

Hippocratis Epiſtolam De riſu Democriti.

Xenophontis etiam quadam.

D. Ignatij Archiepiſcopi Antiochiæ & Martyris Epiſtolas Græcè & Latinè interpretatus eſt, cum breuiſſimis in eaſdem ſcholijs. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1558. in 8.

HIERONYMVS VERRVTIVS, Friſius, Groeninganus I. C. tantâ ingenij præſtantiâ valuit, vt anno ætatis ſuæ xij. de qualibet Theſi publicè non ſine admiratione declamaret. Anno ætatis XV. parens Lutetiam miſit: cum *Turnebo*, *Aurato & Ramo* magna illi amicitia interceſſit. Louanij prima Iuriſprudentiæ fundamenta iecit ſub *Leonino*, *Peckio*, *Tegnagelio* aliiſque. Patre mortuo redijt in Gallias, & Biturigibus ſub doctiſſ. *Cuiacio*, *Donello & Hotomanno*, ad triennium eadem ſtudia continuauit. Italiam, Heluetiam & Germaniam perluſtrauit. In Friſiam reuerſus, vxorem duxit & libertatem vendidit. Ad ampla munera cum in Belgio, tum alibi inuitatus, ſe ſemper excuſauit. Scripſit

Lexicon

Lexicon Iuris ex auctoribus cùm Græcis tum Latinis locupletatum. Lutetiæ Pariſiorum, in folio.

Commentaria in III. poſteriores libb. Codicis.

Item in Tit. ff ad municipalem, cum X. Titt. ſequentibus.

Notas ad Plinij naturalem Hiſtoriam.

Ad Pomponium Melam Notas, tanquam ſpicilegia quædam poſt alios, qui doctiſſimè in his expurgandis interpretandiſque verſati ſunt.

HILARIVS BERTVLPHVS, Gandauenſis, Poëta, *Eraſmo Roterod.* à literarum ſcientia charus, ad quem exſtant aliquot eruditæ Epiſtolæ, & *Eraſmi* vicißim ad *Bertulphum.* Hic quodam die *Eraſmo* Gandaui è templo egredienti (quum ei nondum innotuiſſet) carmen obtulit tam eruditum, vt ille *Carolo Vtenhouio*, qui ipſi latus claudebat, dixerit in aurem: *Quis crederet hominem tam inſigniter deformem tam elegans carmen pangere poſſe?* Quumque eidem poſtmodo ad prandium vocato dixiſſet: *Lude mihi carmen cuius principium* NASVS BERTVLPHI (erat n. conſpicuus longitudine, & rubentibus populis aſſiduâ potatione exaſperatos) ex tempore *Eraſmo* ſatisfecit. Scripſit ludicros & facetos verſus Coloniæ impreſſos, anno 1530.

HILDOVINVS TASSONIVS, ex Abbate Lobienſi, Ordinis Benedictini, primùm Veronenſis Epiſcopus, poſt Mediolanenſis Archiepiſcopus, ſcripſit

Geſta Abbatum Lobienſium.

Sermones ad Fratres.

Claruit ſub Hugone Rege Italiæ, circa anno Domini D. CCCC. XX. & Mediolani moritur anno reparæ ſalutis D. CCCC. XLI.

HILDEBRANDVS GOFFREDVS, Friſius, natus in Schinga. Theologus & Mathematicus. Parentibus defunctis Coloniam ſe contulit, Philoſophiam & Theologiam ſectatus. Inde in patriam reuerſus, ſacros Ordines ſuſcepit, & Paſtorem egit in territorio Leouerdiano. Tandem in conuentu monialium Engeuerdenſium datâ pecuniæ ſummâ, perpetuas expenſas emit, vbi & mortuus ac ſepultus, anno ſalutis humanæ M. CCCCC.

Scripſit

Commentaria in Epiſtolas Pauli.

Poſtillam Euangelicam.

Kalendarium Sanctorum Friſiæ.

In Euangelia Dominicalia.

Principia artis Geometriæ.

Statuta Epiſcoporum Vltraiectinorum.

Hæc omnia M. S S. ſe vidiſſe teſtatur *Suffridus Petrus* de ſcriptoribus Friſiæ.

HVBERTVS AVDEIANTIVS, Brugenſis Canonicus in D. Donatiani, mihi familiaris, CL. IVSTO LIPSIO ab Epiſtolis, Poëta inſigni ingenio & eruditione. Scripſit egregium *Carmen in obitum Abrahami Ortelij*, Coſmographi Regij, præfixum eius Theatro, & aliud *in mortem Lipſi* quod exſtat in Fama poſthuma, item

Notas doctas in A. Prudentium, quæ morte præuentus, non viderunt lucem.

Viuere deſijt Brugis, & ſepultus in D. Donatiani, hoc epitaphio:

DEO SACRVM ET MEMORIÆ

VENER. V. D. HVBERTI AVDEIANTI
MATTHAEI F. ANDREAE N.
QVI LITTERIS HVMANIORIBVS SVB LIPSIO
EGREGIE EXCVLTVS
ETIAM THEOLOGIAE TITVLO AVCTVS
IN CATHED. HAC AEDE D. DONATIANI
CANON, ET POENITENTIARIVS,
MVNERE SVO ANN. X. MENS II. DIES XX.
LAVDABILITER PERFVNCTVS
ABIIT AD BEATOS XVIII. KAL. OCTOB.
ANNO AETAT XLI. CHRIST. CIↃ. IↃC. XV.
INSTITVITQ. ANNIVERSARIVM SOLENNE
PIETATIS ET GRATITVDINIS ERGO.

HVBERTVS BARLANDVS, Zelandus, *Eraſmo Roterodamo* carus, Medicus Namurcenſis, vertit è Græco

Galenum de Medicamentis paratu facilibus. Venetijs. anno 1533. item
S. Baſilij Orationem De agendis DEO gratijs, & in Iulittam Martyrem.
Epiſtolam Medicam de aquarum diſtillatarum facultatibus.
De Adriani Ælij Barlandi mortis genere. Antuerpiæ, typis Stelſij.
Velitationem Medicam cum Arnoldo Nootſio, Medicinæ apud Louanienſes Doctore, ibidem, anno 1532. 8.

HVBERTVS CLERICVS vide VBERTVS CLERICVS.

HVBERTVS GOLTZIVS, Herbipolita, Venlonianus, naſcitur anno Chriſti M.D.XXVI XXX. Octob. Maiores eius Herbipoli oriundi, inde Herbipolita dictus. Ab ineunte ætate omnem operam & ſtudium, naturæ quadam inclinatione ad pingendi artem applicuit: adiunxit ei neceſſariam & vtilem Poëtices, Hiſtoriæ & Philoſophiæ cognitionem, Brugis ſedem fixit, euocatus litteris, nobiliſſimi viri MARCI LAVRINI, apud quem poſtquam quadrimeſtri amplius ſpatio infinitam multitudinem Numiſmatum antiquorum collegiſſet anno Domini M. D. LVIII. calcaria LAVRINO addente, vniuerſam Italiam, Galliam & Germaniam percurrit. Patuerunt ipſi omnia omnium muſæa, ſcrinia, & monumentorum antiquorum armaria. S.P.Q.R. eum licet aduenam & peregrinum, non ſolum in Capitolium admiſerunt, ſed etiam inter palatia & tecta priuata, iuuandi promouendique inſtituti ipſius ergo, opulentiſſimos Antiquitatis theſauros aperiendos curârunt, & ciuitate Romanâ donatus. Elata primâ coniuge, duxit alteram, viduam *Martini Smetij*, magni illius Antiquarij. Naturæ ipſe conceſſit, anno M.D.LXXXIII.

In

In vigilia Annuntiat. B. MARIAE, Ætatis LVI. M. iiij. D. XXIV. Brugis Flandrorum. Dedit poſteritati

Viuas omnium ferè Impp. imagines à C. IVL. CÆS. vſque ad CAROLVM V. & FERDINANDVM *eius fratrem.* Antuerpiæ in folio, anno 1558. additâ breui actorum geſtorumque Hiſtoria.

Faſtos Magiſtratuum & Triumphorum Romanor. ab V. C. ad Auguſti obitum, ex antiquis Numiſmatum ac Marmorum monumentis reſtitutos.

Catalogum Conſulum, ab Auguſti obitu, ad Iuſtinianum, vnà cum Triumphis.

Animaduerſiones in aliquot Faſtorum loca.

De Origine & ſtatu pop. Romani, deque Magiſtratuum apud Romanos initijs & mutationibus. Brugis, anno 1566.

IVLIVM CAES. AVGVSTVM, *ex antiquis numiſmatibus, quibus acceſſere res geſta.* Brugis, in folio, anno .574.

Theſaurum rei antiquariæ vberrimum, ex antiquis tum Numiſmatum quàm marmorum inſcriptionibus. Antuerpiæ, anno 1580. 4.

Commentarios de re numm:aria.

SICILIAM & MAGNAM Graciam, Brugis, anno 1576. fol. ex antiquis Numiſmatibus, & Antuerpiæ, 1617. fol. *cum Scholijs Andreæ Schotti. S.I.*

Itinerarium per Germaniam, Italiam, Galliam, additis Topicis Regionum & Locorum quorundam deſcriptionibus ac Tabulis. Ibidem.

Compendioſam eorum, quæ poſt cadem C. IVL. CÆſaris vſque ad Triumuiratum geſta ſunt, Narrationem, & alia.

HVBERTVS LEONARDVS, Ordin. Fratrum B. MARIAE de monte Carmelo, in agro Leodicenſi, Theologus Pariſienſis, & Epiſcopus Darienſis, Fidei inquiſitor, vir eruditiſſimus & eloquentiſſimus, ſummis, medijs, infimis apprimè charus. Scripſit

Genealogiam nobilium Francor. & geſta eorum, lib. j.

In Euangelium Lucæ, lib. j.

De regimine Principum, lib. iij.

De immunitate Eccleſiaſtica, lib. iij.

Contra hæreticos Niuellenſes, lib. j.

Quadrageſimale, lib. j.

Commentaria in Senten. lib. iiij.

Sermones varios. Et alia multa.

Claruit, teſte Trithemio, ſub *Frederico Imp. III.* & *Innocentio VIII. Pont. Max.* anno M. CCCC. XC.

HVBERTVS ARNOLDI RIETMAKERVS, Bredanus, Medicus Thenenſis, vir totus candidus & exacti iudicij, præceptorem & Doctorem habuit Louanij THOMAM FIENVM. Scripſit

Tractatum De Nephritico dolore de cauſſis, ſignis, Prognoſticis, & remedijs Calculi & Arenularum. Louanij, anno 1622. typis Haſtenij, 4.

De Cura Sanitatis, lib. iij. editioni parat.

HVBERTVS RVDOLPHVS, Ordinis Ciſtercienſis Monachus, Philoſophus, & Abbas in Claræ paludis cœnobio, apud Audomaropolim. Scripſit

Panegyricum de rebus ab Alexandro Farneſio Parmæ & Placentiæ Duce in Belgio geſtis. Duaci typis Bogardi, & Coloniæ apud Mylium, anno 1598. 8. Vide Flandriam Marchantij.

HVBERTVS SCOTVS, Prior ordine XVI. in Buſco Iſaac, monaſterio Regularium ſancti Auguſtini propè Bruxellam, patruum habuit *Ioannem Scotum*, eiuſdem cœnobij Priorem XIV. Nonnulla *D. Bernardi & ſancti Auguſtini vernaculè reddidit.* Louanij, anno 1577.
Obijt anno Domini M. D. LXXV. ætat. LXVIIJ. Regiminis XXVIJ.

HVBERTVS SCVTEPVTTAEVS, Louanienſis. Canonicus Regularis ſancti Auguſtini in monaſterio Betlehemitico, iuxta Louanium, Dedit
Inſtitutionem vitæ beatæ è puris ſacrarum litterarum ac Orthodoxorum Patrum fontibus concinnatam. Antuerpiæ typis Belleri, anno 1558. in 12.
Flores ex omnibus S. Gregorij Magni Operibus. Pariſijs, anno 1572. 16.
L. Annæi Senecæ vtriuſque & Philoſophi & Poetæ ſententias in locos communes digeſſit. Antuerpiæ typis Belleri, anno 1576. 16.
Iſidori Iunioris Hiſpalenſis Epiſcopi. De ſummo bono ſententiarum lib. III. caſtigatos edidit, anno 1566. in 12. Ibidem.

HVBERTVS THOMAS, Leodius, à ſecretis Comiti Frederico Palatino, ſcripſit
Commentarium de Tungris & Eburonibus, aliſque Infer. Germaniæ populis, vtilem ad Hiſtoriam Cæſaris de bello Gallico rectè intelligendam. Argentorati, 1541. & Antuerpiæ typis Plantini, anno 1585.
Claruit anno à partu virginis M. D. XL.

HVBERTVS WAELRANS, Antuerpienſis, Muſicam in patria multos annos profeſſus eſt. Is primò commentus eſt facilem canendi methodum, vt nimirum ſupra vt, re, mi, fa, ſol, la, duæ aliæ, nimirum ſi, vt, ſuperadderentur, quem cantandi modum non pauci probauêre, & ego in ea arte illo aliquando magiſtro ſum vſus. Idem quoque nouorum appetens, quam hic vides canendi formam adinuenit, vt loco, vt, re, mi, fa, ſol, la, reponerentur ba, ni, ma, lo, ga, di, ſe, bo, Vt hac ratione tyrannum more, non notulas identidem reiterare & ingeminare, ſed verba ipſa inſonare videaris. Ne ride, Lector, ſed experire primò, & placebit inuentum. Mortuus Antuerpiæ anno ſalutis humanæ M. D. XCV. XIX. Nouemb. Ætatis LXXVIIJ. & ſepultus in D. Mariæ ante Odæum. Compoſuit *Varias Cantilenas ſacras & prophanas.*
Collegit Symphoniam Angelicam. Antuerpiæ typis Petri Phaleſij.

HVCBALDVS, alij HVGBALDVS, Monachus cœnobij Elnonenſis, Ordininis ſancti Benedicti, ad S. Amandum, Muſicus, Poëta & Philoſophus, ſcripſit
Vitas Sanctorum & Sanctarum aliquot, videlicet ſancti Lebuini, & ſanct. Rictrudis Abbatiſſæ Marchianenſis, ſanct. Aldegundis Virginis, Abbatiſſæ & Fundatricis Monaſterij Malbodienſis in Hannonia, ſanctæ Madelbertæ Virginis & Abbatiſſæ Malbodienſis.

De

De arte Muſica, lib. j.

Epiſtolarum ad diuerſos l. j.

Hiſtoriam S Giliniæ, matris B. Remigij, Francor. Apoſtoli.

De laude Caluorum, ad Carolum Caluum Imp. Carmen, in quo verſus omnes à litera C. incipiunt. Sunt qui Syneſio cuidam Epiſcopo adſcribant. Baſileæ, anno 1516. & 1546. & Louanij typis Welloei.

Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit *Hucbaldus* anno redemptionis humanæ Iↄ. CCCC. XXX. VII. kal. Iulij, & ſepultus ad S Amandum hoc epitaphio rudi Minerua conſcripto, vt ferebat illorum temporum ætas:

Dormit in hac tumba ſimplex ſine felle columba,
Doctor, flos & honos tam Cleri, quàm Monachorum
HVCBALDVS, *famam, cuius per climata mundi*
Edita Sanctorum modulamina, geſtaq́ clamant.
Hic * CIRICI *membra pretioſa reperta Niuernis*
Noſtris inuexit oris, ſcripſitq́ triumphum.

* *alij* QVIRICI

HVGO BLOTIVS, Delfius, Batauus bibliothecæ Imperatoriæ *Maxemyliani & Rudolphi II.* Viennæ præfuit, edidit

Orationem in duorum iuuenum Adriani Friſij Tigurini, & Laurentij Eiſlert, Patricij Viennenſis, homicidas.

Orationem paræneticam Louanij habitam ad iuuentutem, *an rectè parentes liberos ſuos Louanium, moribus ſtudijsq́ informandos mittant?*

Oratiunculas De Elephante nuper in has regiones inuecto, & de Horologijs Louanienſibus. Antuerpiæ, typis Siluij, anno 1564. 4.

HVGO FAVOLIVS, Middelburgenſis, Zelandus, Patre *Franciſco Piſano*, Medicus Reipub. Antuerpienſis, Poeta egregius, & *Franciſco Sonnio* Antiſtiti familiaris, vtriuſque litteraturæ peritiſſimus, ſcripſit

Hodœporici Byzantini lib. III. verſu heroico. Louanij, typis Saſſeni, anno 1563.

Carmen heroicum de Claſſica ad Naupactum contra Turcas Victoria, per Ioannem Auſtriacum, anno Domini CIↃ. IↃ. LXXII. à *Ioanne Sambuco*, typis Philippi Gallæi editum

Acroſticha II. excuſa per modum tabulæ, 1570. typis Antonij Tilenij, *In aduentum Annæ Auſtriæ, Maxemyliani II. Imp. F. Philippi II. Hiſp. Regis ſponſæ.* Alterum *in luſtrationem vrbis Antuerpienſis à Franciſco Sonnio I. Epiſcopo factam.*

Libellum, quo tractat Quali modo Deus locutus ſit cum Prophetis.

Vitam exuit Antuerpiæ, & ſepultus in magno cœmeterio B. MARIAE, hoc epitaphio, quod ſibi ipſe ſcripſit, & poni voluit:

Artis Apollineæ culturâ inſignis & vſu,
Phœbei cultor carminis atque lyræ:
Piſano genitore ſatus, genetrice Zelanda,
HVGO FAVOLIACAE *ſollicitudo domus:*
Ætatis bis ſex anno poſt luſtra ſecundo,
Conditur hoc tumulo, ſpiritus aſtra tenet.

OBIIT ANNO M. D. LXXXV. X. AVGVSTI,
Vixit ann. LXI. M. XI. D. XXIX.

HVGO FLOREFFIENSIS, Monachus Ordinis Præmonſtratenſis, teſte *Valerio Andrea*, non Benedictini, vt hallucinantur *Arnoldus Wionus & Antonius Poſſeuinus*, claruit ſub *Ioanne de Hoyo*, nono Floreffienſis Monaſterij Abbate, ſcripſit

Vitam & geſta B. Iuitta, Viduæ & Recluſa apud Hoyum, in territorio Leodicenſi, quæ obdormiuit in Domino M. CC.XXVII.

HVGO FRIDÆVALLIVS, vel à FRIGIDA-VALLE, Sanpaulinas, Medicus & Poëta, vtriuſque peritus linguæ, Cortraci Medicinam factitauit, ſcripſit

Syntagma de Balneis & eorum vſu. Duaci, typis Lud. de Winde, anno 1565. 8.
De Sanitate tuenda lib. VI. carmine Elegiaco, typis Plantini, anno 1568.

HVGO GROTIVS, I. C. Hiſtoricus & Poëticâ laude clarus, naſcitur Delphis Batauorum anno reparatæ ſalutis M. D. LXXXIII. IV. Id. April. patre *Ioanne Grotio*, Patritij ordinis viro, cuius exſtant Carmina & LIPSI ad eum litteræ, *Douzæque* verſus. Patruum habuit *Cornelium Grotium* Lugduni Batauorum Iuris Profeſſorem. Auum verò *Hugonem Grotium*, virum Græcè, Latinè & Hebraicè doctum. Anno ætatis XII. cepit noſter HVGO verſus fundere, & XVII. agens annum, Hagæ-Comitis Aduocatus cauſſas cepit agere. SCALIGERO, DOVZAE, VVLCANIO omnibuſque claris & doctis viris cariſſimus. Comite *Ioanne Oldenbarneueltio* Galliam vidit. Fit Aduocatus Fiſcalis Hollandiæ anno Domini M. DC.VII. Poſtea eligitur à Roterodamenſibus vrbis illius Syndicus, & in Angliam miſſus ob motas controuerſias de commercijs, à *Iacobo* Rege humaniſſimè excipitur, vt & ab *Iſaaco Caſaubono*. Tandem factionibus in Hollandia ingraueſcentibus, cum à partibus Ordinum Batauiæ conſtanter & magnanimiter ſtaret, cum *Ioanne Oldenbarneueltio & Rumoldo Hoogerbetio* apprehenditur, & poſt VIII. menſium captiuitatem carceri perpetuo in arce Loueſteijn propè Gorcomium mancipatur, vbi vir doctiſſimus & meliori ſanè fortuna dignus, per II. annos detentus, arcâ incluſus, cuſtodibus deceptis, anno conſeruatæ ſalutis M. DC. XXI. mirabiliter euaſit, ingenio opeque vxoris MARIAE REIGERSBERGIAE, atque Antuerpiam veſte mentitâ venit, finitiſque inducijs Belgicis profectus Pariſios, qua in vrbe etiam nunc viuit, grataque muſis quiete perfruitur. Scripſit

Poëmata, collecta à Guilielmo Grotio. Lugduni Batauorum, typis Clouquij, anno 1617. in 8.

Tragœdias, quibus titulus: *Chriſtus patiens, & Adam exul*, anno 1601. & 1608. Ibidem 8.

Portuum inueſtigandorum rationem Ibidem, anno 1599.

De Antiquitate Reipub. Batauicæ. Ibidem, anno 1610. 4.

Mare liberum, Diſſertationem de Iure, quod Batauis competere contendit ad nauigationes Indicas. anno 1609. Ibidem 4.

Notas in Martiani Capellæ Satyricon. 1599. Ibidem.

Notas in Arati Phænomena. Ibid, anno 1600. 4.

Lucani Pharſaliam recenſuit, anno 1614. 8. ibidem.

Epicedia in obitum Iacobi Arminij.

Ordinum

Ordinum Hollandiæ Pietatem, ab improbiſſimis calumnijs Sibrandi Lubberti vindicatam, anno 1613. 4. ibidem.

Comparationem Rerumpub. Athenienſis, Romæ veteris, & Batauicæ.

Notas in Hymnum Orphei. Ibidem.

Illuſtrationem Hiſtoriæ Moſaicæ ex ſcriptis Ethnicorum.

Siluam, ad Franciſcum Aug. Thuanum, Iac. Aug. F. Lutetiæ, typis Roberti Stephani, anno 1621.

Apologeticum, quo refutantur quæ aduerſus Grotium atque alios acta & iudicata fuerunt. Ibidem, anno 1622. 8.

Dicta Poetarum, quæ apud Io. Stobæum exſtant emendauit & Latino carmine reddidit. Pariſijs, typis Nicolai Buon, anno 1623. 4.

De Iure belli & Pacis, continens diſcurſus politicos, ad Galliarum Regem *Ludoicum*. Pariſijs, anno 1625.

Expectantur eius Annales belli Begici, à deceſſu *Philippi. II.* è Belgio vſque ad inducias libb. xxiij.

Ad baiulum ſeu ſatellitem qui ciſtam
carcere extulit.

Cùm grauidam ferres arcano pondere ciſtam,
Inſolitum nunquid te malè preſſit onus?
Credo equidem, nam quà latitabat GROTIVS *arcâ,*
Hac Latium atque omnis Græcia clauſa fuit.

HVGO, vel HVO HELFILIVS, Groninganus, Friſius, Mathematicus, vtriuſque linguæ peritiſſimus, vixit tempore *Martini Roſſemij*, Antuerpienſibus & Louanienſibus præcipuè noti, ob eius barbaram irruptionem in Brabantiam. Vertit è Græco

Gregorij Nyſſeni Homelias in Chriſti natalem, & B. Stephanum protomartyrem. Salmanticæ, anno 1553. 8. Item.

Catenam Græcorum Patrum in Eſaiam Prophetam. Ibidem.

Planiſpharium. Ibidem. 4. linguâ Hiſpanicâ.

Salmanticæ annis grauis corporis vinculo ſoluitur.

HYACINTHVS COCQVETIVS, Inſulenſis, Flander, Dominicanus, Conuentus Antuerpienſis, ſacræ Theologiæ Doctor, & Regius primarius Duacenſis, vir in ſumma ſimplicitate ſummè prudens, candidi ingenij, priſcæ fidei, & multæ ac variæ eruditionis, ſcripſit

De Sanctis Ordinis Prædicatorum in Belgio. Duaci, typis Belleri, anno 1618.

Diſſertationem Scologicam de Confeſſione per litteras ſeu internuntium. Ibidem, anno 1623.

De mixtione Aquæ in Calice Euchariſtico, eiuſque in ſanguinem Chriſti conuerſione. Antuerpiæ apud Belleros, anno 1624. 8.

I

IACOBVS ANGIANVS, Eques, Hiſtoricus, Keſtergatij in agro Bruxellenſi Toparcha fuit, ſcripſit Gallico ſermone *Hiſtoriam, reſque geſtas Ducum Brabantiæ, ad Philippum Bonum Burgundiæ, Brabantiæque Ducem* (cui Oeconomus fuit) *deduxit.* Vixit anno Chriſti M. CCCC. LX. & ſepultus Bruxellis ad Carmelitas in ſepulchro maiorum ab hæreticis noſtri temporis euerſo, & poſtea renouato à *Iacobo Angiano* eiuſdem familiæ, hac epigraphe, auctore *Iuſto Lipſio.*

PIAE MEMORIAE SACR.

Vides ſacellum hoc, Lector? id turbauerat
Fœdaueratq́, nuper impius furor,
Turbantium fœdantiumq́, hîc omnia:
Erant ſepulti Nobiles aliquot viri
Ex ANGIANA *ſtirpe, quos beauerat*
Et dignitate & opibus inſimul DEVS
Atque hi viciſſim, quicquid hoc erat, DEO
Conſtruxerant, ornauerantque. at barbari
Nec hos reueriti iam quietos, nec DEVM
Euellerant diſiecerantq́, hæc omnia.
Sed non tulit, qui ſtirpis eiuſdem cluet
Eques IACOBVS ANGIANVS, *is* DEO
Cultum repoſuit, & decus maioribus,
Impendio ſuopte. macte vir ingenI
Deprædicande nunc, beande poſtea,
Cùm cœles inter cælites eris tuos.
His omnibus, Lector, fauentiam exhibe,
Et vota pro quiete eorum ſuſcipe.

IACOBVS ANTONIVS, Middelburgus, Zelandus, Iuris Pontificij Profeſſor, Cantor Bruxellis ad D. Gudilam, & Cameracenſis Epiſcopi *Henrici de Bergis* Vicarius Generalis, *D. Eraſmo Roterodamo* familiariſſimus, ſcripſit

De præcellentia poteſtatis Imperatoriæ. Antuerpiæ, anno 1502. 4.
Claruit anno partus virginei M.CCCC.XC.

IACOBVS ATREBAS, Doctor Theologiæ, Abbas Montis ſancti Martini, cœnobij Præmonſtratenſis, in diœceſi Cameracenſi. Vir fuit præſtanti virtute, pius, atque excellenter doctus, ſcripſit

De laudibus B. MARIÆ Virginis, libb. viij.

De Conceptione B. Virginis Epiſtolam, ad Præpoſitum, Decanum, & Capitulum Atrebatenſe.

Reſponſionum ad quæſtiones ſibi propoſitas, lib. I.

In vltimam viſionem Ezechielis, lib. I.

De triplici fructu Euangelico, lib. I.

Epiſtolarum & ſermonum ad populum volumen.

Floruit anno Domini M. CC. XX.

IACOBVS AVRATA, Antuerpienſis, Iuuentutis in Batauia moderator, ſcripſit

De ſtudio linguæ Latinæ. Hagæ-Comitis, typis Hillebrandi, Iacobi, anno Domini 1615. 8.

IACOBVS BAIVS, Athenſis, *Michaelis Baij* Nepos, ſacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor in Academia Louanienſi, ex Decano ſancti Iacobi ibidem factus Decanus ſancti Petri. Crebris legationibus Vniuerſitatis nomine cum laude perfunctus fuit, vt qui difficillimis temporibus eandem etiam, qua prudentia & ſedulitate moderatus. Præfuit Collegio Sabaudiæ facilè ann. XL. in ea functione diceſſit, tumulatus in æde ſancti PETRI, bonorum ſuorum adminiſtratore inſtituto *Ægidio Baio* Nepote, ſacræ Theologiæ Doctore & Profeſſore, hac lege, vt vniuerſa impenderet in Collegium pro ſuæ nationis adoleſcentibus. Qui obſecutus patrini deſiderio, auguſtiſſimum abhinc paucis annis exſtruxit, è religione Pædagogij Falconis, & BAIANVM merito indigetatur. Scripſit

Orationem Panegyricam in aduentum Sereniſſ. Principp. ALBERTI & ISABELLAE, quam Academiæ nomine coram iiſdem in Eccleſia ſancti Petri in prima eorum inauguratione dixerat. Antuerpiæ, typis Plantini.

Catechiſmum ſiue *Inſtructionem Doctrinæ Chriſtianæ*, opus vtiliſſimum, & diu ante deſideratum, Louanij, apud Riuium; & Coloniæ in folio. Item Antuerpiæ, anno 1624. typis Guilielmi à Tungris.

De Euchariſtiæ Sacramento & ſacrificio, lib. iij. aduerſus ſacramentarios. Louanij, typis Flauij, anno 1612. & Coloniæ.

Eripitur mundo anno CIↃ. IↃC. XIV. IX Octobris.

IACOBVS DE BIE, alias BIAEVS Antuerpienſis, mihi familiariſſimus, naſcitur anno CIↃ. IↃ. LXXXI. Venerandæ Antiquitatis admirator & diligens perſcrutator. Dedit formas Numiſmatum aureor. arg. & æreorum, à C. IVLIO CAES. vſque ad CAES. VALENTIANVM, ex Muſæo CAROLI Ducis Arſchotani, cui erat in delicijs. Addam ſtupendum quid, & ad memoriam inſigne. Dum hic noſter DE BIE Ducis menſæ accumbens miſſionem ab eo peteret, non nemo elegantis ingenij vir, D. Deſpeine, cum admiratione, inquit: IBIS AB EO DVCE? Et inter bibendum, VOCE DEI BIBAS, & reſpondit: VADE, SIC EBIBO. Inuentum deinde his verbis contineri, IACOBVS DE BIE. Præterea euulgauit

Impp. Romanor. Numiſmata aurea à IVL. CAESARE ad HERACLIVM Antuerpiæ, anno 1615. in 4. cum *Expoſitione Ioannis Hemelarij*, Canonici Antuerpienſis, ſed tacito nomine.

Numiſmata Græciæ, ſeu *Tabulas Inſularum Græciæ*, quæ ex Goltzianis hactenus

 deli-

delituerunt, eruit Brugis, ediditque Antuerpiæ typis *Henrici Aertſij*, adiuncto doctiſſimo Commentario *Ludouici Nonij* Medici Antuerpienſis.

Goltzius orbi dedit IVL. CAES. & AVGVSTVM Impp. morte præuentus, reliquos dare non potuit. Faciet hoc propediem, DEO bono, noſter DE BIE, ac X. reliquos alios Impp. bono publico vulgabit. Accedent xviij. diuerſa numiſmata vnius OTTONIS, hucuſque inuiſa.

IACOBVS BLASÆVS, Brugenſis, ex Ordine Minorũ S. Franciſci, Cœnobij Duaceni. In pleriſque Arteſiæ Hannoniæque ciuitatibus, magna Eloquentia, maiore etiam animi feruore ac zelo ad populum Conciones habuit, vnde etiam factum eſt, vt ad Namurcenſem primò, deinde etiam anno M.DCI. VII. Maij ad Audomarenſem Epiſcopalem Cathedram ſit euectus. Scripſit ac dixit Bruxellæ in D. Gudulæ principe templo *Orationem* ſermone Gallico peregrino, aut certè non natiuo (quod in Flandro admirere) *in funere PHILIPPI II. Monarchæ potentiſſ.* anno CIↃ.IↃ.XCVIII. *prid. kal Ian.* Illum annum Belgis memoria tenendum, *Iudocus de Weerdt*, vrbis Antuerp. Syndicus ita chronographicè expreſſit:

OrtVs & oCCaſVs, Boreas & CarVLVs aVſter
PLanXerVnt CIneres Magne PhILIppe tVos.

Franciſcus Lucas, itidem Brugenſis Theologus, ac Audomaropolitanæ Eccleſiæ Decanus, vita functum, funebri oratione laudauit.

IACOBVS BOGARDVS, primùm Reipub. Antuerp. Medicus, poſt XXXVI. annos Louanij Medicinam docuit non ſine laude maxima. Scripſit *Commentaria in Auicenna Practicam*, opus diſtinctum v. voluminibus MS. Antuerpiæ ſeruatur in Bibliotheca publica, quæ eſt in Seminario Epiſcopali, cui præſidet LAVRENTIVS BEYERLINGVS Canon. in D. MARIAE librorumque Cenſor.

Fecit vitæ finem Louanij, & ſepultus ad D. PETRVM, in D. LVCAE ſacello hoc epitaphio:

Sancta maritalis ſeruauit fœdera lecti,
Clarus ſeptena prolis honore pater.
Coniuge defuncta thalamum tædaſque peroſus,
Sacra ſacerdotis munia caſtus obit.
Annis triginta nec non ſex, dogmate certo
Hic docuit Medicus Gymnaſiarcha ſcholas.

IAOBVS BONFRERIVS, Dionantenſis ſociet. IESV Theolog. in collegio Aquicinctenſi Academiæ Duacenſis ſacrarum litterarum, & linguæ Sanctæ Profeſſor, vir non vulgari doctrinâ inſtructus, & raris virtutis ornamentis inſignitus. Eſt enim induſtriæ mirabilis, acerimi ingenij, ſolidiſſimi iudicij, & incredibilis in rebus agendis prudentiæ.

Pentateuchum Moyſis Commentario illuſtrauit, præmiſſis quæ in totius S. Scripturæ intelligentiam manu ducant præloquijs perutilibus. Antuerpiæ, in officina Plantiniana, apud Balth. Moretum, Viduam Ioan. Moreti, & Ioan. Meurſium, 1625. fol.

IACO-

IACOBVS BORDINGVS, Antuerpienſis, Doctor Medicus, in Germania apud magnates celeberrimus, huic ingenium promptum, mores faciles candidique, ſcripſit

Conſilia Medica. Roſtochij, anno 1615. 8.

Enarrationes in libb. VI. Galeni, De ſanitate tuenda.

Enarrat. in libb. III. prioris eiuſdem, De cauſis & differentijs morborum.

IACOBVS BOVRGESIVS, alijs BOVRGEOIS, Atrebas, Prouincialis Ord. Sanctiſſ. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum: Vir pius & doctus: ea porrò morum ſuauitate, vt medijs, infimis iuxta ſit charus. Edidit Latinè

Regulam & ſtatuta Ordinis ſui.

Formam Reformationis ad praeſcriptum ſac. Concilij Tridentini. Duaci, typis Ioannis Bogardi, anno 1586.

Gallico ſermone euulgauit ſequentia:

Fontem compunctionis. Montibus Hannoniæ, anno 1595.

Miracula illuſtriora SS. Euchariſtiæ, collecta ex antiquis ſcriptoribus ac Patribus. Atrebati, anno 1600.

Harmoniam Cytharæ Dauidicæ, ſiue *Meditationes in Pſalmos Horarum Canonicarum.* Ibidem.

Mortificationem perturbationum omnium. Duaci.

Meditationes in VII. Pſalmos Pœnitentiales. Ibidem, anno 1579.

Inſtitutionem & fundationem Ordinis ſui cum Priuilegijs atque indulgentijs eidem conceſſis. Atrebati, typis Riuerij.

Promptuarium Orationum ad Sanctos, quorum in Eccleſia Catholica memoria eſt. Duaci, anno 1596. typis Bogardi.

Vitas veterum Patrum. Ibidem.

Naturæ debitum ſoluit Duaci, anno ſeculari clↄ.lↄc. kalend. Auguſti, & ſepultus apud ſuos.

IACOBVS BRASSICA, vulgo COOL, Roterodamus, Batauus, *Reineri Snoy* è ſorore Nepos, quo familiariter per litteras vſus ſum; vir multæ lectionis, ingenio, vitæque integritate nobilis, Scripſit

Maiale, de certo vitæ genere deligendo. Harlemi, typis Romani, anno 1598.

Conſolationem de Peſtilentia morbo. Lugduni Batauorum, anno 1584.

Fabularum & Facetiarum Libellum. Gaudæ, typis Saſſenij, anno 1576.

Saturnalia, ſeu *ſententias ad imitationem Paradoxorum Ciceronis diſputatas.* Lugd Batauorum, anno 1603.

Iſagogen, ſiue *Introductionem ad mortem.* Gaudæ, anno 1587.

Hollandiæ Etymon, Harlemi, anno 1599.

Reſponſum ad Iani Douzæ Nordouici in Hollandiæ Etymon. Lug. Bat. anno 1601. 8.

Pemmata, ad eundem. Delphis Batauor. 1603.

Saliare, ad I. Philoduſum, cognomento Triſaucem. Lugduni, anno 1602.

In lucem protulit Reineri Snoy de Rebus Batauicis, lib. XIII. Francofurti, anno 1620 in folio.

Defunctus eſt Gaudæ, anno Chriſti, ni fallor, M. DC. XIX. Huius Symbolum: SEMPER CANDIDE.

IACOBVS DE BROVWER, Hoochſtratanus, Dominicanus, & Conuentus Antuerpienſis: Doctor Theologus Duacenus, & nunc apud eoſdem Theologiæ Profeſſor, tam felici ingenio, vt nihil ſuprà. Vir in quo virtus cum doctrina, ingenium cum aſſidua legendi auiditate certat.

Dominici Soto lucubrationes ad Logicam Phyſicamq́ ſpectantes recenſuit. Duaci in 4. Dedit & libellum, cui titulus:

Clauis Apoſtolica, ſeu *Demonſtratio Theologica, quâ dilucidè ac ſolidè concluditur diuinâ fide credendum PAVLVM V. eſſe ſummum maximumque Pontificem.* Duaci, typis Belleri. 1621. 8.

Alia plura opuſcula prælo parata habet.

IACOBVS DE BRVGIS, Flander, Carmelita, Philoſophus, Gotfredi Cornubienſis Pariſijs auditor & diſcipulus: Scripſit

De impaſſibilitate animæ, lib. j.

De motu intellectus, lib. j. Et alia.

Claruit anno Domini M. CCC. X.

IACOBVS A BRVXELLIS, Dominicanus, in D. THOMAE doctrina exactè verſatus, *Quæſtiones atque Articulos quos* D. THOMAS *innuens non expreſſerat, ſed his verbis vt ſupradictum eſt, vel infra dicetur, ſignificauerat, adnotauit, tam in I. parte, quàm in prima ſecundæ; quas citationes poſtea integriores emiſit F. Antonius Luſitanus.*

Claruit circa annum Domini, M.CCCC.L.

IACOBVS CATZIVS, Zelandus, I. V. Doctor, diu cauſſarum Patronum egit Middelburgi, quouſque in Syndicum adoptatus eſt, eandem operam ſuam Dordracenæ vrbi Hollandiæ primariæ impendit cum laude. Vir totus candidus, vtriuſque linguæ doctiſſimus, & Poëta ſuauis. Eius exſtat

Silenus Alcibiadis, ſiue *Protheus, humanæ vitæ ideam emblemate, trifariam variato oculos ſubijciens.* Amſtelodami, apud Guilielmum Ianſſonium, anno Domini 1620. in 4.

Officium puellarum in caſtis amoribus emblemate expeſſum.

Pugna ſui ipſius. Poëmata multa Belgica & Latina.

IACOBVS CASTRIVS, Haſebrocanus Phyſicus & Medicus Antuerpienſis, ſcripſit

Epiſtolam de ſudore Epidemiali, quem Anglicum vocant, ad Medicos Gandenſes. Antuerpiæ apud Ioannem Grapheum, anno 1529. 8.

IACOBVS CERATINVS, ſiue Hornanus, Batauus, vtriuſque linguæ peritiſſimus. Tornaci primùm Græcas litteras docuit, eaſdemque poſtea Louanij priuatim profeſſus eſt. *D. Eraſmo Roterodamo* cariſſimus, cuius vide libb xvij. & xx. Epiſtolarum. Scripſit

De ſono litterarum præſertim Græcarum libellum eruditum, ad Deſ. Eraſmum Roterodamum. Coloniæ anno 1529. 8. typis Ioan Soteri.

Lexicon Græcum primus poſt Aldum Maiorem auxit & edidit teſte Eraſmo. Baſileæ, apud Frobenium, anno 1524.

Vertit

Digitized by Google

Vertit è Græco Primum & II. Dialogum B. Ioan. Chryſoſtomi de Sacerdotij dignitate. Auguſtæ Vindelicor.

Obdormiuit in Domino Louanij in flore ætatis, ſepultus ad Minoritidas, hoc epitaphio:

EGREGIVS VIR. D. IACOBVS CERATINVS,
ORTVS EX INSIGNI OPPIDO
HORNENSI
PRESBYTER DEO DEVOTVS,
ET TAM GRAECE QVAM LATINE DOCTVS,
VT TESTANTVR OPERA
AB EO EDITA
OBIIT ET HIC SEPVLTVS EST
ANNO M. D. XXX. APRIL. XX.

Orate pro eo.

IAOBVS CLERICVS, ſiue DE CLERCQ. Arteſienſis, Dominus de Beauuoir, & *Ioannis* frater, Vedaſtini monaſtetij Antiſtitis olim clariſſimi, qui obijt anno M. CCCC. LXIJ. Menſ. Septemb. anno ætat. octogeſimo ſexto. IACOBVS cùm inter aulicos vitam duceret, plerumque tempus, obſeruandis Principum ac præcipuè *Philippi Boni* Burgundiæ Ducis actionibus & varijs rerum euentibus impendit. Scripſit

Commentaria, ſeu *Diarium earum quæ rerum Atrebati & locis finitimis contingebant. M. S*, ſeruantur in Bibliotheca Vedaſtina.

IACOBVS LE CLERCQ, ſiue CLERICVS, Theologus, Paſtor in D. Nicolai & Canonicus Atrebatenſis, qua in vrbe probitatis ergo & doctrinæ fuit ab omnibus obſeruatus. Scripſit

Sermones in Orationem Dominicam.
De Pœnitentia.
De IV. hominis nouiſſimis.
Eiaculationes ſeu *Ecſtaſes ſpirituales.*

IACOBVS DE CODT, Flander, Iprenſis, ſociet. IESV Clericus, & humanioris literaturæ peritiſſimus, ſcripſit

Orationes & Poëmata varia omnis generis. Gandaui.

Carmen leoninum elegans & argutum, ſuppreſſo nomine, cui titulus:

Norma miniſtrorum, ſeu ſimplex regula morum
Iuxta iter errorum ſine lege reformatorum.

IACOBVS COLIVS, Antuerpienſis, *Abrahami Ortelij* è ſorore nepos, natVs VLTIMa DIe annI milleſimi quingenteſimi ſexageſimi tertij, Londini Mercator, rei antiquariæ ſummus admirator. *Matthias de Lobel* celeberrimus MeDICVs anno CIↃ. IↃ. CVI. in vxorem ſecundam dedit illi filiam in matrimonium. Non minus in Latino quàm Belgico carmine excelit.

Italiam

Italiam & Germaniam luſtrauit viuente *Ortelio*, mihi amiciſſimus, ſcripſit

Syntagma herbarum Latinè, earum vtilitatem & dignitatem declarans. Lugduni Batauorum, anno 1606. 4. typis Henrici Haeſtenij.

Paraphraſin in Pſalmum Benedic anima mea Domino. Belgicè, anno 1618. Anno cIↃ. IↃC. 111. quo IACOBVS in magnæ Britanniæ Regem inauguratur, Londini Mors 38244. mortales è vita ſuſtulit, ex quo numero peſtis abſumpſit 30578. eam ob cauſſam libellum belgicis rythmis conſcripſit

De ſtatu ciuitatis Londinenſis peſte laborantis. Middelburgi, anno 1604. 4.

Deſcriptionem mortis, & Præparationem contra eandem. Middelburgi, typis Ioannis Petri Vennij, anno 1624. idiomate vernaculo.

Paraphraſin in Pſalmos CIIII. & XXVII. Middelburgi, typis viduæ Ioannis Petri Vennij, anno 1626.

Poëmata Latina & Belgica ſparſim edita, in gratiam amicorum.

IACOBVS CONIAKVS HORSTIVS, Doctor Theologus Louanienſis, Canonicus Colonienſis, primùm, indeque Gandauum euocatus Canonicus ac Scholaſticus conſtituitur. Scripſit libellum

Pro communione ſub vna ſpecie.

IACOBVS CORNELIVS LVMMENAEVS A MARCA, vide CORNELIVS A MARCA.

IACOBVS CRVCQVIVS, Meeſſenæ natus in Flandria, *Conrardum Goclenium*, Louanij iuuenis docentem audiuit. Antiquitatis ſtudioſiſſimus, Brugis Flandrorum Latinæ Græcæque linguæ Profeſſor publicus, *Georgij Caſſandri* ſucceſſor, ſcripſit

Enarrationem in M. T. Ciceronis Orationem pro Milone, Antuerpiæ typis Plantini, anno 1582.

Encomium vrbis Brugenſis.

Q. Horatij Flacci Opera infinitis locis expurgauit ex antiquiſſimis xj. codicib. M. SS. & *Commentarium addidit*, typis Plantini, anno 1573. & Lugduni Batauorum apud Raphelengium, anno 1620. 4.

Poëmata, quæ nomen ſuum ab omnè obliuione apud poſteros vindicarunt.

Vixit anno Domini M. D. LXXVIIJ.

IACOBVS CVRTIVS, vulgo *De Corte*, Brugenſis, Hermanni F. I. C. Magiſtratus Brugenſis primarius Conſiliarius & Graphæus, ſcripſit

Libros Εἰκαστῶν, ſeu *Coniecturalium.* Tom. ij. Louanij, anno 1554. Antuerpiæ, anno 1589.

Inſtitutionum Iuris Ciuilis lib. IV. ex Græca Theophili Anteceſſoris paraphraſi Latinos fecit. Pictauij, anno 1539. Coloniæ & Louanij.

IANVS LERNVTIVS hoc ille epitaphium dic.

CVRTIVS hic ſitus eſt, qui dum trahit aëris auras
Laus patriæ excellens Iuſtitiaque fuit.
Nunc illo fatis ſublato, lumen ademptum
Et patriæ perij, Iuſtitiæq; ſimul.

Illa

Illa tamen felix, nam ſidera rurſus adiuit
Hoc duce, & Icariæ Virginis aſtra tenet.
Infelix patria eſt: qua mox à funere CVRTI
Ærumnis grauibus pœnè ſepulta iacet.
Qui legis iſta faue, ſola hic ſita corporis oſſa;
CVRTIVS *inuitâ morte ſuperſtes agit,*
Perpetuumq́ue decus Famæ ſibi fixit in arce,
Summani nequeat quod capere inde manus.

IACOBVS DAVENTRIENSIS, Tranſ-Iſelanus, Geographus ſuo tempore non incelebris. Deſcripſit *FRISIAM, à Sebaſtiano Munſtero Coſmographiæ ſuæ inſertam.* Item eiuſdem
Brabantiæ, Geldriæ, Hollandiæ & Zelandiæ Tabulæ extant, & edidit Machliniæ.

IACOBVS DIDYMVS, Friſius Poëta, *Franciſco Modio* familiaris, luſit *Poëmata varia.* Coloniæ. 8. typis Quentelij.

IACOBVS DIESTHVS, alij DRIESCHIVS, Flander, Rector Guilielmitarum Brugenſium ſcripſit *Iacobo Meyero* teſte,
Chronicon Flandriæ. Huic *Albertus Kranzius* dedicauit vitam *D. Remberti* Archiepiſcopi Remenſis.

IACOBVS EYCKIVS, Antuerpienſis, vrbi ab eleemoſynis, vir in Mercurialibus negotijs & humaniori litteratura egregiè verſatus: iam affectam habet *Centuriam oppidorum Belgi*, quæ breuibus epigrammatibus deſcripſit, ſingulorumq́ue ingenium, ſitum, & dotes graphicè expreſſit. Edidit
Epithalamium in nuptias CASPERI GEVARTI I.C. S.P.Q.A. *ab Actis & lectiſſ. virginis* MARIAE HACKIAE SCHOTTAE, *Antuerpiæ celebratas XIV. Maij, anno* M.DC.XXV. *quo nihil elegantius.* Typis Guilielmi à Tongeren. 4

IACOBVS EYNDIVS, ab Hæmſtede, Delphius, Centurio in caſtris, Illuſtriſſ. Principis *Mauritij Naſſouij*, Poëta elegans, ſcripſit
Martem exulem.
Epicedion in acerbum Iani Douzæ funus.
Nugarum lib.
Naſſouica, & Belli Belgici, lib. II. Lugduni Batauorum in 4. anno 1611.
Hydropyricõn lib.

IACOBVS FARCIN, Gallo-Brabantus, ordinis Minorum, ſingularem illum libellum *P. Alphonſi Madrilienſis*
De vera DEO aptè inſeruiendi methodo, in Latinum ſtudio Ioannis Hentenij ſacræ Theologiæ Louanienſis doctoris, verſum, tranſtulit in vernaculum noſtrum Teuthonicum, aliaq́ue nonnulla ſcripſit mihi hactenus non viſa.

IACOBVS FONTANVS, Brugenſis, I.C. & Iudex appellationum populi Rhodienſis, ſcripſit
Epiſtolam de expugnatione Rhodi, ad *Adrianum VI.* Pont. Max. Baſileæ, anno 1538. typis Thomæ Platteri.

Belli Rhody Hiſtoriam, lib. iij. Pariſijs, Baſil. & Haganoæ.
Scholia in Iuſtiniani Codicem, item
In Conſtitutiones Bonifacij & Clementis;
Vitam Ioannis XXII. P.M. ex varijs auctoribus collectam Lutetiæ.

IACOBVS FROIVS, Hanno, Benedictinus Lætienſis, vtraque lingua doctus, *Ludoici Bloſij* diſcipulus, *cuius opera in vnum volumen redegit, edidítque Latinè & Gallicè*.

Obijt Abbas Haſnonienſis, anno Chriſti M. D. LXXXVI. cuius pietas & conſtantia eximia cæteræque virtutes; admirabilis denique facundia nunquam ſatis dignè prædicari poterit.

IACOBVS GOVDANVS, Batauus (Bibliotheca Tigurina Gandenſem facit) ordinis ſancti Dominici Coloniæ, edidit

Paſſionem IESV CHRISTI magiſtralem; vt vocat, cum Gloſſa interlineari Alberti magni, ſententijſq. Doctorum Eccleſiæ.

Floruit circa annum M.D.V.

IACOBVS GAIVS, Hondtſchotanus, Flander, ſcholæ Furnenſis moderator, edidit libellum, quem inſcripſit

Dies geniales, vulgò *Bacchanalia, quo luxum commeſſationeſq. illas annuas acriter perſtringit*. Duaci, anno 1611. 8.

IACOBVS GHERINVS, Medicinæ Licentiatus, & Reipub. Antuerp. Medicus ordinarius, ſcripſit idiomate Belgico

Tractatum de præſeruatione ac curatione peſtis, anno M. D. LV. Gorcomij, Worcomij & Vltraiecti graſſantis. Antuerpiæ, anno 1597. 8. typis Petri à Tongris.

IACOBVS GRVITROEDIVS, Cartuſiæ Leodicenſis Prior, præſtantis ingenij, vir reconditæ eruditionis, vita & conuerſatione deuotus, Scripſit deuota aliquot opuſcula teſte *Trithemio, Petreio & Bibliotheca Tigurina*, videlicet

De veris virtutibus, libb. iij.
De VII. peccatis mortalibus, lib. j.
De IV, Nouiſſimis, lib. j.
De vita Domini IESV, lib. j.
De præparatione ante Miſſam, lib. j.
De diffinitione nominis Monachi.
Meditationes Paſſionis Chriſti.
Lectionarius menſæ, lib. 1.
Quintuplex ſpeculum, Prælatorum, ſubditorum, ſacerdotum, ſecularium hominum & ſenectutis, quod falſo editum hactenus nomine *Dionyſij Cartuſiani*, Coloniç 1540
Colloquium IESV & Monachi.
Colloquium IESV & Prælati.
Colloquium IESV & Senis.
Colloquium IESV & Hieremitæ.
Colloquium IESV & Diſcipuli.
Colloquium IESV & Peccatoris.

Alloquium

Digitized by Google

Alloquium IESV ad animam fidelem.
Pharetram diuini Amoris.
Contemplationem B. MARIÆ.
Coronulam B. MARIÆ.
Dialogum Crucifixi & Peccatoris.
Dialogos duos MARIÆ & peccatoris.
Meditationes compaſſionis B. MARIÆ.
De nomine IESV & MARIA.
Sermones de Tempore & Sanctis.
Epiſtolas ad diuerſos.
De VII. ſtatibus Eccleſiæ in Apocalypſi deſcriptis.
De auctoritate Eccleſiæ, eiuſque reformatione.
De abuſionibus Clericorum.
De erroribus modernorum.
De cauſis & remedijs paſſionum animi.
Quod Prælati vitia curare debeant. Et alia.

Inter viuos eſſe deſijt Leodici, anno ab apparitione Chriſti in carne CIↃ. CCCC. LXXij. prid. Id. Februarij, magno Orthodoxæ Eccleſiæ detrimento.

IACOBVS GVISIVS, Montenſis, Hanno, Doctor Theologus, Ordinis Minorum, Mathematicus ac Philoſophus; patriæ antiquitatis Hiſtoriarumque ſtudioſus, ſcripſit

Annales ſiue *Chronica Comitatus Hannoniæ, III. Tomis. M. SS.* apud Franciſcanus Montibus Hannoniæ.

Hominem ad maiora natum, mors inuida intercepit Valencenis anno Chriſtianæ ſalutis M. CCC. XCVIIj. & apud ſuos ſepultus.

IACOBVS HAMMIVS, I. C. Gandenſis, & in Curia Flandriæ Cauſſarum patronus. Poëta facilis, & elegantis ingenij, ſcripſit

Epigrammata multa & Epitaphia. Gandaui. 8. Plura adhuc apud hæredes latere ſcribit *Antonius Sanderus* lib. ij. De Gaudenſ. erudit. claris.

IACOBVS HEMBRICOVRTIVS, Eques ord. S. Ioannis Hieroſolymitani ſeu Melitenſis, ſcripſit Gallico ſermone

Speculum nobilium familiarum Haſbaniæ & ditionum vicinarum, ab anno M. CCC. LIIj. vſque ad annum M. CCC XCVIIj. M. S.

Vixit Leodici ad annum M. CCC. XCVIIj.

IACOBVS HOOCHSTRATANVS, à patria cognomen ſortitus in Campania Brabantica (falsò *Poſſeuinus* Colonienſem ſcribit) Ordinis Dominicanorum Doctor Theologus & Profeſſor Gymnaſij Colonienſis, atque Inquiſitor hæreticæ prauitatis per diœceſes Colonienſem, Moguntinam & Treuirenſem: hinc ab hæreticis, quos oderat ſcriptis vexatus, etiam à *Ioanne Capnione, Epiſtolis Obſcurorum virorum* titulo. Primos inter calamum ſtrinxit contra *Martinum Lutherum*, ſtilo parum rudiori. Eius hæc ſunt ſcripta:

Contra VIII. Lutheranorum blaſphemias.
De Fide & Operibus.
De Purgatorio. Coloniæ, anno 1525.

De libertate Chriſtiana, contra Lutherum Tract. V. anno 1526 in 8.

Margarita Philoſophiæ Moralis, libb. xij. anno 1521. 4.

Aduerſus petentes auxilium à maleficis.

Apologia ad Cabalæ deſtructionem, aduerſus Reuchlinum, Coloniæ, anno 1519. typis Quentelij.

Contra Dialogum De cauſſa Reuchlini, falſo inſcriptum Gregorio Benigno, Archiepiſcopo Nazareno.

Apologiæ aliquot contra Reuchlinum.

Acta iudiciorum inter eum & Reuchlinum. Haganoæ, anno 1518. 8.

Defenſio Principum Germaniæ aduerſus Petrum Rauennatem I.C. quod ſceleratos inſepultos in ligno detineant. Coloniæ.

Iuſtificatorium Principum, contra eundem, Ibidem.

Colloquiorum cum D. Auguſtino lib. VI. contra Lutherum.

Exceſſit Coloniæ in æde fratrum ſui ordinis anno Domini M. D. XXVIJ. XXJ. Ianuarij, teſte *Miræo*, in Elogijs Belgicis. Mortuo hæretici non pepercerunt, & hoc tumulo carmen affixêre:

Hic iacet HOOCHSTRATUS, *viuentem ferre patiq;*
Quem potuêre mali, non potuêre boni.

Verius & melius maledicus Poëta dixiſſet:

Hic iacet HOOCHSTRATUS, *viuentem ferre patiq;*
Quem potuêre boni, non potuêre mali.

IACOBUS IANSONIUS, Amſtelodamus, Doctor Theologus Louanienſis, & ad D. Petri Decanus. *Michaeli Baio* in moderando Collegio *Adriani VI.* ſucceſſit, in eaque functione etiamnum perſeuerat decrepitæ ætatis, gratiſſimus Principibus noſtris *Alberto & Iſabellæ* Auſtriacis: integer vitæ, ſceleriſque purus. Scripſit

Vittam Coccineam, ſiue *Enarrationem Paſſionis Dominicæ.* Louanij, typis Maſij, anno 1600. 8.

Commentarium in Cantica Canticorum. Ibidem, anno 1604.

Enarrationem in Prophetam Iob. Ibidem, 1623. typis Haſtenij.

Commentarium & Expoſitionem paraphraſticam in Pſalmos Dauidicos, anno 1597. & 1610. Louanij.

Inſtructionem Catholici Eccleſiaſtæ.

In ſacrum Miſſæ Canonem, quo S.R. Eccleſia per orbem vniuerſum vtitur. Ibidem, anno 1586. & 1605. in 4. typis Maſij.

Liturgica, ſiue *De ſacrificijs materiali altaris*, lib. iv.

Orationem in obitum Henrici Grauij, Doctoris Theologi Louanienſis.

Orationem in mortem MATTHIÆ HOVII *Archiepiſcopi Machlinienſis.* Louanij, anno 1620. apud Riuium.

Diem clauſit extremum Louanij anno ſaluti M.DC.XXV. XXX. Iulij, cum opinione ſanctitatis, & ſepultus in Collegio cui præerat à ſiniſtro latere *Michaelis Baij*, Orationem funebrem vetuit ſibi teſtamento fieri, vnde exiguâ admodum pompâ, & ceremonijs, tantum ſolitis in exequijs Academici fieri, elatus eſt.

IACOBUS LÆTIUS, Louanienſis, ſcripſit proſa oratione.
Encomium Muſicæ. Traiecti ad Moſam.

IACO-

IACOBVS LATOMVS, Camberonenſis, Hanno, in Louanienſi Academia Profeſſor Theologus clariſſimus: præter accuratam rei Theologicæ eruditionem, Græce & Hebraicè doctus. Lutherum fortiter aggreſſus eſt. Scripſit

De III. Linguarum, & ſtudij Theologici ratione Dialogos. II. Antuerpiæ typis Hillenij, anno 1519. 4. Item *Apologiam pro iiſdem.*

De Eccleſia.

De primatu Pontificis, aduerſus Lutherum. Antuerpiæ, anno 1526.

De varijs articulis in Eccleſia controuerſis.

De Confeſſione ſecreta. Baſileæ, anno 1525.

De legis humanæ obligandi ratione.

De Fide & Operibus.

De Matrimonio

De Monachorum inſtitutis Votis & Obligationibus.

Diſputationem Quodlibeticam. Louanij, typis Grauij, anno 1550.

De Oratione pro defunctis. Ibidem.

De Interceſſione Sanctorum.

De cultu Imaginum.

De ciborum delectu & Ieiunio.

Reſponſionem ad Lutheri libellum De articulis à Theologis Louanienſibus damnatis.

Reſponſionem ad Belleborum Ioannis Oecolampadij.

Confutationem aduerſus Guilielmum Tindallum, libb. iij.

Aduerſus librum Deſid. Eraſmi Roterodami, De ſarcienda Eccleſiæ Concordia. Louanij, typis Barthol. Grauij

Deuixit Louanij, & ſepultus in D. Petri poſt aram ſummam hoc epitaphio:

VENERABILIS VIR D. ET MAGISTER
IACOBVS LATOMVS
HVIVS ECCLESIAE S. PETRI CANONICVS
ET S. THEOLOGIAE PROFESSOR CLARISS.
QVI HAERESES CONTRA CATHOL. FIDEM
SVO TEMPORE GRASSANTES
DOCTRINA ET LIBRIS EDITIS PROFLIGAVIT,
VIR SANE MVLTAE ERVDITIONIS,
PIETATIS ET MODESTIAE.
H. S. E.
OBIIT ANNO DOMINI M. D. XLIIII. MAII XXIX.
R. I. S. P.

IACOBVS LATOMVS, Iunior, Camberonenſis, *Iacobum Latomum* Theologiæ Doctorem & Profeſſorem patruum habuit, Canonicus Louanij in D. Petri, Poëta elegans & facilis. Vixit ad decrepitam vſque ætatem perpetuo hilaris, obijtque anno ſalutis M. D. XCVI. in eadem æde conditus ad patrui ſui tumulum, vbi verſus iſtos in vtriuſque effigiem me legiſſe memini:

Lector, in hac geminos miraris imagine vultus,
Miraris LATOMVM *cumque minore ſenem?*
Hic primus fidei ſubiecit terga ruenti,
Conuellens fraudes, dire Luthere, tuas.

 Alter

Alter ab ingenio ſtudiorum lata ſecutus,
Contulit in faciles plurima ſacra modos.

PSALMORVM III. libb. integros, Threnos Ieremiæ ac Cantica Canticorum Elegiaco carmine feliciter reddidit, adiunctis in fine quibuſdam Carminibus ad amicos. Baſileæ & typis Plantini, anno 1571. & 1587.

IACOBVS LESSABÆVS, Marchianenſis, Hanno, Geographus & Poeta mediocris, ſcripſit *Chronicon Vniuerſale.*
De Hannonia vrbibus, libellum.
Farraginem Carminum. Antuerpiæ, anno 1534. 8. typis Hillenij.

IACOBVS A LOGENHAGHEN, Antuerpienſis, ordinis ſanct. Brigittæ apud Teneræmundanos Virginum Præfectus, edidit
Commentarium in ſacroſanctum IESV CHRISTI Euangelium ſecundum Lucam. Antuerpiæ typis Tilenij, anno 1574. 8.
In Epiſtolam Canonicam diui Iacobi, ad Præſidem Viglium Zuichemium. ibidem, anno 1571.
Teneræmondæ rebus exceſſit humanis anno redempti mundi M.DC.XI. planè exhauſtus podagræ doloribus & valde ſenex, nam anno M. DC. Iubilæum ſui Sacerdotij celebrauerat, teſte *Dauide Lindano.*

IACOBVS LOVCHIERIVS, Athenſis, Tornaci ad ſanctum Martinum Ordinis D. Benedicti Religioſus, edidit
Diadema Monachorum Smaragdi, Abbatis Monaſterij ſancti Michaelis in Saxonia, Ordinis ſancti Benedicti, emendauit, Notiſque illuſtrauit. Tornaci in officina Laurentiana, anno 1610. 16.

IACOBVS LVMTIVS, ex pago Dreyſſcher prope Zirckzæam in Zelandia, conſcripſit
Comœdias aliquot ex ſac. Scriptura deſumptas. Antuerpiæ, anno 1533. & 1539. typis Hillenij.

IACOBVS MARCHANTIVS, Neoporti in Flandria naſcitur, Furnâ oriundus. I.C. Hiſtoricus & Poëta, vtriuſque linguæ peritus. Fuit amœni ſimul & magni ingenij. Louanij IV. ſtirpis Melodunenſis fratribus, quorum natu maximus Eſpinoije Principatu inclaruit, Pædagogus datus eſt: Cum ijs Italiam vidit, in qua per id tempus eruditionis & eloquentiæ famam cum primis claruit. Reuerſus in patriam non exigua munia obiuit. Paucos ante annos, ô nimium citò Belgio, Sereniſſimiſque Princip. ALBERTO & ISABELLAE, è vita hac diſceſſit. Reliquit filium *Franciſcum Marchantium*, linguâ promptum, & Principi ſuo fidum, Fiſcalem & Conſiliarium. Edidit
De rebus geſtis à Flandria Comitibus Elegiaco carmine. Louanij, anno Domini 1557. in 8.
De rebus Flandriæ memorabilibus librum ſingularem, proſa oratione.
De Flandriæ Principibus, diuerſo ab altero Louanij edito. Antuerpiæ typis Plantini, anno 1567. 8.
Commentariorum de Flandria libb. IV. quibus de Flandriæ origine, commoditati-

ditatibus, oppidis, Caſtellanijs, principibus, alijſque memorabilibus dilucide tractatur. Antuerpiæ, ibidem, anno 1596. in 8.

Poëmata Varia.

Quieſcendi locum accepit Bruxellæ plenus dierum, omnis Antiquitatis indagator ſolertiſſimus.

IACOBVS VAN MEERLANDT, Dammenſis, Flander, Poëta, Orator, & Philoſophus: *Marcus Varnewÿck in Speculo Belgicarum* Antiquitatum teſtatur illum præter alia ingenioſiſſima opuſcula reliquiſſe librum idiomate Flandrico, hoc titulo: **Der naturen blomme**/ hoc eſt, *Flos Naturæ*, quo Naturæ miracula prædicat. Sepultus Dammi in Flandria ſub campanili, hoc epitaphio ſatis barbaro:

> *Hic recubat* IACOBVS VAN MEERLANT *ingenioſus,*
> *Trans hominem gnarus aſtu Rhetorque diſertus:*
> *Quem laus dictandi & iuris prouerbia fandi*
> *Tranſ-Alpinauit, famaq; perenne beauit:*
> *Huic miſerere Deus cui ſextus Iubilaus*
> *Poſt ſummum nomen muneri prob abſtulit omen.*

Hactenus ſpectatur eius effigies in trabe atrij domus Senatoriæ habitu prorſus philoſophico, ac dextra calamum tenentis, librumque apertum in pulpito, ſemper enim aliquid commentabatur.

IACOBVS METIVS, Adriani frater, Alcmarianus, huic illa laus eſt, quod primus adinuenerit *Perſpicillum*, cuius nunc non vulgaris vſus eſt apud militiæ Magiſtros, quo loco longinſculè diſſita, quaſi oculis vicina, imò etiam maiora cernuntur, & hæc laus Belgio quoque noſtro debetur.

IACOBVS MEYERVS, Flander, Balliolanus, in agro ad occiduam Flandriæ plagam naſcitur anno reconciliationis humanæ M. CCCC. XCI. XVI. kal. Februarij, Hiſtoricus & Sacerdos. Lutetiæ Philoſophiæ & Theologiæ operam dedit. *Deſ. Eraſmo Roterodamo, Ioanni Diſpanterio*, alijſque viris doctis carus & in pretio. Primus fere aut optimè gentis ſuæ Hiſtoriam pertractauit. Blancobergæ ad extremam vſque ætatem, animarum Curio curam geſſit. Scripſit

Flandricarum rerum Tomos X. qui ſunt de Origine, Antiquitate, Nobilitate ac Genealogia Comitum Flandriæ. Brugis, apud Hubertum Crocum, anno 1531. 4.

Chronicon Flandriæ. Norimbergæ, anno 1538. 4.

Flandricarum rerum Annalium libb. XVII. Antuerpiæ typis Stelſij, anno 1561. & Francofurti, anno 1580. folio, quos ab interitu vindicauit *Antonius Meyerus.*

Poëmata aliquot pia, & Hymnos Eccleſiaſticos meliores reddidit.

Annotationes in duos Hymnos Trochiacos Aurelij Prudentij, I. De Miraculis. II. Duorum Martyrum. Louanij, typis Reſcij, anno 1537. 8.

Epiſtolarum lib. De Viris illuſtribus, vt habet bibliotheca Tigurina.

Carmina miſcellanea. Antuerpiæ, anno 1534.

Philippeiden de Bello Philippi Galliæ Regis cum Othone Imp. ante annos CCC. conſcriptam, abſterſa barbariè emendauit, & in lucem dedit.

E ſeculo migrauit Brugis, ſexagenario maior, acutâ febre correptus, vbi ludum multos annos iuuenis aperuerat, & ſepultus in D. Donatiani, (qua in æde ſacerdotium olim poſſederat) hoc epitaphio, memoriâ omnium ſeculorum & laude vir digniſſimus:

Corpus nobilis hic viri recumbit,
Qui tranſis obiter, require nomen,
Et vita genus & profeſſionem.
Non inutile cogitare mortem eſt.
Nomen MEYERVS. *ecquid obſtupeſcis?*
Auditum fuit hoc tibi ante nomen?
Natus Ballioli, ſepultus hic eſt.
Calebs vixit & integer ſacerdos,
Nugarum fugitans & ociorum.
Hic ſenſiſſe videtur, omne tempus
Quod non hiſtoriis daret, perire.
His rebus iuuenis ſtudere cœpit,
His immortuus vltima ſenecta eſt,
Dum Flandros proceres & acta Regum.
Nigris abdita vindicat latebris.
Si ſe verſibus admodum dediſſet.
Et verſus potuit ſonare doctos,
Cunctis auxilium tulit propinquis.
Si vel conſilio, vel ære, vel ſi
Diſciplina opus artibusq. haberent
M. C. quinque duobus II. L. vno
Sic anni numerantur à ſalute.
Menſis Februi erat dieſq. quintus,
Cùm Mors egregium caput peremit.
Lector Manibus imprecare pacem,
Hoc ſaltem pretium ferat laborum.

Vitam, neſcio quis his verſiculis breuiſſimè deſcripſit:

BALLIOLVM *genuit, docuit* LVTETIA, *humauit*
DONATIANVS MEYERVM
Hiſtoricum. Vixit cœlebs, Chriſtiq. Sacerdos,
Profeſſus idem litteras.
Brugenſem inſtituit pubem, dein Curio ceſſit
In fata Blancobergius.
M.D. LII. V. Februarij.

IACOBVS DE MIDDELBVRGO, vide IACOBVS ANTONIVS.

IACOBVS MIDDENDORPIVS, Oldenſalienſis, Tranſiſelanus, Swollæ *Boëtium Eponem*, Gymnaſiarcham habuit, in vtraque lingua optimè verſatus fuit. Coloniæ Doctor creatus, Philoſophiam Peripateticam in Collegio Montano cum laude & fructu magno explanauit. Scripſit *De Academiis Orbis vniuerſi, earumque origine ac progreſſu lib. II. qui in*

VIII.

Digitized by Google

VIII. dein excreuerunt. Coloniæ, anno 1567. & 1572. Ibidem, anno 1602. typis Cholini, in 8.

De officiis Scholaſticis, lib. ij. Ibidem, anno 1570. in 8.

Originum Anachoreticarum Syluam, ſiue *De vita Cœnobiali, eiuſque origine, progreſſu ac Natura* Ibidem, anno 1602. & 1615.

Ariſticam, de S. Scripturæ per LXX. interpretes tranſlatione ex M.SS. Græcis Latiniſq; codd. reſtituit, & Commentario illuſtrauit. Ibidem, anno 1578. in 8.

Quæſtiones Iuridicas, Theologicas & Politicas Impp. Regum & Princip. cum eorum reſponſis. Ibidem.

Obijt Coloniæ ad S. Andream Decanus, atque vniuerſitatis Procancellarius, ſatur æui, ſatur gloriæ, conditusque magnifico epitaphio in D. Andreæ:

D. O. M.

IACOBO MIDDENDORPIO
PHILOSOPHIAE ET I. V. DOCTORI,
AC SS. THEOL. LICENTIATO,
IN DIVERSIS ACADEMIIS PROFESSORI PVBLICO,
METROPOLITANAE ECCLESIAE COLON.
CANONICO PRESBYTERO,
ATQVE VNIVERSITATIS PROCANCELLARIO
ITERVMQ. RECTORI,
MAGNORVM PRINCIPP. CONSILIARIO,
PIETATE, DOCTRINA, ET RERVM VSV CLARISS.
MOESTI COLLEGAE ET AGNATI POSS.
VT CVIVS INGENII MONVMENTA
ÆTERNA SVNT,
EIVS CORPORIS QVOQVE MEMORIA
NE A POSTERIS DESIDERARETVR:
NAM POST MVLTOS
MAGNO SEMPER ANIMO EXANTLATOS LABORES
VARIOSQVE SCRIPTOS DOCT. LIBROS,
TANDEM HVIVS ECCLESIAE DECANVS
OBDORMIVIT IN DOMINO
ANNO SAL. M. DC. XI. XIII. IANVARI,
AETATIS SVAE LXXIII.

IACOBVS A MIGRODE, Aloſtanus Flander, vir multarum linguarum peritiſſimus, vertit ex Hiſpanico in Gallicum idioma

Hiſtoriam rerum ab Hiſpanis in Occidentali India geſtarum. Pariſijs, typis Guilielmi Iuliani, anno 1582.

IACOBVS MOSANDER, Flander, cùm antea Decanus fuiſſet Ruralis, anno Chriſti M. D. LXX. relicto Eccleſiaſtico beneficio Coloniæ Cartuſianis adſcribitur, & poſt *Laurentij Surij* obitum, in vij. Sanctorum concinnando Tomo inſignem poſuit operam, dedicauitque ſuum laborem

Reuerendo

Reuerendo in Chriſto Patri, Domino *Gaſparo Groppero*, Bonnenſis Eccleſiæ Præpoſito.

Martyrologium ADONIS auctius & emendatius dedit.

Mortuus in Morauia placidâ morte in domo Vallis Ioſaphat, teſte *Petreio*, anno Domini M. D. LXXXIX.

IACOBVS NAVARCHVS, Honſchotanus Flander, ſociet. IESV Clericus, ſcripſit

Epiſtolam Aſiaticam, de Sectis in religione Orientalium populor.

Epiſtolam, De Archiepiſcopo Armachano. Louanij, anno 1570.

Obijt Antuerpiæ vj. Non. Maij, anno Domini M. D. LXXVI.

IACOBVS NICOLAIVS, Flander, Loënſis, quibus fuit à Secretis, Morinis oriundus, Græcè Latinèque doctus, *Paulo Leopardo* perfamiliaris etiam Græcè doctiſſimo, ſcripſit

Miſcellaneorum Epiphyllidum lib. IX. extant Tomo V. lampadis Criticæ, edente *Iano Grutero.*

IACOBVS PAMELIVS, Adolphi F. CAROLO V. Imp. à ſecretioribus conſilijs, è nobili Baronum de Pamele ſtirpe naſcitur Brugis, vtriuſque linguæ & Hiſtoriæ cognitione excellens. Louanium à parentibus miſſus, primum liberalibus ac Philoſophicis diſciplinis, poſt Theologicis animum applicuit, vſus præceptoribus *Ruardo Tappero* & *Iudoco Raueſteinio.* Lutetiam Pariſiorum, aliaſque Europæ Academias cum fructu viſit: inde Louanium reuerſus, Theologiæ laurum accepit. Mox Brugas reuocatus, Canonica dignitate ac Archipresbyteri munere ornatur, in ſimul Præpoſitura Vltraiecti ad S. Saluatorem. Tandem fauentibus omnium votis Epiſcopus Audomaropolitanus deſignatur: Cuius rei ergo Bruxelellas cogitans, Montbus Hannoniæ morbo correptus, ix. poſt die, vita deceſſit, conditus in æde *D. Waldetrudi* ſacra, hoc epitaphio:

D. O. M.

NOBILI VIRO IACOBO ADOLPHI F. FRANC. N. PAMELIO
PRESBYTERO, SVMMO THEOLOGO
D. SALVATORIS VLTRAIECTI PRAEPOSITO
ECCLESIAE AVDOMAROPOLITANAE ARCHIDIACONO
EIVSDEMQ. NOMINATO EPISCOPO.
MVLTIS IN TERTVLLIANVM, CYPRIANVM,
ALIOSQ. SCRIPTORES MONVM. EDITIS
CLARISSIMO,
IN TEMPESTIVA EHEV MORTE ABREPTO
FRATRES MOESTISS. POSS.
NATVS EST CIƆ. IƆ.XXXVI. III. IDVS MAIAS
MORTVVS CIƆ. IƆ. LXXXVII. XIII. KAL. OCTÓB.

Varia

Varia ingenij monumenta poſteris reliquit, vti ſunt

Liturgica Latinorum, hoc eſt De ritu ſacrificij Miſſæ apud Latinos, ab Apoſtolis & Patribus obſeruato. Tom. II. digeſta, Coloniæ, anno 1571. typis Quentelij, opus non exigui laboris.

Relatio ad Belgij Ordines De non admittendis vna in Repub. diuerſarum religionum exercitijs. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1589. 8.

Conciones Catechiſtica diuerſis temporibus habita.

Micrologum de Eccleſiaſticis Obſeruationibus è tenebris eruit.

Catalogum ſcriptorum Eccleſiaſticorum & Commentatorum veterum ſelectorum in vniuerſa biblia, editum cum Caſſiodori lib. Inſtitutionum diuinarum, typis Plantini.

Tertulliani Opera è M. SS. codd. auxit ac recenſuit Argumentis & Annotationibus doctiſsimis, Tom. V. cum Tertulliani vita.

Paradoxa Tertulliani, quibus antidotum ſuum adiecit. Pariſijs.

B. Cypriani Opera omnia, ad plurima vett. & M. SS. emendata luculentis Annotationibus illuſtrauit. Opus incomparabile, quod vel vnicum ſufficiat ad ſingularis eruditionis teſtimonium. Antuerpiæ, anno 1568. 1589. & Pariſijs anno 1574 in folio.

Habebat & præ manibus, præloque deſtinauerat editionem

Operum Rabbani Mauri Archiepiſcopi Moguntini in VIII. Tom. eaque SIXTVS V. Pont. Max. ſibi dicari voluit. Item

Bernardi Caſſinenſis lib. De Virginitate.

Hinckmari Remenſis Archiepiſcopi Opuſcula.

Hugonis Floriacenſis Hiſtoriar. lib.

B. Honorij Auguſtodunenſis Gemmas animæ de diuinis officiis, lib. iv.

Liturgica Græcorum, & de Græcæ ac Latinæ Eccleſiarum in Miſſæ ſacrificio concordia.

Conciliorum Paralipomena.

Conciliorum ſummam Chronologicam

Chronologiam Martyrologicam.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam.

Annales Brugenſium.

Belgij, ſiue *Infer. Germaniæ Hiſtoriam.*

Maximè etiam laborauit fortis Catholicæ religionis contra improbos nouatores apoſtatas propugnator, grauiſſimuſque hæreſiomaſtix, vt priſtino nitori reſtitueretur GRATIANVS, vt teſtantur doctæ, quas in eum collegit, OBSERVATIONES.

Guilielmus Taelbomius. Laudationem funebrem ſcripſit.

IACOBVS PAPA, Iprenſis Flander, Sacerdos & Poëta iucundus, ſcripſit

Elegiarum lib. II. quorum priore mendicabulam publicum tuetur, altero tollendum docet.

Elegias X. de certamine Galli cum Aquila, hoc eſt, de diſſentione CAROLI V. *Imp. &* FRANCISCI I. *Gall. Regu.* Brugis, typis Hub. Croci. 4.

IACOBVS PLANCIVS, Brugenſis Poëta, reliquit poſteris *Græcos & Latinos ſuaues verſus*, Louanij.

IACOBVS RÆVARDVS, I. C. ab vltima ſtirpe Morinæ gentis Flander

Flander, naſcitur in municipio Brugenſi, quod Liſſiwegam vocant, circa annum M. D. XXXVI. parentibus opulentis, honeſto loco ac ſtirpe. Natus lumen nouum alluxit maioribus ſuis, etiam vrbi Brugenſi. Puer in diſciplinam traditus, eſt *Ioanni Geldrio*, tunc temporis docto & erudito. Adoleſcens Louanium miſſus, animum ad iuriſprudentiæ ſtudium appulit. Inde Aurelijs vix biennio exacto, honore ac titulo iuriſconſulti cohoneſtatus eſt. Ad ſuos reuerſus, Brugis ſedem fixit, ſæpius in Senatorum ordinem adlectus. Poſt ab Academia Duacena ad Iuris profeſſionem euocatus, Rector publico bono præfuit. Dum ſtudijs plus æquo incumbit, phthiſin contrahit & tabeſcere paulatim cepit. Brugis reuerſus valetudinis curandæ anno reparatæ ſalutis M. D. LXVIII. kal. Iunij ad Superos abijt magnus Belgij (ſic *Iuſtus Lipſius* nominabat) PAPINIANVS. Conditus in baſilica municipij natalis, ad dextrum latus templi interioris. Liberos aliquot reliquit, inter alios *Petrum*, eximiæ quidem exſpectationis, ſed vitæ etiam breuioris. *Ianus Lernutius Iacobo* hoc epitaphium ſcripſit:

Si fas eſt immortali mortalia flere,
Atque homini lacrymas perſoluiſſe Deam:
Quum videt exſtinctas leges Romanaque Iura
Et tecum hinc raptam Flandria Iuſtitiam:
Macte animis, RAEVARDE, *tuis, nam poſt tua cernis*
Fata, Deam lacrymas reddere iuſta tibi.

Eius ſcripta ſunt:

Ad leges XII. Tabularum, liber ſingularis, typis Plantini.
Variorum, ſiue *De Iuris Ambiguitatibus lib. V.* ibidem.
De Praiudicijs, libb. ij. Brugis, anno 1565. 8.
De Auctoritate Prudentum, lib. 1. typis Plantini. 8.
De Iure liberorum, liber ſingularis.
Commentarius ad Tit. Pandectarum, de diuerſis Regulis Iuris antiqui. Ibidem, anno 1568.
Protribunalium liber ſingularis, Brugis.
TRIBONIANVS ſiue *De veris vſucapionum differentijs*, lib ſing.
Ad legem Scriboniam. ibidem 8.
Coniectaneorum, *lib. VII.* à nullo editi: tres tantum ad manus *Iani Lernutij* peruenerunt, beneficio *Petri Rauardi Fil.* iuuenis parente digni, qui ſupremis tabulis ante mortem eos ille legauit ſua manu deſcriptos, deditque in lucem anno Domini M. DC. I. Francofurti, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium.

IACOBVS REYMOLANVS, Gandenſis, Mathematicus, & Poëta, Rector Ordinis Carmelitici vir planè religioſus, literatus, ac morum ſuauitate amabilis, laudaturque à *Gaguino, Trithemio, & Iudoco Badio*. Scripſit

Odas de S. Ioachimo.
Vitam S. Ioachimi.
Idyllion de bono coniugali.
Exhortationes Chriſtianorum.
De puritate B. MARIÆ Virginis.
Epithalamium ad Boſtium.

Epiſtolas

Epiſtolas carmine, aliaq́, Poëmata.

Romæ, anno Chriſti M. D. VIII. corporis ergaſtulo ſolutus, immortalitatis gloria coronatur.

IACOBVS ROGERIVS, Tornacenſis, Poëta, edidit *Neopegnia*, ſeu *Luſus pueriles*. Pariſijs, anno 1539. typis Ioannis Ludouici.

IACOBVS ROTARIVS, Canonicus Leodici ad S. Dionyſium, ſcripſit

Dialogum De actibus nouiſſimis terræ Brabantinæ, M.S. Louanij, in Valle Martiniana Regularium ſancti Auguſtini.

IACOBVS SLVPERIVS, Herzelenſis, Flander, in agro Furnenſi, Sacerdos & Poëta non infelix, multa à Caluiniſtis pro fide Orthodoxa paſſus, bonis omnibus exutus, patriciâ ſede pulſus, in Picardia annos aliquot vixit. Scripſit

Elogia illuſtrium Virorum, à Philippo Meyero poſt mortem edita. Atrebati, typis Riuerij, anno 1603.

Hymnum ad D. Vedaſtum. Ibidem, anno 1603.

Catalogum omnium penè Poëtarum priſcorum & recentior. verſu Phaleucio.

Sacrorum Hymnorum, lib. j.

Epiſtolarum, lib. j.

Deſcriptionem omnium opificum.

Miſcellanea & eclogas.

Epigrammata ad omnium fere gentium noſtraq́ ætatis nationum habitus & effigies.

Poëmata Varia, Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1575.

Conceſſit naturæ Atrebati, ſeptuagenario maior, kal. Auguſti anno à virginis partu M. DC. II. Sepultus in æde S. Crucis, hoc epitaphio:

Poëta Flander Herzelenſis SLVPERVS
Conſumptus annis hic iacet ſenilibus,
Artes puer qui liberales imbibit
Villa in minore, propè amnem Lyziam.
Profectus hinc Louanium, veteres Sophos
Euoluit, atque conſecutus lauream
In Flandriam reuerſus eſt, & ſeculo
Spreto, ſacris ſe dedidit, atque cœlibem
Amplexus eſt vitam, ſolutus vt omnibus
Curis, DEO *vacare poſſet, & ſuis*
Muſis, quibus toto iuuenta tempore
Nec non ſenecta pertinaciter fuit
Addictus, vt teſtantur, heu! Poëmata
Atque alia, quondam ſoſpes ipſe quæ edidit,
His adde multo plura, quæ in tenebris iacent,
Lucem ſuo viſura forſan tempore.
Hæc dum recudit, ecce bella ciuica
Paſſim per vrbes ſunt oborta Belgicas;
Quibus inuolutus ipſe myſtes SLVPERVS,

Per Geuſeos coniectus eſt in vincula,
Boniſque perditis, fugatus Flandria;
Quos execratus, patrium vertit ſolum,
Profectus in Picardiæ fines, vbi
Aliquot per annos ſubſtitit donec ſenem
Mars rurſus emigrare Vatem compulit.
Hinc Atrebatum venit, vltimam ſibi
Sedem futuram, quippe poſt vigeſimum
Annum, ſenili fractus æuo concidit.
Tu quiſquis es, precare fauſta Manibus
Functi Poëtæ, ſortis humanæ memor.

IACOBVS DE SOMERE, Gandauenſis, Adolphi F. & Reip. Syndicus, prudentia, rerumque ciuilium cognitione ac facundiâ præſtans: Vir extra controuerſiam ſummus. Scripſit varia metrico præſertim ſtilo, & (quod mirandum) nocturnis præcipuè horis, cum per diem alijs occupationibus vacaret:

Poëma heroicum de legatione ſua ad Hanſeaticas ciuitates, iuſſu Sereniſſimi Archiducis Alberti.

Carmen de Podagra, quâ affligebatur noctéque dieque.

Elegiam in nuptias Philippi Iulij Pomeraniæ Ducis.

De gradibus quibus ad Deum itur, elegiaco carmine.

De exſiccatione paludis in Weſt-Flandria.

Item *De aggere Albertino vndis excluſo.*

Libellum aureum Thomæ à Kempis de Imitatione Chriſti vertit heroicis verſibus, & multimodis modis verſum hunc admirabilem:

Crimina quot mundo, tot ſunt tibi vulnera Chriſte.

Item *De Legatione ſua Anglica obita iuſſu Senatus Hamburgenſis, paciſq́; inter Anglos & Hamburgenſes initæ potiſſimum auctor fuit.*

Vitam ſuam ab anno ætatis XIV. carmine Heroico.

Vertit etiam in Latinum ſermonem *Varias Epiſtolas ſacras Matthæi Wierij, de multis Religionis Chriſtianæ dogmatibus tractantes.* Item *De vera hominis per pœnitentiam regeneratione.* Hæc omnia in ſcedis M.SS. apud filium *Philippum* in Academia Duacena ſtudioſum ſe vidiſſe ſcribit *Antonius Sanderus*, lib. ij. de Gandenſibus eruditione claris.

Obijt in patria anno Domini M. DC. XXIII. XV. Iunij.

IACOBVS STRATIVS, Societatis IESV Theologus, Antuerpienſis, Rector Louanij & Brugis Flandrorum, pietate & concionibus clarus, Opuſcula pia varia ſuis popularibus tranſcripſit,

Meditationes quoque Latinas edidit.

Roberti Bellarmini S. R. E. Card. lib. De arte bene moriendi è Latina Belgicè tranſtulit,

Item *Soliloquium animæ Thomæ à Kempis.*

Declarationem præcipuorum articulorum antiquæ Romanæ Catholicæ fidei, Belgicè.

IACOBVS SVSIVS, vir nobilis, vtriuſque linguæ peritus, edidit

Carmina ſacra ac profana. Typis Raphelengij, anno 1591. 8.

IACOBVS TYMÆVS, Amersfortius, diœceſis Vltraiectinæ, Philoſophus & Theologus, Coloniæ floruit in burſa Laurentiana, ſcripſit

Commentaria in Ariſtotelem de Generatione & Corruptione.

In Metcora eiuſdem. Coloniæ, anno 1597. typis Quentelij.

Vixit tempore *Rodolphi Langij* Canonici Monaſterienſis, qui illi epitaphium ſcripſit, vt eſt in bibliotheca Tigurina.

IACOBVS TRAIECTANVS, Monachus Oliuetanus, edidit *Tractatum de modo viſitandi & corrigendi ſubditos*. Et, *De modo inquirendi in eorum defectus*. Brixiæ, apud Angelum Britannicum, anno 1500.

IACOBVS A TRIEST, Nouiomagus, ſac. Theol. Licent. & Iuridici Collegi Coronarum apud Agrippinates Rector, vir elegantis ingenij, naturâ mitis, modeſtus, candidus & vrbanus, ſcripſit

Epigrammatum moralium, libb. iij. Coloniæ, typis Antonij Becquer, 1600.

IACOBVS TYPOTIVS, Brugenſis, vir in Hiſtorijs & politiore litteratura excelluit, ſpecimen dedit *Tribus Tomis Symbolorum diuinorum & humanorum, qui prodierunt ex Muſæo Octauij de Strada Antiquarij*. Pragæ, ex officinâ Ægidij Sadelerij.

IACOBVS VELDIVS, Flander, Brugenſis, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ſacræ Theologiæ Doctor Louanienſis, Prouinciæ Colonienſis Præſes Prouincialis, vir Græcis Latiniſque literis eruditus, & diuini verbi præco diſertiſſimus. Primum Pariſijs, poſt doctrina Louanij claruit. Scripſit quæ omnium manibus circumferuntur,

Tabulas compendioſas in Euangelia & Epiſtolas, quæ per totam Quadrageſimam populo in Eccleſia proponi ſolent. Louanij, anno Domini 1565. & Venetijs, anno 1566. in octauo.

Paraphraſticam Enarrationem Euangelicorum Quadrageſimalium. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1570.

Enarrationem Paraphraſticam Epiſtolarum Quadrageſimalium, Louanij, 1573.

In Paſſionem Domini noſtri IESV CHRISTI. Antuerpiæ anno 1570. 8.

Commentaria in Danielem Prophetam. Ibidem, typis Belleri, anno 1576. in 8.

Cõmentaria in Threnos, ſed non excuſa, Louanij leguntur apud Auguſtinianos.

De Vera corporis Chriſti in Euchariſtica præſentia, vernaculo ſermone. Antuerpiæ, anno 1580 in 8.

Debitum Naturæ ſoluit ſenio confectus Audomaropoli, in Abbatia ſancti Bertini, anno CIↃ. IↃ. LXXX. propter DEVM à patria exul, furori hæreticorum cedere iuſſus.

Doctrina, Fidei, Suada, Pietatis Honoris
Naſcitur in campis copia quanta tuis!
Hinc quoque dum Grudij conſtabit fama Lyæi,
Flandriaci viues gloria magna ſoli.

Digitized by Google

IACOBVS VERHEYDEN, Grauienſis, ſcripſit *Guilielmi Verheyden fratris vitam*, Hagæ Comitis & Lugduni Batauorum.

IACOBVS VIVARIVS, Lomelanus, ex Campania Brabantica, primùm Herentalij, poſt Anderlacij iuxta Bruxellas ſcholæ Moderator, Poëta mediocris, Exſtat

Origo, inſtitutio, inauguratio. Aurei velleris, ad illuſtriſſ. Alexandrum Farneſium, Belgij Proregem, *carmine heroico*. Antuerpiæ, typis Henricj Henricij.

Querela Belgica, verſu Elegiaco, quæ miſerum ſuum ſtatum exponit PHILIPPO II. Regi Catholico. Ibidem, anno 1585. 4.

Oratio Eccleſiæ. Ibidem.

Comœdia Redemptio noſtra, quâ oſtenditur maximè relictos & afflictos maiorem conſolationem conſecuturos. Antuerpiæ.

Petrus pænitens Comœdia, Ibidem, anno 1580. 8.

IACOBVS VLVGGIVS, Amerfortius, Poëta, edidit iuuenis paraphraſi poëtica,

Hymnorum veteris & noui Teſtamenti, lib. iij. Franekeræ, typis Ægidij Radæi, anno 1600. in 16.

IACOBVS VOLCARDVS, Bergenſis, vtriuſque linguæ peritiſſimus, ſcripſit

Orationem Quodlibeticam De vſu Eloquentiæ in obeundis muneribus publicis. Antuerpiæ, typis Hillenij, anno 1526.

Vixit tempore *Ioannis Secundi* Poëtæ celeberrimi, cui & familiaris fuit, itemque *Eraſmo Roterodamo*, aliiſque. Diſcipulum habuit Hagæ-Comitis *Viglium Zuichemium* anno ætatis xx. *Ioannes Secundus* amico hoc luſit Epitaphium:

Hoſpes qui calcas loca triſtia defunctorum,
Siste gradum, cineres heic IACOBVS *habet,*
Aſpera quem fata, & noſtro nimis inuida ſeclo,
Non ſunt maturos paſſa videre dies.
VOLCARDO *cognomen erat, primordia vitæ*
Berga dedit, quo ſtas, nunc habet oſſa, locus.
Quicquid ROMA *docet, quicquid docuiſtis Athenæ,*
Nouerat; obſcurum non minus iuit iter.
Illius ad tumulum Nymphæ, Pernaſſides vdas
Effundant lachrymas, Pallas & ipſa gemat.
Illius ad tumulum ſuccreſcat Apollinis arbor,
Mixtaque cum violis lilia, cumq. roſis.

IACOBVS YETSWERTIVS, Flander, naſcitur Bergæ ſancti Winoci, V.N. & miles generoſus pro Rege Catholico contra perduelles Geuſios, ſcripſit *Aldenardiados carmine heroico*, de ſubdola & furtiua Geuſiorum in ciuitatem Aldenardenſem irruptione, anno Domini M. D. LXXII. Duce Iacobo Blommartio.

Elegias aliquot elegantes, nondum editas, teſte *Marchantio*.

IACOBVS ZEVECOTIVS, Gandenſis, I.C. & Poëta, patricia familia

familia oriundus, mihi familiaris, ingenio florido, venâ vbere, ita vbique Naſonis inſtar, vt cum eo contendere velle videtur, tandem

Luſtrata Auſonij poſt culmina ſacra Quirini
Lugdunum venit Batauorum. Scripſit

Tragicomœdiam Eſter. Antuerpiæ, typis Wolſchatl.
Roſimundam & Mariam Græcam, Tragœdias, quarum primam rythmis Belgicis eleganter & appoſitè vertit *Ioannes Caudronius* Aloſtanus. ibidem.
Elegiarum, libb. iij. Gandaui, typis Iudoci Doems. anno 1621.
Siluarum, lib. ij.
Stuartam Tragœdiam adhuc premit.
Emblemata & Poëmata Belgica.
Commentaria in Horatium.
Alphabetum politicum. } breui lucem videbunt.
Duo libri Conſiliorum, }
Poëmatum nouam æditionem dedit Lugduni Batauorum, anno 1625. in 16. typis And. Cloucquij.

IACOBVS ZOVITIVS, Bredanus, Brabantus non Zelandus, vt falsò bibliotheca Tigurina, Poëta Tragi-Comicus, Bredanæ & Hoochſtratanæ ſcholæ Moderator, ſcripſit iuuenis
Ruth Comœdiam, ex Veteri Teſtamento. Antuerpiæ, anno 1533. 8. apud Michaëlem Hillenium.
Ouem perditam, ex nouo Teſtamento. Coloniæ, typis Gymnici, anno 1539.
Didaſcalum, Antuerpiæ, typis Stelſij, anno 1534. 8. & 1540.
Claruit anno Chriſti, M. D. XXXVI.

IANVS CASP. GEVARTIVS, vide CASPERIVS GEVARTIVS.

IANVS DOVSA, Nordouicus Batauus, nobiliſſima Hollandiæ familia natus. Parentibus orbatus, Lyram, Brabantiæ oppidum, ſtudiorum cauſsâ amandatus eſt, primaque eius rudimenta fuere ſub *Cornelio Curtio*, meo quoque præceptore. Louanium inde conceſſit, & mox Duacum, vbi *Lucam Fruterium*, ſtudiorum ſocium & comitem aſciuit, & Lutetiam cum eo profectus eſt. Domum reuerſus, vxorem, malum neceſſarium, duxit, & ſtatim cooptatus in ſupremum aggerum curandorum Collegium. Primus Academiæ Lugdunenſis Curator, atque in ſupremum Curiæ Hollandiæ Senatum adoptatur. Multiplex erat viro lectio, incredibilis pœnè memoria. Græcarum ac Latinarum literarum, Hiſtoriæ veteris ac nouæ nihil erat quod ipſum fugeret. Ad plures abijt peſte anno Chriſti M. DC. IV. ætatis ſuæ LIX. *Daniel Heinſius* Laudationem funebrem habuit Academiæ nomine, & *Ioſephus Scaliger Epicedium* carmine elegiaco ſcripſit, *Iuſtus Lipſius* Epitaphium tale:

DOVSA *meus iacet hic, tecum mi* DOVSA *tacere*
CANDOREM & MVSAS *ingenuè fateor.*

Scripta ab eo edita hæc ſunt:

Alter ab ingenio ſtudiorum læta ſecutus,
Contulit in faciles plurima ſacra modos.

PSALMORVM III. libb. integros, Threnos Ieremiæ ac Cantica Canticorum Elegiaco carmine feliciter reddidit, adiunctis in fine quibuſdam Carminibus ad amicos. Baſileæ & typis Plantini, anno 1571. & 1587.

IACOBVS LESSABÆVS, Marchianenſis, Hanno, Geographus & Poëta mediocris, ſcripſit *Chronicon Vniuerſale.*
De Hannoniæ vrbibus, libellum.
Farraginem Carminum. Antuerpiæ, anno 1534. 8. typis Hillenij.

IACOBVS A LOGENHAGHEN, Antuerpienſis, ordinis ſanct. Brigittæ apud Teneræmundanos Virginum Præfectus, edidit
Commentarium in ſacroſanctum IESV CHRISTI Euangelium ſecundum Lucam. Antuerpiæ typis Tilenij, anno 1574. 8.
In Epiſtolam Canonicam diui Iacobi, ad Præſidem Viglium Zuichemium. ibidem, anno 1571.
Teneræmondæ rebus exceſſit humanis anno redempti mundi M.DC.XI. planè exhauſtus podagræ doloribus & valde ſenex, nam anno M. DC. Iubilæum ſui Sacerdotij celebrauerat, teſte *Dauide Lindano.*

IACOBVS LOVCHIERIVS, Athenſis, Tornaci ad ſanctum Martinum Ordinis D. Benedicti Religioſus, edidit
Diadema Monachorum Smaragdi, Abbatis Monaſterij ſancti Michaelis in Saxonia, Ordinis ſancti Benedicti, emendauit, Notiſque illuſtrauit. Tornaci in officina Laurentiana, anno 1610. 16.

IACOBVS LVMTIVS, ex pago Dreyſſcher prope Zirckzæam in Zelandia, conſcripſit
Comœdias aliquot ex ſac. Scriptura deſumptas. Antuerpiæ, anno 1533. & 1539. typis Hillenij.

IACOBVS MARCHANTIVS, Neoporti in Flandria naſcitur, Furnâ oriundus. I.C. Hiſtoricus & Poëta, vtriuſque linguæ peritus. Fuit amœni ſimul & magni ingenij. Louanij IV. ſtirpis Melodunenſis fratribus, quorum natu maximus Eſpinoije Principatu inclaruit, Pædagogus datus eſt: Cum ijs Italiam vidit, in qua per id tempus eruditionis & eloquentiæ famam cum primis claruit. Reuerſus in patriam non exigua munia obiuit. Paucos ante annos, ô nimium citò Belgio, Sereniſſimiſque Princip. ALBERTO & ISABELLÆ, è vita hac diſceſſit. Reliquit filium *Franciſcum Marchantium*, linguâ promptum, & Principi ſuo fidum, Fiſcalem & Conſiliarium. Edidit
De rebus geſtis à Flandriæ Comitibus Elegiaco carmine. Louanij, anno Domini 1557. in 8.
De rebus Flandriæ memorabilibus librum ſingularem, proſa oratione.
De Flandriæ Principibus, diuerſo ab altero Louanij edito. Antuerpiæ typis Plantini, anno 1567. 8.
Commentariorum de Flandria libb. IV. quibus de Flandriæ origine, commoditati-

ditatibus, oppidis, Caſtellanijs, principibus, aliiſque memorabilibus dilucidè tractatur. Antuerpiæ, ibidem, anno 1596. in 8.

Poëmata Varia.

Quieſcendi locum accepit Bruxellæ plenus dierum, omnis Antiquitatis indagator ſolertiſſimus.

IACOBVS VAN MEERLANDT, Damménſis, Flander, Poeta, Orator, & Philoſophus: *Marcus Varnewyck in Speculo Belgicarum* Antiquitatum teſtatur illum præter alia ingenioſiſſima opuſcula reliquiſſe librum idiomate Flandrico, hoc titulo: Der naturen blomme/ hoc eſt, *Flos Naturæ*, quo Naturæ miracula prædicat. Sepultus Dammi in Flandria ſub campanili, hoc epitaphio ſatis barbaro:

Hic recubat IACOBVS VAN MEERLANT *ingenioſus,*
Trans hominem gnarus aſtu Rhetorque diſertus:
Quem laus dictandi & iuris prouerbia fandi
Tranſ-Alpinauit, famaq; perenne beauit.
Huic miſerere Deus cui ſextus Iubilaus
Poſt ſummum nomen muneri proh abſtulit omen.

Hactenus ſpectatur eius effigies in trabe atrij domus Senatoriæ habitu prorſus philoſophico, ac dextra calamum tenentis, librumque apertum in pulpito, ſemper enim aliquid commentabatur.

IACOBVS METIVS, Adriani frater Alcmarianus, huic illa laus eſt, quod primus adinuenerit *Perſpicillum*, cuius nunc non vulgaris vſus eſt apud militiæ Magiſtros, quo loco longinſculè diſſita, quaſi oculis vicina, imò etiam maiora cernuntur, & hæc laus Belgio quoque noſtro debetur.

IACOBVS MEYERVS, Flander, Balliolanus, in agro ad occiduam Flandriæ plagam naſcitur anno reconciliationis humanæ M. CCCC. XCI. XVI. kal. Februarij, Hiſtoricus & Sacerdos. Lutetiæ Philoſophiæ & Theologiæ operam dedit. *Deſ. Eraſmo Roterodamo, Ioanni Diſpanterio*, aliiſque viris doctis carus & in pretio. Primus ferè aut optimè gentis ſuæ Hiſtoriam pertractauit. Blancobergæ ad extremam vſque ætatem, animarum Curio curam geſſit. Scripſit

Flandricarum rerum Tomos X. qui ſunt de Origine, Antiquitate, Nobilitate ac Genealogia Comitum Flandriæ. Brugis, apud Hubertum Crocum, anno 1531. 4.

Chronicon Flandriæ. Norimbergæ, anno 1538. 4.

Flandricarum rerum Annalium libb. XVII. Antuerpiæ typis Stelſij, anno 1561. & Francofurti, anno 1580. folio, quos ab interitu vindicauit *Antonius Meyerus.*

Poëmata aliquot pia, & Hymnos Eccleſiaſticos meliores reddidit.

Annotationes in duos Hymnos Trochiacos Aurelij Prudentij, I. De Miraculis, II. Duorum Martyrum. Louanij, typis Roſcij, anno 1537. 8.

Epiſtolarum lib. De Viris illuſtribus, vt habet bibliotheca Tigurina.

Carmina miſcellanea. Antuerpiæ, anno 1534.

Philippeiden de Bello Philippi Galliæ Regis cum Othone Imp. ante annos CCC. conſcriptam, abſterſa barbariè emendauit, & in lucem dedit.

E ſeculo migrauit Brugis, ſexagenario maior, acutâ febre correptus, vbi ludum multos annos iuuenis aperuerat, & ſepultus in D. Donatiani, (qua in æde ſacerdotium olim poſſederat) hoc epitaphio, memoria omnium ſeculorum & laude vir digniſſimus:

Corpus nobilis hic viri recumbit,
Qui tranſis obiter, require nomen,
Et vitæ genus & profeſſionem.
Non inutile cogitare mortem eſt.
Nomen MEYERVS. *ecquid obſtupeſcis?*
Auditum fuit hoc tibi ante nomen?
Natus Ballioli, ſepultus hic eſt.
Cælebs vixit & integer ſacerdos,
Nugarum fugitans & ociorum.
Hic ſenſiſſe videtur, omne tempus
Quod non hiſtorijs daret, perire.
His rebus iuuenis ſtudere cœpit,
His immortuus vltima ſenecta eſt,
Dum Flandros proceres & acta Regum.
Nigris abdita vindicat latebris.
Si ſe verſibus admodum dediſſet.
Et verſus potuit ſonare doctos,
Cunctis auxilium tulit propinquis.
Si vel conſilio, vel ære, vel ſi
Diſciplina opus artibuſq; haberent
M. C. quinque duobus II. L. vno
Sic anni numerantur à ſalute.
Menſis Februi erat dieſq; quintus,
Cùm Mors egregium caput peremit.
Lector Manibus imprecare pacem,
Hoc ſaltem pretium ferat laborum.

Vitam, neſcio quis his verſiculis breuiſſimè deſcripſit:

BALLIOLVM *genuit, docuit* LVTETIA, *humauit*
DONATIANVS MEYERVM
Hiſtoricum. Vixit cœlebs, Chriſtiq; Sacerdos,
Profeſſus idem litteras.
Brugenſem inſtituit pubem, dein Curio ceſſit
In fata Blancobergius.
M.D. LII. V. Februarij.

IACOBVS DE MIDDELBVRGO, vide IACOBVS ANTONIVS.

IACOBVS MIDDENDORPIVS, Oldenſalienſis, Tranſiſelanus, Swollæ *Boetium Eponem*, Gymnaſiarcham habuit, in vtraque lingua optimè verſatus fuit. Coloniæ Doctor creatus, Philoſophiam Peripateticam in Collegio Montano cum laude & fructu magno explanauit. Scripſit *De Academijs Orbis vniuerſi, earumque origine ac progreſſu lib. II. qui in*

VIII. dein excreuerunt. Coloniæ, anno 1567. & 1572. Ibidem, anno 1602. typis Cholini, in 8.

De officiis Scholaſticis, lib. ij. Ibidem, anno 1570. in 8.

Originum Anachoreticarum Syluam, ſiue *De vita Cænobiali, eiuſque origine, progreſſu ac Natura* Ibidem, anno 1602. & 1615.

Ariſticam, de S. Scriptura per LXX. interpretes tranſlatione ex M.SS. Græcis Latiniſq; codd. reſtituit, & Commentario illuſtrauit. Ibidem, anno 1578. in 8.

Quæſtiones Iuridicas, Theologicas & Politicas Impp. Regum & Princípp. cum eorum reſponſis. Ibidem.

Obijt Coloniæ ad S. Andream Decanus, atque vniuerſitatis Procancellarius, ſatur æui, ſatur gloriæ, conditusque magnifico epitaphio in D. Andreæ:

D. O. M.

IACOBO MIDDENDORPIO

PHILOSOPHIAE ET I. V. DOCTORI,

AC SS. THEOL. LICENTIATO,

IN DIVERSIS ACADEMIIS PROFESSORI PVBLICO,

METROPOLITANAE ECCLESIAE COLON.

CANONICO PRESBYTERO,

ATQVE VNIVERSITATIS PROCANCELLARIO

ITERVMQ. RECTORI,

MAGNORVM PRINCIPP. CONSILIARIO,

PIETATE, DOCTRINA, ET RERVM VSV CLARISS.

MOESTI COLLEGAE ET AGNATI POSS.

VT CVIVS INGENI MONVMENTA

ÆTERNA SVNT,

EIVS CORPORIS QVOQVE MEMORIA

NE A POSTERIS DESIDERARETVR:

NAM POST MVLTOS

MAGNO SEMPER ANIMO EXANTLATOS LABORES

VARIOSQVE SCRIPTOS DOCT. LIBROS,

TANDEM HVIVS ECCLESIAE DECANVS

OBDORMIVIT IN DOMINO

ANNO SAL. M. DC. XI. XIII. IANVARI,

AETATIS SVAE LXXIII.

IACOBVS A MIGRODE, Aloſtanus Flander, vir multarum linguarum peritiſſimus, vertit ex Hiſpanico in Gallicum idioma

Hiſtoriam rerum ab Hiſpanis in Occidentali India geſtarum. Pariſijs, typis Guilielmi Iuliani, anno 1582.

IACOBVS MOSANDER, Flander, cùm antea Decanus fuiſſet Ruralis, anno Chriſti M. D. LXX. relicto Eccleſiaſtico beneficio Coloniæ Cartuſianis adſcribitur, & poſt *Laurentij Surij* obitum, in vij. Sanctorum concinnando Tomo inſignem poſuit operam, dedicauitque ſuum laborem

Reuerendo

Reuerendo in Chriſto Patri, Domino *Gaſparo Groppero*, Bonnenſis Eccleſiæ Præpoſito.

Martyrologium A D O N I S *auctius & emendatius dedit.*

Mortuus in Morauia placidâ morte in domo Vall s Ioſaphat, teſte *Petreio*, anno Domini M. D. LXXXIX.

IACOBVS NAVARCHVS, Honſchotanus Flander, ſociet. IESV Clericus, ſcripſit

Epiſtolam Aſiaticam, de Sectis in religione Orientalium populor.

Epiſtolam, De Archiepiſcopo Armachano. Louanij, anno 1570.

Obijt Antuerpiæ vj. Non. Maij, anno Domini M. D. LXXVI.

IACOBVS NICOLAIVS, Flander, Loënſis, quibus fuit à Secretis, Morinis oriundus, Græcè Latinèque doctus, *Paulo Leopardo* perfamiliaris etiam Græcè doctiſſimo, ſcripſit

Miſcellaneorum Epiphyllidum lib. IX. extant Tomo V. lampadis Criticæ, edente *Iano Grutero.*

IACOBVS PAMELIVS, Adolphi F. CAROLO V. Imp. à ſecretioribus conſilijs, è nobili Baronum de Pamele ſtirpe naſcitur Brugis, vtriuſque linguæ & Hiſtoriæ cognitione excellens. Louanium à parentibus miſſus, primum liberalibus ac Philoſophicis diſciplinis, poſt Theologicis animum applicuit, vſus præceptoribus *Ruardo Tappero & Iudoco Raueſteinio.* Lutetiam Pariſiorum, aliaſque Europæ Academias cum fructu viſit: inde Louanium reuerſus, Theologiæ laurum accepit. Mox Brugas reuocatus, Canonica dignitate ac Archipresbyteri munere ornatur, in ſimul Præpoſitura Vltraiecti ad S. Saluatorem. Tandem fauentibus omnium votis Epiſcopus Audomaropolitanus deſignatur: Cuius rei ergo Bruxelellas cogitans, Montbus Hannoniæ morbo correptus, ix. poſt die, vita deceſſit, conditus in æde *D. Waldetrudi* ſacra, hoc epitaphio:

D. O. M.

NOBILI VIRO IACOBO ADOLPHI F. FRANC. N. PAMELIO
PRESBYTERO, SVMMO THEOLOGO
D. SALVATORIS VLTRAIECTI PRAEPOSITO
ECCLESIAE AVDOMAROPOLITANAE ARCHIDIACONO
EIVSDEMQ. NOMINATO EPISCOPO:
MVLTIS IN TERTVLLIANVM, CYPRIANVM.
ALIOSQ. SCRIPTORES MONVM. EDITIS
CLARISSIMO,
IN TEMPESTIVA EHEV MORTE ABREPTO
FRATRES MOESTISS. POSS.
NATVS EST CIƆ. IƆ. XXXVI. III. IDVS MAIAS
MORTVVS CIƆ. IƆ. LXXXVII. XIII. KAL. OCTÓB.

Varia

Varia ingenij monumenta poſteris reliquit, vti ſunt

Liturgica Latinorum, hoc eſt De ritu ſacrificij Miſſæ apud Latinos, ab Apoſtolis & Patribus obſeruato. Tom. II. digeſta, Coloniæ, anno 1571. typis Quentelij, opus non exigui laboris.

Relatio ad Belgij Ordines De non admittendis vna in Repub. diuerſarum religionum exercitijs. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1589. 8.

Conciones Catechiſticæ diuerſis temporibus habitæ.

Micrologum de Eccleſiaſticis Obſeruationibus è tenebris eruit.

Catalogum ſcriptorum Eccleſiaſticorum & Commentatorum veterum ſelectorum in vniuerſa biblia, editum cum Caſſiodori lib. Inſtitutionum diuinarum, typis Plantini.

Tertulliani Opera è M. SS. codd. auxit ac recenſuit Argumentis & Annotationibus doctiſſimis, Tom. V. cum Tertulliani vita.

Paradoxa Tertulliani, quibus antidotum ſuum adiecit. Pariſijs.

B. Cypriani Opera omnia, ad plurima vett. & M. SS. emendata luculentis Annotationibus illuſtrauit. Opus incomparabile, quod vel vnicum ſufficiat ad ſingularis eruditionis teſtimonium. Antuerpiæ, anno 1568. 1589. & Pariſijs anno 1574 in folio.

Habebat & præ manibus, præloque deſtinauerat editionem *Operum Rabbani Mauri Archiepiſcopi Moguntini in VIII. Tom.* eaque SIXTVS V. Pont. Max. ſibi dicari voluit. Item

Bernardi Caſſinenſis lib. De Virginitate.

Hinckmari Remenſis Archiepiſcopi Opuſcula.

Hugonis Floriacenſis Hiſtoriar. lib.

B. Honorij Auguſtodunenſis Gemmas animæ de diuinis officiis, lib. iv.

Liturgica Græcorum, & de Græca ac Latina Eccleſiarum in Miſſæ ſacrificio concordia.

Conciliorum Paralipomena.

Conciliorum ſummam Chronologicam

Chronologiam Martyrologicam.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam.

Annales Brugenſium.

Belgij, ſiue *Infer. Germaniæ Hiſtoriam.*

Maximè etiam laborauit fortis Catholicæ religionis contra improbos nouatores apoſtatas propugnator, grauiſſimuſque hæreſiomaſtix, vt priſtino nitori reſtitueretur GRATIANVS, vt teſtantur doctæ, quas in eum collegit, OBSERVATIONES.

Guilielmus Taelbomius. Laudationem funebrem ſcripſit.

IACOBVS PAPA, Iprenſis Flander, Sacerdos & Poëta iucundus, ſcripſit

Elegiarum lib. II. quorum priore mendicabulam publicum tuetur, altero tollendum docet.

Elegias X. de certamine Galli cum Aquila, hoc eſt, de diſſentione CAROLI V. *Imp. &* FRANCISCI I. *Gall. Regis.* Brugis, typis Hub. Croci. 4.

IACOBVS PLANCIVS, Brugenſis Poëta, reliquit poſteris *Græcos & Latinos ſuaues verſus*, Louanij.

IACOBVS RÆVARDVS, I. C. ab vltima ſtirpe Morinæ gentis Flander

Flander, naſcitur in municipio Brugenſi, quod Liſſiwegam vocant, circa annum M. D. XXXVI. parentibus opulentis, honeſto loco ac ſtirpe. Natus lumen nouum alluxit maioribus ſuis, etiam vrbi Brugenſi. Puer in diſciplinam traditus, eſt *Ioanni Geldrio*, tunc temporis docto & erudito. Adoleſcens Louanium miſſus, animum ad iuriſprudentiæ ſtudium appulit. Inde Aurelijs vix biennio exacto, honore ac titulo iuriſconſulti cohoneſtatus eſt. Ad ſuos reuerſus, Brugis ſedem fixit, ſæpius in Senatorum ordinem adlectus. Poſt ab Academia Duacena ad Iuris profeſſionem euocatus, Rector publico bono præfuit. Dum ſtudijs plus æquo incumbit, phthiſin contrahit & tabeſcere paulatim cepit. Brugis reuerſus valetudinis curandæ anno reparatæ ſalutis M. D. LXVIII. kal. Iunij ad Superos abijt magnus Belgij (ſic *Iuſtus Lpſius* nominabat) PAPINIANVS. Conditus in baſilica municipij natalis, ad dextrum latus templi interioris. Liberos aliquot reliquit, inter alios *Petrum*, eximiæ quidem exſpectationis, ſed vitæ etiam breuioris. *Ianus Lernutius Iacobo* hoc epitaphium ſcripſit:

Si fas eſt immortali mortalia flere,
Atque homini lacrymas perſoluiſſe Deam:
Quum videt exſtinctas leges Romanaque Iura
Et tecum hinc raptam Flandria Iuſtitiam:
Macte animis, RAEVARDE, *tuis, nam poſt tua cernis*
Fata, Deam lacrymas reddere iuſta tibi.

Eius ſcripta ſunt:

Ad leges XII. Tabularum, liber ſingularis, typis Plantini.
Variorum, ſiue *De Iuris Ambiguitatibus lib. V.* ibidem.
De Præiudicijs, libb. ij. Brugis, anno 1565. 8.
De Auctoritate Prudentum, lib. 1. typis Plantini. 8.
De Iure liberorum, liber ſingularis.
Commentarius ad Tit. Pandectarum, de diuerſis Regulis Iuris antiqui. Ibidem, anno 1568.
Protribunalium liber ſingularis, Brugis.
TRIBONIANVS ſiue *De veris vſucapionum differentijs*, lib ſing.
Ad legem Scriboniam. ibidem 8.
Coniectaneorum, lib. VII. à nullo editi: tres tantum ad manus *Iani Lernutij* peruenerunt, beneficio *Petri Rauardi Fil.* iuuenis parente digni, qui ſupremis tabulis ante mortem eos ille legauit ſua manu deſcriptos, deditque in lucem anno Domini M. DC. I. Francofurti, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium.

IACOBVS REYMOLANVS, Gandenſis, Mathematicus, & Poëta, Rector Ordinis Carmelitici vir planè religioſus, literatus, ac morum ſuauitate amabilis, laudaturque à *Gaguino, Trithemio, & Iudoco Badio*. Scripſit
Odas de S. Ioachimo.
Vitam S. Ioachimi.
Idyllion de bono coniugali.
Exhortationes Chriſtianorum.
De puritate B. MARIÆ Virginis.
Epithalamium ad Boſtium.

Epiſtolas

Epiſtolas carmine, aliaq́ Poëmata.

Romæ, anno Chriſti M. D. VIII. corporis ergaſtulo ſolutus, immortalitatis gloria coronatur.

IACOBVS ROGERIVS, Tornacenſis, Poëta, edidit *Neopegnia*, ſeu *Luſus pueriles* Pariſijs, anno 1539. typis Ioannis Ludouici.

IACOBVS ROTARIVS, Canonicus Leodici ad S. Dionyſium, ſcripſit

Dialogum De actibus nouiſſimis terræ Brabantinæ, M.S. Louanij, in Valle Martiniana Regularium ſancti Aguſtini.

IACOBVS SLVPERIVS, Herzelenſis, Flander, in agro Furnenſi, Sacerdos & Poeta non infelix, multa à Caluiniſtis pro fide Orthodoxa paſſus, bonis omnibus exutus, patriciâ ſede pulſus, in Picardia annos aliquot vixit. Scripſit

Elogia illuſtrium Virorum, *à Philippo Meyero* poſt mortem edita. Atrebati, typis Riuerij, anno 1603.

Hymnum ad D. Vedaſtum. Ibidem, anno 1603.

Catalogum omnium pœnè Poëtarum priſcorum & recentior. verſu Phaleucio.

Sacrorum Hymnorum, lib. j.

Epiſtolarum, lib. j.

Deſcriptionem omnium opificum.

Miſcellanea & eclogas.

Epigrammata ad omnium fere gentium noſtraq́ ætatis nationum habitus & effigies.

Poëmata Varia, Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1575.

Conceſſit naturæ Atrebati, ſeptuagenario maior, kal. Auguſti anno à virginis partu M. DC. II. Sepultus in æde S. Crucis, hoc epitaphio:

Poëta Flander Herzelenſis SLVPERVS
Conſumptus annis hic iacet ſenilibus,
Artes puer qui liberales imbibit
Villa in minore, prope amnem Lyziam.
Profectus hinc Louanium, veteres Sophos
Euoluit, atque conſecutus lauream
In Flandriam reuerſus eſt, & ſeculo
Spreto, ſacris ſe dedidit, atque cœlibem
Amplexus eſt vitam, ſolutus vt omnibus
Curis, DEO *vacare poſſet, & ſuis*
Muſis, quibus toto iuuentæ tempore
Nec non ſenectæ pertinaciter fuit
Addictus, vt teſtantur, heu! Poëmata
Atque alia, quondam ſoſpes ipſe quæ edidit,
His adde multo plura, quæ in tenebris iacent,
Lucem ſuo viſura forſan tempore.
Hæc dum recudit, ecce bella ciuica
Paſſim per vrbes ſunt oborta Belgicas;
Quibus inuolutus ipſe myſtes SLVPERVS,

Per Geuſeos coniectus eſt in vincula,
Boniſque perditis, fugatus Flandria;
Quos execratus, patrium vertit ſolum,
Profectus in Picardiæ fines, vbi
Aliquot per annos ſubſtitit donec ſenem
Mars rurſus emigrare Vatem compulit.
Hinc Atrebatum venit, vltimam ſibi
Sedem futuram, quippe poſt vigeſimum
Annum, ſenili fractus æuo concidit.
Tu quiſquis es, precare fauſta Manibus
Functi Poëtæ, ſortis humanæ memor.

IACOBVS DE SOMERE, Gandauenſis, Adolphi F. & Reip. Syndicus, prudentia, rerumque ciuilium cognitione ac facundiâ præſtans: Vir extra controuerſiam ſummus. Scripſit varia metrico præſertim ſtilo, & (quod mirandum) nocturnis præcipuè horis, cum per diem alijs occupationibus vacaret:

Poëma heroicum de legatione ſua ad Hanſeaticas ciuitates, iuſſu Sereniſſimi Archiducis Alberti.

Carmen de Podagra, quâ affligebatur nocteque dieque.

Elegiam in nuptias Philippi Iulij Pomeraniæ Ducis.

De gradibus quibus ad Deum itur, elegiaco carmine.

De exſiccatione paludis in Weſt-Flandria.

Item *De aggere Albertino vndis excluſo.*

Libellum aureum Thomæ à Kempis de Imitatione Chriſti vertit heroicis verſibus, & multimodis modis verſum hunc admirabilem:

Crimina quot mundo, tot ſunt tibi vulnera Chriſte.

Item *De Legatione ſua Anglica obita iuſſu Senatus Hamburgenſis, paciſq. inter Anglos & Hamburgenſes initæ potiſſimum auctor fuit.*

Vitam ſuam ab anno ætatis XIV. carmine Heroico.

Vertit etiam in Latinum ſermonem *Varias Epiſtolas ſacras Matthæi Wierij, de multis Religionis Chriſtianæ dogmatibus tractantes.* Item

De vera hominis per pœnitentiam regeneratione. Hæc omnia in ſcedis M.SS. apud filium *Philippum* in Academia Duacena ſtudioſum ſe vidiſſe ſcribit *Antonius Sanderus*, lib. ij. de Gandenſibus eruditione claris.

Obijt in patria anno Domini M. DC. XXIII. XV. Iunij.

IACOBVS STRATIVS, Societatis IESV Theologus, Antuerpienſis, Rector Louanij & Brugis Flandrorum, pietate & concionibus clarus, Opuſcula pia varia ſuis popularibus tranſcripſit,

Meditationes quoque Latinas edidit.

Roberti Bellarmini S. R. E. Card. lib. De arte bene moriendi è Latina Belgicè tranſtulit,

Item *Soliloquium animæ Thomæ à Kempis.*

Declarationem præcipuorum articulorum antiquæ Romanæ Catholicæ fidei, Belgicè.

IACO-

IACOBVS SVSIVS, vir nobilis, vtriuſque linguæ peritus, edidit

Carmina ſacra ac profana. Typis Raphelengij, anno 1591. 8.

IACOBVS TYMÆVS, Amersfortius, diœceſis Vltraiectinæ, Philoſophus & Theologus, Coloniæ floruit in burſa Laurentiana, ſcripſit

Commentaria in Ariſtotelem de Generatione & Corruptione.

In Metcora eiuſdem. Coloniæ, anno 1597. typis Quentelij.

Vixit tempore *Rodolphi Langij* Canonici Monaſterienſis, qui illi epitaphium ſcripſit, vt eſt in bibliotheca Tigurina.

IACOBVS TRAIECTANVS, Monachus Oliuetanus, edidit *Tractatum de modo viſitandi & corrigendi ſubditos.* Et, *De modo inquirendi in eorum defectus.* Brixiæ, apud Angelum Britannicum, anno 1500.

IACOBVS A TRIEST, Nouiomagus, ſac. Theol. Licent. & Iuridici Collegi Coronarum apud Agrippinates Rector, vir elegantis ingenij, naturâ mitis, modeſtus, candidus & vrbanus, ſcripſit

Epigrammatum moralium, libb. iij. Coloniæ, typis Antonij Becquer, 1600.

IACOBVS TYPOTIVS, Brugenſis, vir in Hiſtorijs & politiore litteratura excelluit, ſpecimen dedit *Tribus Tomis Symbolorum diuinorum & humanorum, qui prodierunt ex Muſæo Octauij de Strada Antiquarij.* Pragæ, ex officinâ Ægidij Sadelerij.

IACOBVS VELDIVS, Flander, Brugenſis, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, ſacræ Theologiæ Doctor Louanienſis, Prouinciæ Colonienſis Præſes Prouincialis, vir Græcis Latiniſque literis eruditus, & diuini verbi præco diſertiſſimus. Primum Pariſijs, poſt doctrina Louanij claruit. Scripſit quæ omnium manibus circumferuntur,

Tabulas compendioſas in Euangelia & Epiſtolas, quæ per totam Quadrageſimam populo in Eccleſia præponi ſolent. Louanij, anno Domini 1565. & Venetijs, anno 1566. in octauo.

Paraphraſticam Enarrationem Euangelicorum Quadrageſimalium. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1570.

Enarrationem Paraphraſticam Epiſtolarum Quadrageſimalium, Louanij, 1573.

In Paſſionem Domini noſtri IESV CHRISTI. Antuerpiæ anno 1570. 8.

Commentaria in Danielem Prophetam. Ibidem, typis Belleri, anno 1576. in 8.

Cõmentaria in Threnos, ſed non excuſa, Louanij leguntur apud Auguſtinianos.

De Vera corporis Chriſti in Euchariſtica præſentia, vernaculo ſermone. Antuerpiæ, anno 1580 in 8.

Debitum Naturæ ſoluit ſenio confectus Audomaropoli, in Abbatia ſancti Bertini, anno CIↃ. IↃ. LXXX. propter DEVM à patria exul, furori hæreticorum cedere iuſſus.

Doctrina, Fidei, Suada, Pietatis Honoris
Naſcitur in campis copia quanta tuis!
Hinc quoque dum Grudij conſtabit fama Lyai,
Flandriaci viues gloria magna ſoli.

familia oriundus, mihi familiaris, ingenio florido, venâ vbere, ita vbique Naſonis inſtar, vt cum eo contendere velle videtur, tandem

Luſtrata Auſonij poſt culmina ſacra Quirini
Lugdunum venit Batauorum. Scripſit

Tragicomædiam Eſter. Antuerpiæ, typis Wolſchatl.
Roſimundam & Mariam Græcam, Tragædias, quarum primam rythmis Belgicis eleganter & appoſitè vertit *Ioannes Caudronius* Aloſtanus. ibidem.
Elegiarum, libb. iij. Gandaui, typis Iudoci Doems. anno 1621.
Siluarum, lib. ij.
Stuartam Tragædiam adhuc premit.
Emblemata & Poëmata Belgica.
Commentaria in Horatium.
Alphabetum politicum. } breui lucem videbunt.
Duo libri Conſiliorum, }
Poëmatum nouam editionem dedit Lugduni Batauorum, anno 1625. in 16. typis And. Cloucquij.

IACOBVS ZOVITIVS, Bredanus, Brabantus non Zelandus, vt falsò bibliotheca Tigurina, Poëta Tragi-Comicus, Bredanæ & Hoochſtratanæ ſcholæ Moderator, ſcripſit iuuenis
Ruth Comœdiam, ex Veteri Teſtamento. Antuerpiæ, anno 1533. 8. apud Michaëlem Hillenium.
Ouem perditam, ex nouo Teſtamento. Coloniæ, typis Gymnici, anno 1539.
Didaſcalum, Antuerpiæ, typis Stelſij, anno 1534. 8. & 1540.
Claruit anno Christi, M. D. XXXVI.

IANVS CASP. GEVARTIVS, vide CASPERIVS GEVARTIVS.

IANVS DOVSA, Nordouicus Batauus, nobiliſſima Hollandiæ familia natus. Parentibus orbatus, Lyram, Brabantiæ opidum, ſtudiorum cauſſâ amandatus eſt, primaque eius rudimenta fuere ſub *Cornelio Curtio*, meo quoque præceptore. Louanium inde conceſſit, & mox Duacum, vbi *Lucam Fruterium*, ſtudiorum ſocium & comitem aſciuit, & Lutetiam cum eo profectus eſt. Domum reuerſus, vxorem, malum neceſſarium, duxit, & ſtatim cooptatus in ſupremum aggerum curandorum Collegium. Primus Academiæ Lugdunenſis Curator, atque in ſupremum Curiæ Hollandiæ Senatum adoptatur. Multiplex erat viro lectio, incredibilis pœnè memoria. Græcarum ac Latinarum literarum, Hiſtoriæ veteris ac nouæ nihil erat quod ipſum fugeret. Ad plures abijt peſte anno Christi M. DC. IV. ætatis ſuæ LIX. *Daniel Heinſius* Laudationem funebrem habuit Academiæ nomine, & *Ioſephus Scaliger Epicedium* carmine elegiaco ſcripſit, *Iuſtus Lipſius* Epitaphium tale:

DOVSA *meus iacet hic, tecum mi* DOVSA *tacere*
CANDOREM *&* MVSAS *ingenuè fateor.*

Scripta ab eo edita hæc ſunt:

Epigrammatum, Satyrarum, Elegiarum, Syluarum libri, typis Siluij.
Noua Poemata Lugdunenſia.
Notæ ad Salluſtium. Antuerpiæ, apud Plantinum, anno 1583. 8.
Epodon liber, ex puris Iambis Antuerpiæ, anno 1584. 8.
Odæ Britannicæ. Lugduni Batauorum, anno 1586. 4.
Elegiarum & Epigrammatum lib.
Præcidanea ad Petronium Arbitrum, typis Plantini, anno 1583.

Merum mel latet hîc, latet venenum:
Probis mel merum, at improbis venenum.

Ita ſentit I. LIPSIVS de Petronio:

Centurionatus ad Plautum. Francofurti, anno 1600. in 12.
Præcidanea ad Catullum & Tibullum. Antuerpiæ.
Schediaſma ſuccidaneum ad Tibullum.
Commentariolus in Q. Horatium. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1582.
Appendix ſuccidanea ad eundem.
Epiſtolæ Apologeticæ II. Vna de Annalibus Bataniæ, altera pro Pratore Nortwiceno peregrinitatus reo.
Annales Hollandiæ Carmine.
Iidem prosâ Oratione à filio incepti vſque ad Didericum IV.
Echo, ſiue Halcedonia, cum nouis Epigram. & Elegijs.

Procurauit vt ederentur ab alijs ſcripta.

Batauia Adriani Iunij.
Inſcriptiones antiquæ Smetij.
Lucæ Fruterij opuſcula.

Confecta partim, partim adfecta nec edita reliquit.

Præcidanea in Iuuenalem.
Volumina aliquot Epiſtolarum.
Fragmenta omnia veterum Orator. Poëtarum & Hiſtoricorum.

IANVS DOVSA, F. Batauus, huic III. linguarum exquiſita cognitio, Mathematicus, Philoſophus, ac Poëta, Lugdunenſis Academiæ Bibliothecarius, ſcripſit
Notas in Catullum, Tibullum, Propertium. Lugduni Batauorum in 12.
Spicilegium in Petronij Arbitri Satyricon, anno 1594. in 12.
Animaduerſiones breues in Plautum, 1596. in 12.
Declamationem in laudem Vmbræ, addito rerum cæleſtium libro, anno 1591. 8.
Annales Hollandiæ Patris, proſa oratione contexuit, anno 1600.
Poëmata varia.

Siluam

Syluam carminum Britannicorum. Lugduni Batauorum, anno 1586.
Viuere deſijt anno clↃ. lↃ. XCVII. nondum expleto XXVI. ætat. anno, Hagæ-Comitis conditus, cum hac inſcripſitione:

D. S.

I. DOVSA IANI F. HIC CVBAT
QVI VIXIT ANN. XXV. MEN. XI.
DIES IV.

IANI DOVZÆ Patris & Filij.

Vterque DOVZA, *vterque* IANVS *hic cubat,*
Paterq́, filiuſque: morte qua, rogas?
Pater dolore, natus aſthmate, è via
Sibi labore quod crearat, occidit.
Precari at ipſe ne grauare mortuis,
Negata viuo vtrique quæ fuit quies.

IANVS GRVTERVS AMICO ſingulari hanc inſcriptionem dicauit.

IANO DOVSÆ
NORDOVICI DOMINO
ANTIQVIS
MORIBVS, LITERIS IMAGINIBVS
OMNIVM
QVOS SOL ASPICIT ORNATISS.
QVOD ME
IMMORTALI MACTAVERIT
HONORE
DIGNATVSQ. INSVPER PER TERRAS
ET MARIA
INDEFESSO PVRIORIS
FAMAE
REMIGIO, VEHERE SECVM
ARRHABONEM
GRATI AC MEMORIS ANIMI
LIB. NIMIVM MERITOQ.
IANVS GRVTERVS
ANTVERPIVS
DEVOTVS NOM. AVCTORIT. Q. EIVS
PONEBAM
LVDVNI BATAVORVM
A. clↃ.lↃ.XXCIII.
III. NON. DECEMB.
QVI DIES MIHI NATALIS.

IANVS GRVTERVS, Antuerpiæ naſcitur anno Chriſtianæ ſalutis M. D. LX. veſperâ D. Barbaræ. I. C. Hiſtoricus, Criticus vtriuſque linguæ & omnis Antiquitatis peritus. Puer annorum VI. in Angliam delatus eſt ſub aduentum Ducis Albani, ibique egit vſque ad pacificationem Gandauenſem. Lugdunũ Batauorum ante *Lipſium* venit, ei vt & *Donello & Douſa* plus quam familiaris per annos vij. Promotus in Doctorem Iuris, Antuerpiam proficiſcitur: vix intrauerat, obſidetur ab *Alexandro* Duce Parmenſi, inopiaque meliorum eligendus erat ad munus Senatorium: ſed iuſſu parentis ſeceſſit in Galliam, dum turbæ illæ ſileſcerent. Ex eo tempore totam ferè peruagatus eſt Europam. E Polonia inexſpectato vocatus fuit ad profeſſionem Hiſtoricam ab Electore Saxoniæ: ante etiam expetitus à Ienenſibus. *Chriſtiano I.* mortuo ſeceſſit Heidelbergam: dum ibi degit, à Curatoribus Leydenſibus petitur vt impleat locum *Lipſi*, ſi modò de Cathedra legere recuſaret *Ioſephus Scaliger*, qui tunc accerſebatur è Gallia. Iniecit illi manum *Fridericus IV*. Palat. Elect. eandemque illi impoſuit profeſſionem extra ordinem. Bibliothecariatus acceſſit à morte *Meliſſi*. Poſt obitum *Riccoboni* requirebatur Patauij, interceſſoribus *Vincentio Pinello & Marco Velſero*, inuidendo, vt loquebantur ſtipendio. Heidelbergæ in direptione vrbis à milite Bauaro omnia amiſit præter paucos libros, qui domum eius inſedit equis XXX. libroſque ipſis ſubſtrauit largâ manu; ſic periit eius bibliotheca multis Ioachimicorum millibus comparata per annos XL. Nunc Brittæ agit apud generum, euocatus à Rege Daniæ luculento honorario Haſniam, non vt ibidem legeret aut diſputaret, ſed copiam tantummodo faceret perſonæ ſuæ iuuentuti ſtudioſæ. Reiecit eas occaſiones ob intuta itinerum, gnaruſque veterem arborem raro tranſplantari ſuo bono. Eius extant ſcripta, (quæ intra primas memoriæ metas non corruent) ſequentia:

Pericula Poëtica, &c. edidit Heidelbergæ Commelinus, anno 1586.

Senecam Philoſophum ac Rhetorem cum Animaduerſionibus, in folio, in quarto, in octauo. Idem Commelinus, anno 1592. quibus potiſſimum detegitur fides minus bona *Mureti*, & inſcitia *Gotofredi*.

Suſpicionum, lib. IX. in 8. Wittebergæ, anno 1591.

Martialis in 12. apud Ionam Roſam.

Salluſtius cum omnibus in eum Criticis, in 8. apud Roſam.

Plinius Iunior cum Panegyricis, in 16. apud eundem.

Tacitus, cum omnibus in eum Criticis, in octauo ibidem.

Seneca Tragœdus, in 8. apud Commelinum.

Florus, in 8. apud eundem.

Velleius cum omnibus Criticis, in 12. apud Roſam.

Criticorum Tomos VI. edidit inſtigante *Iacobo Bongarſio ac Andrea Schotto*, in 8. apud Roſam.

Liuius in folio & 8. apud eundem.

Inſcriptiones Orbis Romani, in folio apud Commelinum, poſt Smetium.

Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores minores, in folio. Francofurti apud Marnium; in quibus *Suetonius, Amianus Diaconus, Wanfridus*, &c.

Ethicopoliticorum Tomi III. in 8. apud Roſam.

Diſcurſuum in Tacitum, lib. ij. in quarto apud Commelinum.

Plautus in 4. Wittenbergæ, apud Scurerum.

Ciceronis Opera in folio. Hamburgi, typis Frobenij.

Polyanthea tomus alter, in folio. Argentinæ, apud Zetzueros.
Bibliotheca exulum in 12. Francofurti, apud eoſdem.
Deliciæ Poëtarum Italorum, Gallorum, Germanorum, Belgarum, editæ ſunt diſſimulato nomine, rogatu *Fiſcero* Typographo, in 16. Francofurti.
Chronicum Chronicorum prodijt Francofurti apud Marnios ſub nomine Ioannis Gualteri.

Habet parata ad prælum volumina comparata ad M. SS. *Catullum, Tibullum, Propertium, Ouidium totum, Apuleium, Statium, Iulium Caſ. Senecam correctum poſt Lipſium. Diſcurſus DCC. in Tacitum.*
Suſpicionum libb. XXX. Emblemata CC. In Publij Syri Mimi verſus Commentarium iuſtum. Polyanthea tomum III. & IV.

IANVS HAVTENVS, Batauus, S. P. Q. Lugdunenſi Batauorum à ſecretis, *Iuſto Lipſio*, dum ibidem ageret, carus, vertit feliciter
Plautinas Comœdias in linguam Belgicam, quam verſionem *Lipſio* placuiſſe, teſtatur his verſibus:

Belgarum decus & Batauа Siren,
Noſtrarum pater elegantiarum,
H A V T E N E, *vnice & vne mi ſodalis,*
O quàm nos lepida tua Camœna
Oblectas reficiſq́, dum Latinas
Transfers ad patrium ſolum Camœnas!
Et P L A V T I *numeros ſolutiores,*
Verbis & numeris ligas Batauis;
Quod hæc atque alia inuidebit ætas.
O ioci venereſque, ô Atticorum
Condita ſale collocutiones!
Vis verum tibi dici amice? dicam:
Te viuo pariter ſales Batani
Viuent, & pereunte te peribunt.

IANVS LERNVTIVS, Ioan. F. Iacobi Nep. Brugis naſcitur anno à partu virginis cIↄ. Iↄ. XLV. Idib. Nouemb. die Veneris vergente ad meridiem noctis, vt Varro loquitur, intra x. & xi. Sole Sagittarium ingrediente. Gandaui & Antuerpiæ, prima ſtudiorum rudimenta abſoluit. Inde Grudia vniuerſitas per ſeptennium tenuit. *Lipſium & Victorem Giſelinum* ſtudiorum ſocios indiuiduoſque comites habuit. Viginti & vno annis Lutetiæ, Paduæ, Romæ, rerum mirandarum inſpectationi ſe totum ſacrauit. Bruga patria vxorem ei dedit, & illa coniugi ſuo xij. proles, IV. maſculos, alias fœmellas. Anno M. D. LXXXVij. iij. ab vrbe Brugenſi lapide, dum ex Arteſia quò negotiorum ergo profectus fuerat, ab Oſtendano milite capitur, & in ſpeluncam ſubterraneam detruditur. Inde cùm ex continuo carceris pædore non nihil mens mota eſſet, in Angliam ab vrbis præfecto tranſportatur, litrum ſcilicet redemptionis ad nutum ſuum ab eo emuncturus: Anglica hæc detentio v. annos tenuit, donec nummorum magno liberationis pretio perſoluto incolumis ad ſuos reuertitur. Exin ciuilium pertæſus rerum, priuata ſtudia prædiumque ſuburbanum à ſtrepitu & turba remotum, illi in delicijs fuêre. Vinctâ ſolutaque numeris oratione

oratione promptus fuit mihique familiariſſimus per Epiſtolas. Scripſit
Ocellos, Baſia. Elegias, typis Plantini, anno 1579.
Initia, æterni numinis omnipotentiæ deuota. Lugduni Batauorum.
Epigrammatum, lib. ij.
Trophæa Auſtriaca, victorijs Alberti Archiducis erecta.
Pacem Belgicam, ad Marchionem Ambroſium Spinolam. Antuerp.
Idylliorum Sacrorum decades II. Louanij, typis Maſij.
Praloquia encomiaſtica, ad ord. Flandriæ. Brugis typis Soetaert, anno 1604.
Vitam & mortem Caroli Flandriæ Comitis, proſa oratione, poſt Gualtherum Tertianenſem.

Rebus humanis exemptus Brugis, & ſepultus in ambitu D. Saluatoris, hoc epitaphio;

D. O. M. SACR.
ET
MEMORIÆ
IANI LERNVTI VIRI CLARISS.
QVI ERVDITIONE ET FAMA MAGNVS,
CANDORE INCOMPARABILIS,
NVLLI VNQVAM GRAVIS, OMNIBVS ACCEPTVS,
IN DOCTORVM ANIMIS DVM VIXIT
QVANDIV VIXERVNT SEDEM HABVIT
IN DEMORTVORVM LIBRIS, VT ET SVIS
ETIAM POST OBITVM CVM IPSIS VICTVRVS EST
TAM AB OMNI AMBITIONE ALIENVS
QVAM VIRTVTE VERA PRAEDITVS,
QVO FACTVM VT OPIBVS A PARENTIB. RELICTIS
HONESTISSIME AC MODESTISS. AD EXEMPLVM VSVS
IN BEATISSIMIS STVDIIS AETATEM EGERIT
PVBLICA NON AFFECTAVERIT, ETIAM OBLATA RESPVERIT
VNO SCABINATV VRBIS PATRIAE CONTENTVS.
QVO ET SÆPE ET DILIGENTER EST FVNCTVS.
LIBEROSQ. VTRIVSQ. SEXVS EX MARIA
IACOBI TORTELBOOMI FILIA SVSTVLIT XII.
QVAM NON AMBIIT NOBILITATEM RVDOLPHVS
IMPERATOR ANNO CIↃ.IↃ.LXXXI. IPSI
POSTERISQ. CONTVLIT
VIDVA ET LIBERI VIRO ET PATRI SVAVISS.
M. H. P. C.
NATVS ANNO CIↃ. IↃ XLV. IDIB. IX. BRIS.
ANNO CIↃ.IↃC XIX. III. KAL. OCT. DENATVS.

ALIVD.

Hunc tumulum aſpiciens, ne multa querare ſed, illud
Ingeme, LVX MORINI'S VLTIMA RAPTA FVIT.

IVSTVS RYCKIVS Gandenſis & C. R.
amico magno P.

IANVS

IANVS RVTGERSIVS, I. C. Dordraci naſcitur è patricia familia. Lugduni Batauorum ſtuduit,& Iuris Doctor creatus eſt. Latinè & Græcè admodum doctus, Poëta ſuauis non Muſarum modo, ſed leporum & gratiarum delicium vnicum Conſiliarius Regis Sueciæ, eiuſque ad Bohemum, & pleroſque Germaniæ Proceres, tandemque ad confœderatos Belgij Ordines Legatus, anno Domini c I ɔ. I ɔ c. xxv. omnium bonorum luctu, & ſumma cum litterarum iactura in flore ætatis obijt, & ſepultus Hagæ-Comitis in monumento quod ampliſſ. Regum & Rerumpub. Legatis ab ordinibus adornatum eſt. Bibliothecam inſtructiſſimam legauit *Danieli Heinſio*, ſcripſitque

Variarum lectionum, libb. vi. qui plerunque *Critica* continent. Lugduni Batauorum, anno 1618. 4.

Notas in Martialem. Ibidem, anno 1619. 12.

Epithalamium dictum Pompeio de Rouere & Annæ Caſimbrotæ. ibdem.

In Horatium quæ meditatus eſt, breui Heinſij curâ videbimus.

Ex eius Bibliotheca prodierunt *Dominici Baudij Orationes.*

IANVS SCEPPERVS, vide IOANNES SCEPPERVS.

IANVS SECVNDVS, vide IOANNES SECVNDVS.

IASON PRATENSIS, velà PRATIS, vernacule *Vande Meerſche*, Zirizæus Zelandus, patre Gandauenſi, Medicinæ Profeſſor, ſcripſit

De ſterilitate arcenda & progignendis liberis. Antuerpiæ, anno 1531. 4. apud Michaëlem Hillenium.

De Cerebri morbis curandis. Baſileæ, anno 1549. typis Henrici Petri.

De Pariente & Partu. Antuerpiæ, anno 1527. 8.

De tuenda Valetudine, lib. iv. Ibidem apud Withagium.

De Vteris, lib. ij. *&* *Poëmatia* quædam.

Obijt in patria, anno Chriſti M. D. LVIIJ. ij. kal. Iunij.

IDSARDVS GRAVIVS, Friſius, Sacerdos & Hiſtoricus, ſcripſit

Chronicon Friſiæ, ab anno DCC.LXIII. & deſinens in annum M. D. XIV. vbique inſiſtens veſtigijs *Ioannis Becani* Vltraiectini. Vide *Suffridum Petrum*, de ſcriptoribus Friſiæ. Vixit circa annum M. D. XV.

IENCO A DOVMA, Friſius, Hiſtoricus, vir primariæ nobilitatis, ſcripſit

Epitomen rerum in Friſia geſtarum, quam vocat *Teſtamentum ſuum.* Vixit circa annum Domini M. D. XV.

IGNATIVS DYCKERIVS, Gandenſis, Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Sacerdos, Aquiſgrani Prior, priſci candoris & exactæ eruditionis vir. Scripſit

Tragœdiam de Theodoro Alexandrino, verſibus iambicis.

Epigramatum, libb. ij. ad lucem paratos.

ILICO VMMIS, Friſius, V. I. D. & Conſiliarius Oldenburgicus, ſcripſit

Diſputa-

Diſputationes XXIII. ad Proceſſum Iudiciariũ ſpectantes. Ienę, 1616. & 1619.

IOACHIMVS AXONIVS, Grauianus, I. V. D. Poëta & Philologus, vtriuſque linguæ peritus, Belgicis Princípp. à conſilijs maritimis. Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Græciam, Mediam, & Terram Sanctam perluſtrauit. Scripſit

Epicedion & Monumentum in mortem Anthonij Burgundi, Regis Catholici nomine apud Belgas maris Præfecti. Antuerp. anno 1578. 8.

Nuptiale in nuptias Philippi Lalani Comitis. Ibidem.

De ventorum natura ex Ariſtotele, alijſq. Philoſophis, forma tabulæ. ibidem, 1574.

De libero hominis arbitrio, contra Lutherum & Caluinum.

Carmen in laudem Coſmographiæ.

E Græco vertit Maximi Planudæ Orationem in ſepulchrum Chriſti, Dilingæ, anno 1559. 4. Item

Gregorij Palami, Philoſophi Græci, Dialogum, cui titulus. LIS inter Corpus & Animam, & Dei iudicium illud dirimentis. Pariſijs Græcè, & Luduni Latinè.

Excerpta Heſiodi de Iuſtitia.

Agapeti Præcepta morum ad Iuſtinianum Imp. cum Ferrando Diacono Carthaginenſe.

De officijs pij & verè Chriſtiani Ducis militaris. Antuerpiæ, typis Tilenij, anno 1578. ad Archiducem *Matthiam,* Belgij Gubernatorem.

Itinerarium docto ſtylo M. S. latet apud heredes.

Antuerpiæ extremum ſpiritum effudit plenus dierum, & conditus in *Diui Iacobi,* ante B. Virginis ſacellum, hoc epitaphio:

HVMILES ALTA IVVANT

IOACHIMVS AXONIVS GRAVIANVS I. V. D.
PRINCIPIB. NOSTRIS A CONSILIIS MARITIMIS,
BARBARA DE MANGELAER EIVS VXOR,
MAGNVS WAVTHERVS
GASPARIS ET BARBARAE PRAEDICTAE F.
MORTALITATEM EXVTI
HIC QVIESCVNT
DVM IMMORTALITATEM INDVANT.
OBIERVNT ANTVERPIAE
ILLE VIII. KAL. SEPT. ISTA POST PAVLO
VI. KAL. OCTOB. ANNO CHRISTI CIↃ. IↃ. XC
HIC V. IDVS OCTOB. AN. CIↃ. IↃC. IV.
DEFVNCTIS BENE APPRECARE.
ADRIANVS MARSELARE GENER
CVM MARGARETA DE WYSE MAGNI
PRAECLARA VIDVA
PIAM MEMORIAM PROCVRANTE.

IOACHIMVS FORTIVS, vulgò *Sterck* RINGELBERGIVS, Antuerpianus, Louanij Latinæ linguæ rudimenta didicit: Picturæ & cælaturæ ſtudioſus

ſtudioſus fuit. Publicè profeſſus eſt Arithmeticam, Aſtronomiam & linguam Græcam. Fuit homo, cui nihil vel ad eruditionis copiam, vel ad morum integritatem vitæque candorem deeſſet. Amicos habuit litteratos *Eraſ. Roterod. Beroaldum, Amerotium, Oporinum* & alios. Laborauit calculi dolore, fortè ex nimijs vigilijs nato. Obijt circa annum Chriſti M. D.XXXVI. Scripſit

De ratione ſtudij, lib. j.
Elegantias, de proprio vſu & differentijs quarundam vocum apud Latinos.
De vſu vocum quæ non flectuntur.
De conſcribendis verſibus.
Elementa Grammaticæ Græcæ.
Dialecticam Tabulas Dialecticas.
Rhetoricam, & quæ ad eam ſpectant.
De Figuris & vitijs Orationis.
De formis dicendi.
De Periodis. Synonyma.
De Sphæra Coſmographiam.
Inſtitutionum Aſtronomicar. lib. ij.
De tempore lib. Optica.
Chaos Mathematicum.
De vrina non viſa.
Experimenta.
Arithmeticam.
De Homine, lib. j.
De Interpretatione Somniorum.

Hæc omnia excuſa Lugduni typis Gryphij, anno 1531. in 8. Baſileæ & Antuerpiæ.

IOACHIMVS HOPPERVS, Friſius, Snecanus, I. C. naſcitur anno ſalutis M. D. XIII. III. Id. Nouemb. Snecæ & Harlemij apud Batauos prima ſtudiorum iecit fundamenta. Louanium profectus excolendo ingenio, Philoſophiam maximè Platonicam & iuriſprudentiam ſectatus eſt. In iure magnos ſtudiorum fecit progreſſus, nactus optimos Præceptores *Ioannem Haſium & Gabrielem Mudaum*. Pariſios & Aureliam poſtea ſe contulit, & Louanium reuerſus, Doctoris laureâ inſignitur, & publicè iuriſprudentiam magno audientium concurſu profeſſus eſt. A *Margarita Auſtriaca* (quæ tum Belgis præerat) in Machlinienſem Senatum adlectus eſt. Indè Bruxellam euocatus, in Concilium rerum ſtatus ab eadem adſciſcitur. Auctor fuit inſtituendæ Academiæ Duacenæ, quem perpetuo coluit, & vita functum pro funere laudauit. Poſtea à Rege Catholico PHILIPPO II. in Hiſpaniam euocatur, qui inſignia Equeſtris dignitatis illi detulit. Nouennio in Hiſpania feliciter tranſacto, in phthiſin incidit, quâ leniter exſtinctus eſt Mantuæ Carpetanorum XVIII. kal. Ianuarij, anno reparatæ ſalutis M. D. LXXVI. Ætatis LIII. conditusque in æde S. Trinitatis. *Cyprianus Vomelius* hoc illi Epitaphium poſ.

Proh dolor eripuit terris cita mors IOACHIMVM
HOPPERVM, *Friſiæ non mediocre decus.*
Sneca dole, tuus ecce iacet patronus, & ingens
Gloria non vllo eſt interitura die.

Eius hæc ſunt monumenta literaria:

De vera Iuriſprudentia, libb. *XII.* videlicet, *De Iuris ac Legum condendarum ſcientia*, lib. IV.

Rerum Diuinarum & Humanarum, ſiue De Iure Publico, libb. IV.

Ad Pandectas, ſiue De Iure Ciuili priuato, libb. *IV.*

Themis Hyperborea, ſiue *De Tabula Regum Friſiæ*, lib. j.

Ferdinandus, ſiue *De Inſtitutione Principis* lib ſingularis. Antuerpiæ, anno 1590. typis Plantinianis.

Paraphraſis in Pſalmos Dauidicos, additis breuibus argumentis & explanationibus. Ibidem, anno 1591.

In IV. Euangelia.

Epitomen de Origine gentis Friſoniæ imperfectam reliquit.

De Initijs tumultuum Belgicorum Gallicè.

Varia nondum edita exſtant Louanij apud filium Academiæ Cancellariũ; & in Scuriaco.

IOACHIMVS LITHOCOMVS, vulgò Steenhouwer/ Duſſeldorpij circa annum M. D. LXXXV. Iuuentutẽ cum fructu docuit, eius exſtat

Grammatica Latina, Syntaxis ac Poëſis. Lugduni Batauorum, anno 1604. & 8. & alias alibi.

IOACHIMVS MARTINVS GREGORIVS, Gandauenſis, Medicus, vtriuſque linguæ peritiſſimus, *Eraſmo Roterod.* familiaris, cuius ad hunc noſtrum exſtant plures epiſtolæ,

Galeni libros De alimentorum facultatibus
De attenuante victus ratione
Introductionem in pulſus ſectione ſecundâ
} Latinos fecit.

Collegit præterea è *Galeno Prouerbia* in vſum *Roterodami*, qui illa in *Chiliades* ſuas tranſtulit.

Vixit anno Domini M.D. XXVIII.

IOACHIMVS POLITES, Zelandus, L V. Doctor. Non fuit ille vrbis Antuerpienſis ſyndicus, vt ominatur Doctor *Valerius Andreas*, ſed ab Actis ſiue Graphiarius. *Card Granuellano* in delicijs, tum ob venuſtam indolem, tum venam poeticam. Muſices amator eximius, & qui per ea tempora Muſicen coluêre, illum Mecænatis inſtar habuerunt: varij motettorum ſcriptores conatus ſuos & labores illi conſecrarunt & inſcriptos voluerunt. Scripſit

De Republica libb. IV. typis nondum editos.

Varia Poëmata. Antuerpiæ, anno 1548. 8.

Huic ſymbolum, VIGILATE.

IOACHIMVS A PVTEO, Antuerpienſis, tertij inſtituti D. Franſciſci, vulò *Bogardos* vocamus, Conuentus Antuerpienſis & Middelburgenſis Miniſter: ſincerus, pius & eruditus religioſus, ſcripſit vernaculo ſermone

Contemplationes in VII. effuſiones ſanguinis Chriſti.

De VII. doloribus B. Mariæ Virginis.

Præparationem ad SS. Euchariſtiam.

Speculum

Speculum Virginum, cùm Montibus ſanct Gertrudis virginibus ſacris eſſet à Confeſſionibus.

IOACHIMVS ROLANDVS, Machlinienſis, Medicus, ſcripſit lib.

De nouo morbo Sudoris, Morbus is ab Anglis deſcendens Antuerpienſem vrbem longè latéque infecit, multaque hominum millia abſumpſit. Supplicatio ſolemnis inſtituta placando numini, & efficax fuit. Pulſum malum, ac ob perpetuam profligati morbi memoriam quotannis DEO gratiæ redduntur ipſo Diui Michaëlis Archangeli. Laudat hunc libellum *Ioannes Secundus* lib. Epigrammatum. Vixit familiaris *Andreæ Veſalio* Anatomicorum Principi.

IOACHIMVS TYDICHIVS, Berlinenſis, Marchita, reddidit verſu elegiaco

Prouerbia Salomonis, additis aliquot precibus. Gandaui, typis Giſleni Manilij, 8.

IOANNES, Abbas ad D. Bertinum Audomaropoli, Ordinis Benedictini, ſcripſit

Vitam S. Bertini, qui mortuus eſt anno clɔ. c. LXXXIII.

IOANNES ACRONIVS, Friſius, Medicus & Mathematicus, Baſileæ multos annos vixit, & ob iſtarum artium profeſſionem celeberrimus. Scripſit

De motu Terræ.

De Sphæra.

Confectionem Aſtrolabij & Annuli Aſtronomici.

Deuixit anno M. D. LXIII. ætate adhuc florente.

IOANNES AGNVS, Dominicanus Gandenſis, vir miraculis in vita clarus, obijt anno Chriſti clɔ. CCXCVI. ſcripſit teſte *Ioanne Bunderio* in Indice,

Formulam vitæ cuiuſlibet Chriſtiani.

IOANNES ALDEBVRGVS, Flander, Ord. B. Mariæ de Carmelo, multâ ſcientiâ præclarus, Scholaſticus, & in diuinis ſcripturis eruditus, ſcripſit, teſte *Arnoldo Boſtio*.

De Formalitatibus, lib. j.

De ſufficientia Syllogiſmorum, lib. j.

De Senſu & Senſato, lib. ij. & alia,

IOANNES ALNOSIVS, Brugenſis, Medicus Tibure in Latio clarus anno M. D. LVIII. Scripſit libellum

De antiquis Nummis & marmoreis inſcriptionibus, teſte *Dionyſio Harduino* in ſuo M.S. nomenclatore virorum Flandriæ eruditorum.

IOANNES DE S. AMANDO, cognomento FAYTA alij PAIVS eo nomine III. inter Abbates ſancti Bauonis Gandaui, in ordine

verò Abbatum LIII. Theologiæ Doctor, ab vniuerſitate Pariſienſi miſſus ad Pont. Max. ad exſtirpandam ſectam Flagellatorum, coram quo multas doctas habuit orationes & ſermones, Multis deinde alijs functus pro ſede Apoſtolica legationibus, obdormiuit in Domino, anno ab incarnato DEO M.CCC.XCV. X. Februarij, & ſepultus in ſacello ſancti Amandi, exſtant eius tantum

Homilia. Pariſijs olim excuſæ.

De eſu carnium, lib. I.

Declarationes in Regulam ſancti Benedicti.

Quæſtiones Sententiarum, varios præterea multiplicesque *Tractatus*, teſte *Trithemio* ſcripſiſſe fertur.

IOANNES DE S. AMANDO, Hanno, Tornacenſis Eccleſiæ in D. Virginis Canonicus, & Medicus expertus, ſcripſit

De Balneis, Venetijs, cum diuerſorum de balneis ſcriptis.

De Simplicibus, lib I. M. SS. in bibliotheca Scenkiana.

De vſu idoneo Auxiliorum. Moguntiæ, anno 1534. 4.

Super Antidotarium Nicolai, Venetijs, typis Iuntæ, anno 1527. & 1568. cum operibus Meſuæ.

Areola de virtutibus ſimplicium. M.S. in bibliotheca Scenkiana.

IOANNES ANTONIVS, Campenſis, Medicus, dedit

Directiorium Summa Summarum Medicinæ. Lugduni, anno 1553. typis Rouillij.

IOANNES AQVENSIS, vel AB AQVISGRANO. Ordinis Minorum, vir pius & deuotus, Machliniæ multos annos à Confeſſionibus fuit ſororibus Clariſſis : iuſſu MATTHIÆ WEYNSENII Dordraceni, Guardiani & Commiſſarij Generalis ex idiomate Latino vertit feliciter in Belgicum

Contemplationes Idiotæ, libb. VI. Autuerpiæ, typis Vorſtermanni. Claruit anno Chriſtiano M. D. XXXV.

IOANNES ASSELIERS, Antuerpienſis, eidemque vrbi à Secretis, I. V. Doctor Adoleſcens florentiſſimas Europæ prouincias Italiam, Galliam, Germaniamque inſpexit. Fatis conceſſit Delphis Batauorum, anno M. D. LXXXVII. Scripſit

Hiſtoriam tumultuum Belgicorum à diſceſſu Philippi II. è Belgio, vſque ad obitum Franciſci Valeſij, Ducis Alençonij, quæ exſtat M. S. apud filium *Henricum*, qui dum ad magna gradum facit, miro quodam fato cæcitate percutitur Bruxellæ, in qua vrbe, ſtupentibus omnibus, Aduocati officium exercere pergit, neque quicquam ijs, debet qui quotidiè libris incumbunt. Ita oculorum defectum ingenij vegeti acies ſupplet.

IOANNES DE AQVA-VETERI, Vltraiectinæ ditionis oppido vulgò *Oudewater*, alias PALAEONYDORVS, Carmelita Machlinienſis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & linguâ patriâ diſertiſſimus. Scripſit

Faſciculum

Faſciculum Temporum ſui Ordinis, lib. iij. in quorum primo *Eliam* & Prophetas ordinis ſui fundatores extitiſſe probat. In ſecundo Sanctos ex eodem enumerat. In tertio ſucceſſiones Priorum generalium totius ordinis ſecundum tempora locat.

Manuale eiuſdem, lib. I. Moguntiæ.
Dialogum inter Carmelitam & Cartuſianum.
Epiſtolas familiares.
De puritate Conceptionis B. MARIÆ.
Sermones de Tempore & Sanctis, lib. ij.
Quadrageſimale, lib j.
Propugnaculum Carmelitarum, lib. I. Venetijs in quarto.
Collationes ferıales.
Contra Wigandum, pro Trithemio, lib. I.
Ad feliciorem vitam migrauit, anno Chriſti M. D. VII. Ætatis LXXIV.

IOANNES ARCERIUS THEODORETVS, Friſius, edidit Græcè & Latinè, ſed parum feliciter,
Iamblichum Chalcidenſem De vita Pythagoræ.

IOANNES ARVNDINEVS, ſiue DE ARVNDINE, Carmelita Conuentus Brugenſis, Epiſcopus Vsbitenſis, *Dauidis de Burgundia* Vltraiectini Epiſcopi in Pontificalibus Vicarius, vir in diuinis ſcripturis eruditus ſeculique ſui Eccleſiaſtes ſummus, ſcripſit *In librum Sapientiæ.*
In Epiſtolam Pauli ad Romanos.
In Pſalmum Beati immaculati.
Sermones de Tempore & Sanctis, lib. ij.
Eripitur mundo anno Meſſiæ nati M. CCCC. XCVI. ipſo D. Georgij, in arce Batauoduri.

IOANNES BARATHVS, patria Hannonienſis, Cœnobij Valencenar. Carmelita, & Doctor Theologus Pariſienſis, ſingulari vir pietate, & diuinarum atque humanarum cognitione ſupra modum excultus. Scripſit
De reuelatione Diuinorum.
In Magiſtrum ſententiarum, lib. IV.
Determinationes S. Theologiæ, lib. j.
Quæſtiones ordinarias.
Poſtillam in Apocalypſim, lib. j.
In Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos.
Collationes Synodales.
De vtilitate S. Scripturæ.
De temporis ſui malis.
Quadrageſimale, & alia.
Claruit anno Domini M. CCCC. XXVI.

IOANNES BECARDVS, Flander, Canonicus Norbertinus, Cœnobij Furnenſis, Ord. Præmonſtratenſ. ibidemque ſac. Theologiæ Profeſſor, nunc verò Collegiatæ Parochialis Eccleſiæ opidi Furnenſis Paſtor & Decanus, molitur iam ab aliquot annis

 Annales

Annales Præmonſtratenſes, quos aliquoties citat IOANNES CHRYSOSTOMVS VANDER STERRE, *Prior S. Michaelis Antuerpiæ in ſua Norbertina*: vir ſcriptis quoque clarus, & pro honore ordinis, ſi quis alius Zeloſus.

IOANNES BAPTISTA A GLANO, Leodicenſis Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, Doctor Pariſienſis, prouinciæ Colonienſis ſecundò Præſes Prouincialis: vir ingenio ad lucubrandum facto, doctiſſimus æquè ac diſertiſſimus Concionator, quem nulla pericula, nullæ hæreticorum inſidiæ, nulli labores aut moleſtiæ itinerum à viſitatione retardarunt, ſcripſit idiomate Gallico,

Hiſtoriam Pontificalem, ſeu *Demonſtrationem veræ Eccleſiæ à Chriſto fundatæ*.
Oeconomiam Chriſtianam, lib. viij.
De officio Puellarum, lib. ij
Europam, ſiue *De primariarum Europæ prouinciarum ritibus, Ceremonijs & veſtibus*.
In Pentateuchum Moyſis, in Exodum, & libb. Regum Commentaria, quæ breui lucem aſpicient.

Tranſtulit ex linguâ Hiſpanica in Gallicam *Hiſtoriam Antonij Gouſæ, de progreſſu Eccleſiæ Catholicæ in India Orientali*.

Deceſſit in patria, vt habet *Anaſtaſis* Auguſtiniana, anno CIƆ. IƆC. XIII. III. Non. Febr. magno ſuorum & totius vrbis luctu.

Nil mirum huic meritam ſi det Sorbona coronam
Doctrinæ ſiquidem ſorbuit ille merum.

IOANNES ASCANIVS BOCHIVS, Ioan. F. Antuerpienſis, Louanij & Aureliæ Iuriſprudentiæ operam dedit, dumque Italiam luſtrat in ipſo ętatis vernante flore in Calabria extinguitur; morientis Abbas De Campo (cui in delitijs erat) extrema lumina clauſit. Viuax illi promptumque ingenium. Eximium atque habile, ad Poëſin ingenium à natura conſecutus. Poëmata eius errantia amicíſque exhibita *Franciſcus Sweertius* collegit vulgauitque Coloniæ typis Kinckij. Si Deus anniique fauiſſent, parentem non æquaſſet modò, verùm ſuperaſſet.

IOANNES BAPTISTA GRAMAYE, Antuerpienſis, I. V. Doctor, Præpoſitus Arnhemienſis Princip. ALBERTI & ISABELLAE Hiſtoriographus, Profeſſor Academicus, mihi familiariſſimus. Multa ſcripſit & æditioni parata plurima habet: quæ ad manus noſtras peruenerunt, hæc ſunt:

Conſtantinus. Andromeda Belgica, Comœdiæ, quarum vltima Louanij exhibita anno Domini M. DC. in ingreſſum principum, typis Laurentij Kellæ.
Centuria Poematum, Coloniæ, typis Milij, in quo Epithalamia, Siluæ, Epinicia, Elegiæ, Satyræ, Orationes, Epiſtolæ, &c.
Declamationes Heroicæ, Francofurti apud Wechelum.
Centuria Poematum extemporaneorum. Louanij, typis Kellæ, anno 1597. in qua Epigrammata, Anagrammata, Chronica, Epitaphia, Elogia, Ænigmata, Xenia, &c.
Poeſis Bucolica, lib. 2. Vrſellis.
Elias Tragi-Comœdia. Lugduni, typis Facketi.
Decas Orationum Academicarum, typis Milij, anno 1597.

Libel-

Libellus phraſium & Epiſtolica, ibibem, apud Heiratum.
Declamationes III. Parthenia. Louanij, typis Kellæ.
Orationes Quodlibeticæ IV.
Commentatus eſt in Ariſtotelis Rhetorica & Politica, L. Florum, Melam, Horatium, IV. & VI. Æneidos
Aſia & XLII. eius Gentium Hiſtoria. typis Belleri.
Aſiæ Hiſtoria media & noua inedita eſt.
De primis precibus. Antuerpiæ, apud eundem.
Hiſtoria Brabantica. Louanij, apud Maſium, anno 1606.
Hiſtoria Namurcenſis duobus Tomis, typis Belleri.
Antiquitates Namurceſij. Louanij, apud Maſium.
Louanium, Bruxella, Antuerpia, Taxandria, Arſcotum, Hasbanica, Gallo-brabantica. Bruxellis, typis Velpij & Momartij.
Gandauum & Corturiaci Primitiæ, apud Verduſſium.
Brugæ Flandrorum, Louanij, typis Dormalij.
Iprетum, ibidem, typis Riuij.
Trazinacum, Bruxellæ apud Velpium.
Flandria Franca, Imperialis & Ambacta, Pentapolis maritima, Belgiolum, Flandria Gallicana, Betuuia, Artacum, Duacena & Orchiacum. Inſulis apud Reyſium.
Flandria Lizana. Gandaui, typis Fabri.
Rerum Cameracenſium, lib. iij. Louanij apud Riuium.
Mechlinia, lib. iv. ibidem, anno 1607.
De Dominijs Principum controuerſis.
De limitibus Prouinciarum.
Indices diplomatum antiquorum.
Encomium vitæ ſolitariæ.
Mel Bernardi. Stimuli. Parænesis.
Ara vitæ regularis.
Homeliæ aliquot.
Inedita ſunt *Hannonia, Arteſia, Luxemburgum, Limburgum, Geldria, Leodicum, Hollandia*. Item.
Dramata exhibita Antuerpiæ *Rex Saturnalium & virtus honorata*. Viluordiæ, *Arſenius & Theodoſius Comœdia*. Bruxellæ, *Perſeus & Aſſuerus Comœdiæ*. Louanij, *Abraham, Maria, Elias, Salomon, Suſanna, Alexius, Briſeis, Heraclius, Gertrudis, Iſaias, Catharina, Barbara, Mauritius, Baiazetes, Iuſtinianus, Pyramus & Thiſbe, partim Tragœdiæ. Lutoſa, Lapſus & reſtauratio hominis*. Coloniæ, *Erneſtus, Iudicium extremum & Magi III*, item
De iure Regalium, De Nominationibus ad prælaturas, De Iure Patronatus laicali, De deuolutione beneficior. De annatis Belgicis, & Conſilia XXXIV.
Ex Italica, Africa, Hiſpanica peregrinatione reuerſus, publicauit
Diarium Argelenſe, ſiue *Speculum miſeriæ ſeruorum Turcicorum*. Athi, typis Ioannis Maſij, anno 1622. 8.
Africam illuſtratam, libb. X. Tornaci, anno 1622, typis Adriani Quinque.
Encomium Brabantiæ. Amſtelodami, typis Hondij.
Theſaurum diplomatum Antiquorum. Lugduni apud Comelinum.
Martyres Argelenſes ex Hiſp. in Latinum & carmine traduxit. Tornaci.
Compendium Annalium Ybiorum traſtulit ex Germanica. Coloniæ.
Hasbania illuſtrata, lib. X.

Peregrinationem Belgicam, hoc eſt, *Deſcriptio Antiquitatum, incrementa, ornamenta omnium Belgij ciuitatum.* Ibidem.

Theſaurum litterarium, de literis & linguis vniuerſi orbis. Ibidem.

Editioni parata habet.

Ægypti & Æthiopiæ illuſtrationem.
Pontificale & martyrologium Africanum.
Conſilia & ſynodales conſtitutiones Diœceſeon Africæ.
Paſtorales Lybicum & Breuiarium.
Regulas tres Anachoretarum, Clericorum, Monachorum Africæ.
Liturgias III. Africanas.
Lexicon Gothecum & Mauricum.
De Philoſophia veteri & noua Afrorum.
De Muſica Latina, Græca, Maurica & inſtrumentis Barbaricis.
De Numeris, Notis eorum, ponderibus, Menſuris veteribus, & alia eiuſdem generis.

IOANNES BAPTISTA HANSENIVS, Batauus, Harlemenſis, I. C. & Profeſſor Cardurcenſis apud Gallos, Antiquitatis Romanæ admirator & cultor maximus. Euulgauit, habuitque

Orationem cum Cornelium Tacitum Genuæ eſſet auſpicaturus. XI. kal. Decemb. M. DC. V. Ibid. typis Ioſephi Panonis. anno 1606. 4.

De Iureiurando veterum Commentarium. Toloſæ, anno 1614.

IOANNES BAPTISTA HELMONTIVS, Bruxellenſis, Medicus, Paracelſi partes ſecutus, ſcripſit

De Magnetica vulnerum naturali & legitimâ curatione, contra *Ioannem Roberti* ſociet. IESV Theologum. Pariſijs, apud Victorem le Roy, anno 1621.

IOANNES BAPTISTA LAMBERTINVS, *Ægidij F.* Antuerpienſis, ex illuſtriſſ. Senatoriâque *Lambertinorum Bonon.* familia oriundus, *Bernardini.* Equitis abnepos. A teneris annis ſtudijs & antiquarum Hiſtoriarum inquiſitioni deditus. Cortraci literis humanioribus vacauit: poſtmodum Louanij Philoſophiæ & Iuri ad aliquot annos. Inde perluſtrata Galliâ in Italiam ſe contulit vrbis æternæ viſendæ cauſſa, in qua annum conſumpſit, poſtea ad cæteras Italiæ partes profectus, Bononiæ, ſecundæ quaſi patriæ, quietis cauſſa manſit, atque in eadem Doctoratus in V. I. adipiſcitur gradum. Poſt triremibus *Ferdinandi* magni Etruriæ Ducis vectus contra Turcam per mare inferum nauigans, ad inſulam Melitenſem, inde per ſinum Corinthiacum ad Peloponeſum deuenit. In Italiam reuerſus, per Germaniam in Belgium redijt, in qua biennio expleto Hiſpaniam petit, quâ totâ ad Herculis vſque columnas viſâ, iterum patriam cogitat. Iuſſu deinde Sereniſſ. Archiducum ALBERTI & ISABELLAE ſummus ciuitatis & territorij Halenſis Prætor fit. Rurſus iubilæi cauſſa Romam profectus anno CIↃ. IↃC. XXV. atque inde in Belgium reuertitur, ſpartam ſuam adornans, ſub potentiſſ. PHILIPPI IV. Hiſpp. Indiarumque Regis tutela viuit, editurus breui

Theatrum Regium, ſiue *Regum Hiſpp. ſeriem & compendioſam Narrationem, varias illius regni hiſtorias adhuc vſque tempora.*

Ex Italico in Latinum conuertit

Vitam B. IMELDAE LAMBERTINAE *Nob. Bononienſis*, Antuerpiæ typis Cnobbardi, anno 1625.

IOANNES BAPTISTA TASSIVS, Bruxellenſis *Philippi II* Hiſpp. Regis in Gallia Legatus. *Henrico IV*. in tantum carus, vt eum Patrem ſuum vocitaret. Fuit & *Ioanni Auſtriaco*, dum in Belgio Proregem ageret, à ſecretis Conſilijs. Auitum eius ſtemma & longam annorum ſeriem dabit tibi Lector Inſcriptio magnifica Bruxellæ in Sabulone, quæ talis:

TASSIORVM

ORIGINEM, VIRTVTEM, GLORIAM, LEGE,
QVISQVIS MAGNA AVT CAPIS, AVT MIRARIS
ORIGO APVD BERGOMATES AB ANTIQVO ILLVSTRIS FVIT
VIRTVS VNA VRBE CLAVDI NESCIA
GLORIAM TOTA EVROPA PEPERIT.
SIC NATI, EVECTI, INCLYTI,
AVSTRIAE FAMILIAE ANNOS IAM CC.
INCORRVPTA FIDE ET OBSEQVIO VIXERVNT.
APVD CAESARES CVRSORVM MAGISTRI.
QVOD MVNVS ET INVENIENDO SIBI VINDICARVNT,
ET ADMINISTRANDO MAGIS MERVERVNT.
HONORES ITEM ALIOS TOGAE ET SAGI:
NVNC LEGATI AD PRINCIPES EXTEROS:
NVNC A CONSILIIS STATVS AC BELLI:
NVNC COPIIS, NVNC PROVINCIIS PRAEFECTI:
ALIBI COMITES, HIC LIBERI BARONES S. IMPERII.
SED ISTA ORIGINE, VIRTVTE, GLORIA VIROS MORI
HOC MONVMENTVM INDICAT.
CIↃ. IↃC. XIV.

Scripſit *Hiſtoriam Tumultuum Belgicorum*, libb. VIII. vſque ad annum quo pax inter Hiſpp. Galliarumque Reges eſt firmata. *Godefridus Haftenius* Cognatus noſter, vtriuſque linguæ peritiſſimus Pariſijs illi Oeconomus, ſtylum eius vtcunque rudem poliuit, dolauitque. Extat M. S. Bruxellæ apud *Chriſtophorum van Etten Henrici F. Financiarum Commiſſarium* Hiſtoriarum meique amantiſſimum. Item Scuriaci aliud exemplar M. S. ad ſanct. Laurentium, in Bibliotheca Regia, propediem, vt ſperamus, lucem videbit.

IOANNES BAPTISTA WILS, Antuerpienſis, ſac. Theologiæ Baccal. ad S. Willebrordum propè Antuerpiam Paſtor vigilantiſſimus, nunc Ord. Diſcalceatorum, edidit

Epigrammata de viris vita ſanctimonia illuſtribus ex Ordine Pramonſtratenſi. Louanij, typis Maſij, 1625. quæ nunc à ſerijs per otium vacans copioſius auget *Auguſtinus Wichmans* religioſus Tungerloenſis.

IOAN-

IOANNES BAPTISTA HOVWAERT, Bruxellenſis, vir nobilis & Poëta Belgicus inter primos, naſcitur anno M.D.XXXI. hinc Symbolum: INTER VTRVMQVE TENE. Scripſit vernaculo idiomate,

Viridarium Virginum, lib. XVII. Antuerpiæ, typis Plantini, & Roterodami.

De quatuor extremis. Ibidem.

IV. Tragœdias, quibus titulus: Mars & Venus, Æneas & Dido. Narciſſus & Echo, Leander & Hero.

De Conſtantia.

Querelam & Solamen Belgij. Bruxellæ, anno 1583.

Obijt Bruxellis, anno M.D.XCIX. XI. menſ. Martij, & ſepultus in ſuburbio, in ſacello D. IVDOCO ſacr. hoc epitaphio, quod conciui poſuit *Ioannes Bochius, S. P. Q. Antuerp.* à ſecretis.

Non tibi pacificas excuſſit Martius artes
Horror, ad extremum funeris vſque diem.
Vidimus ad geminas animum te vertere Lauros
Vna decus patriæ quæ floret, vna tuum.
Serta ſed infelix necdum Peneia ſumpſit
Belgica, digna tuis præmia fronte virent.
Hanc tibi Belgiades Muſæ, BAPTISTA, *corollam*
Munera poſt cineres haud peritura ferunt.
Donec & Auſonijs ARIOSTE *legeris in oris,*
Donec & in Lauram ſcripta PETRARCHA, *tuam:*
Iactabit Bruxella ſuum cultiſſima Vatem,
Et petet hinc numeros Belgica Muſa ſuos.

IOANNES BASIVS, Friſius, Leouardiæ naſcitur. A teneris (vt aiunt) vnguiculis, ingenij ſpecimen & frequens & certum de ſe dedit. Leouardię & Harlemi humanioribus imbutus eſt. Deinde Louanium, & poſtea in Galliam ſe contulit, Laureamque Iuriſprudentiæ conſecutus eſt. In patriam reuerſus, nomen Curiæ ſupremæ dedit, vbi ciuilibus cauſſis actitandis, laudem induſtriæ non vulgarem conſecutus eſt. Tandem relictâ patriâ, Senatui Delphenſi in Batauia à ſecretis fuit. Scripſit

Paradoxarum Diſputationum Iuris Ciuilis libb. IV. Baſileæ, anno 1575. in folio quibus neſcio quis maledicus hoc Epitaphium ſcripſit:

Non liber, at varijs repleta cloaca lituris
(Ne titulo Lector, decipiare) fui.
Latratus, ructus, ſtolidos ſine mente boatus
Euomui indoctos, dum potui, vſque viros.
Lucem, dum vixi, timui, fugiq́; repertam;
Ad ſordes natus ſcilicet & tenebras.
Præſidio ſolo noctis defenſus opaca,
Exegi vita tempora parua mea.
Tandem Cumanum mea me vox prodit Aſellum,
Spernor, & in riſum mox timor omnis abit.
Nunc iaceo teneis blattiſq́; & vermibus eſca,
Et veſtire iubet Pharmacopola piper.

Quin

Quin & tergendis damnata cloaca cloacis,
Auctoris culpam ſtultitiamq́, luo.
At te pro meritis auctor ſtolidiſſime tantis,
Pro Fama maneat non peritura fames.

IOANNES BECANVS, ſiue DE BEKA Vltraiectinus, Canonicus & Hiſtoricus, ſcripſit

Chronicon Epiſcoporum Vltraiectenſium, rerumq́, Hollandicarum, à S. Willibrordo, vſque ad annum M.CCC.XLV. Bernardus Furmerius Leouardienſis recenſuit & Notis illuſtrauit, edíditque cum Appendice Suffridi Petri. Franekeræ, anno 1611. 4.

IOANNES BECANVS, Aquiſgranenſis, Canonicus in primaria æde deſcripſit *Hiſtoriam vrbis Aquiſ Granenſis* accuratè, & ex fide, anno 1619. 4. Aquiſgrani.

IOANNNES DE BLE, alijs BELIVS, Canonicus Leodicenſis ad D. Lambertum, & *Ioanni* Hannoniæ Comiti à Conſilijs, ſcripſit

Chronicorum opus.

Vixit teſte *Ioanne Froſſardo* M. CCC.XC.

IOANNES BELGA, monachus & Abbas monaſterij S. Bertini, Audomaropoli ſcripſit ſermone Gallico, opus ingens

De Origine & progreſſu & conſtitutionibus Equitum aurei velleris, quorum perpetuus eſt Cancellarius Abbas ſancti Bertini.

Floruit anno Chriſti M. CCCC.LXX.

IOANNES BELLERVS, Antuerpienſis, Typographus, adauxit *Onomaſticon ex Roberto Stephano & Conrado Geſnero collectum*, cum recentibus locorum appellationibus, ex varijs auctoribus, Antuerpiæ. 1553. typis Stelſij.

Precationes Simonis Verrepæi ex Latinis Belgicas & Gallicas reddidit.

Multa quoque adiecit *ad Dictionarium Latino-Hiſpanicum Nebriſſenſis.*

Tractatum Claudij Viexmontij De Inſtitutione hominis peccatoris Gallicè edidit: Antuerpiæ, anno 1582. 16.

Obijt Antuerpiæ XIII. Iunij, anno M.D.XCV. & ſepultus in D. Mariæ in Sacello D. Georgio ſacr.

IOANNES BENNINGIVS, Amorfortius, I. V. Doctor Louanij renuntiatus anno M. D.XCIV. Id. Februar. Concilij Machlinienſis Aſſeſſor, & poſtea Luxemburgici Præſes, poſt *Ioannem Bertelium* Abbatem Epternacenſem, ſcripſit

Hiſtoriam Luxemburgenſem, M.S.

IOANNES BERNARDVS, Bapamenſis, Ord. ſancti Dominici ſac. Theologiæ Licent. & Prior Conuentus Duacenſis, vir miræ ſimplicitatis, ac ſui contemptor, edidit libellum

De Confraternitate Roſarij.

De Sodalitate nominis DEI.

IOAN-

IOANNES BERKELAER, Syluæducenſis, euulgauit *Dictionarium Germanico-Latinum, cum diuerſis Orationum formulis.* Antuerpiæ, anno 1556.

IOANNES BERNARTIVS, Machliniênſis, I.C. & cauſarum Patronus in Conſiſtorio Machlinienſi, Philologus, *Iuſti Lipſi* affinis, qui *Florem* eum *Belgarum* nominabat, mihi vnicè carus, ſcripſit

De vtilitate legendæ Hiſtoriæ, lib. ij. typis Plantini.

Commentarium & Notas in Boëthium de Conſolatione Philoſophiæ. Antuerpiæ, anno 1607, 8.

Statij Papinij Opera ad M. SS. recenſuit, & ſcholijs illuſtrauit. typis Plantinianis, anno 1594. 8. & Nutij, anno 1607.

Orationem in funere Ioannis Hauchini Archiepiſcopi Machlinienſis, Louanij, typis Maſij, anno 1589. 8.

Orationem in funere Michaëlis Baij, Doctoris Theologi Louanienſis Ibidem.

Orationem dictam & dicatam B. Mariæ Virgini, ipſo Annuntiationis feſto. Louanij.

Commentariolum de Lirâ à Bredanis militibus captâ, & eodem die recepta à Machlinienſibus, & Antuerp. ciuibus anno M. D. XCVI. & quorum pars magna fui. Louanij typis Maſij, anno 1596. 8.

Rebus humanis exceſſit in patria, M. DC. I. XVII. kal. Ianuarij, ætatis XXXIV. Menſ. 2.

Nicolaus Audartus Officialis Machlinienſis hos verſus amico opt. max effudit & luſit:

Hac tegitur paruâ magnus BERNARTIVS *vrnâ,*
Clara niſi toto fama quod orbe volat.
Quam famam functi doctiſsima ſcripta merentur,
Siue ea ad Hiſtoriam, ſiue ea ad Aonidas,
Seu magis ad Sophiæ ſint exornanda vireta.
Ah! ſpes cum tanto quanta ſepulta viro?

IOANNES BERTELIVS, Louanienſis, in Gymnaſio Lilienſi Philoſophiæ operam dedit annum agens XVII. Munſterienſi cœnobio ſancti Benedicti Ord. annos XIX. Abbas præfuit. Hinc Abbas Epternacenſis LXIX. eiuſdem ordinis renuntiatur. Scripſit

Hiſtoriam Luxemburgenſem. Coloniæ, anno 1605. typis Conradi Butgenij. 4.

De Dijs Deorumq. gentilium ſacrificijs. Ibidem.

Regulam D. Benedicti Dialogis XXVI. feſtiuis, vtilibus ac pietate conditis narrationibus explicatam, in gratiam eius ordinis alumnorum. Coloniæ, anno 1581.

Catalogum & ſeriem Abbatum Epternacenſium. Ibidem apud Cholinum.

E viuis exceſſit anno Chriſtianæ ſalutis CIƆ. IƆC. VII. Epternacenſi in oppido ac Cœnobio, III. lapide à Treueris ſito.

IOANNES BERTOVL, Prior monaſterij Sanctiſſ. Trinitatis iuxta Atrebatum, deſcripſit

Iter ſuum Hungaricum, quo complures Chriſtianos, Turcicâ ſeruitute, perſoluto lytro, liberauit.

Nouum Arteſiæ typum in Tabula expreſsit.

Digitized by Google

IOANNES BEETZIVS, Brabantus, Carmelita Thenenſis, Doctor ſac rar. Literarum Louanij celeberrimus, magnæ vir religionis & virtutis, & Concionator inſignis, ſcripſit

In Epiſtulam D. Pauli ad Romanos.

Præceptorum diuinæ legis, ſiue *Decalogum*, libb. X.

De Sacramento Altaris.

Sermones de Tempore & Sanctis, libb. ij.

Quæſtiones varias diſputatas.

E corporis cuſtodijs in æternam patriam euocatus Thenis, & in Choro apud ſuos ſepultus, hoc epitaphio:

HIC IACET INHVMATVS
VENERABILIS PATER MAGISTER
IOANNES DE BEETZ
SACRAE PAGINAE PROFESSOR EXIMIVS,
REGENS AC ORDINARIE LEGENS
IN THEOLOGICA FACVLTATE
LOVANII.
QVI OBIIT. M. CCCC. LXX.
VI. DIE MENS. IVN

IOANNES SIRIACOPS BEVERVS, Angianus, Hanno Philoſophiam Louanij in Collegio Standonico, vulgò Porcenſi xxiij. annos docuit, tanta ſubtilitatis & acrimoniæ vi non modo vt eſſet Academiæ Philoſophus Princeps, ſed ſui temporis ac ſeculi *Ariſtoteles* haberetur. Hac doctrinæ fama notus, *Coſmus* Florentiæ Dux ad ſe vocauit, ſed ille optima conditione ſpreta, elegit pannoſus inter ſuos, quàm ſub extero cœlo nobiliſſimam iuuentutem ſerica in toga docere in publico ſuggeſtu, ſcripſit.

Commentarios in libb. Ariſtotelis De Phyſica Auſcultatione.

De Cœlo. De Anima. De Generatione & corruptione. Louanij, anno 1567. fol.

Sepultus in *D. Petri* Louanij, ad altare *S. Criſpino* ſac. hac ſimplici epigraphe:

MAG. IOANNES SIRIACOPS A BEVERIS
OBIIT ANNO DOMINI
M. D. LXIII. VI. NOVEMBRIS.

IOANNES BLÆRVS, Dieſthemius, Brabantus, Prior cœnobij ſancti Iacobi intra muros Leodicenſium, ſcripſit

Hiſtoriam Reuelationis B. Iulianæ Cornelienſis diuinitus factæ, & Inſtitutionis Feſti Venerabilis Sacramenti. Duaci, typis Balthaſaris Belleri, in magno ſpeculo exemplorum.

IOANNES BOCHIVS, Bruxellenſis, Poeta excellens, mihi familiaris. Liræ primùm, poſt Athi apud Hannones, cum humaniores hauſiſſet literas, ingenio excolendo in Italiam ſe contulit. *Robertum Bellarminum*, Religionis Chriſtianæ Controuerſias in vrbe explicantem aſſiduè audiuit. Ex Italia in Poloniam tranſgreſſus, Ruſſiam, Liuoniam, Muſcouiam, aliaſque orbis iſtius prouincias barbaras peragrauit. Ad ſuos demum redux

Digitized by Google

amatas olim Muſas iterum ſollicitare cæpit, quæ gratiam apud viuos, nomen apud poſteros peperêre immortale. Matrimonio implicitus fuit non vſquequaque felici ac concordi, quod ferè viris magnis commune. Moritur morbo apoplectico, & morienti clauſit oculos *Franciſcus Sweertius*. Parentem filia in D. Virginis, non procul *Graphæi* tumulo, vt iuſſerat, condidit, his verſibus, quos ſibi ſcripſerat, adiectis:

Quis ſitus hic? BOCHIVS. *ſatis hoc. nam cetera dicent*
Candor & Integritas, Ingeniumque viri.

IOANNI BOCHIO BRVXELLENSI
S.P.Q. ANTVER. A SECRETIS
PRÆPROPERA MORTE SVBLATO
IDIB. IANVARI, CIƆ.IƆC.IX.
SABINA BOCHIA F.
EX ASSE HERES PARENTI OPT.
CVM LACRYMIS POSVIT
Sola virtus expers ſepulchri.

Scripſit Heroico carmine *Panegyres II. in Antuerpiam ſibi ac Regi* PHILIPPO II. *Catholico, auſpicijs magni Alexandri Farneſij, reſtitutam.* Antuerpiæ, typis Plantini.

Deſcriptionem publicæ gratulationis ſpectaculor. & ludorum in aduentu Sereniſſ Principis Erneſti Archiducis Auſtriæ anno M. D XCIV. Antuerpiæ editorum, cui eſt præfixa.

De Belgi principatu à Romano in ea Prouincia Imperio, ad noſtra vſque tempora breuis Narratio. Ibidem.

Orationem funebrem in obitum eiuſdem Erneſti. Ibidem, anno 1595.

Carmen Panegyricum in eiuſdem Principis aduentum. Ibidem.

Hiſtoricam Narrationem profectionis & inaugurationis Sereniſſ. Belgi Principp. Alberti & Iſabellæ Auſtriæ Archiducum. Ibidem, anno 1602. fol.

Parodiam Heroicam Pſalmorum Dauidicorum. In eoſdem.

Obſeruationes Phyſicas, Ethicas, Politicas & Hiſtoricas. Ibibem, anno 1608.

Epigrammata funebria ad Chriſtophori Plantini Architypographi Regij Manes, apud Viduam & Ioannem Moretum, anno 1590. fol.

Cetera eius *Poëmata, Epigrammata, Elegias*, variè diſperſa collegit & vulgauit *Franciſcus Sweertius*, vna cum reliquijs errantibus *Ioannis Aſcanij Bochij Fil.* Coloniæ, typis Ioannis Kinckij, anno 1615. inſcripſitque confratribus ſuis S P.Q. Antuerp. à ſecretis.

Symbolum vtebatur SAPERE AVDE.

IOANNES BODENVS, Syluæducenſis S. Theol. Licent. & Canonicus ad *S. Ioannem*, aliquando Paſtor in Eccleſia *S. Catharinæ* eiuſdem vrbis. Vir teres ac rotundus, ac ſcholæ Machiauelliſticæ hoſtis coniuratus, ſcripſit

Conciones, quibus Decalogi præcepta explanat, inſcripſitq; *Roberto Sweertio* Sylued. Plebano, ſibi cariſſimo. Antuerpiæ, 1621. typis Guilielmi à Tungris. 8.

IOANNES A BOMMALIA, Brabantus, Ord. Prædicatorum Doctor Theologus Louanienſis, & hæreticæ prauitatis inquiſitor à *Gregorio XI.* Pont. Max. conſtitutus, ſcripſit

Planctum

Planctum Religionis, ſuper defectibus religionis cuiuſcunque Ordinis M. S. Louanij apud ſanct. Martinum.

Tractatum Contra monachos Proprietarios. Pariſijs, typis Marneffij.

In Prouerbia, in Eccleſiaſten, Apocalypſin, Sententias de Sacramento Euchariſtiæ, De virtutibus Theologicis. M. SS. Bruxellis apud Dominicanos, teſte *Ioanne Bunderio.*

De Diſpenſationibus in religione. M.S. in Viridi-Valle.

Floruit anno Chriſti M. CCCC. LXXI.

IOANNES BOVCQVETIVS, Liranus, Ordinis Prædicatorum, mihi familiaris, Antuerpiæ & Coloniæ Prior, nunc verò Prouincialis: vir non ingenio tantum magno, facili, prompto, atque ad omnia parato, ſed etiam placido, affabili & benigno, adhæc patriâ linguâ diſſertiſſimus. Edidit *Ioannem Nider* Ord. Prædicatorum Theologum, ſcientiarum omnium promptuarium vberrimum, *De reformatione Religioſorum.* libb. iij. Antuerpiæ, typis Plantini.

Eripuiſſe aliquem tenebris, non vltima laus eſt;
Plus tamen eſt luci reſtituiſſe noua.

IOANNES BOSCHIVS, Loueus, Ord. Canonicus Reg. ſancti Auguſtini; edidit Græcè ac Latinè

Ocellum Lucanum, qui & Achilles nominatur, De vniuerſi orbis Natura, ſcholijſque illuſtrauit, teſte Bibliotheca Tigurina. Louanij, anno 1554.

IOANNES BOSQVILLONVS, Franciſcanus Atrebatenſis ſermone patrio euulgauit *Theatrum mortis.*

De Aqua luſtrali, contra noſtri temporis hęreticos Caluiniſtas & Anabaptiſtas.

IOANNES BOVDINVS, Furnenſis, Flander, in patria primarius Senator, ſcripſit piè docteque

Commentarium de IESV CHRISTI *in terra verſantis vita, claritate & Gloria.* In officina Plantiniana. 8.

Compendium de rebus externis ad vitam Chriſti pertinentibus, quod inſcripſit *Petro Simonis,* Epiſcopo Iprenſi. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1595.

IOANNES BOVRGESIVS, Flander, Houplinienſis, vulgò *Bourgeois,* Medicus Iprenſis, *Laurentii Iouberti* Delphinatis Valentini, *Henrici III,* Galliarum Regis Archiatri, & in Academia Monſpeliana Regij Medicinæ Profeſſoris & Cancellarij

De Vulgi erroribus Medicinæ, Medicorumque dignitatem deformantibus librum ſingularem Gallicum Latinitate donauit, ſcholijſq. illuſtrauit. Antuerpiæ, typis Mart. Nutij, anno 1600. 8.

IONNES BOVRGHESIVS, Hanno Malbodienſis, Soc. IESV Clericus à religioſa vitæ ſanctimonia multum laudatus, ſcripſit

Vitæ, Paſſionis & mortis IESV CHRISTI *myſteria, pijs meditationibus & adſpirationibus expoſita.* Antuerpiæ, typis Henr. Aertſij. anno 1622.

Exercitationes in XV. myſteria ſacri Roſarij Deiparæ Virg. Mariæ. Ibidem.

IOANNES BRAMMARTIVS, Carmelita, Conuentus Aquiſgranenſis Doctor Sorbonicus, inferioris Germaniç Prior prouincialis, in ſcripturis diuinis ſtudioſus & eruditus, vita & conuerſatione teſte *Trithemio*, deuotus, ſcripſit

In Magiſtrum Sententiarum Commentarium.

Sermones & varias Quæſtiones.

Mortuus & ſepultus in Conuentu Colonienſi M. CCCC. VII. vitæ ſanctimoniâ etiam prob. imitandus.

IOANNES BRANDO, vide BRANDO IOANNES.

IOANNES BRANTIVS, Antuerpiæ natus anno à Chriſto nato CIↃ. IↃ. LIX pridie Kal. Octob. Ab ineunte ætate ſtudioſus literarum: eaque procedente Louanij liberalium artium Magiſterij titulum adeptus eſt. In Galliam profectus primùm Aureliç *Ioannẽ Robertum*, & *Gulielmum Fornerium* Anteceſores, Biturigis Magnũ *Iacobum Cuiacium* Ius ciuile profitentes audiuit: à quo & I Cti. honore auctus eſt. Poſt Italiam adijt, & Patauio, Ticino, Bononiâ ſtudiorũ cauſſâ, Româ, Venetijs, alijſque vrbibus inſignioribus viſendi ſtudio perluſtratis, Germaniâ inſuper in reditu, patriam ſuam reuiſit. Et iam in ſummo Brabantiæ Conſilio in cauſſis agendis verſabatur, cum Antuerpiæ vxore ductâ, & reditum Bruxellam paranti manum illi iniecit S. P. Q. Antuerpienſis, & ſibi ab Actis eſſe voluit. Quo munere annos ipſos XXX. & vnũ laudabiliter functus, ætate ingraueſcente, honeſtam miſſionem à Senatu impetrauit, vt filius *Henricus* in eius locum ſuccederet. Raro ſane exemplo, quippe plures inuenias qui deficere, quã deſinere malint. Ipſe verò pater literis ſe abdere deinceps, & cum ceteris earũ ſtudioſis honeſtiſſimo otio, quod ſupereſſet vitç, frui deſtinarat. Sed longè à deſtinatione ſuâ abfuit: nam haut multò poſt, communibus ciuium ſuorum ſuffragijs, in ipſum Senatum allectus eſt, in quo hodieque viuit valetque. Quidquid verò omni hoc tempore illi aut otij, aut liberi temporis datum eſt, lectioni & ſtilo lubens dedit. Fidem faciunt, quæ eius operâ lucem vident,

In C. Iul Caſ. Commentarios Notæ Politicæ & Criticæ. Francofurti, anno 1606. 4. ex officinâ Marnianâ

Elogia Ciceroniana Romanorum domi militiaq; illuſtrium, annis amplius DCC. ab vrbe condita, vſq; ad Auguſti imperium. Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſſen, anno 1612. 4.

S. ASTERI *Amaſeæ Epiſcopi Homiliæ, Græcè & Latinè, Philippo Rubenio interprete*, antea non editæ, cum alijs eiuſdem *Rubenl* opuſculis ex officinâ Plantinianâ.

Spicilegiũ Criticũ in omnia opera L. Apuleij. Francof. ex offic. Wecheliana. 1621.

Laudandus profectò BRANTI noſtri conatus & cupiditas iuuandi litteras, quod hac omnium virtutum ſterili tempeſtate perrarum:

IOANNES BREDEBACHIVS, Duſſeldorpius carmine ſcripſit *Militiam Chriſtianam*, quâ docetur qui contra vitia & carnem pugnandum. Duſſeldorpij, anno 1560. typis Orydrij.

IOANNES BRIARDVS, Hanno, natus Ballioli, iuxta Athum, Doctor Theologus ac Procancellarius Louanienſis, vixit tempore *Eraſmi Roterod.* à quo amatus & merito laudatus. Scripſit & edidit

Quæſtio-

Quaſtiones Quodlibeticas V. quæ vnà cum ADRIANI VI. Pont. Max. Commentarijs in Magiſtrum ſententiarum Pariſijs prodierunt & Louanij. Migrauit ex hac vita M.D.XX.VIII Ianuarij;& ſepultus in celeberrimo illo Cartuſianorum ambitu, hoc epitaphio:

Scilicet eximijs inhiat Mors vndique rebus,
Quicquid & excelſum eſt occidit ante diem.
Hoc ſi quando alias, nunc heu dolor! experimento
Gymnaſium didicit Louanienſe graui.
Vnus erat, ſoluſq; adeò venerandus Athenſis,
Haud alium poſſes cui reperire parem.
Diuinæ legis, Dij! qua integritate Profeſſor,
Magna Theologicæ primaq; fama ſcholæ.
Hoc ſine nil quondam ſecretorum arbitro agebat
MARGARIS *Anglorum Regibus orta atauis.*
Ecce autem Clero Vice-Cancellarius omni
Dum inuigilat, rapiunt inuida Fata virum.

ANNO M.D.XX. VIII. IANVARI.

IOANNES BRISELOTVS, Hanno, Ordinis Carmelitarum, Doctor Sorbonicus, CAROLO V. Imper. à Confeſſionibus & ſecretis Conſilijs, Epiſcopus Beritenſis, Archiepiſcopus Arborenſis, & Sardiniæ Primas, quem multi *Vnum è Luminaribus Eccleſiæ* vocarunt. Scripſit

In lib. Sententiarum.
In Pſalmos Pœnitentiales.
De Sanctiſſima Euchariſtia.
De morte ineuitabili. lib. ij.
De cauſſarum aduocatis.
Sermones de Tempore.
Collationes XXX. feriales.
Imaginem pœnitentiæ.
De vitijs adulatorum.
Orationes ad Clerum.
Quadrageſimalia, libb. ij.
De Oratione aſſidua, lib.
De humanis ſenſibus.
De blaſphemia in DEVM.
Aduerſus deriſores bonorum.
De aduentu Chriſti in carnem.
Commentarij in S. Scripturam.
Impedimenta reſipiſcentiæ.
De detractione proximorum.
Sermones de Sanctis.
Epiſtolas ad diuerſos. Et alia.

Commutauit vitam mortalem cum immortali in monaſterio Altimontenſi, anno redemptionis humanæ clↄ.lↄ.xix. magno Reipub. & Eccleſiæ cum detrimento.

Annales Præmonſtratenſes, quos aliquoties citat IOANNES CHRYSOSTOMVS VANDER STERRE *Prior S. Michaelis Antuerpiæ in ſua Norbertina*: vir ſcriptis quoque clarus, & pro honore ordinis, ſi quis alius Zeloſus.

IOANNES BAPTISTA A GLANO, Leodicenſis Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, Doctor Pariſienſis, prouinciæ Colonienſis ſecundò Præſes Prouincialis: vir ingenio ad lucubrandum facto, doctiſſimus æquè ac diſertiſſimus Concionator, quem nulla pericula, nullæ hæreticorum inſidiæ, nulli labores aut moleſtiæ itinerum à viſitatione retardarunt, ſcripſit idiomate Gallico,

Hiſtoriam Pontificalem, ſeu *Demonſtrationem veræ Eccleſiæ à Chriſto fundatæ.*

Oeconomiam Chriſtianam, lib. viij.

De officio Puellarum, lib. ij

Europam, ſiue *De primariarum Europæ prouinciarum ritibus, Ceremonijs & veſtibus.*

In Pentateuchum Moyſis, in Exodum, & libb. Regum Commentaria, quæ breui lucem aſpicient.

Tranſtulit ex linguâ Hiſpanica in Gallicam *Hiſtoriam Antonij Gouſæ, de progreſſu Eccleſiæ Catholicæ in India Orientali.*

Deceſſit in patria, vt habet *Anaſtaſis* Auguſtiniana, anno CIƆ. IƆC. XIII. III. Non. Febr. magno ſuorum & totius vrbis luctu.

Nil mirum huic meritam ſi det Sorbona coronam
Doctrinæ ſiquidem ſorbuit ille merum.

IOANNES ASCANIVS BOCHIVS, Ioan. F. Antuerpienſis, Louanij & Aureliæ Iuriſprudentiæ operam dedit, dumque Italiam luſtrat in ipſo ætatis vernante flore in Calabria extinguitur; morientis Abbas De Campo (cui in delitijs erat) extrema lumina clauſit. Viuax illi promptumque ingenium. Eximium atque habile, ad Poëſin ingenium à natura conſecutus. Poëmata eius errantia amicíſque exhibita *Franciſcus Sweertius* collegit vulgauitque Coloniæ typis Kinckij. Si Deus anniqúe fauiſſent, parentem non æquaſſet modò, verùm ſuperaſſet.

IOANNES BAPTISTA GRAMAYE, Antuerpienſis, I. V. Doctor, Præpoſitus Arnhemienſis Principp. ALBERTI & ISABELLAE Hiſtoriographus, Profeſſor Academicus, mihi familiariſſimus. Multa ſcripſit & æditioni parata plurima habet: quæ ad manus noſtras peruenerunt, hæc ſunt:

Conſtantinus. Andromeda Belgica, Comœdiæ, quarum vltima Louanij exhibita anno Domini M. DC. in ingreſſum principum, typis Laurentij Kellæ.

Centuria Poematum, Coloniæ, typis Milij, in quo Epithalamia, Siluæ, Epinicia, Elegiæ, Satyræ, Orationes, Epiſtolæ, &c.

Declamationes Heroicæ, Francofurti apud Wechelum.

Centuria Poematum extemporaneorum. Louanij, typis Kellæ, anno 1597. in qua Epigrammata, Anagrammata, Chronica, Epitaphia, Elogia, Ænigmata, Xenia, &c.

Poeſis Bucolica, lib. 2. Vrſellis.

Elias Tragi-Comœdia. Lugduni, typis Facketi.

Decas Orationum Academicarum, typis Milij, anno 1597.

Libel-

Libellus phraſium & Epiſtolica, ibibem, apud Heiratum.
Declamationes III. Parthenia. Louanij, typis Kellæ.
Orationes Quodlibeticæ IV.
Commentatus eſt in Ariſtotelis Rhetorica & Politica, L. Florum, Melam, Horatium, IV. & VI. Æneidos
Aſia & XLII. eius Gentium Hiſtoria. typis Belleri.
Aſiæ Hiſtoria media & noua inedita eſt.
De primis precibus. Antuerpiæ, apud eundem.
Hiſtoria Brabantica. Louanij, apud Maſium, anno 1606.
Hiſtoria Namurcenſis duobus Tomis, typis Belleri.
Antiquitates Namurceſij. Louanij, apud Maſium.
Louanium, Bruxella, Antuerpia, Taxandria, Arſcotum, Hasbanica, Gallo-brabantica. Bruxellis, typis Velpij & Momartij.
Gandauum & Corturiaci Primitiæ, apud Verduſſium.
Brugæ Flandrorum, Louanij, typis Dormalij.
Ipretum, ibidem, typis Riuij.
Trazinacum, Bruxellæ apud Velpium.
Flandria Franca, Imperialis & Ambacta, Pentapolis maritima, Belgiolum, Flandria Gallicana, Betuuia, Ariacum, Duacena & Orchiacum. Inſulis apud Reyſium.
Flandria Lizana. Gandaui, typis Fabri.
Rerum Cameracenſium, lib. iij. Louanij apud Riuium.
Mechlinia, lib. IV. ibidem, anno 1607.
De Dominijs Principum controuerſis.
De limitibus Prouinciarum.
Indices diplomatum antiquorum.
Encomium vitæ ſolitariæ.
Mel Bernardi. Stimuli. Paræneſis.
Ara vitæ regularis.
Homeliæ aliquot.
Inedita ſunt *Hannonia, Arteſia, Luxemburgum, Limburgum, Geldria, Leodicum, Hollandia.* Item.
Dramata exhibita Antuerpiæ *Rex Saturnalium & virtus honorata.* Viluordiæ, *Arſenius & Theodoſius Comædia.* Bruxellæ, *Perſeus & Aſſuerus Comœdia.* Louanij, *Abraham, Maria, Elias, Salomon, Suſanna, Alexius, Briſeis, Heraclius, Gertrudis, Iſaias, Catharina, Barbara, Mauritius, Baiazetes, Iuſtinianus, Pyramus & Thisbe, partim Tragœdiæ. Lutoſa, Lapſus & reſtauratio hominis.* Coloniæ, *Erneſtus, Iudicium extremum & Magi III*, item
De iure Regalium, De Nominationibus ad prælaturas, De Iure Patronatus laicali, De deuolutione beneficior. De annatis Belgicis, & Conſilia XXXIV.
Ex Italica, Africa, Hiſpanica peregrinatione reuerſus, publicauit
Diarium Argelenſe, ſiue *Speculum miſeriæ ſeruorum Turcicorum*. Athi, typis Ioannis Maſij, anno 1622. 8.
Africam illuſtratam, libb. X. Tornaci, anno 1622, typis Adriani Quinque.
Encomium Brabantiæ. Amſtelodami, typis Hondij.
Theſaurum diplomatum Antiquorum. Lugduni apud Comelinum.
Martyres Argelenſes ex Hiſp. in Latinum & carmine traduxit. Tornaci.
Compendium Annalium Vbiorum traſtulit ex Germanica. Coloniæ.
Hasbania illuſtrata, lib. X.

Peregrinationem Belgicam, hoc eſt, *Deſcriptio Antiquitatum, incrementa, ornamenta omnium Belgij ciuitatum.* Ibidem.

Theſaurum litterarium, de literis & linguis vniuerſi orbis.. Ibidem.

Editioni parata habet.

Ægypti & Æthiopiæ illuſtrationem.
Pontificale & martyrologium Africanum.
Conſilia & ſynodales conſtitutiones Diœceſeon Africæ.
Paſtorales Lybicum & Breuiarium.
Regulas tres Anachoretarum, Clericorum, Monachorum Africæ.
Liturgias III. Africanas.
Lexicon Gothecum & Mauricum.
De Philoſophia veteri & noua Afrorum.
De Muſica Latina, Græca, Maurica & inſtrumentis Barbaricis.
De Numeris, Notis eorum, ponderibus, Menſuris veteribus, & alia eiuſdem generis.

IOANNES BAPTISTA HANSENIVS, Batauus, Harlemenſis, I. C. & Profeſſor Cardurcenſis apud Gallos, Antiquitatis Romanæ admirator & cultor maximus. Eulgauit, habuitque

Orationem cum Cornelium Tacitum Genuæ eſſet auſpicaturus. XI. kal. Decemb. M. DC. V. Ibid. typis Ioſephi Panonis. anno 1606. 4.

De Iureiurando veterum Commentarium. Toloſæ, anno 1614.

IOANNES BAPTISTA HELMONTIVS, Bruxellenſis, Medicus, Paracelſi partes ſecutus, ſcripſit

De Magnetica vulnerum naturali & legitimâ curatione, contra *Ioannem Roberti* ſociet. IESV Theologum. Pariſijs, apud Victorem le Roy, anno 1621.

IOANNES BAPTISTA LAMBERTINVS, *Ægidij F.* Antuerpienſis, ex illuſtriſſ. Senatoriâque *Lambertinorum Bonon.* familia oriundus, *Bernardini.* Equitis abnepos. A teneris annis ſtudijs & antiquarum Hiſtoriarum inquiſitioni deditus. Cortraci literis humanioribus vacauit: poſtmodum Louanij Philoſophiæ & Iuri ad aliquot annos. Inde perluſtrata Galliâ in Italiam ſe contulit vrbis æternæ viſendæ cauſſa, in qua annum conſumpſit, poſtea ad cæteras Italiæ partes profectus, Bononiæ, ſecundæ quaſi patriæ, quietis cauſſa manſit, atque in eadem Doctoratus in V. I. adipiſcitur gradum. Poſt triremibus *Ferdinandi* magni Etruriæ Ducis vectus contra Turcam per mare inferum nauigans, ad inſulam Melitenſem, inde per ſinum Corinthiacum ad Peloponeſum deuenit. In Italiam reuerſus, per Germaniam in Belgium redijt, in qua biennio expleto Hiſpaniam petit, quâ totâ ad Herculis vſque columnas viſâ, iterum patriam cogitat. Iuſſu deinde Sereniſſ. Archiducum ALBERTI & ISABELLAE ſummus ciuitatis & territorij Halenſis Prætor fit. Rurſus iubilæi cauſſa Romam profectus anno CIↃ. IↃC. XXV. atque inde in Belgium reuertitur, ſpartam ſuam adornans, ſub potentiſſ. PHILIPPI IV. Hiſpp. Indiarumque Regis tutela viuit, editurus breui

Theatrum Regium, ſiue Regum Hiſpp. ſeriem & compendioſam Narrationem, varias illius regni hiſtorias adhuc vſque tempora.

Ex

Ex Italico in Latinum conuertit

Vitam B. IMELDAE LAMBERTINAE *Nob. Bononienſis*, Antuerpiæ typis Cnobbardi, anno 1625.

IOANNES BAPTISTA TASSIVS, Bruxellenſis *Philippi II* Hiſpp. Regis in Gallia Legatus. *Henrico IV.* in tantum carus, vt eum Patrem ſuum vocitaret. Fuit & *Ioanni Auſtriaco*, dum in Belgio Proregem ageret, à ſecretis Conſilijs. Auitum eius ſtemma & longam annorum ſeriem dabit tibi Lector Inſcriptio magnifica Bruxellæ in Sabulone, quæ talis:

TASSIORVM

ORIGINEM, VIRTVTEM, GLORIAM, LEGE,
QVISQVIS MAGNA AVT CAPIS, AVT MIRARIS
ORIGO APVD BERGOMATES AB ANTIQVO ILLVSTRIS FVIT
VIRTVS VNA VRBE CLAVDI NESCIA
GLORIAM TOTA EVROPA PEPERIT.
SIC NATI, EVECTI, INCLYTI,
AVSTRIAE FAMILIAE ANNOS IAM CC.
INCORRVPTA FIDE ET OBSEQVIO VIXERVNT.
APVD CAESARES CVRSORVM MAGISTRI.
QVOD MVNVS ET INVENIENDO SIBI VINDICARVNT,
ET ADMINISTRANDO MAGIS MERVERVNT.
HONORES ITEM ALIOS TOGAE ET SAGI:
NVNC LEGATI AD PRINCIPES EXTEROS:
NVNC A CONSILIIS STATVS AC BELLI:
NVNC COPIIS, NVNC PROVINCIIS PRAEFECTI:
ALIBI COMITES, HIC LIBERI BARONES S. IMPERII.
SED ISTA ORIGINE, VIRTVTE, GLORIA VIROS MORI
HOC MONVMENTVM INDICAT.
cIↃ. IↃC. XIV.

Scripſit *Hiſtoriam Tumultuum Belgicorum*, libb. VIII. vſque ad annum quo pax inter Hiſpp. Galliarumque Reges eſt firmata. *Godefridus Haſtenius* Cognatus noſter, vtriuſque linguæ peritiſſimus Pariſijs illi Oeconomus, ſtylum eius vtcunque rudem poliuit, dolauitque. Exſtat M. S. Bruxellæ apud *Chriſtophorum van Etten Henrici F. Financiarum Commiſſarium* Hiſtoriarum meique amantiſſimum. Item Scuriaci aliud exemplar M. S. ad ſanct. Laurentium, in Bibliotheca Regia, propediem, vt ſperamus, lucem videbit.

IOANNES BAPTISTA WILS, Antuerpienſis, ſac. Theologiæ Baccal. ad S. Willebrordum propè Antuerpiam Paſtor vigilantiſſimus, nunc Ord. Diſcalceatorum, edidit

Epigrammata de viris vitæ ſanctimonia illuſtribus ex Ordine Præmonſtratenſi. Louanij, typis Maſij, 1625. quæ nunc à ferijs per otium vacans copioſius auget *Auguſtinus Wichmans* religioſus Tongerloenſis.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES BAPTISTA HOVWAERT, Bruxellenſis, vir nobilis & Poëta Belgicus inter primos, naſcitur anno M. D. XXXI. hinc Symbolum: INTER VTRVMQVE TENE. Scripſit vernaculo idiomate,

Viridarium Virginum, lib. XVII. Antuerpiæ, typis Plantini, & Roterodami.

De quatuor extremis. Ibidem.

IV. Tragœdias, quibus titulus: Mars & Venus, Æneas & Dido. Narciſſus & Echo, Leander & Hero.

De Conſtantia.

Querelam & Solamen Belgij. Bruxellæ, anno 1583.

Obijt Bruxellis, anno M. D. XCIX. XI. menſ. Martij, & ſepultus in ſuburbio, in ſacello D. IVDOCO ſacr. hoc epitaphio, quod conciui poſuit *Ioannes Bochius, S. P. Q. Antuerp.* à ſecretis.

Non tibi pacificas excuſſit Martius artes
Horror, ad extremum funeris vſque diem.
Vidimus ad geminas animum te vertere Lauros
Vna decus patriæ quæ floret, vna tuum.
Serta ſed infelix necdum Peneia ſumpſit.
Belgica, digna tuis præmia fronte virent.
Hanc tibi Belgiades Muſæ, BAPTISTA, *corollam*
Munera poſt cineres haud peritura ferunt.
Donec & Auſonijs ARIOSTE *legeris in oris,*
Donec & in Lauram ſcripta PETRARCHA, *tuam:*
Iactabit Bruxella ſuum cultiſſima Vatem,
Et petet hinc numeros Belgica Muſa ſuos.

IOANNES BASIVS, Friſius, Leouardiæ naſcitur. A teneris (vt aiunt) vnguiculis, ingenij ſpecimen & frequens & certum de ſe dedit. Leouardiæ & Harlemi humanioribus imbutus eſt. Deinde Louanium, & poſtea in Galliam ſe contulit, Laureamque Iuriſprudentiæ conſecutus eſt. In patriam reuerſus, nomen Curiæ ſupremæ dedit, vbi ciuilibus cauſſis actitandis, laudem induſtriæ non vulgarem conſecutus eſt. Tandem relicta patria, Senatui Delphenſi in Batauia à ſecretis fuit. Scripſit

Paradoxarum Diſputationum Iuris Ciuilis libb. IV. Baſileæ, anno 1575. in folio quibus neſcio quis maledicus hoc Epitaphium ſcripſit:

Non liber, at varijs repleta cloaca lituris
(Ne titulo Lector, decipiare) fui.
Latratus, ructus, ſtolidos ſine mente boatus
Euomui indoctos, dum potui, vſque viros.
Lucem, dum vixi, timui, fugiq; repertam;
Ad ſordes natus ſcilicet & tenebras.
Præſidio ſolo noctis defenſus opaca,
Exegi vita tempora parua mea.
Tandem Cumanum mea me vox prodit Aſellum,
Spernor, & in riſum mox timor omnis abit.
Nunc iaceo teneis blattiſq; & vermibus eſca,
Et veſtire iubet Pharmacopola piper.

Quis

Quin & tergendis damnata cloaca cloacis,
Auctoris culpam ſtultitiamq́, luo.
At te pro meritis auctor ſtolidiſſime tantis,
Pro Fama maneat non peritura fames.

IOANNES BECANVS; ſiue DE BEKA Vltraiectinus, Canonicus & Hiſtoricus, ſcripſit
Chronicon Epiſcoporum Vltraiectenſium, rerumq́. Hollandicarum, à S. Willibrordo, vſque ad annum M.CCC.XLV. Bernardus Furmerius Leouardienſis recenſuit & Notis illuſtrauit, edidítque cum Appendice Suffridi Petri. Franekeræ, anno 1611. 4.

IOANNES BECANVS, Aquiſgranenſis, Canonicus in primaria æde deſcripſit *Hiſtoriam vrbis Aquiſ Granenſis* accuratè, & ex fide, anno 1619. 4. Aquiſgrani.

IOANNNES DE BLE, alijs BELIVS, Canonicus Leodicenſis ad D. Lambertum, & *Ioanni* Hannoniæ Comiti à Conſilijs, ſcripſit
Chronicorum opus.
Vixit teſte *Ioanne Froſſardo* M. CCC.XC.

IOANNES BELGA, monachus & Abbas monaſterij S. Bertini, Audomaropoli ſcripſit ſermone Gallico, opus ingens
De Origine & progreſſu & conſtitutionibus Equitum aurei velleris, quorum perpetuus eſt Cancellarius Abbas ſancti Bertini.
Floruit anno Chriſti M. CCCC.LXX.

IOANNES BELLERVS, Antuerpienſis, Typographus, adauxit *Onomaſticon ex Roberto Stephano & Conrado Geſnero collectum*, cum recentibus locorum appellationibus, ex varijs auctoribus, Antuerpiæ. 1553. typis Stelſij.
Precationes Simonis Verrepæi ex Latinis Belgicas & Gallicas reddidit.
Multa quoque adiecit *ad Dictionarium Latino-Hiſpanicum Nebriſſenſis.*
Tractatum Claudij Viexmontij De Inſtitutione hominis peccatoris Gallicè edidit: Antuerpiæ, anno 1582. 16.
Obijt Antuerpiæ XIII. Iunij, anno M.D.XCV. & ſepultus in D. Mariæ in Sacello D. Georgio ſacr.

IOANNES BENNINGIVS, Amorſortius, I. V. Doctor Louanij renuntiatus anno M. D.XCIV. Id. Februar. Concilij Machlinienſis Aſſeſſor, & poſteà Luxemburgici Præſes, poſt *Ioannem Bertelium* Abbatem Epternacenſem, ſcripſit
Hiſtoriam Luxemburgenſem. M.S.

IOANNES BERNARDVS, Bapamenſis, Ord. ſancti Dominici ſac. Theologiæ Licent. & Prior Conuentus Duacenſis, vir miræ ſimplicitatis, ac ſui contemptor, edidit libellum
De Confraternitate Roſarij.
De Sodalitate nominis DEI.

IOAN-

IOANNES BERKELAER, Sylnæducenſis, euulgauit *Dictionarium Germanico-Latinum, cum diuerſis Orationum formulis.* Antuerpiæ, anno 1556.

IOANNES BERNARTIVS, Machlinienſis, I.C. & cauſarum Patronus in Conſiſtorio Machlinienſi, Philologus *Iuſti Lipſi* affinis, qui *Florem* eum *Belgarum* nominabat, mihi vnice carus, ſcripſit

De vtilitate legendæ Hiſtoriæ. lib. ij. typis Plantini.

Commentarium & Notas in Boëthium de Conſolatione Philoſophiæ. Antuerpiæ, anno 1607. 8.

Statij Papinij Opera ad M. SS. recenſuit, & ſcholijs illuſtrauit. typis Plantinianis, anno 1594. 8. & Nutij, anno 1607.

Orationem in funere Ioannis Hauchini Archiepiſcopi Machlinienſis, Louanij, typis Maſij, anno 1589. 8.

Orationem in funere Michaëlis Baij, Doctoris Theologi Louanienſis Ibidem.

Orationem dictam & dicatam B. Mariæ Virgini, ipſo Annuntiationis feſto. Louanij.

Commentariolum de Lirâ à Bredanis militibus captâ, & eodem die recepta à Machlinienſibus, & Antuerp. ciuibus anno M. D. XCVI. & quorum pars magna fui. Louanij typis Maſij, anno 1596. 8.

Rebus humanis exceſſit in patria, M. DC. I. XVII kal. Ianuarij, ætatis XXXIV. Menſ. 2.

Nicolaus Audartus Officialis Machlinienſis hos verſus amico opt. max effudit & luſit:

Hac tegitur paruâ magnus BERNARTIVS *urnâ,*
Clara niſi toto fama quod orbe volat.
Quam famam functi doctiſſima ſcripta merentur,
Siue ea ad Hiſtoriam, ſiue ea ad Aonidas,
Seu magis ad Sophiæ ſint exornanda vireta.
Ah! ſpes cum tanto quanta ſepulta viro?

IOANNES BERTELIVS, Louanienſis, in Gymnaſio Lilienſi Philoſophiæ operam dedit annum agens XVII. Munſterienſi cœnobio ſancti Benedicti Ord. annos XIX. Abbas præfuit. Hinc Abbas Epternacenſis LXIX. eiuſdem ordinis renuntiatur. Scripſit

Hiſtoriam Luxemburgenſem. Coloniæ, anno 1605. typis Conradi Butgenij. 4.

De Dijs Deorumq́; gentilium ſacrificijs. Ibidem.

Regulam D. Benedicti Dialogis XXVI. feſtiuis, vtilibus ac pietate conditis narrationibus explicatam, in gratiam eius ordinis alumnorum. Coloniæ, anno 1581.

Catalogum & ſeriem Abbatum Epternacenſium. Ibidem apud Cholinum.

E viuis exceſſit anno Chriſtianæ ſalutis CIↃ. IↃC. VII. Epternacenſi in oppido ac Cœnobio, III. lapide à Treueris ſito.

IOANNES BERTOVL, Prior monaſterij Sanctiſſ. Trinitatis iuxta Atrebatum, deſcripſit

Iter ſuum Hungaricum, quo complures Chriſtianos, Turcicâ ſeruitute, perſoluto lytro, liberauit.

Nouum Arteſiæ typum in Tabula expreſſit.

IOANNES

IOANNES BEETZIVS, Brabantus, Carmelita Thenenſis Doctor ſac rar. Literarum Louanij celeberrimus, magnæ vir religionis & virtutis, & Concionator inſignis, ſcripſit

In Epiſtolam D. Pauli ad Romanos.

Præceptorum diuinæ legis, ſiue *Decalogum*, libb. X.

De Sacramento Altaris.

Sermones de Tempore & Sanctis, libb. ij.

Quæſtiones varias diſputatas.

E corporis cuſtodijs in æternam patriam euocatus Thenis, & in Choro apud ſuos ſepultus, hoc epitaphio:

HIC IACET INHVMATVS
VENERABILIS PATER MAGISTER
IOANNES DE BEETZ
SACRAE PAGINAE PROFESSOR EXIMIVS,
REGENS AC ORDINARIE LEGENS
IN THEOLOGICA FACVLTATE
LOVANII.
QVI OBIIT. M. CCCC. LXX.
VI. DIE MENS. IVN

IOANNES SIRIACOPS BEVERVS, Angianus, Hanno Philoſophiam Louanij in Collegio Standonico, vulgò Porcenſi xxiij. annos docuit, tanta ſubtilitatis & acrimoniæ vi non modo vt eſſet Academiæ Philoſophus Princeps, ſed ſui temporis ac ſeculi *Ariſtoteles* haberetur. Hac doctrinæ fama notus, *Coſmus* Florentiæ Dux ad ſe vocauit, ſed ille optima conditione ſpreta, elegit pannoſus inter ſuos, quàm ſub extero cœlo nobiliſſimam iuuentutem ſerica in toga docere in publico ſuggeſtu, ſcripſit.

Commentarios in libb. Ariſtotelis De Phyſica Auſcultatione.

De Cælo. De Anima. De Generatione & corruptione. Louanij, anno 1567. fol.

Sepultus in *D. Petri* Louanij, ad altare *S. Criſpino* ſac. hac ſimplici epigraphe;

MAG. IOANNES SIRIACOPS A BEVERIS
OBIIT ANNO DOMINI
M. D. LXIII. VI. NOVEMBRIS.

IOANNES BLÆRVS, Dieſthemius, Brabantus, Prior cœnobij ſancti Iacobi intra muros Leodicenſium, ſcripſit

Hiſtoriam Reuelationis B. Iulianæ Cornelienſis diuinitus factæ, & Inſtitutionis Feſti Venerabilis Sacramenti. Duaci, typis Balthaſaris Belleri, in magno ſpeculo exemplorum.

IOANNES BOCHIVS, Bruxellenſis, Poëta excellens, mihi familiaris. Liræ primùm, poſt Athi apud Hannones, cum humaniores hauſiſſet literas, ingenio excolendo in Italiam ſe contulit. *Robertum Bellarminum*, Religionis Chriſtianæ Controuerſias in vrbe explicantem aſſiduè audiuit. Ex Italia in Poloniam tranſgreſſus, Ruſſiam, Liuoniam, Muſcouiam, aliaſque orbis iſtius prouincias barbaras peragrauit. Ad ſuos demum redux

amatas olim Muſas iterum ſollicitare cæpit, quæ gratiam apud viuos, nomen apud poſteros peperêre immortale. Matrimonio implicitus fuit non vſquequaque felici ac concordi, quod ferè viris magnis commune. Moritur morbo apoplectico, & morienti clauſit oculos *Franciſcus Sweertius*. Parentem filia in D. Virginis, non procul *Graphai* tumulo, vt iuſſerat, condidit, his verſibus, quos ſibi ſcripſerat, adiectis:

Quis ſitus hic? BOCHIVS. *ſatis hoc. nam cetera dicent*
Candor & Integritas, Ingeniumque viri.

IOANNI BOCHIO BRVXELLENSI
S.P.Q. ANTVER. A SECRETIS
PRÆPROPERA MORTE SVBLATO
IDIB. IANVARI, CIↃ.IↃC.IX.
SABINA BOCHIA F.
EX ASSE HERES PARENTI OPT.
CVM LACRYMIS POSVIT
Sola virtus expers ſepulchri.

Scripſit Heroico carmine *Panegyres II. in Antuerpiam ſibi ac Regi* PHILIPPO II. *Catholico, auſpicijs magni Alexandri Farneſij, reſtitutam.* Antuerpiæ, typis Plantini.

Deſcriptionem publicæ gratulationis ſpectaculor. & ludorum in aduentu Sereniſſ. Principis Erneſti Archiducis Auſtriæ anno M. D. XCIV. Antuerpiæ editorum, cui eſt præfixa.

De Belgi principatu à Romano in ea Prouincia Imperio, ad noſtra vſque tempora breuis Narratio. Ibidem.

Orationem funebrem in obitum eiuſdem Erneſti. Ibidem, anno 1595.

Carmen Panegyricum in eiuſdem Principis aduentum. Ibidem.

Hiſtoricam Narrationem profectionis & inaugurationis Sereniſſ. Belgi Principp. Alberti & Iſabellæ Auſtriæ Archiducum. Ibidem, anno 1602. fol.

Parodiam Heroicam Pſalmorum Dauidicorum. In eoſdem.

Obſeruationes Phyſicas, Ethicas, Politicas & Hiſtoricas. Ibibem, anno 1608.

Epigrammata funebria ad Chriſtophori Plantini Architypographi Regij Manes, apud Viduam & Ioannem Moretum, anno 1590. fol.

Cetera eius *Poëmata, Epigrammata, Elegias*, variè diſperſa collegit & vulgauit *Franciſcus Sweertius*, vna cum reliquijs errantibus *Ioannis Aſcanij Bochij Fil.* Coloniæ, typis Ioannis Kinckij, anno 1615. inſcripſitque confratribus ſuis S.P.Q. Antuerp. à ſecretis.

Symbolum vtebatur SAPERE AVDE.

IOANNES BODENVS, Syluæducenſis S. Theol. Licent. & Canonicus ad *S. Ioannem*, aliquando Paſtor in Eccleſia *S. Catharinæ* eiuſdem vrbis. Vir teres ac rotundus, ac ſcholæ Machiauelliſticæ hoſtis coniuratus, ſcripſit

Conciones, quibus Decalogi præcepta explanat, inſcripſitq; *Roberto Sweertio* Syluæd. Plebano, ſibi cariſſimo. Antuerpiæ, 1621. typis Guilielmi à Tungris. 8.

IOANNES A BOMMALIA, Brabantus, Ord. Prædicatorum Doctor Theologus Louanienſis, & hæreticæ prauitatis inquiſitor à *Gregorio XI*, Pont. Max. conſtitutus, ſcripſit

Planctum

Digitized by Google

Planctum Religionis, ſuper defectibus religionis cuiuſcunque Ordinis M. S. Louanij apud ſanct. Martinum.

Tractatum Contra monachos Proprietarios. Pariſijs, typis Marneſſij.

In Prouerbia, in Eccleſiaſten, Apocalypſin, Sententias de Sacramento Euchariſtiæ, De virtutibus Theologicis. M. SS. Bruxellis apud Dominicanos, teſte *Ioanne Bunderio.*

De Diſpenſationibus in religione. M.S. in Viridi-Valle.

Floruit anno Chriſti M. CCCC. LXXI.

IOANNES BOVCQVETIVS, Liranus, Ordinis Prædicatorum, mihi familiaris, Antuerpiæ & Coloniæ Prior, nunc verò Prouincialis: vir non ingenio tantum magno, facili, prompto, atque ad omnia parato, ſed etiam placido, affabili & benigno, adhæc patriâ linguâ diſſertiſſimus. Edidit *Ioannem Nider* Ord. Prædicatorum Theologum, ſcientiarum omnium promptuarium vberrimum, *De reformatione Religioſorum.* libb. iij. Antuerpiæ, typis Plantini.

Eripuiſſe aliquem tenebris, non vltima laus eſt;
Plus tamen eſt luci reſtituiſſe nouæ.

IOANNES BOSCHIVS, Loueus, Ord. Canonicus Reg. ſancti Auguſtini; edidit Græcè ac Latinè

Ocellum Lucanum, qui & Achilles nominatur, De vniuerſi orbis Natura, ſcholijſque illuſtrauit, teſte Bibliotheca Tigurina. Louanij, anno 1554.

IOANNES BOSQVILLONVS, Franciſcanus Atrebatenſis ſermone patrio euulgauit *Theatrum mortis.*

De Aqua luſtrali, contra noſtri temporis hæreticos Caluiniſtas & Anabaptiſtas.

IOANNES BOVDINVS, Furnenſis, Flander, in patria primarius Senator, ſcripſit piè doctéque

Commentarium de IESV CHRISTI *in terra verſantis vita, claritate & Gloria.* In officina Plantiniana. 8.

Compendium de rebus externis ad vitam Chriſti pertinentibus, quod inſcripſit *Petro Simonis*, Epiſcopo Iprenſi. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1595.

IOANNES BOVRGESIVS, Flander, Houplinienſis, vulgò *Bourgeois*, Medicus Iprenſis, *Laurenti Iouberti* Delphinatis Valentini, *Henrici III*, Galliarum Regis Archiatri, & in Academia Monſpeliana Regij Medicinæ Profeſſoris & Cancellarij

De Vulgi erroribus Medicinæ, Medicorumque dignitatem deformantibus librum ſingularem Gallicum Latinitate donauit, ſcholijſq; illuſtrauit. Antuerpiæ, typis Mart. Nutij, anno 1600. 8.

IONNES BOVRGHESIVS, Hanno Malbodienſis, Soc. IESV Clericus à religioſa vitæ ſanctimonia multum laudatus, ſcripſit

Vitæ, Paſſionis & mortis IESV CHRISTI *myſteria, pijs meditationibus & adſpirationibus expoſita.* Antuerpiæ, typis Henr. Aertſij. anno 1622.

Exercitationes in XV i myſteria ſacri Roſarij Deiparæ Virg. Mariæ. Ibidem.

IOANNES BRAMMARTIVS, Carmelita, Conuentus Aquiſgranenſis Doctor Sorbonicus, inferioris Germaniæ Prior prouincialis, in ſcripturis diuinis ſtudioſus & eruditus, vita & conuerſatione teſte *Trithemio*, deuotus, ſcripſit

In Magiſtrum Sententiarum Commentarium.

Sermones & varias Quæſtiones.

Mortuus & ſepultus in Conuentu Colonienſi M. CCCC. VII. vitæ ſanctimoniâ etiam prob. imitandus.

IOANNES BRANDO, vide BRANDO IOANNES.

IOANNES BRANTIVS, Antuerpiæ natus anno à Chriſto nato CIↃ. IↃ. LIX pridie Kal. Octob. Ab ineunte ætate ſtudioſus literarum: eaque procedente Louanij liberalium artium Magiſterij titulum adeptus eſt. In Galliam profectus primùm Aureliæ *Ioannē Robertum*, & *Gulielmum Fournerium* Anteceſores, Biturigis Magnū *Iacobum Cuiacium* Ius ciuile profitentes audiuit: à quo & I C^ti. honore auctus eſt. Poſt Italiam adijt, & Patauio, Ticino, Bononiâ ſtudiorū cauſſa, Româ, Venetijs, alijſque vrbibus inſignioribus viſendi ſtudio perluſtratis, Germaniâ inſuper in reditu, patriam ſuam reuiſit. Et iam in ſummo Brabantiæ Conſilio in cauſſis agendis verſabatur, cum Antuerpiæ vxore ductâ, & reditum Buxellam paranti manum illi iniecit S. P. Q. Antuerpienſis, & ſibi ab Actis eſſe voluit. Quo munere annos ipſos XXX. & vnū laudabiliter functus, ætate ingraueſcente, honeſtam miſſionem à Senatu impetrauit, vt filius *Henricus* in eius locum ſuccederet. Raro ſane exemplo, quippe plures inueniās qui deficere, quā deſinere malint. Ipſe verò pater literis ſe abdere deinceps, & cum ceteris earū ſtudioſis honeſtiſſimo otio, quod ſupereſſet vitæ, frui deſtinarat. Sed longè à deſtinatione ſuâ abfuit: nam haut multò poſt, communibus ciuium ſuorum ſuffragijs, in ipſum Senatum allectus eſt, in quo hodieque viuit valetque. Quidquid verò omni hoc tempore illi aut otij, aut liberi temporis datum eſt, lectioni & ſtilo lubens dedit. Fidem faciunt, quæ eius operâ lucem vident,

In C. Iul Cæſ. Commentarios Notæ Politicæ & Criticæ. Francofurti, anno 1606. 4. ex officinâ Marnianâ

Elogia Ciceroniana Romanorum domi militiæq. illuſtrium, annis amplius DCC. ab vrbe condita, vſq. ad Auguſti imperium. Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſſen, anno 1612. 4.

S. ASTERI *Amaſeæ Epiſcopi Homiliæ, Græcè & Latinè, Philippo Rubenio interprete*, antea non editæ, cum alijs eiuſdem *Rubeni* opuſculis ex officinâ Plantinianâ.

Spicilegiū Criticū in omnia opera L. Apuleij. Francof. ex offic. Wecheliana. 1621.

Laudandus profectò BRANTI noſtri conatus & cupiditas iuuandi litteras, quod hac omnium virtutum ſterili tempeſtate perrarum:

IOANNES BREDEBACHIVS, Duſſeldorpius carmine ſcripſit *Militiam Chriſtianam*, quâ docetur qui contra vitia & carnem pugnandum. Duſſeldorpij, anno 1560. typis Orydrij.

IOANNES BRIARDVS, Hanno, natus Ballioli, iuxta Athum, Doctor Theologus ac Procancellarius Louanienſis, vixit tempore *Eraſmi Roterod.* à quo amatus & merito laudatus. Scripſit & edidit

Quæſtio-

Quæſtiones Quodlibeticas V. quæ vnà cum ADRIANI VI. Pont. Max. Commentarijs in Magiſtrum ſententiarum Pariſijs prodierunt & Louanij. Migrauit ex hac vita M.D.XX.VIII Ianuarij; & ſepultus in celeberrimo illo Cartuſianorum ambitu, hoc epitaphio:

Scilicet eximijs inhiat Mors vndique rebus,
Quicquid & excelſum eſt occidit ante diem.
Hoc ſi quando alias, nunc heu dolor! experimento
Gymnaſium didicit Louanienſe graui.
Vnus erat, ſoluſq́, adeò venerandus Athenſis,
Haud alium poſſes cui reperire parem.
Diuinæ legis, Dij! qua integritate Profeſſor,
Magna Theologicæ primaq́, fama ſcholæ.
Hoc ſine nil quondam ſecretorum arbitro agebat
MARGARIS *Anglorum Regibus orta atauis.*
Ecce autem Clero Vice-Cancellarius omni
Dum inuigilat, rapiunt inuida Fata virum.

ANNO M.D.XX. VIII. IANVARI.

IOANNES BRISELOTVS, Hanno, Ordinis Carmelitarum, Doctor Sorbonicus, CAROLO V. Imper. à Confeſſionibus & ſecretis Conſilijs, Epiſcopus Beritenſis, Archiepiſcopus Arborenſis, & Sardiniæ Primas, quem multi *Vnum è Luminaribus Eccleſiæ* vocarunt. Scripſit

In lib. Sententiarum.
In Pſalmos Pœnitentiales.
De Sanctiſſima Euchariſtia.
De morte ineuitabili. lib. ij.
De cauſſarum aduocatis.
Sermones de Tempore.
Collationes XXX. feriales.
Imaginem pœnitentiæ.
De vitijs adulatorum.
Orationes ad Clerum.
Quadrageſimalia, libb. ij.
De Oratione aſſidua, lib.
De humanis ſenſibus.
De blaſphemia in DEVM.
Aduerſus deriſores bonorum.
De aduentu Chriſti in carnem.
Commentarij in S. Scripturam.
Impedimenta reſipiſcentiæ.
De detractione proximorum.
Sermones de Sanctis.
Epiſtolas ad diuerſos. Et alia.

Commutauit vitam mortalem cum immortali in monaſterio Altimontenſi, anno redemptionis humanæ CIↃ. IↃ. XIX. magno Reipub. & Eccleſiæ cum detrimento.

IOANNES BRISSELIVS, Louanienſis, Soc. IESV Clericus, iuuentutem Antuerpienſem annos aliquot docuit non ſine laude. E Flandrico Latinas fecit *Caroli Scribany eiuſdem Societatis Meditationes Sacras.* Antuerpiæ, anno 1615. 8.

IOANNES BRISSONIVS, Hanno, alij BVSONIVS legunt, Romæ vixit, in ſacris literis diu multumque verſatus, ſcripſit

Hiſtoriam & Harmoniam Euangelicam, ſeu vitam IESV CHRISTI, *è IV. Euangeliſtis in vnum hiſtoriæ corpus congeſtam, adiecta ſuis locis ordinis & conſenſus ratione.* Romæ 8.

IOANNES BRONCHORTIVS, Nouiomagus, Gelder, I.C. & Mathematicus, Rector Scholæ Dauentrienſis, & antea Matheſeos in Academia Roſtochienſi Profeſſor. Filium reliquit *Euerardum I.C:* & in Academia Lugdunenſi Profeſſorem. Obijt *Ioannes* Coloniæ, anno M.D.LXX. Scripſit

Scholia in Dialecticam Georgij Trapezuntij. Coloniæ, & Lugduni.

Arithmeticam. Pariſijs, typis Wecheli, & Coloniæ.

Ptolomai libb. VIII. De Geographia, è Græco vertit.

IOANNES DE BRVGIS, Medicus & Aſtronomus; ſcripſit

De varietate Aſtronomiæ Tractatum.

Floruit Brugis Flandror. anno M.D.X.

IOANNES BRVGMANNVS, Ord. Minorum, in Conuentu Audomarenſi ſac. Theologiæ Lector, ac diuini verbi concionator egregius, ſcripſit

Vitam S. Lidwinæ, aut Lydwigis Virginis Schiedamenſis, quæ exſtat Louanij in bibliotheca Minoritarum.

Mortuus eſt Nouiomagi, anno M.CCCC.LXXIII.

IOANNES BRVNIVS, vulgò De Brupn/ Carmelita Bruxellenſis, Theologus doctus & acutus, ſcripſit

In Eccleſiaſticum.

Commentarios in Epiſtolas Pauli, lib. ij.

In Magiſtrum Sententiarum.

IOANNES BRVSTHEMIVS, Franciſcanus Trudonopolitanus, ſcripſit *Res geſtas Epiſcoporum Leodicenſium & Ducum Brabantiæ à temporibus S. Martini ad annum M.D.V.* inſcripſitque *Georgio Auſtrio*, Antiſtiti Leodicenſi M. S. apud Ioannem Curtium. Floruit anno M.D.XLV.

IOANNES A BRVXELLIS, vide IOANNES MAVBVRNVS.

IOANNES BVCERIVS, Canonicus Regularis cœnobij *ſancti Auberti* in vrbe Cameracenſi, ſcripſit teſte *Ioan. Bap. Gramaye* elegantem doctum libellum,

De religione & religioſis Canonicis.

IOAN-

IOANNES BVECKELIVS, Brabantus, Helmondanus, adoleſcens Syluæducis literis humanioribus operam dedit, Louaniįque Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudijs abſolutis, varijs in locis magno fructu concionatus eſt. Nunc Bruxellæ Paſtorem agit in *S. Gaugerico.* Succeſſiuis horis multa opuſcula ſane vtilia vernaculo ſermone conſcripſit, nempe

Tabernaculum Catholicorum, typis Ioannis Schefferi.

Scholam Pacis auream Syluæducis, ibid.

Theſaurum Salutis. Ibidem.

Hiſtoriam & miracula D. Virginis in Arlebeeck iuxta Helmondam.

De Inuocatione Sanctorum, & Cultu Imaginum & Peregrinationibus ad loca Sancta Ibidem, typis Ant. Schefferi.

Conſolationem diuinam, Bruxellæ, anno 1624.

De intentione libellum. Ibidem, anno 1625.

Viuit valetque anno CIↃ. IↃC. XXVII.

IOANNES BVNDERIVS, Gandenſis, Ord. Dominicanorum, Doctor Theologus, & Hæreticæ prauitatis Inquiſitor, Prior monaſterij Brugenſis, Concionator inſignis, vir diligens in excutiendis Bibliothecis Belgicis. Scripſit

Compendium rerum Theologicarum, quæ noſtra ætate ab hæreticis oppugnantur. Pariſijs, anno 1549. Antuerpiæ, anno 1555. typis Stelſij.

Prodijt deinde auctius, additâ Collatione IV. Doctorum, *Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini & Gregorij*, ſuper XXX. *Articulos ab hæreticis modernis agitatos.* Pariſijs anno 1574. & anno 1549.

Scutum Fidei Orthodoxæ, aduerſus quaſcunque hæreſes. Antuerp. & Louanij.

De Baptiſmo, contra *Mennonem Anabaptiſtam*. Louanij, anno 5531.

Detectionem nugarum Lutheri, & Confutationem dogmatum Lutheranorum. Louanij. anno 1551. apud Barth. Grauium.

Indicem codicum M SS. per Belgium vicinasq́; prouincias collegerat, quem vidiſſe teſtatur Aubertus Miræus in elencho hiſtoriarum Belgij, apud Lucam Opmerium, ſed periiſſe.

Abijt è vita Gandaui, anno poſt Chriſti ſalutiferum natiuitatem CIↃ. IↃ. LVII. VI. Id. Iunij.

IOANNES BVRIDANVS, Betunienſis, Arteſius (Flandri ſibi aſſerunt) Lutetiæ Pariſiorum Princeps Philoſophorum audijt, ſcripſit

Commentaria in Ariſtotelis Logicam & Ethica.

Notum hodie adhuc in ſcholis *De Buridano Aſino* prouerbium.

IOANNES BVSÆVS, Nouiomagus, vigeſimum annum agens, Kal. Iulij, anno ſalutis M. D. LXIII. Soc. IESV complexus eſt. Primùm literas humaniores ac Philoſophicas docuit, tum Romæ Theologiam didicit, in qua eos fecit progreſſus, quos poſtea docendo & ſcribendo oſtendit. Sacram ſcripturam & Theologiam, annos ferme duos & XX. Moguntiæ profeſſus eſt. Edidit

Diſputationem Theologicam De ieiunio & delectu ciborum. Moguntiæ, anno 1581

De perſona Chriſti, aduerſus vbiquetarios. Ibidem, anno 1583.

Apodixin Theologicam, pro ritu orandi Roſarium B. Mariæ Virgin. Ibidem, 1587.

Roſarij Hyperaſpiſten, ſiue *Depulſionem Cauillationum*, quibus Caluiniſta quidam Heydelbergenſis *Apodixin* ſuam obſcurari conatus eſt. Herbipoli. anno 1588.

Diſputationem Apologeticam pro Kalendario Gregoriano, contra Iacobum Herbrandum Doctorem Lutheranum Tubingenſem. Ibid. anno 1585.

De deſcenſu Chriſti ad inferos, aduerſus Decretum libri Concordiæ Lutheranorum Coloniæ, anno 1586. 4.

Apologeticum Diſputationis de perſona Chriſti aduerſus cauillationes Stephani Gerlachij. Moguntiæ, anno 1588. 4.

Refutationem duplicem Cauillationum, à Stephano eodem obiectarum. Ibidem, anno 1591. 1594. & 1596.

Reſponſionem ad Theſes Theologorum Luteranorum Magdeburgenſium, De Miſſa Pontificia & Cœna Dominicæ profanatione. Ibidem, anno 1588.

Diſputationem Theologicam de Baptiſmi neceſſitate, & De Baptiſmo Conſtantini Magni Ibidem, anno 1589,

Paradoxa XXX. Gaſparis Schuenckfeldij Hæreſiarchæ De toto Chriſto, Deo & Homine, in ſtatera S. Scripturæ ſanctorum Patrum & Rationis expenſa.

Panarium, hoc eſt, *Arcam Medicam aduerſus animi morbos*. Ibid anno 1609. 4. typis Ioannis Albini.

Viridarium Chriſtianarum virtutum, ex ſac. Scriptura & Patrum ſententijs conſtructum. Ibidem anno 1616. in fol.

Enchiridion piarum Meditationum in omnes dies Dominicos. Ibidem, anno 1606. apud Balthaſ. Lippium.

Modum rectè meditandi de rebus diuinis. Ibidem anno 1606.

De Statibus Hominum, Pontificis, Eccleſiaſticorum, Laicorum, &c. Ibidem, anno 1613. 4. typis Albini.

E tenebris primus eruit, euulgauit aut illuſtrauit :

Anaſtaſium Bibliothecarium, De vitis Pontif. Romanorum; quem *Marco Velſero* Auguſtanæ R. P. Duumuiro adtribuunt, ex cuius locupleti Bibliotheca è Codice Vaticano deſcripto prodijt typis Ioannis Albini, Moguntiæ, anno 1602.

Albonis Floriacenſis Epitomen, ex Anaſtaſij Hiſtoria.

Liuidibrandi Ticinenſis Diaconi (aut potius alterius) *opuſculum De ritu Roman. Pontificum*. Moguntiæ.

Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi Epiſtolas aliquod cum breuibus Notis. Ibidem, anno 1602.

Vitam ſancti Wigberti Socij S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, & B. Auperti (alij Ruperti) Bingionum Ducis.

Opera Petri Bleſenſis Bathonienſis in Anglia Archidiaconi, correcta & Notis illuſtrata.

Ioannem Trithemium De Eccleſiaſticis Scriptoribus, & eum Appendicibus. Moguntiæ, anno 1602. fol.

Vertit quoq; ex Italica lingua in Latinam varia Indica. Iaponica, & Chinenſia, ab anno 1591, *vſque ad annum* 1600. Coloniæ, & Moguntiæ.

Vincentij Bruni Meditationum Tom. III. Et de Sacramento Pœnitentiæ. Coloniæ, anno 1598. in 12.

Lucæ Pinelli Meditationes D. S. Euchariſtiæ Sacramento. anno 1600 in 12.

De vita Chriſti & B. Virginis, & diffidentia ſui ac Mortificatione. Ibidem, 1601.

Fuluij Androtij opuſcula De frequenti Communione, Moguntiæ, *eiuſdemque Meditationes de Paſſione Domini*. Coloniæ, anno 1600.

Reſponſionem

Reſponſion'm Roberti Bellarmini, ad Doctorem Theologum, De Cenſuris, contra *Venetos.*

Gaſparis Loartis de myſterijs XV. Roſarij.

Franciſci Arias Tractatum de Imitatione B. Virginis, &c.

IOANNES DE BVSCO, ſiue BVSCHIVS, quem *Trithemius* & *Miræus Arnoldum*, (memoriâ lapſi) vocant, Canonicus Regularis ſancti Auguſtini monaſterij Windeſemenſis apud Swollam, Tranſiſalanæ prouinciæ oppidum ſiti, è primis illius congregationis Patribus, per *Gerardum Magnum* inchoatæ. Scripſit

De Origine Cœnobij & Capituli & Congregationis Windeſimenſis. Herbertus Roſweydus ſociet. IESV Theologus nuper Antuerpiæ euulgauit, typis Petri & Ioannis Belleri.

De viris illuſtribus Ordinis ſui & monaſterij Windeſimenſis.

De origine modernæ deuotionis & reformationis Ordinis ſui. lib. j

Epiſtolam prolixam de modo proficiendi in Religione, quam ipſe non compoſuit, ſed è Teutonico in Latinum conuertit.

Claruit anno Domini M. CD. LXX. tem pore *Thomæ à Kempis*, cuius fratris *Ioannis à Kempis* vitam breuiter quoque deſcripſit.

IOANNES BVSIVS, naſcitur Antuerpiæ honeſtis parentibus. Humanioribus litteris operam dedit ibidem apud Soc. IESV Clericos. In Philoſophia promotus Louanij in Porci Pædagogio, ibidem Theologiæ curſum abſoluit, & licentiæ gradum eſt conſecutus. Vice Paſtoratu dum fungitur Bruxellis in *ſancto Nicolao*, euocatur ad Paſtoratum in Ranſt. Scripſit vernaculè

De bono vſu Proceſſionum.

Rob. Bellarminum, De æterna felicitate Sanctorum, & de gemitu columbæ, ex Latina feliciter vertit in Belgicam.

Item *Meditationes* ſiue *Exercitia Granatenſis & alia.*

Obijt Antuerpiæ anno Domini M. DC. XXV. XXI. Martij in ædibus Guilielmi à Tongeren typographi. Aduentus Croatarum militum, barbariem paſſim ſuam exercentium illi fatalis fuit & mortem adtulit: dum enim *Marchio Spinola* Bredam exercitu ſuo cingeret, & barbarus hic miles palabundus excurreret, fortè in virum hunc ingenio mitem incidêre, minisque ita terruere, vt ex ea alteratione moreretur. Det illi Deus beatas ſedes. Inſignem operam præſtitit Reipub. litterariæ & Chriſtianæ, recenſendis ſanctorum Patrum aliorumque doctorum virorum, (quorum memoria in benedictione eſt) operibus, iiſque à mendis Typographicis repurgandis, & Indicum ac ſummariorum acceſſione locupletandis & illuſtrandis, ſac. Scripturæ quoque Patrumque teſtimonijs diſtincto à reliquo textu charactere deſignandis.

IOANNES BVZELINVS, Cameracenſis, ſoc. IESV Clericus, Hiſtoricus & antiquitatum inueſtigator diligentiſſimus. Ad patriæ potentiſſimum gloriam & laudē hiſtoricas ſuas lucubrationes retulit: quo ſuo labore iucundo, percipiebat quandam voluptatem, dum in lucem ſcripta emiſit, patriæ conciliauit honorem, poſteris ſcientiæ ſuæ reliquit fructum, ſibique nominis famam acquiſiuit nullis ſeculis interituram. *Ægidium Schondonchum* eloquentiæ doctorem habuit. Scripſit

Gallo-

Gallo-Flandriam ſacram & profanam, in qua vrbes, oppida, regiunculæ, municipia & pagi præcipui Gallico-Flandrici tractatus deſcribuntur. Duaci, typis Marci Wyon, anno 1624. in folio.

Annales Gallo-Flandriæ, in quibus per annos ferè ſingulos ab annis pluſquam M. CCC. ea omnia enarrantur, quæ per Gallo Flandriam euenêre, aut intra fines ſuos extrane Gallo-Flandriam geſſerunt. Ibidem.

IOANNES BYL, Louanienſis, Ordinis ſancti Franciſci, Regularis obſeruantiæ ſtudioſiſſimus, ſæpe Guardianus: deniq́ue cum hæc prouincia ſeiungeretur à Colonienſi anno Domini M. D. XXIX. in Capitulo Durſtenſi electus eſt primus Miniſter Prouinciæ Infer. Germaniæ. Scripſit egregium libellum *De curis & anxietatibus Guardianorum & De ruina obſeruantiæ.*

Deceſſit Machliniæ, anno Domini M. D.XL. Decemb. II.

IOANNES CÆSARIVS, Iuliacenſis, Philoſophus & Medicus Colonienſis, ſcripſit

Rhetoricam. Pariſijs, typis Wecheli, anno 1541.

Dialecticam, in X. Tractatus digeſtam Coloniæ, apud Ceruicornum.

Commentaria in Iudoci Clichtouei Introductionem cognitionis Terminorum. Pariſijs, apud Wechelum.

Epitomem Introductorÿ Geometrici Caroli Bouilli. Ibidem.

Diomedem Grammaticum emendauit, ſcholÿſq́ue illuſtrauit. Coloniæ, anno 1536. apud Soterum.

Caſtigauit ſcholijſq́ue explanauit *C. Plinÿ II. libb. De Piſcibus & De Medicina Piſcium.* Argentorati, anno 1534.

C. Plinÿ Secundi Opus Naturalis Hiſtoriæ vniuerſum ab innumeris mendis vindicauit, additis Argumētis & breuiuſculis in margine ſcholÿs. Coloniæ apud Ceruicornum, anno 1524.

Seuerini Boëtÿ De Conſolatione Philoſophiæ lib. V. cum Murmellÿ & Agricolæ Commentarÿs, recognouit. Coloniæ, anno 1534.

Denaſcitur anno ſalutis M.D.L. Ætatis XC.

IOANNES A CAMBIA, alijs GANDIA, vulgò GANTOIS, Inſulenſis, Ordinis Minorum, ſac. Theologiæ Profeſſor Lugduni in Gallia, edidit *Theſaurum Theologorum.*

IOANNES CAMPENSIS, vel à CAMPEN, Carmelita apud Friſios, Theologus & Philoſophus, ſcripſit

In Magiſtrum Sententiarum, libb. IV.

Summulas Artium.

Quodlibetorum opus. Et alia.

Claruit anno Domini M. CCCC. IV. teſte *Ioanne Groſſo,* Carmelita.

IOANNES CAMPENSIS, Traſiſelanus, Profeſſor linguæ Sanctæ Louanij in Collegio Buſlidiano. A LEONE X. Pont. Max. Romam euocatus, motoriam egit fabulam, teſte *Eraſmo Roterod. ad Goclenium.* Luſtratis enim Germania, Polonia, Italia, in vrbe habitus liberaliter, & optimio auctus ſacerdotio, in Belgium dum cogitat Friburgi Briſgoiæ peſte corripitur ac moritur. *Alardus Amſtelodamus,* hoc amico Epitaphium poſuit:

CAMPENSIS

Campensis præſtans ſanctæ myſteria linguæ,
Dauidicos Pſalmos fuſius explicuit.
Non ſine laude diu Veneta prælegit in vrbe,
Obtinet hinc Romæ multa ſacerdotia.
Louanij ſtatuit vitam finire docendo,
Friburgum veniens peſte repente perit.
Ne fortaſſe ſenem mutet fortuna ſecunda,
Hinc iuuenem campos miſit in Elyſios.
I nunc, rara ſtudens Hebræis iungito Græca:
Mors etiam doctos opprimit atra viros.

Scripſit Grammaticam Hebræam, è varijs libellis Eliæ Leuitæ Grammaticorum principis collectam. Pariſijs, anno 1535. & Louanij, typis Theodorici Martini, 1528. 4.
Paraphraſes in omnes Pſalmos. Lugduni, apud Gryphium, & Coloniæ, apud Gymnicum.
In Eccleſiaſten, ex Hebraica veritate. Antuerpiæ, Argentinæ, & Baſileæ.

IOANNES CAMPENSIS, alius à ſuperiore, ſcripſit
Commentarium in Epiſtolas Pauli ad Romanos & Galatas. Venetijs, anno 1534. 8.

IOANNES CAPETIVS, Flander, Inſulenſis, Theologiæ Licent. Canonicus in patria ad D. Petrum, Louanij in Falcone Philoſophiam docuit, ſcripſit
Tractatum de Indulgentijs. Inſulis, anno 1597. 8.
De hæreſi, & modo coërcendi hæreticos. Antuerpiæ, typis Keerbergij, 1591.
De vera Chriſti Eccleſia, lib. iij. Duaci, typis Bogardi, anno 1584.
De origine Canonicorum, & eorum officio.
De perpetua Sacerdotum caſtitate, Antuerpiæ apud Keerbergium.
De Ieiunio. M.S. Inſulis apud *R. V. Oliuerium Florentium* ab Waterloop.
De Pœnitente & Pœnitentiæ Miniſtro M.S.
De Pœnitentijs Canonicis & ſatisfactione. M.S.
De Confeſſione ſecreta. M.S.
De ſtatu hominis conditi, lapſi & redempti, libb. iij. M.SS.
De punitione hæreticorum. M.S.
Expoſitionem Symboli Apoſtolorum. M.S.
Commentaria in D. Pauli Epiſtolas & Canonicas. M.SS.
Orationes II. ad Clerum Inſulenſem. M.SS.
Migrauit ex hac vita Inſulis anno M. D. XCIX. XII. Maij, perpetuâ vitæ innocentia ac animi tranquillitate ſummis æquatus Philoſophis.

IOANNES CARNARIVS, Gandenſis, vbi aliquando praxim exercuit, Doctor Medicus & Profeſſor Patauinus, habuit ibidem
Orationem De Podagræ Laudibus, ingenij exercendi gratia.
Carmina de Thermis Patauinis. Pataūij, anno 1553. 8.
Orationem in diſceſſum M. Antonij Venerij; Pataūij Prætoris.

IOANNES CAROLVS, Antuerpienſis, in Louanienſi, mox Aurelianâ, & Pictonum, poſtremò in Patauina & Bononienſi Academijs diſciplinis

diſciplinis liberalibus & Iuriſprudentiæ diligentem dedit operam: vigeſimo quarto ætatis anno Patauij in vtroque Iure Doctoratus inſignia adeptus eſt. Machliniæ inde in clariſſ. Senatu per luſtra duo cauſſarum Patronum egit: tandem in Regio apud Friſios Senatu à Conſilijs & Fiſci Procurator conſtitutur. Poſtea in magnum Senatũ Machlinienſem cooptatus eſt. Quo munere relicto, Ordinem Minorum amplexus, in ipſo tyrocinio moritur. Scripſit

Rerum à Caſpare Robleſio, Friſiæ Præfecto, in Friſia geſtarum lib. IV. inſcripſitque Philippo II. Hiſp. Regi max. adhuc ineditos. Vtinam aliquando videant lucem!

IOANNES CARPENTEIVS, I.C. Atrebas, & cauſarum patronus in patria, Poëta felix & inſignis, ſcripſit

Paraphraſim in Eſaiam Prophetam, carmine heroico, Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1588 4.

Vitam ſanct. Patris Benedicti.

Malchum Maroniadem, ſiue *Monachum fugitiuum, carmine heroico*, ex *D. Hieronymo*. Ibidem.

IOANNES CARTENIVS, ſiue *Cartigny*, Hanno, Ordinis Carmel. ſac. Theologiæ Doctor, Prior Conuentus Bruxellenſis, Hebraicè, Græcè & Latinè doctus, ſine faſtu optimus, ſcripſit

In X. Præcepta Decalogi.

In D. Ioannis Apocalypſin.

In Epiſtolas aliquot D. Pauli.

De IV. Nouiſſimis. Antuerpiæ, typis Ioannis Belleri, anno 1589. 16.

Itinerarium militis errantis Gallico ſermone, à *Luca Bellero* Latinè redditum, & nunquam editum.

Abijt ad meliorem vitam Cameraci, anno clɔ. lɔ. LXXX.

IOANNES CASENBROTIVS, Brugenſis, vir corporis ingenijque dotibus amabilis, Comiti Egmondano Flandriæ Gubernatori à Conſilijs. Ingenium habuit in numerato, vt qualibet de re ex tempore ferè disertè diceret moritur. Extat eius *Oratio in Quodlibeticis*. Louanij anno 1558. habita cum alijs quibuſdam in funere magnorum virorum dictis.

Carmen elegans in laudem Marci Laurini, & Huberti Goltzij.

Epiſtola præfixa operi Petri Pecquij in Tit. Iuris De re nautica.

In arce Viluordiana anno 1566. cum alijs quibuſdam viris primarijs capite plectitur, iuſſu Ducis Albani.

IOANNES CASTELIVS, in Geluwa natus, Zomerghemij in Flandria Paſtor, vtriuſque linguæ doctiſſimus, ſcripſit

Inſtitutiones artis Grammaticæ.

Epithetorum Farraginem collegit, typis Plantini, anno 1573.

Tranſtulit de Græco in Latinum Epigrammata Vett. Poëtar.

Paraphraſin in Heſiodi Opera & Dies.

Elegiam in C. Iul. Caſ. Huberti Goltzij ſatis amplam.

IOANNES DE CASTILIONE, Archidiaconus Leodicenſis, Orator *Maximyl.* Imp. & *Caroli* Hiſp. Regis, Romæ in Conſiſtorio publico ad *Iulium II.* Pont. Max. anno clɔ.lɔ.III. habuit *Orationem in præſtita ſollemni eiuſdem Principis obedientia.*

IOAN-

IOANNES CAVCHIVS, Vltraiectinus, vir Conſularis, omnis elegantiæ & Antiquitatis admirator peritiſſimus, edidit

Animaduerſiones in officia Ciceronis, typis Plantini, anno 1568.

Notas in D. Paulini Poëmata.

Auſonium reſtituit, additis Notis. Item

Æmilium probum de vitis Impp. Græcorum. Item

Flauium Chariſium Soſipatrum.

IOANNES CHAPEAVVILLIVS, Leodicenſis ſacræ Theologiæ Licentiatus, Canonicus & Archidiaconus in D. Lamberti, ac Epiſcopi Vicarius, vir magnæ eruditionis, & maioris iudicij. Scripſit

Scholaſticam Romani Catechiſmi elucidationem, ad captum Parochorum, Catechiſtarum & quorumcunq; ſtudioſorum. Leodici, anno 1600. & 1603. typis Belleri.

Tractatum de Caſibus, vt vocant, *reſeruandis*. Leodici, anno 1596. 8.

De Principio & vera Origine feſtiuitatis SS. Corporis & Sanguinis Domini. Ibidem

Catechiſmi Romani ſummam, in gratiam ordinandorum, anno 1605. 8.

Epiſcoporum & Rerum Leodicenſium ſcriptores varios collegit & edidit, cum Notis & Cenſuris. Ibidem.

Vitam & Miracula S. Perpetui Epiſcopi Traiectenſis, anno 1601. Ibidem.

In meliorem vitam abijt anno à redemptione humana CIↃ. IↃC. XVII. X. Iunij.

IOANNES IACOBVS CHIEFFLETIVS, patricius, Conſularis & Archiater Veſontinus, ciuis Romanus, nobilibus parentibus naſcitur Veſontione XXI. Ianuarij, anno à Chriſto nato M. D LXXXVIII. patre *Ioanne Chiffletio*, viro etiam Patricio, Conſulari & Archiatro Veſontino. Prima ſtudia abſoluit apud Sequanos ſuos: tum Medicam profeſſionem ſponte amplexatus, audiuit Lutetiæ *Riolanos* patrem & filium, Monte peſſulano *Varandæû*, Patauij *Fabricium ab Aquapendente*, *Minadæum*, *Rudium*: peragrauit deinde varias Europæ prouincias, ad luſtrandas antiquariorum pinacothecas & illuſtrium virorum bibliothecas, atque vbicunque vixit, Principibus, Magnatibus & literatis omnibus egregiè carus fuit. Redux in patriam Archiater ciuitatis in parentis locum ſuffectus eſt anno M. DC. XIV. tum omnibus Reipub. honoribus auctus, ipſo etiam gubernatoris munere multis annis functus eſt. Demum ab Imperiali ſua ciuitate ad Sereniſſ. Principem noſtram *Iſabellam, Claram, Eugeniam* pro grauibus negotijs nuper delegatus, Sereniſſ. Princeps cognita viri virtute, prudentiâ & doctrinâ (eſt enim Hiſtoriæ ſacræ & profanę peritiſſimus) in palatij ſui interiora Medici cubicularij titulo admiſit, ſic vt noſtrum iure merito vendicare poſſimus. Operum quæ hactenus edidit hæc eſt ſeries:

Aſitice in puella Heluetica mirabilis phyſica exetaſis. Veſontione, apud Nicolaum de Moingeſſe. 1610. 8

Dædalmatum, lib. ij. Pariſijs, apud Richerium, anno 1611. 8.

Veſontio Ciuitas Imperialis libera, Sequanorum metropolis, plurimis nec vulgaribus ſacræ & profanæ hiſtoriæ monumentis illuſtrata. Lugduni, typis Claudij Cayne, anno 1618. 4.

De loco legitimo Concilij Eponenſis obſeruatio. Ibidem. 4.

Lacrymæ priſco ritu fuſæ in exequijs Sereniſſ. Archiducis Alberti Pij, Belgarum Principis. Antuerpiæ, in officina Plantiniana, 1622. 4.

De linteis ſepulchralibus Chriſti Saluatoris Criſis hiſtorica. Ibidem, anno 1624.

Portus Iccius Iul. Cæſaris demonſtratus. Madriti, anno 1626. typis Viduæ Ildephonſi Martini.

Neque verò (prout fœcundi vir eſt ingenij & eruditionis eximiæ) adhuc ille manum de tabula, ſed multa alia parat indies.

IOANNES A CHOKIER, *de Surlet, Eraſmi* frater, nobilis Leodicenſis, maioris illius Eccleſiæ Canonicus, & Sereniſſimi Reuerendiſſimique FERDINANDI A BAVARIA Epiſcopi & Principis Leodicenſis Vicarius generalis, genus patruum ducens ex antiqua ſtirpe nobilium arcis DE CHOKIER, non procul Leodico, vnde cognomentum & inſignia geſtat; maternum ex nobili item familia *de Linchier*, patriæ Luxemburgenſis. Iuriſprudentiæ in celebri Academia Louanienſi operam dedit, humanioribusque ſtudijs horis ſucciſiuis intendit manuducente & docente *CL. V. Iuſto Lipſio* multiiugæ & politioris doctrinæ noſtri æui Principe. Sumptâ Doctorali laureâ in Academia Aurelianenſi, Italiam, mundi Reginam, ac vrbem ipſam petijt. *Paulo V.* Pont. Max. innotuit Vir prudens, candidiſſimus litteratorum patronus, nimirum ipſe litteratiſſimus. Scripſit

Theſaurum Aphoriſmorum Politicorum, in quo Principum, Conſiliariorum, Aulicorumq; inſtitutio propriè continetur, inſcripſitque *Paulo V.* Cui adiunctæ *Notæ ad Onſandri Strategicum*, ſiue *De Imperatoris inſtitutione, Illuſtriſſ. S. R. E. Card. Burgeſio* dicatæ. Vterq; Romæ primùm excuſus, 1610. deinde Moguntiæ & alibi. Demum traductus Germanicè, anno 1624. per *Andream Heidemannum Northuſium* eleganter quidem, ſed non ex fide, vnde ſubleſtam eius interpolationem refellere coactus, CHOKIER Leodici libellum edidit, 1625. cui titulum fecit: *Specimen candoris Heidemanni*, ſiue *Vindiciæ Politicorum Aphoriſmorum.*

Notas in Senecæ opuſculum, De Tranquillitate animi. Leodici, typis Leonardi Streel, anno 1607. has vulgauit adoleſcens.

Tractatum de permutationibus beneficiorum. Leodici, apud Houium. 1616. 8.

De re Nummaria priſci æui collata ad æſtimationem monetæ præſentis. Coloniæ, apud Kinckium, anno 1620. 8.

Commentaria in Reg. Cancellariæ Apoſtolicæ, ſiue *Notas in antiquum illarum Commentatorem, Alphonſum Sotto*, quem dedicauit *Gregorio XV.* Pont. Max. Coloniæ, apud Kinckium, anno 1621. 4.

Scholia in primarias preces Imperatoris, anno 1621. dedicata Cæſari, & III. Principibus electoribus Eccleſiaſticis.

Tractatum de Legationibus, inſcriptum Sereniſſ. Principi Electori, Colonienſi Epiſcopo ac Principi Leodicenſi, anno 1624.

Enchiridion, ſiue *Manuale Catholicorum in ſingulos hebdomadæ dies diſtributũ, complectẽs pia & breuia officiola*, quibus Litanię propriç reſpondent additis etiam alijs exercitijs.

Notas in opus poſthumum D. Andreæ Fabricij, ſacræ Theologiæ Doctoris & Profeſſoris, in quo breuiter applicantur Prouerbia Salomonis.

IOANNES CHRISTOPHORVS, Ord. fratrum Prædicatorum, Theologus, & Philoſophus, ſcripſit

In IV. Euangeliſtas.

In omnes Epiſtolas Pauli, lib. XIV.

Claruit anno Chriſti M.CC.LX.

IOAN-

IOANNES CHRYSOSTOMVS VANDER STERRE, Syluæducis naſcitur anno redemptionis humanæ M.D.XCI. humaniores literas Antuerpiæ in vrbium ocello perdidicit, vbi etiam Encyclopædiâ abſolutâ Candidum Præmonſtrati Ordinis habitum ſub Reuerend. Domino *Dionyſio Feyten* Abbate in S. Michaelis Cœnobio ſuſcepit, cui etiam in profeſſione *Chryſoſtomi* nomen inditum. Philoſophicis in Cœnobio diſciplinis inſtructus, Louanium miſſus Theologicæ palæſtræ inſudauit, ac poſt actus aliquot publicos Baccalaureus factus eſt. Ad Sacerdotium promotus, ſacræ verbi DEI concioni habendæ pluribus annis applicitus eſt, varijſque in Cœnobio officijs perfunctus, nunc ſeptimo anno in S. Michaelis Priorem agit. Præter aſcetica ſtudia; impenſe deditus fuit hiſtorijs ſacris, potiſſimumque ſui Ordinis Antiquitatibus eruderandis. Politioris etiam literaturæ amans, ſed & Græcæ ac Hebraicæ linguarum, in ijſdem non parum ſtudij poſuit. Pietatem ſemper cum ſtudijs coniungens. Præter nonnulla quæ aliquando luſit vinctâ oratione; habuit

Panegyricum in Inaugurationem Reuer. Domini Matthæi Irſſely Abbatis S. Michaelis. Antuerpiæ, typis Wolſchatij, anno 1614.

In Venerabilem Eucharistiam, habitum in Cana Domini.

In natalem S. Ioannis Chryſoſtomi.

In natalem B. Ioſephi, Presbyteri & Canonici Ord. Præmonſtratenſis.

In natalem B. Euermondi Raſeburgenſis Epiſcopi & Confeſſ. Ord Præmonſtratenſis.

In natalem B. Garemberti Abbatis Montis ſancti Martini, eiuſdem Ord.

Concinnauit & elogijs illuſtrauit

Vitam S. NORBERTI *Præmonſtratenſium Patriarchæ, Antuerpiæ Apoſtoli, Archiepiſcopi Magdeburgenſis, ac totius Germaniæ Primatis.* Antuerpiæ, excudebat Theodorus Gallæus Philippi F. anno 1622.

Eiuſdẽ S. NORBERTI *vitam Flandro-belgicè publicauit*, quam in tres libb. digeſſit typis Wolſchatij, 1623. 4. Quam poſtea Latinam edidit, quarto Libro auctiorem in quo de eiuſdem Sancti nuper in Bohemiam factâ Traſlatione diſſeritur.

Natales Sanctorum ſui Ordinis, ibidem, anno 1625. 4. Quibus acceſſit *Laudatio funebris habita Pragæ in anniuerſario Illuſtriſ. & Reuer.* IOANNIS LOHELI, Archiep. Pragenſis, ex eodem ord. Præmonſt.

Lilium inter ſpinas, ſiue *Vitam B. Ioſeph Presbyteri & Canonici Steinfeldienſis Ordinis Præmonſtratenſis*, ex peruetuſto Archetypo Steinfeldienſi fideliter expreſſam, & notationibus illuſtratam; quibus acceſſerunt nonnulla eiuſdem Sancti pia opuſcula ex varijs M. SS. eruta Typis Plantinianis in 8. anno 1627.

Roſam in hieme, ſiue *Vitam Sanctæ & immortalis memoriæ Wilhelmi Rothenſis Canonici Ordinis Præmonſtratenſis* quam conſcripſit *R. P. Martinus Mertz* eiuſdem Rothenſis Cœnobij Prior & Communis nouitiatus Sueuicæ prouinciæ Director: fecit autem eamdem publici iuris *Chryſoſtomus* & Auctario illuſtrauit. Typis eiuſdem in 8. anno 1627.

Habet prælo propemodum maturos Tractatus ſequentes:

I. Sidera illuſtrium aliquot & Sanctorum Virorum qui Præmonſtratenſis Ordinis cælum heroicis virtutibus decorarunt: ſuntque variæ Sanctorum Ord. Præmonſt. Vitæ, ab aliquot ſæculis conſcriptæ, & iuxta M.SS. varia recenſitæ ac notationibus illuſtratæ.

II. Hagiologium Præmonſtratenſe ſiue *Faſti ſacri Sanctor. ex Præmonſt. Ordine ſacris natalibus conſignati.*

III. Præmonſtrat. Chronicon Eccleſiæ S. Michaelis Antuerp. in quo præter Cœnobij

huius Abbates ab ipſo B. WALTMANNO primo Abbate vſque ad illum qui modo ſummo cum honore gubernat MATTHÆVM IRSELIVM Eccleſiæ huius Prælatum XL. docebitur quæ Rom. Pontiff. ac variorum Regum ac Principum reſcripta & priuilegia non ſolum huic Antuerpienſi Cænobio, ſed & toti inſuper Ordini, alijſque nonnullis indulta ſunt, &c.

IV. Candida IESV *Militia de mundo conculcato, Dæmone ſuperato, cælo expugnato Triumphum.*

V. Coronā XII. Stellarum, pro gloria Antuerpianæ Eccleſiæ, ſiue *Tractatū de varijs SS. qui Antuerpienſium Eccleſiam vel prædicatione ſua plantarunt, vel ſanctæ vitæ exemplis illuſtrarunt.*

Viuit valetque anno 1617. familiaritate & ſtudio mihi coniunctiſſimus.

IOANNES CLARIVS, Tungrenſis, Doctor Theologus, ac Profeſſor in Academia Louanienſi primarius, luſit

Satyram in Guilielmum Naſſouium, carmine Iambico. Louanij, anno 1584. 8.

Oden in eundem, eodē metri genere. Montibus Hannoniæ, 1581. apud Velpium

Euulgauit III. libb. poſtumos Ioannis Lenſæi. De Fide, Spe & Charitate, Louanij anno 1599. 8.

De Sacramentis Eccleſiæ multa dictauit, ſed inedita.

Moritur Louanij, anno CIↃ.IↃC.XI. xx. Auguſti, & conditus ad D. Petrum.

IOANNES CLERICVS, Ordinis Minorum ſancti Franciſci, vir ſanctitate & eruditionis laude conſpicuus, ſcripſit

In Cantica Canticorum, aliaque.

IOANNES CNYFIVS, Vltraiectinus, Ordinis Minorum de obſeruantia, primus Groeningenſium Epiſcopus anno M. D. LXI. deſignatus, ſcripſit Belgicè & Latinè

Commentarium iu Pſalmum Miſerere mei Deus, & De profundis, Antuerpiæ, typis Steelſij.

Rebus humanis exemptus anno verbi incarnati M. D. LXXVIII. teſte *Guilielmo Gazæo* in Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgij, & ſepultus Groeningæ in templo cathedrali. Doctor *Valerius Andreas* ſcribit mortuum anno M. D. LXXVI. Kalend. Octob. & anno M. D. LXXXVIII. interfuiſſe Synodo prouinciali Vltraiectinæ. Sed qui potuit? portentum hic aut miraculum. Ergone referente *Valerio* mortuus ſynodo interfuit? Debuerat à *Franciſco Sweertio* mercatore ſupputandi artem melius didiciſſe.

IOANNES COENSIVS, ſacræ Theol. Licentiatus, & Eccleſiæ parochialis ſancti Martini apud Cortracenſes in Flandria Paſtor. Vir multiplici eruditione clarus. Erat in eo totus, vt tum Clerum, tum populum ab omnibus vitiorum ſordibus deterreret & auocaret, atque ad omnem pietatis cultum traduceret. Scripſit

πολέμικον, opus eruditum, aduerſus funeſtum ac diris deuouendum *Apiarium Philippi Marnixij Domini de S. Aldegund.* Ipſi quoque partis aduerſæ miniſtri Apiarium hoc peſtilentiſſimum eſſe clamitant, pluſquam religioni ſuæ obfuiſſe quam profuiſſe dictitant, ob hanc maximè rationem, quod multis Chriſtianis ad Atheiſmum viam ſtrauerit.

Commenta-

Commentariolum vernaculo ſermone in Pſalmum Miſerere mei Deus.
Eodem idiomate varia aſcetica.

IOANNES COGNATVS, TORNACENSIS, ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Canonicus Cathedralis in patria, doctrina & vitæ honeſtate celebris, ſcripſit

Orationes III. De Immortalitate animæ, De Naturali DEI *cognitione, & De Iuſtitia* DEI. Duaci, apud Bogardum, anno 1595.

De proſperitate & exitio Salomonis. Ibidem, anno 1599. 8.

De rebus Tornacenſium Gallicè. libb. iv.

IOANNES A CONDATO, ſiue DE CONDETO, Hanno, Carmelita Conuentus Valencenarum, Theologus & Philoſophus, ſcripſit

In Canonicam Epiſtolam S. Ioannis.

In Sententias, lib. iv.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Viuebat anno M. CCC. LXXX.

IOANNES CONEN, Mollanus, ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Prior Cœnobij ſanctæ Mariæ in Tungerlo, ordinis Præmonſtratenſis, vir doctus, multæ lectionis, & bonus Religioſus, poſt *Georgium Caſſandrum* euulgauit

Honorium Augustodunenſem presb. De prædeſtinatione & libero arbitrio. Antuerp. typis Guilielmi à Tongris, anno 1621. 8.

E profundo venerandæ Antiquitatis ſepulchro nuper eruit *Litanias ſacras in Eccleſia D. Virginis Mariæ de Tongerlo ante CCC. annos dici ſolitas.*

IOANNES CONTRACTVS, ordinis Seraphici, ſcripſit

Sermonum libb. ad populum. Coloniæ & Toloſæ fol.

IOANNES CORVERVS, Ruræmondenſis, Gelder, latino carmine reddidit

Philonis Iudæi libellum De Nobilitate. Coloniæ, anno 1564. apud Cholinum.

Lamentationem Ieremiæ Prophetæ, verſibus Elegiacis, adiunctis Pſalmis II. Coloniæ, typis Birckmanni, anno 1566. 4.

IOANNES COSTERIVS, Aloſtanus, Flander, ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Paſtor Aldenardenſis, edidit

Inſtitutionem de exitu Ægypti & fuga Babylonis, quâ Catholicos hortatur, vt è ciuitatibus hæreticorum ineuitabili contagio pollutis, egrediantur. Duaci, typis Bogardi, anno 1580.

Moritur Aldenardæ, anno à partu virgineo CIƆ. IƆ. LXXX. x. Iunij.

IOANNES COSTERIVS, Louanienſis, cognomine COLVMBAE, Prior Regularium vallis Martinianæ, veteres aliquot ſcriptores reſtituit, & NOTIS illuſtrauit, videlicet.

S. Ambroſij opera.

Vincentium Lirinenſem contra hæreſes, cum Commentariolo. Louanij, & Coloniæ typis Horſtij.

Sermones Geurrici Abbatis Igniacenſis à craſsis mendis repurgauit. Louanij, anno 1555. & Antuerp. apud Philippum Nutium, anno 1576.

Commentarium in Cantica Canticorũ e x D. Ambroſio concinnauit. Louanij, 1578.

Orationem in laudem Sanctarum litterarum Louanij habuit, typis Belleri, 1555.

Explicatio Cantici Eccleſiaſtici excuſa apud eundem, anno 1575.

Obijt Louanij, & apud ſuos conditus, anno redemptionis noſtræ M. D. LIX. Martij IX. *Iacobus Latomus* hoc illi epitaph. ſcripſit:

*C*OSTERIVS *iacet hic, ſatis hoc monuiſſe, viator,*
Nempe quis audito nomine plura roget?
Sponte tibi hic ſubeunt niuei & ſine crimine mores,
Canaq́, cum ſumma Religione Fides.
Inuictum pectus nulli penetrabile culpa,
Virtutis cupidum, nequitiaq́, fugax.
Intentum ſtudijs ſemper ſanctoq́, labori,
Denique per cunctos vita probata modos.
Artibus in cœlum ſi quis graſſetur eiſdem,
Exſpectet placidum, poſt ſua fata, DEVM.

IOANNES COTOVICIVS, Vltraiectinus, I V. D. ac miles Ieroſolymitanus, terram Sanctam aliaſque vidit & luſtrauit, ſcripſitque

Itinerarium Ieroſolymitanum & Syriacum, vrbiumque ſitus. Antuerpiæ, anno 1619. typis Verduſſij 4.

IOANNES COTREAV, Canonicus Tornacenſis & Doctor Theologus Pariſienſis, vir omnis politioris doctrinæ excultiſſimus, ſcripſit, teſte *Antonio Sandero* lib. II. de Flandriæ ſcriptoribus,

Tractatum de quiete & tranquillitate animæ.

Sermones ſuper Dominicas.

De Decalogo & Plagis Ægypti.

Orationes aliquot funebres.

IOANNES COVDENBERGIVS, Decanus Eccleſiæ ſancti Ægidij in opido Abbenbrocenſi, diœceſis Vltraiectinæ, *Philippo* Auſtriæ Archiduci Regi Caſtellæ, &c. à ſecretis, ſcripſit

De initio, progreſſu & impedimentis Fraternitatis VII. dolorum beatiſſ. Virginis Mariæ. Antuerpiæ, typis Hillenij, 1519.

IOANNES COVILLONIVS, patria Inſulenſis, vir candidus, ſyncerus, pius & eruditus, qui anno (ni fallor) M. D. XLIII. Louanij ſe Societ. IESV Clericis adiunxit, & in Luſitaniam profectus, in Collegio Conimbricenſi, ac Romano, & Ingolſtadij in Germania, Philoſophicas atque Theologicas diſciplinas profeſſus eſt, Edidit

Concluſiones è priori Epiſtola D. Pauli ad Corinthios deductas. Romæ, typis Antonij Bladij, anno 1554.

Aſſertiones in eandem Epiſtolam, quam Romæ interpretatus eſt. Ibidem.

Quæſtiones in Pſalmos. M. SS.

Senex

Senex Romæ piè deſunctus eſt, anno gratiæ M.D.LXXXI. Academia Ingolſtadienſis hoc elogio eum ornauit:

IOANNES COVILLONIVS *Soc.* IESV, *Sacroſancta Theologiæ Doctor, natus Inſulis, nobili Flandriæ ciuitate, & maximorum ingeniorum matre. Vnus ex primis Soc. Patribus fuit, qui Chriſto Ingolſtadij ſeruierunt. Multa illi laus, ex diligentia, ex doctrina, ex candore dicti & facti. Maior, quod qui alijs fuit maximus & primus, vltimus ſibi ſemper videbatur & minimus. Vir in ſumma ſimplicitate ſummè & prudens. Nihil in vita quærebat magis, quàm quietem ſolitudinis, pacem à turbis mundi. Emiſſus tamen à ſuis, & quaſi* DEI *manu, in diuerſas meſſes Galliæ, Italiæ, Luſitaniæ, Flandriæ, cum fructu magno plurimorum. Nec miminori cum dignitate ac laude in Concilio Tridentino fuit, Sereniſſimi Ducis Bauariæ Legatus. Tandem ſenex moritur Romæ, cum è Pœnitentiarijs, qui ad D. Petri obeunt ſummi Pontificis vicariam operam, vnus cenſeretur. Tam ſcite conſcientias hominum tractare nouerat, vt maximus Peccator dixerit,* MALLE SE LANCINARI A COVILLONIO QVAM SANARI AB ALIO.

IOANNES CRAESBEQVIVS, Arſchotanus, ſacræ Theologiæ Baccalaureus Louanienſis, Religioſus & Lector, vt vocant, in Villario cœnobio, poſtea Prior Monaſterij ſanctæ Mariæ loci ſancti Bernardi ad Scaldim, ſcripſit

Commentarium in Regulam ſancti Benedicti Abbatis; totius orientis Patriarchæ. Duaci, apud Balthaſ. Bellerum, anno 1624. 8.

Deuixit anno redemptionis clↄ.lↄc. x.

IOANNES CRISPINVS, Atrebas I. C. Louanij ſtudiorum tyrocinia iecit, *Guilielmum Mudaum* alioſque audiuit. In Gallijs annos multos vſus amico doctiſſ. *Franciſco Balduino.*

Annotationibus illuſtrauit *Inſtitut. Imperialium*, lib. iv.

Lexicon Græco-Latinum, dedit, anno 1595. fol.

Commentarium. De Apoſtatis.

IOANNES CROMBECIVS, ſociet. IESV Clericus, patria Duacenus, edidit Antuerpiæ

De ſtudio perfectionis, lib. ij pietatis pleni.

IOANNES CRVCIVS, presbyter Aloſtanus, atque Paſtor Stabroucanus, ſcripſit carmine heroico.

In horum t mporum calamitatem. Antuerpiæ, 1604. typis Arnoldi Coninck. 8.
Epitaphia aliquot piorum hominum. Ibidem.

IOANNES EX CVRIA, Ordin. Dominicanorum ſacræ Theologiæ Licentiatus, & Prouincialis in Belgio, ſiue Conuentuum Vicarius, ſcripſit
In Threnos Hieremiæ Prophetæ Commentarium. Sunt qui *Ioannem à Bommalia* auctorem putant, inter quos *Antonius Sanderus.*

IOANNES CVSTOS, Brechtanus, Brabantus; Grammaticus celebris, olim ludi-magiſter Antuerpiæ ad D. Virginis, Scholæ Groninganæ quoque præfuit, docuitque Louanij in Caſtrenſi gymnaſio literas humaniores: ab hoc pleraque ſua hauſit *Ioannes Deſpanterius: Gabrielis Mudæi I.C.* maior auunculus fuit: obijt in patria anno M. D. XXVI ſcripſit
Grammaticam Latinam, per *Martinum Lipſium* retextam. Antuerpiæ, typis Plantini.
Verſus Alexandri Grammatici emendauit.

IOANNES DAMASTVS, alij DAMASTHIVS Gandenſis, Poëta elegans, ſcripſit
Elegias, Epigrammata & varia Carmina, eorum tamen nihil hactenus videre contigit, præter carmen heroicum in laudem *Marci Laurini* Domini *de Watervliet*, & *Huberti Goltzij* Herbipolitę, Antiquarij.

IOANNES À DAVENTRIA, Tranſiſelanus, ordinis Minorum Miniſter prouinciæ Colonienſis, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, vitæ integræ, virtutumque exemplar, ſcripſit
Exegeſin Euangelicæ viritatis, contra errores Lutheranæ Confeſſionis. Coloniæ. anno 1533. 8.
Catapultam fidei, ſeu *Chriſtianæ veritatis telum*, lib. I. contra *Anabaptiſtas Apologiam.*
Contra Lutherum varia.
Viuebat anno Domini M. D. XXXV.

IOANNES DAVFFAIVS, Bethunienſis *Carolo Audaci* à Conſilijs, & *Maxæmyliano* Imp. à ſecretis, ſcripſit, ſermone Gallico,
De Vera legitima ſucceſſione Mariæ Burgundiæ Caroli Audacis F. ad Burgundiæ Ducatum, Comitatus Arteſiæ, Burgundiæ, &c. Antuerpiæ in Bibliotheca publica.
De Aduocatia Bethunienſi.
Conſuetudines Arteſiæ & Bethuniæ.
De Ponthiuenſi Comitatu.
De Auſtrouanienſi Comitatu. Aliaque.

IOANNES DAVID, ſociet. IESV Theologus, Cortracenſis, mihi familiaris. Gubernandi muneri Cortraci, Bruxellis, & Gandaui claruit, dicendique venuſtate & inuentionis ſolertia iconibus ſcripta ſua pleraque cum admiratione ſpectantium illuſtrat, Eius hæc ſunt:

Veridicus

Veridicus Chriſtianus, ſeu *De Fidei Chriſtianæ capitibus*, Latinè ac Belgicè. Antuerpiæ, apud Plantinum, anno 1601. 4.

Occaſionis typus. Ibidem.

Paradiſus ſponſi & ſponſæ. Ibidem, anno 1607.

Pancarpium Marianum, ſiue *De Beata Virginis laudibus.*

Specula XII. pia & venuſta.

Belgicè euulgauit *Aluearium, aduerſus peſtilentiſſimum Philippi Aldegundi librum, quem intitulauit Aluearium Romanæ Eccleſiæ.*

Labirynthum Hæreticorum.

Araneum Hæreticorum.

Viridarium Rituum ac Cæremoniarum Eccleſiæ, Antuerpiæ, anno 1608.

Oeconomum Chriſtiannm, cum Spongia vitiorum.

Sortem Sapientiæ.

Lapidem Lydium, ſiue *Hortulum delitiarum ſpiritualium Animæ ad perfectionem contendentis.*

Petri Simonis Epiſcopi Iprenſis ſcripta à morte euulgauit, typis Plantinianis. Viuere deſijt anno M. DC. XIII. IX. Auguſti.

IOANNES DECKERIVS, è Flandria oriundus, Soc. IESV Theologus, Neapoli hauſtis quondam diſciplinis ſacrarum literarũ ac ſcholaſticæ Theologiæ, Duaci & Louanij eaſdem publicè profeſſus eſt, Hiſtoriæ Eccleſticæ peritiſſimus. Scripſit

Exercitium Chriſtianæ pietatis.

Velificationem, ſeu *Theoremata, de anno ortus ac mortis* CHRISTI *controuerſo, deq́; vniuerſa Chriſti in carne oeconomia.*

De ſacra Chronologia, ſeu *Temporibus*, Tomos aliquot paratos habet.

IOANNES DE PRATIS, vulgo *des Preiz*, natus in vico Arteſiæ Beauuoir, Epiſcopus & Par Lingonenſis in Gallia, & poſtmodum Epiſcopus Tornacenſis LX. Edidit

Vitas Ludouici X. Philippi V. Caroli IV. & Philippi VI. Regum Franciæ.

Moritur Cameraci anno M. CCC. XLIX. & ſepultus Tornaci hoc epitaphio:

Ecce Iacob totus accenſus amore Rachelis,
Paſtor deuotus, ſeruus vigil atque fidelis,
Præſens deuotis paſtoribus aſſimulare
Se ſatagens, quos ſic Lucas typice vigilare
Teſtatur. Paſtor bonus hic magnuſque ſacerdos
Extitit, eſt agnus, animæ detur (rogo) ter dos.
In bino rure magnus, magnaq́; ſtaturæ,
Regalis curæ Conſul, cui gratia puræ
Nomen conceſſit, ſic quis per dicta pateſcit
Iſte IOANNES *ſic* DE PRATIS, *cui requies ſit.*

IOANNES DE LA VAL, I.C. Atrebatenſis, & Conſiliarius Regius apud Valencenates, reddidit elegiaco carmine

Pſalterium Dauidicum.

Carmen Heroicum, cui titulus Anna, Maria, IESVS, Duaci, anno 1576. 16.

IOAN-

IOANNES DEL-RIO, Brugenſis, I. C. S. R. E. Protonotarius, ex Archidiacono & Officiali Decanus Eccleſiæ Cathedralis Antuerpiæ, & Vicarius, ſcripſit habuitque

Orationem in funere Reuerendiſſ. D. Ioannis Miræi, Antuerpienſis Antiſtitis, typis Moreti, anno 1611.

Expoſitionem moralem in Pſalmum CXVIII. Antuerpiæ.

Expoſitionem conſimilem in VII. Pſalmos pœnitentiales.

Meditatur in aliam in Pſalmos graduales.

Obijt Antuerpiæ cIↄ. Iↄc. xxiv. pridie III. Regg. placidiſſimâ feliciſſimaque morte, ſociet. Iesv Clericis legatâ bibliotheca, &c.

IOANNES DELPHIVS, Batauus, à patria ſic dictus, Delphi enim Bataniæ opidum celebre. Argentinæ Coëpiſcopi multos annos functus munere, ſcripſit

De poteſtate Pontificis.

De notis Eccleſiæ Tractatum præclarum. Coloniæ. 8.

Et alia multa, quæ perierunt.

IOANNES DEMOPHYLAX, alij Diophylax Flander, Carmelita Gandenſis, Theologus, ad Poëſin natus, vir ingenij profunditate cum magnis comparandus: in quæſtionibus Scholaſticis, Phyſicis ac Theologicis eruditionis eximiæ. Scripſit

Chriſtomathiam, lib. j. *carmine acroſtichide & laborioſo*. Gandaui.

Fornacem Chaldaicam, lib. j.

Catachreſin Iſraëliticam, lib. j.

Laudem Lucæ, lib. j.

Erotema Religionis.

Carmem de Flandria.

Odas de Chriſti natalitio.

De Virgine beata.

Epigrammata quædam & Epiſtolas ad diuerſos. Lugduni omnia ſimul typis edita, anno 1527.

Moritur Lugduni, anno cIↄ. Iↄ. xxviii. Ætatis xxvi.

IOANNES DESPAVTERIVS, Niniuita, Flander, Grammaticorum coryphæus, & Flandriæ Priſcianus vbique celeber & in ſcholis recetus. *Ioannem Cuſtodem* Brechtanum Louanij in Pœdagogio Caſtrenſi pœdagogum habuit. Summa illi cum *Dorpio. Barlando, Badio, Meyero*, aliiſque viris doctrina claris, familiaritas fuit. Syluæducis, Bergis ſancti Winoci, Comminijque apud Flandros ludum literarum apperuit, vbi & mortuus, circa annum Domini cIↄ. Iↄ. xiv. Sunt qui eum altero oculo orbum fuiſſe ſcribunt, quod & teſtatur eius epitaphium:

Hic iacet vnoculus, viſu praſtantior Argo,
Flandrica quem Niniue protulit, at caruit.

Eius exſtant ſequentia:

Commentarij Grammatici, in quibus Rudimenta, Grammatica, Syntaxis, Proſodia, de Figuris & Tropis. Pariſijs, typis Stephani.

Grammatica

Grammaticæ inſtitutionum lib. VII. in Compendium redacti à Sebaſtiano Nouimola Duysburgenſi, typis Plantini.

Ortographia, curâ Leuini Crucij in lucem edita, typis Badij & Aſcenſij, 1530.

Ars Epiſtolica. Pariſijs, typis Michaelis Vaſcoſani, anno 1535.

Recriminatio in aduerſarium, vbi ita de ſeipſo: *Polyphemum nuncupas, aliaque id genus conuicia ingeris, tibi impudentiſſimo ſcurræ non mihi dedecori futura. Polyphemus ſum*, &c.

IOANNES DILLENIVS, I.C. Moſæ-Traiecti cauſarum patronus, verſatiſſimus in Hiſtoria Romana & Belgica, edidit ſcripſitque

Panegyricum Sereniſſ. Iſabellæ Claræ, Eugeniæ, Hiſpp. Infanti Belgicæ Principi. Additæ Notæ cum Exegeſi rerum memorabilium à Sereniſſ. Archiduce Alberto geſtarum, & de origine Francor. eorumque antiquis Regibus & ſtemmate Habsburgi-Auſtriacorum Archiducum ab his deducto, vſque ad Albertum & Iſabellam hiſtoricæ Diſſertationes. Louanij, typis Haſtenij, anno 1623.

IOANNES DIVITIS, ſiue RYCKIVS, Gandenſis, Carthuſianus, vir vti eximia vitæ ſanctimonia, ſic & præſtanti excellens doctrinâ, qui veluti ſplendidum quoddam ſydus fratribus ſuis Cartuſię Gandenſis præluxit. Scripta eius ſunt; ſed inedita:

De Indulgentijs anni Iubilei.
De Eſu carnium pro omnibus Religioſis.
De participatione Miſſarum.
De Confeſſione Sacramentali.
Dialogus inter Tentatum & Conſolatorem.
Sermones Capitulares.
De proprietate in Religione vitanda.
Quo pacto libri S. Scripturæ in linguam vernaculam tranſlati, ſecularibus non ſemper conducant.
Diuerſæ Adhortationes.
Conciones aliquot.
De virginitate, idiomate populari.

Gandaui in patria, migrauit ad cæleſtem, anno aduentum Meſſiæ cIↃ. CCCC. LXX.

IOANNES DOMYNS, Machlinienſis, & Parochus, Latinè vertit

Vitam D. Rumoldi, Machlinienſium Tutelaris. Bruxellæ, anno 1569. 8. typis Michaelis Hamontani.

IOANNES DORRIVS, Dauentrienſis, Poëta, ſcripſit

Encomium Ducatus Geldrici carmine Elegiaco. Coloniæ, anno 1567. 8. annexum Compendio Chronici Geldrici Henrici Aquilij.

IOANNES DRIEDO, Turnhoutonus, Brabantus, Doctor Theologus Louanienſis, Eccleſiaſtes egregius Louanij ad D. Iacobi. *Adrianus Florentius*, poſtea Pontifex eius nominis VI. illi lauream Doctoralem contulit, anno ſal. M. D. XII. menſis Augusti XVII. ſcripſit

De libertate Chriſtiana, libb. iij.

De Scripturis & dogmatibus Eccleſiaſticis, lib. IV. ad Ioannem Luſitaniæ Regē.
De Gratia & libero Arbitrio, lib. ij.
De concordia liberi Arbitrij & prædeſtinationis.
De Captiuitate & Redemptione generis humani. lib. j.
Tractatum de Temporibus, ad illuſtrandas obſcuritates in ſac. Scriptura emergentes: ſed errauit in multis, toto (vt dicitur) cœlo, eo quod ſtatuerit ſequendam ſupputationem Beroſi Chaldæi, Metaſthenis Perſæ, & Philonis Iudæi, aliorumque, quorum Chronographiam cum Hebraica ſacræ Scripturæ veritate concordare conatur: at bonus vir, alioquin doctiſſimus nondum animaduerterat auctores eſſe ſuppoſititios. Conſule *Ant. Poſſeuinum in Apparatu ſacro.* Opera eius Louanij edita ſemel iterumque à Grauio.

Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit Louanij, magno ſui relicto deſiderio omnibus pijs eruditis, & conditus in D. Iacobi, hoc epitaphio:

VENERABILIS VIR
D. IOANNES DRIEDO A TVRNHOVT,
DVM VIXIT HVIVS ECCLES. PASTOR,
D. PETRI LOVANIENSIS CANONICVS,
ARTIVM ET S. THEOLOGIAE PROFESSOR CELEBERR.
QVI HAERESES CONTRA CATHOL. FIDEM
INGRASSANTES
MVLTIS DOCTISS. LIBRIS A SE SCRIPTIS ET EDITIS
PROFLIGAVIT.
VIR SANE MVLTIIVGAE ERVDIT. ET PIETATIS,
HVMANITATIS AC MODESTIAE SINGVLARIS,
OBIIT ATQVE HIC SEPVLTVS EST,
A NATIVITATE DOMINI CIƆ.IƆ.LV.
IV. MEN. AVGVSTI.
ORATE PRO EO.

IOANNES DRVSIVS, ex agro Thenenſi oriundus, ſacræ Theologiæ Licent. Abbas Parcenſis, Ordinis Præmonſtratenſis, & eiuſdem in prouincijs Brabantiæ & Friſiæ Vicarius, edidit
Exhortationem ad candidi Ordinis ſui prouinciæ Brabantinæ Religioſos, de ijs quæ eorum vocationem obligationemq. concernunt, &c. Louanij, typis Maſij, anno 1621.

IOANNES DRVSIVS, alias *vanden Drieſche*; natus Aldenardæ opido Flandriæ, in ea vrbis parte, quæ vulgo *Pamele* dicitur. In Anglia linguam Hebraicam didicit, & IV. ann. Oxoniæ docuit, Lugduni Batauorum annos VII. Hinc poſtea Franekeram Friſiorum ad Academiam tunc primùm ibi naſcentem, vocatus, eandem ibidem profeſſus eſt. Eius hæc ſunt ſcripta:
Fragmenta veterum interpretum Græcorum in pſalmos Dauidicos. Antuerpiæ, 1581. nomine *Ioannis Drieſchi* edita.
Commentarium ad voces Hebraicas noui Teſtamenti, typis Plantini.
Quæſtiones & reſponſionum. lib. III. Lug. Batauor. typis Patij.
Animaduerſionem, lib. II. Ibidem,
Notæ in Grammaticam Hebræam Nicolai Clenardi, typis Raphelengij, 1589.
Obſeruationum lib. XVI. apud Ægidium Radæum.

Miſcellaneorum Centuria II. ibidem.
Commentarium in Hiſtoriam RVTH, cui additus eſt libellus *an Ruben Mandragoram inuenerit.*
Annotationes in Eſtheram 1586. ibidem.
Prouerbiorum Sacrorum Claſſes II.
Parallela ſacra locorum Veteris & noui Teſtamenti.
Apophthegmata Hebræorum & Arabum, cum Scholijs. 1591.
Alphabetum Hebraicum vetus.
De Literis Seruilibus, lib. II.
Lectiones in Hoſeam, Abdiam, Ioelem, Nahum, Amôs, Ionam, Habacuc & Sophoniam. Lugd. Batauorum. 1595.
Prouerbia Ben-Siræ, Nepotu Ieremiæ Prophetæ.
Adagia Thalmudica.
Caſtigationes in Thobiam & Ieſum Sirach.
Grammatica Chaldaica.
Caſtigationes in librum Huſamonæorum, qui vulgo prior Machabęorum.
De Haſidæis libellus.
Tetragrammaton. ſiue de nomine DEI proprio. 1604. 8.
De nomine Elohim.
De tribus Sectis Iudæorum. lib IV aduerſus Nicolaum Serrarium. 1605.
Seueri Sulpitij Chronicon cum Commentarijs Druſii. 1607. 8.
De Quæſitis per Epiſtolam. 1595. 8. Lugd. Batauor.
Caſtigationes in Thobiam.
De Patriarcha Enoch. ibidem. 1615.
Annotationes in Nouũ Teſtamentũ, ſeu *Præteritorũ* lib. X. 1616 cum vita Druſij.
Monendus Lector, *Druſij* ſcripta prohibita in Indice Romano, donec expurgentur, atque ita futura multis vſui.
Obijt Franekeræ, anno CIↃ. IↃC. XVI. XII. Feb.
Huic Symbolum: NIL VLTRA VIRES.

IOANNES DVBLIVLIVS, Netuius, Ordinis Minorum Theologus, edidit *Ieroſolymitanæ Peregrinationis Hodoeporicon, VII. Dialogorum libb.* explicatum Coloniæ, 1600. typis Greuenbruchij. 8.
Orationem Philippicam, qua inter huius ſæculi tenebras Veritatis domicilium demonſtratur. Leodici, typis Henrici Houij.

IOANNES DVLLARDVS Gandauenſis ſanguine & eruditione nobilis, Philoſophus & Mathematicus, *Antonius Sanderus* Ord. Prædicator. & S. Theol. Doctorem ſcribit. Claruit Lutetiæ Pariſiorum. edidit.
Quæſtiones doctas, quæ Vicu-Commentariorum eſſe poſſunt in VIII. Phyſicorum Ariſtotelis libb. Pariis 1509.
In libb. de Cœlo & mundo. ibidem fol. typis Petri Gandoul.
Dialogum de Sphæra Aſtronomica.
Quæſtiones in Ariſtot. περὶ ἑρμηνείας.
Obijt in Conuentu ſui ordinis Gandauenſi. anno M. CCC. LXXVIII.

IOANNES DVMÆVS vulgò Vander Haghen, Rotnacenſis, Flander, Ord. Prædicatorum Conuentus Gandenſis, Theologus, vtriuſque linguæ

doctus, Eccleſiaſtes facundus, Prior aliquot annos apud Leouardienſes in Friſia, optimè meritus de Eccleſia. Multa ſcripſit, quæ Gandaui aſſeruantur. Dedit in lucem

Sermones Quadrageſimales.

Sermones ſuper Pſalmos Graduales.

Fatalem compleuit diem in patria, anno cIↄ. Iↄ. LXXIII. XIV. Aprilis.

IOANNES DE DVREN, Ord. fratrum Minorum S. Franciſci, vir qui in pietate & ſtudijs & potiſſimum ſac. litterarum lectione felicem collocauit operam. Scripſit

Sermones de Tempore & Sanctis, libb. ij.

Quadrageſimale, lib. j.

De VII. peccatis mortalibus, lib. j.

De occultis vitijs, lib. j.

De Confeſſione, lib. j.

Vixit tempore *Ioannis Papæ XXIII.* anno M. CCCC. XII.

IOANNES DVSSELDORPIVS, Ord. fratrum B. Mariæ de Monte Carmeli, & Prior Argentorati, Doctor valde eruditus, ingenio promptus, & regularis diſciplinæ cuſtos, ſcripſit

De obſeruantia dierum Feſtorum.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Itinerarium terræ Sanctæ, quam ipſe luſtrauit.

Abijt ad meliorem vitam, poſt Deum humanitate donatum anno M. CCCC. XCIV. & Argentorati apud ſuos ſepultus.

IOANNES ECDENBERGIVS, Flander, Ordinis Dominicanorum Theologus & Philoſophus, vir ſingulari facundia præditus, & omnibus gratus, ſcripſit

Poſtillas & Lecturas in vniuerſa Biblia.

In lib. IV. Mag. Sententiarum.

IOANNES DE EECOVTE, Angianus, ſacræ Theol. Profeſſor, & Theſaurarius ſancti Petri Inſulenſis, ſcripſit

Contra Bonetum & Franciſcum Maronis, aſſerentes Ioannem Euangeliſtam verum fuiſſe ac naturalem Virginis Deiparæ filium, idque per tranſubſtantiationem corporis D. Ioannis in corpus Chriſti.

Ereptus mundo in Sclauonia, dum terram ſanctam luſtraſſet, anno M. CCCC. LXXI. xvij. Febr.

IOANNES ETROBIVS, Hanno, è Gallico Latinè reddidit

Commentarium, ſeu *Diarium Expeditionis Tunicea, à Carolo V. ſuſcepta.* Louanij, anno 1547. & 1575.

IOANNES FABER, Machlinienſis, I. C. ſcripſit aduerſus *ALCIATI ſententiam in Quæſtione Vtrum iuramentum ſeruandum ſit, ſi iurans non alienare fundum dotalem, poſtea cum iure iurando contraueniat.* Coloniæ 1569.

Breuiarium in Iuſtiniani Imperatoris Codicem. Lugduni 1579. fol.

Progymnaſmata iuris Canonici, Louanij 1566.

IOANNES FABER, Weertenſis, Brabantus, exactæ diligentiæ Grammaticus, ſcripſit

De recta Pronuntiatione.
De arte Metrica.

IOANNES FABRI, Iuris Canonici Doctor, Abbas Vedaſtinus, & poſtea Epiſcopus Carnutenſis in Gallia, ſcripſit

Tractatus aliquot de Schiſmate.

Vixit tempore *Vrbani VI.* Pont. Max. & mortuus Auenione.

IOANNES FAIVS, Abbas ſancti Bauonis Gandaui, dedit *Manipulum exemplorum ex M. SS. Belg. Benedictinorum bibliothecis, Vedaſtina, Elnonenſi, ſancti Amandi*, &c: Duaci, anno 1618. typis Balthaſaris Belleri.

IOANNES FAIVS, Bethunienſis, Conſiliarius Parlamenti Mechlinienſis, ſcripſit iuridicè & hiſtoricè idiomate Gallico

De iure Mariæ Burgundiæ, Caroli Audacis F. in Ducatum & Comitatum Burgundiæ aliaſque ditiones varias. Exſtat M. S. Antuerpiæ in Bibliotheca publica & apud *Franciſcum Zipæum*, Canonicum, Archidiaconum & Officialem Antuerpienſem.

Floruit æuo eiuſdem *Mariæ Burgundiæ.*

IOANNES FERNANDVS, Brugenſis, Caroli frater, Poëta, Philoſophus, Orator, & ob Muſicæ artis peritiam *Carolo VIII.* Gallorum Regi admodum charus, ſcripſit carmine

Horas S. Crucis ac compaſſionis B. Virginis. Pariſijs
De S. Ioanne Baptiſta, lib. j.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. j.
Orationes multas & varias.
Epigrammata.

Viuebat anno M.CCCC.XCIV.

IOANNES FIENVS, Antuerpiæ multos annos cum ſumma laude Æſculapium egit ſcripſit

De Flatibus humanum corpus infeſtantibus, Commentarium nouum ac ſingularem, Antuerpiæ anno 1582. typis H Henricij. Mortuus Dordraci, *Alexandro Farneſio* Antuerpiam obſidente, & conditus in primario templo, hac ſimplici inſcriptione:

DOCTOR IOAN. FIENVS MEDICVS.
ANTVERPIANVS OBIIT 11. AVG.
ANNO M. D. LXXXV.

Siſte hic pedem Lector, & vide *Doct. Valerij.* incogitantiam. Ita ille: *Muſicus fuit inprimis excellens, ac clari noſtris, quam ſcientiam iuuenis auidè amplexus eſt, & Cantiones ſacras edidit, dictus vulgò* IOANNES DE TVRNHOVDT. Ita eum Archimuſicum facit, qui ne

 Muſicus

Muſicus quidem fuit. Habebas, mi *Valeri*, Louanij, ad manum *CL. Thomam Ioannis F*, à quo hæc diſceres: non diffiteor fuiſſe quendam *Ioannem à Turnhout*, inſignem Muſicum, verùm ille Muſicus tantum fuit, nec ſcientiâ Medicinæ inclaruit.

IOANNES FLEMINGVS V. N. Dominus in Wyneghem, paucis ab vrbe Antuerpia lapidibus, Poëta elegans, Limburgi naſcitur, & Antuerpiæ denatus anno M. D. LXVIIJ. ſepultus in templo Cathedrali, in ſacello D. Mariæ ſacro, hoc epitaphio, cuius inſcriptionem Iconoclaſtæ diruerunt.

Hoc quis ſub tumulo cubet, viator,
Huc illuc oculos agens, requiris
Qui te rem doceat, docebo. Quis tu?
Qui tecum loquor, vmbra. Quæ? Poëta.
Vbi? poſt tabulam. Quid ergo dicis?
Hoc quod tu loqueris. Quod illud? ipſum
Quod neſcis, maneas inepte, nec dum
Scis quod neſcieras. FLEMINGVS *ille*
Omnes quem poterant amare praui,
Omnes debuerant amare ſani,
Hic iacet. nihil addo, nec neceſſe,
Nouit cætera mundus vniuerſus.

Luſit varia *Epigrammata*, quorum quædam in Vertumno *Ioannis Gerogij Becani*, cui perfamiliaris erat, & inedita reliquit nonnulla, quæ fortaſſis latent apud filium *Arnoldum* Soc. IESV, olim meum condiſcipulum apud Guilielmum Fabium. Eius ſymbolum *Mors & amor.*

IOANNES FLORAGER, Syluæducenſis, è Belgica in Latinam conuertit ſatis feliciter

Caluinum, Dialogum Poëticum. Continet non inſulſas facetias. Summi apud Inferos Iudices cum Plutone poſt longas conſultationes Charonti mandauerunt ne plures è ſchola Caluiniana tranſvehat, audire enim ſe gentem illam perfidam, ſeditioſam, ac nil niſi tumultus molientem, auitoſque Princippæ thronis depellentem, luculentum huius rei teſtimonium Belgium dare, proindeque non diſſimile periculum inferorum regno omnibuſque tenebrionibus imminere. typis Schœfferi, anno 1582. 8.

Poëmata varia, inter quæ in laudem ciuitatis Syluaducenſis Græcè & Latinè. Ibidem.

IOANNES FLORIANVS, Antuerpienſis, & ibidem Ludimagiſter, edidit *Grammaticam* ſummo compendio deſcriptam, typis Plantini. Vertit ex ſermone Italico in Latinum,

Ioannis Leonis Africæ deſcriptionem, libb. IX. ad Melchiorem Schetum Corſinum, Theſaurarium vrb. Antuerp. Ibidem, typis Latij, anno 1556. & Tiguri apud Geſneros fratres.

Item

Item *Metamorphoſin Ouidij Naſonis in linguam Belgicam, in gratiam Pictorum, eorumque qui delectantur Poëſi.*

Obijt Antuerpiæ, anno cIↃ. IↃ. LXXXV. XXVIII. Iunij.

IOANNES DV FLOS, Atrebatenſis, edidit

Rhetoricarum præceptionum Tabulam. Pariſijs, 1554. 4. typis Simonis Caluarini.

IOANNES FONTANVS, Brugenſis, Flander, ſcripſit

De bello Rhodienſi, libb. iij.

IOANNES FORESTIVS, Hornanus, Batauus, Poëta lepidus & argutus, Græcè bene peritus, edidit

Idyllia Græca. Hagæ Comitis. 4.

IOANNES FRANCISCVS, Louanienſis, ſcripſit

Epitomen Syntaxis, ſeu *Grammaticam verius.* Antuerpiæ, apud Antonium Tilenium, anno 1573. 8.

IOANNES FREDERICVS LVMNIVS, à pago ditionis Leodicenſis, Theologus, Antuerpiæ in Beginagio Paſtor, vir doctus, moribus antiquis, integer vitæ ſceleriſque purus. Præceptorem habuit *Nicolaum Eſchium*, virum quoque & eruditione & pietate conſpicuum, ſcripſit

Elegiam longam, *De piaculis Adamiticis*, ad *Leuinum Torrentium*, Antiſtitem Antuerpienſ. anno 1600. 8.

De extremo Dei iudicio, & Iudæorum vocatione, lib. ij. Antuerpiæ, anno 1567. & 1594. Venetijs.

Strenam Euangelicam, de vita & Paſſione Chriſti, carmine, typis Plantini, 1568. 8.

Theſaurum Chriſtiani hominis, libb. vj. è ſcriptis B. Auguſtini. Ibidem, 1588. 8.

De Virginitate Dialogos ex B. Ambroſio, ſermone Belgico. Ibidem, anno 1571.

Item *De Chriſtianæ vitæ reformatione*, libb. iv.

De diſciplina domeſtica, libb. vij.

De mundi fuga, & ad cœlum curſu, libb. iv. Louanij, anno 1580.

Olympia, ſeu *De ſui conuerſione Dialogum*, anno 1600. 8.

Exercitia ſpiritualia in gratiam Virginum Antuerpienſium. anno 1610.

Meditationes in Miſſæ ſacrificio, pro laicis.

Obijt Antuerpiæ placidè, nullo incompoſito geſtu vel motu, dormienti ſimilis, animamque DEO max. reddidit, ſepultus in Beginagio, hoc epitaphio:

D. O. M.

R. D. IOANNES FREDERICVS LVMNIVS
HIC SITVS EST,
PIETATE, DOCTRINA, SCRIPTISQ. IN VVLGVS
EDITIS CLARVS, ET REIPVB. VTILIS.
LOCI HVIVS INSTAVRATOR ET PASTOR
ANN. XI. ET MENS. VII.
A LABORIBVS AD QVIETEM ABIIT
ANNO SAL. cIↃ. IↃc. II. VI. KAL. MARTI.
ÆTATIS LXIX.

IOANNES FROISSARDVS, Valentianus ad Scaldim, Hanno, Canonicus & Theſaurarius Chimacenſis, ſcripſit Gallico ſermone

Commentarios ab anno Chriſti cIↃ. CCC. XXXV. *vſque ad annum M. CCCC. & Eduardo II.* Angliæ Regi (cui Philippa, *Guilelmo III.* Hannoniæ Hollandiæque Comite nata, in manum conuenerat) libens volenſque obtulit. *Ioannes Sleidanus*, cùm adhuc ſtaret à Catholicorum caſtris Latino ſermone reddidit, & in compendium redegit, inſcripſitque *Ioanni Bellaio S. R. E.* Card & Epiſcopo Pariſienſi, Pariſijs, anno 1562. typis Iacobi Dupuijs.

De Philippa Regina, lib. I.

IOANNES FVNGERVS, Friſius, Leouardiæ linguæ Latinæ fundamenta iecit, vſus iii. Præceptoribus viris doctiſſimis. Deinde Louanium petijt, & ſe ſtudio Iuris applicuit. Galliæ & Germaniæ Academijs luſtratis, & ſumpta ſuprema Iuris laurea, in patriam redijt. Scripta quæ ad noſtram notitiam peruenerunt, hæc ſunt:

De puerorum diſciplinâ & rectâ educatione, lib. j. Lugduni Batauorum, apud Raphalengium, anno 1580. 8.

Noua Prouerbiorum Farrago, ex Græcis Latiniſque auctoribus collecta. Lugduni, anno 1585. 8.

Sylloge ſacrorum Carminum, in qua Meſſiados, lib. IV.

Hymnus in laudem Sanctiſſ. Trinitatis. Ibidem, anno 1591. 8.

Parænefis Græca ad pietatem.

Symbolorum Ethicorum Explicationes. Franekeræ, anno 1598. 8.

Etymologicon Trilingue, Latinum, Græcum, & Hebraicum.

Etymologicon Latinum, Antiquitatibus & animaduerſionibus paſſim refertum. Francofurti, anno 1604. 8.

De conflagratione mundi, de Reſurrectione, Iudicios Bonorum præmijs, malorum pœnis. Franekere & Francofurti, anno 1590.

IOANNES GÆLIVS, Harlemius, Iuriſcoſ. ſcripſit

De Teſtamentis & Iure Codicillorum Tract. Lugduni Batauorum, anno 1617 8.

IOANNES DE GALLEMART, Hanno, ſacræ Theologiæ Doctor, & Duaci Collegij Regij regens, vir I. V. Medicinæ & Muſicæ multum gnarus, dedit auctas

Deciſiones ac Declarationes Illuſtrium Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum. Duaci anno 1618. 8.

Moritur anno M.DC.XXV ex peſte, cum peſte labo rantibus operam fidelium præſtitiſſet.

IOANNES A GANDA, vulgò GANTOIS, Inſulenſis, Ordinis ſancti Franciſci Regularis obſeruantiæ, vir doctus, ſed magis humilis, & ingenij ſui tam modeſtus æſtimator, vt ſibi parum, alijs multum ſemper deferret, ſcripſit

Theſaurum Theologorum.

IOANNES GARETIVS, Louanienſis, Ordinis Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini in Martiniano cœnobio, multæ vir lectionis, in

Patribus

Patribus aſſiduus. Mishagenſibus agri Antuerpiæ Virginibus ſacris præficitur, & disertè ad populum de verbo DEI diſſerebat. A *Bellarmino ac Franciſco Turriano* doctrinæ atque induſtriæ nomine apprimè laudatus. Calculi doloribus Louanij exſtinguitur, & apud ſuos ſepultus hoc epitaphio:

MEMORIÆ

F. IOANNES GARETI, CANONICI REGVL. ORDINIS D. AVGVSTINI, ECCLESIATAE CELEBERRIMI, ET SS. LITERR. STVDIOSISS. QVI MORTEM OBIIT IPSO D. AGNETIS, ANNO CIƆ.IƆ.LXXI. SVPERIS REFLORESCAT.

Scripſit *Claſſes IX. De vera præſentia corporis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento ex omnibus ætatum omnium Patribus ſanctiſſ. aduerſus Caluinianam peſtem.* Antuerpiæ, anno 1563. 8.

Aſſertionem è ſanctorum Patribus, quod mortui viuorum precibus adiuuentur. Gandaui, anno 1570.

De ſacrificio Miſſæ. Antuerpiæ, anno 1561.

De Sanctorum inuocatione. Gandaui, anno 1570. 8.

Huic ſymbolum: PROSIS NON OBSIS.

IOANNES GEFFENSIS, agri Syluæducenſis, euulgauit:

Carmina quædam & Prouerbia magis obuia, cum nonnullis Moralibus Dialogidijs. Antuerpiæ, typis Trognæſij, 16 7.

IOANNES GELDRIVS, Ruſſelanus, Flander, Brugis iuuentutem docuit, Græcè & Latinè doctus: hiſtoriam Romanam & Græcam, typis induſtria *Huberti Goltzij* euulgatam, illuſtrauit, *Laurinorum* auſpicijs.

Epigrammata Græca Latinè vertit, ſed inedita credo.

IOANNES GERBRANDVS LEIDANVS, Batauus, Ordinis Carmelitarum, Conuentus Harlemenſis, vbi etiam extremum clauſit diem, anno M D. IV. Vir admodum religioſus, & ſacris literis non mediocriter eruditus. Scripſit

Ordinis Carmelitani Hiſtoriam, libb. x.

Poſtillam quadrageſimalem.

De paſſione Domini lib.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Sermones Æſtiuales & Hyemales.

Collationes Sanctorum, lib. j.

De feſtis Deiparæ.

De beatiſſ. virginis doloribus.

Exemplorum B. Mariæ. lib. j.

Chronicon Hollandiæ Comitum & Epiſcopor. Vltraiectenſium, ad annum cIↄ.cccc. lxxx. ex bibliotheca *R. D. Andreæ Schotti* à *Franciſco Sweertio* euulgatum, anno 1620. Francofurti, typis Danielis ac Dauidis Aubriorum fol. cum *Reyneri Snoy* Annalibus Comitum Hollandiæ, & *Ægidio Roye* Abbate, inſcriptum *Ioanni Wouerio*, ærarij Regij in Belgio Aſſeſſori.

IOANNES GERVLPHVS, Hulſtenſis, Flander, Cartuſiæ Louanienſis Vicarius, III. linguarum non vulgariter doctus, & bonus Poëta, *Iuſto Lipſio* charus, ſcripſit

Librum ſententiarum, verſu Elegiaco, Latino ac Græco.

Res geſtas magis celebrium Belgi Sanctor. vario metro.

Martyrium Cartuſianorum Angliæ, tempore Henrici VIII. carmine heroico:

Eccleſiaſten & Prouerbia Salomonis, eodem verſu.

De Obedientia libellum quendam è Græco Latinè vertit.

Louanij fatalem compleuit diem, anno cIↄ.Iↄc.v.xii. Auguſti.

IOANNES GERARDVS, Leidenſis, Batauus, edidit *Deſcriptionem terræ Sanctæ, & vrbis Hieroſolymitanæ*, quam perluſtrauit, anno M.D.XLIV.

IOANNES GEVARTIVS, Turnhouti natus, Bruxellâ oriundus, ptinci pis municipij illius Secretarius, & *Caſperij Geuartij* parens, mihi familiariſſimus. Elatâ coniuge, ad D. Mariæ Antuerpiæ Canonicus & Officialis renuntiatur. In vtraque hiſtoria ſacra ac profana totam pœnè ætatem ſuam poſuit, dediſſetque nobis Ducum Brabantiæ Deſcriptionem ac Genealogiam, niſi mors ſubita & præpropera inuidiſſet *Iuſtus Lipſius*, ſeculi noſtri Phœnix, hunc Iuris Hiſtoriarumque ſcientiſſimum ſcribit. Hic ille GEVARTIVS eſt, qui Induciarum Belgicarum fundamina primùm iecit, teſte *Dominico Baudio*, lib. *De Inducijs, Belgicis F. Haræo, Thuano*; alijſque. Antiqui mores, facetiæ conditique ſermones longiorem vitam pollicebantur. Huius ſymbolum: Per tot diſcrimina rerum.

Antuerpiæ obijt & ſepultus in Cathedrali D. Mariæ.

D. O. M.

D. IOANNI GEVARTIO
IVRIS ET HISTORIAR.
SCIENTIA CLARISSIMO,
QVI VARIIS REIPVB. NEGOTIIS.
EXERCITVS
A SERENISS. ARCHIDVCIB.
ALBERTO ET ISABELLA CLARA EVGENIA
BELGI PRINCIPIBVS
ANN. cIↄ.Iↄc.VI.
AD PRIMA DVODECENNAL.
INDVCIARVM FVNDAMENTA
CVM FOEDERAT. BELGI ORDINIBVS,

POST

POST CIVILE XL. ANNOR. BELLVM
TACIENDA DELEGATVS
VTILEM PRINCIPIBVS ET PATRIAE
OPERAM PRAESTITIT:
MOX ELATA IAM PRIDEM VXORE
D. CORNELIA ARSSENIA,
MATRONA VIRTVTE AC MORIBVS
SVSPICIENDA,
IAM SENIOR,
VITAE TRANQVILLIORIS CVPIDVS,
A REVERENDISS. ET PERILLVSTRI
D. IOANNE MIRÆO
ANTVERPIENSIVM PRAESVLE
IN CANONICOR. HVIVS AEDIS COLLEG.
ADSCITVS,
ET IVRISDICTIONI SACRAE
PRAEPECTVS FVIT.
FILII
CAROLVS I. C. ET CANONIC. TVRN.
CASPERIVS I. C. ET S. P. Q. ANTVERP.
AB ACTIS
PARENTI OPTIMO. H. M. POSS.
OBIIT ANN. CHRIST. CIↃ.IↃC. XXIII.
PRID. KAL. MAII.
VIXIT ANN. LX MEN. III. D. X.

IOANNES GHEESDALIVS, Flander, natus in vico Berchemio propè Aldenardam, Muſicus ab arte, Poëta à natura: ſub *Guilielmo Fabio* ſubmonitor, ſiue Hypodidaſcalus, me fratreſque meos diſcipulos aliquando habuit. Præfuit quoque ſcholæ Marianæ Antuerpiæ, in quo munere demoritur, & ſepelitur in magno B. Virginis Cœmeterio. *Maxæmylianus Vrintius S. P. Q. Gandenſi* à ſecretis amico ſingulari hoc epitaphium luſit:

Quod fuerat, GHEESDALE, tui mortale ſepulchro
Hoc iacet, at ſolus non tamen ipſe iaces.
Quin quod habent ſancti Libethrus & Hemus & Aon
Cirraq, & aeternis fontibus Aſcra madens:
Omne ſimul tecum iacet hoc GHEESDALE, *ſepulchro:*
Tot iuga, tot fontes tam breuis urna tegit.

Scripſit *Stichologiam, ſiue de ſyllabarum & carminum ratione*, vario metri genere explicatam à *R. D. Leuino Torrentio* laudatam. Typis Chriſtop. Plantini, in 8.

Catechiſmum ad iuuandam puerorum memoriam facili & perſpicuo carmine. Ibidem, 8.

In natalem Domini IESV *Chriſti, varij generis carmina.* Gandaui. 8.

Epigrammata iocoſa M.SS. in muſæo Franciſci Sweertl.

IOANNES GILLEMANNVS, Canonicus Regularis ſancti Auguſtini, & Supprior in Rubra valle, vir optimæ vitæ, & magnæ lectionis, *Vitas Sanctorum* plurimas collegit, & manu propria deſcripſit. Ex his

Hagiologium Brabantinorum, ſiue *De Sanctis Brabantiæ*, Tom. iij.

Nouale Sanctorum, Tom. ij.

Sanctilogium, Tom. iv. Omnia M.SS. in dicto Cœnobio.

Mortuus anno Chriſti M. CCCC. LXXXVII. inter pios & ſanctos conatus, magno Eccleſiæ cum detrimento.

IOANNES GOCCHIVS, cognomento PVPPERVS, Præfectus Virginum Machlinienſium in Thabor, vixit tempore *Weſſeli Hermanni*, ſiue *Baſilij Groningani*, anno 1480. cui familiaris fuit. Scripſit

De libertate Chriſtianæ Religionis.

De Gratia & Fide.

De Scripturæ ſacræ dignitate.

De ſtatu animæ poſt vitam.

De Scholaſticorum ſcriptis.

De Votis & obligationibus.

De reparatione generis humani per Chriſtum.

Monendus Lector huius ſcripta à Patribus Concilij Tridentini in prima claſſe eſſe notata.

IOANNES GODART, Atrebas, Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis, ſcripſit

Chronicon ſui temporis, ad Inuictiſſ. Carolum V. Imp.

IOANNES GLVEL, Aquiſgranenſis, Carmelita, Prior Colonienſis, vir præclari ingenij, Concionator inſignis, ſcripſit

Speculum Carmelitarum.

Quadrageſimale.

Sermones de Tempore & Sanctis.

Claruit in Conuentu ſuo Colonienſi, *Trithemio* teſte, vbi tandem deficiens & diem ſuum obiens ſepultus eſt in pace, anno M CCC. XCIX.

IOANNES GODSCALCVS vide IOANNES SCALCVS.

IOANNES GODSCALCVS, Antuerpiæ ludum literarium aperuit, docuitque iuuentutem cum laude XL annos. Scripſit

Antuerpiæ Topographiam carmine, Ibidem, typis Ægidij Dieſtenſis, anno 1561.

Obſeruationes linguæ Latinæ, è probatiſſimis tantum auctoribus. Antuerpiæ, anno 1536. & Coloniæ 1540. typis Gymnici.

Moritur Antuerpiæ, & ſepultus in D. Iacobi, (non in D. Georgi vt hallucinatur *Doctor Valerius*) hoc epitaphio:

D. O. M.

D. O. M.

INSIGNI PROBITATE VIRO
M. IOANNI GODSCALCO,
BONAR. ARTIVM SCIENTIA
SVMME PRAEDITO,
OPTIMEQ. DE IVVENTVTE ANTVERP.
MERITO,
IOANNA VANDEN BRVLE
CARISS. EIVS VXOR
DESIDERATISSIMO MARITO,
OPTIMIQ. LIBERI
HONORANDO PATRI DOLENTES POSS.
VIXIT ANNOS CIRCITER LXIII.
OBIIT AN. M.D.LXXI. III. IDVS IVNII.

Sub lapide hoc dormio, in Chriſto lapide viuo.

IOANNES GODSCALCVS ISERMAN, Delphius, Batauus, ſcripſit
Itinerarium terræ Sanctæ, anno M.D.LXI.

IOANNES GORCOMIVS, Guil. F. Batauus, Syluæducenſis presbyter, vir pius & doctus, eius extant ſermone vernaculo;
Explicatio myſtica in Cantica Canticorum, typis Verduſſij, anno 1610. 8.
Hortulus Florum Spiritualium.
Scutum Spiritualium, contra noſtri temporis hæreticos. Ibidem, anno 1609. 8.
Epitomen in omnia D. Pauli Epiſtolas dedit ex Commentarijs Gul. Eſtij, & Cornelij à Lapide Soc. IESV. Antuerpiæ, typis Nutij, anno 1620. 8.
Item alteram librorum I. Aluares de Paz, Soc. IESV, *De vita Spirituali, eiuſq. perfectione.* Ibidem, in 8.
Vitæ finem impoſuit, Syluæducis anno poſtquam Verbum caro factum eſt M.DC.XVIII. IV. kal. Nouemb. & ſepultus in Clariſſarum monaſterio.

IOANNES GEROPIVS BECANVS, naſcitur Hiluarenbecæ in Campania, anno ſalutis communis CIↃ.IↃ.XVIII. in vigilia ſancti Ioannis. Medicus, Philoſophus, & Hiſtoricus, exactam Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, aliarumque rerum ſcientiam conſecutus eſt. Ætate grandior, Italiam, Hiſpaniam, Galliam, aliaſque prouincias peragrauit. Duarum *Eleonoræ* Galliæ, & *Mariæ* Pannoniæ, Reginarum, CAROLI V. Cæſ. ſororum diu Medicus fuit. In Belgicam redux, multos annos Antuerpiæ, in Ocello vrbium, Medicinam fecit. Vir præcellentis ac diuini propemodum ingenij, qualem vix ſingulæ ætates ferant. Summa in gratia *Grousbequij S. R. E. Card.* & Eburonum Principis fuit. Moritur Traiecti ad Moſam, & marmoreum illi tumulum in templo Franciſcanorum *Laninus Torrentius* curauit extruendum, hac inſcriptione:
D. O. M.

D. O. M.

IOANNI GEROPIO BECANO,
DIVINARVM ATQ. HVMANAR. RERVM
BONARVMQ. ARTIVM PERITISS.
CATHARINA DE CORDES VXOR ET FILIOLAE II.
CONIVGI AC PARENTI DVLCISS.
CVM LACRYMIS POSS.
PROCVRANTIBVS LAEVINO TORRENTIO
ET CASPARE SVRCHIO
QVIBVS ILLE RES SVAS MORIENS
COMMENDAVIT.
VIXIT ANN. LIII. OBIIT IV. KAL. IVLI,
ANNO CIↃ. IↃ. LXXII.

Opera eius hactenus in lucem edita ſunt :

Hermathena, Hieroglyphica, Vertumnus, Gallica, Francica, & Hiſpanica, typis Chriſtophori Plantini, fol. 1580.

Origines Gentium lib. IX. in quibus Atuatica, Gigantomachia, Niloſcopium, Cronia, Indo-ſcythica, Saxonica, Gotodanica, Amazonica, Venetica & Hyperborea ibidem anno 1569. fol.

Poemata aliquot ſatis acuta in gratiam amicorum.

IOANNES A GOVDA Vltraiectinus, Soc. Ieſu Theologus, decurſis Humanitatis, Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudijs, cum diſcendo, tum docendo, Concionator egregius & facetus, ſtylum patrio ſermone ſtrinxit in Miniſtros aliquot Caluinianos, Vir eruditiſſimus, & mihi eo nomine longè chariſſimus. Edidit

Apologiam pro Tranſubſtantiatione in Euchariſtia contra Franciſcum & Samuelem Lansbergios, Patrem & Filium, Miniſtros Roterodamenſes. Antuerpiæ anno 1609. 8. typis Hieronymi Verduſſij.

Victoriam Tranſubſtantiationis, contra eoſdem. ibidem anno 1611. 8.

Inquiſitionem Roterodamenſium.

Examen Franciſci Gommari, Ioannis Wttenbogardi & Danielis Caſtellani.

Aduerſus Henricum Brant, pro VIII. Propoſitionibus Franciſci Coſteri Soc. Ieſu.

Contra Henricum Boxhoren Apoſtatam, pro iiſdem Propoſitionibus.

Contra eundem Boxhoren & Guilielmum Perkinzonium & Ioannem Bogardum Miniſtros, pro cultu & inuocatione Sanctorum.

Aduerſus Michaelem Hogium, pro Conſultatione de fide capeſſenda Leonardi Leſſij Societatis Ieſu typis Plantini anno 1612.

Contra eiuſdem Calumnias & Mendacia. ibidem.

Viuit valetque Bruxellis, anno Domini M. DC. XXVII.

IOANNES GVBERNATOR, patria Gedinienſis, Latinè vertit è Gallico *Symbola Heroica Claudij Paradini Canonici & Gabrielis Simeonis*, Antuerpiæ, typis Steelſij, 1563. 16.

IOAN.

IOANNES GVILIELMIVS, Harlemius, [illegible], ſacræ Theologiæ Licentiatus, Collegij primùm Atrebatenſis alumnus; [illegible] Soc. Iesv Louanij Rector, & S.Scripturæ interpres, linguarum [illegible] Chaldaicæ peritiſſ. & de Bibliorum Regiorum editione optimè [illegible], annum vnum in Collegio Buſlidiano Hebraicas dicuit literas. Suff[illegible] à Collegij Prouiſoribus *Petrus Pierius à Smenga* Friſius, Doctor Medicus anno M. D.LXIX. edib. Iulij. Concinnauit *Guilielmius*

Indicem Biblicum cum Biblys Regÿs, & ſeorſim excuſum, breuitate exiguum, vtilitate magnum. Antuerpiæ typis Plantini.

Varias lectiones in Latinis Bilijs editionis vulgatæ, ex M.SS. Louanij viuere deſijt anno à plenitudine temporis, anno M. D. LXXVIIJ.

IOANNES GVILIELMVS RVCHIVS, Gandenſis, Preſbyter, edidit & concinnauit

Caroli V. Cæſ. Genealogiam, Antuerpiæ, typis Steelſij, cum *Achillis Gaſſari* Hiſtoriarum Epitome.

IOANNES GVLDENER, Carmelita & Doctor Sorbonicus, ſeculi ſui Eccleſiaſtes ſummus, & optimæ vitæ, ſcripſit

Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Sermones per Aduentum.
Quadrageſimale.
Collationes feriales.

Claruit anno M. CCC. XL. & deceſſit Bruxellis apud ſuos.

IOANNES GYA, Caſſetanus. Flander, ſacrarum Literarum Lutetiæ Profeſſor, & *Guiliemo Budæo* familiariſſimus, in cuius libb. *De Contemptu rerum fortuitarum Commentarios ſcripſit.* Moritur Pariſijs, teſte *Franciſco Thorio*, anno 1559. vt patet ex hôc chronographico:

CasLetVM genVIt, rapVIt te GaLLIa, GIa,
NeX IbVs eXVtVs CorporIs, aſtra CoLIs.

IOANNES HAIVS, SERVIVS, Hanno Athenſis, Soc. Iesv Theologus, Philoſophiam Louanij & Duaci ſacraſque literas publicè profeſſus eſt, atque gubernandi munus diu tenuit. Edidit

Quaternionem Euangeliſtarum. ſeu *ſeriem è IV. Euangeliſtis*, Duaci typis Belleri, anno 1607. 8.

Apparatum Euangelicum, veluti *προλεγόμενα ingentis operis.*

Concordiam IV. Euangeliſtarum, cum ſanctorum Patrum Græcorum Latinorúmque in eandem ſententijs, cui hunc titulum indidit admirandum: *Triumphus Veritatis ordinati Euangelij quadriga inuecta, Sanctorum Patrum exercitu inſtructa.* Duaci apud Bellerum.

Duaci claruit etiamnum ſenex anno M. DC. XIV. optimè de præſentibus poſteriſque meritus.

IOANNES HARENNIVS, Valencenas, annos plures minus xvij.

Miniſter Caluiniſta, & ipſi Caluino olim familiaris, Antuerpiæ in Collegio Soc. Iesv publicè anno M. D. LXXXVI. IX. Martij hæreſin abiurauit, *cauſaſque ſui ad Catholicos reditus euulgauit*, typis Petri Belleri.

IOANNES HARLEBEKIVS, Flander. à natali ſolo ſic dictus, ſcripſit

De Hora ſolida, In bibliotheca Cameracenſis Eccleſiæ M.S.

IOANNES HASIVS, Syluæducenſis, ſociet. Iesv Clericus, Hic in prouincia Rheni ſtrennuum ſe ſocietati miniſtrum exhibuit: nam Coloniæ ter Philoſophiæ docendæ, Herbipoli Theologiæ nouies, obeundæ Prouinciæ adiunctus comes & Conſiliarius tribus Præpoſitis Prouincialibus, aſſiduum atque vtiliſſimum laborem impendit. Scripſit, vel perfecit potius

Opus Petri Buſæi, qui Catechiſmum Petri Caniſij ſanctorum Patrum auctoritatibus locupletauit.

Illuſtrauit quoq; Cæſarij Hiſterbachenſis Exempla, adiunctâ lingâ Præfatione.

Adornat editionem meliorem Chronici Mariani Scoti, ad M. SS. comparati.

IOANNES HASSELIVS, oppido Haſſel terræ Leodicenſis editus, Louanij Theologiæ Profeſſor, & Maioris Theologici Collegij Præſes, ad Tridentinum Concilium à Carolo V. Cæſ. miſſus Tridenti diem clauſit extremum, anno reparatæ ſalutis M D. LV. procul à patria, & magno Patrum luctu. Erat in eo præter exactam III. linguarum Hebraicæ, Græcæ & Latinæ peritiam ingenium admirabile & prudentia ſingularis cum Pietate coniuncta. Prodijt à morte

Sententia HASSELII ſuper facto Nectarij Patriachæ Conſtantinopolitani circa ſublationem Confeſſionis, in Concilio Tridentino Patribus exhibita. Antuerpiæ, typis Plantini, anno 1564. 8..

Commentaria in Eſaiam Prophetam, & in omnes D. Pauli Epiſtolas, præterquam ad Corinthios, Adamo Sasboldo eius diſcipulo non Haſſelio adſcribit Michael Voſmerus in Sasboldi vita & Apologia pro eo ſcripta.

Tridenti in D. Marci hoc *Haſſelij* exſtat epitaphium:

D. O. M.

Siſte gradum, & tumulo flores inſperge viator,
Fauſtaq; ter cineri verba precare ſacro.
Tridentum Grudijs à Cæſare miſſus Athenis,
Hic procul à patria conditus Hasselivs.
Aſſera mors, reducem potius ſtatuiſſe decebat,
Aut prius Alpinus quàm peteretur apex.

Diem et locvm natalem scimvs
fatalem nescimvs

Ioan-

IOANNES HAVRÆVS, vel VAN-HAVRE Gandenſis, Wallæi Toparcha, vir nobilis, à primis annis omni culturæ literariæ mirè affectus fuit, in eaque tantos breui tempore progreſſus fecit, vt Doctoris in vtroque Iure laureâ inſigniretur. Vidit deinde, & cum voluptate omnes Europæ plagas peragrauit, in quo itinere annos XI. non infeliciter conſumpſit. Literatos omnes orbi Europæo velut lucida ſidera inſperſos mirificè coluit, & virorum Principp. familiaritatem ſemper ſectatus eſt. Sex linguarum peritus, poliglotos à ſuis habitus eſt. In patriam redux, Reipub. Gandenſis gubernaculis gratioſè præfuit, & in vtraque illius magnæ vrbis Curia non ſemel Conſul ſedit, ſcripſit carmine Heroico

Arcem virtutis, ſiue *De vera animi tranquillitate Satyram*, Gandaui, typis Ioannis Kerchouij, anno 1621. Eo defuncto prodijt auctior duabus Satyris operâ *Caſperij Geuartij S. P. Q. Antuerp.* ab Actis, ex officina Plantiniana anno 1627. 4. inſcripſitque nobiliſſ. *V.N. Nicolao Rockox* vrbis Antuerp. Conſuli IX.

De bono Senatore opuſculum breui lucem videbit.

Obijt Gandaui & ſepultus in D. Michaelis hoc epitaphio:

D. O. M.

V. N. IOANNI HAVRÆO,
WALLAEI TOPARCHAE
ARISTIDI FLANDRICO,
QVI CONSVLARI APVD GANDENSES DIGNITATE
SVMMA PRVDENTIAE ET INTEGRITATIS
FAMA PERFVNCTVS,
SVPREMIS TESTAMENTI TABVLIS, BIS MILLE
ET SEXCENT. FLOREN. ANNVIS
IN PAVPERES
RARA LIBERALITATE EROGATIS
DECESSIT ANN. M. DC. XXV. PRID. NON. MART.
H. M. P.
VIXIT ANNOS LXXIV. M. V.

O nobiles viri Gandenſes, ſic ille præiuit: pari paſſu ſequimini, & cœlum munificentia ſimili expugnate.

Symbolum NESCIT LABI VIRTVS.

IOANNES DE LA HAYE, Canonicus Tornacenſis, ſcripſit

Epiſtolam de Reliquiarum S. Cypriani ad Eccleſiam Rotnacenſem tranſlatione, ad Vigilium Zuichemum Præſidem.

Conſulat lector S. Cypriani Opera *Iacobi Pamelij* curâ edita.

IOANNES HECKIVS, Medicus & Philoſophus, ſcripſit

Diſputationem de Peſte, à qua & mala muliere liberet nos Deus. Dauentriæ, anno 1605. in 4.

IOANNES HEMELARIVS, Hagienſis Batauus, Canonicus Antuerpienſis, mihi amiciſſimus, vir dubium doctior an modeſtior. Probat hoc ſanè illuſtre IVSTI LIPSI teſtimonium, quo illum æternùm viuere voluit. Ita ille:

QVI HÆC LEGITIS
SCITE
EX FIDE ET AFFECTV
HÆC A ME SCRIPTA
SI QVID VNQVAM.

Iſte eſt IOANNES HEMELARIVS, *gente Batauus, è veteri mea diſciplina, & fructum ex ea traxit, ingenij bonitate & induſtria, inter omnium primos. Optimi mores, faciles, lepidi, doctrina varia in Græcis, Latinis, proſa, verſa, etiam à pictura non alienus, & quicquid acri vel alto ingenio lubet aut licet. Rogo vos, qui videtis, mea fide, hæc credite: imò veſtra potius fide, & noſcite, penetrate: nunquam me æternus ille Amor amet niſi vos ipſum. Hæc breuiter, & teſtimonij religio non diffunditur. Scripſi, ſignauique Louanij* VII. *Idus Septembris, anno* M.IↃC.

IVSTVS LIPSIVS, Hiſtoriographus Regius & Profeſſor, meapte manu.

Romæ quoque Illuſtriſſ. Cardinali CAESIO in delitijs fuit, in cuius familia per ſexennium verſatus eſt. Edidit

Commentarium egregium in Numiſmata Impp Rom. à Iulio Caſ. ad Heraclium, ex Bibliotheca Ducis Arſchotani foras data, ſed ſuppreſſo nomine. Antuerpiæ, apud Verduſſium, anno 1614.

Gratulationem in inaugurationem D. Chriſtiani Michaëlij, D. Michaëlis apud Antuerpienſes Præmonſtratenſis Cœnobij Abbatis. Typis Moreti.

Paræneticon Angeli cuſtodis, ad Hugonem Grotium, è carcere aſtu mirabili elapſum. Ibidem.

Poëmata multa ſparſim edita.

Meditatur Notas in Egiſippum De bello Iudaico.

IOANNES HENTENIVS, Nechliniæ ſiue Nalinæ ditionis Leodicenſis vico, honeſtè natus, adoleſcens in Luſitania religioſæ *D. Hieronymi* familiæ ſe adgregauit, poſt Dominicanor. Louanij ſodalium inſtitutũ amplexus, Doctorq; Theologus ſalutatus *Ioan. Heſſelio* Trid. in Synodo agente, vices eius obijt

obijt & Theologiam de ſupremo loco explanauit, ſtudijs & calculi doloribus exhauſtus. Louanij viuere deſijt anno M. D. LXVI. XIII. Octob. ætatis LXVij. *Petrus Baccherius* eiuſdem ordinis Theologus hos verſiculos amico epitaphij loco luſit:

Prætulit HENTENIVS *priuatis publica rebus*
Commoda, cœnobio diues, inopſq; ſibi:
Iactet Ariſtidem præclarum Græcia, Roma
Publicolam, HENTENIO *dum ſit vterq; minor.*

Oecumentum in Acta Apoſtolor. D. Pauli Epiſtolas & Canonicas è Græco vertit. Louanij, anno 1545. & Pariſijs. Item

Euthymium Zigabenum in IV. Euangelica, ſubiecitque eidem

Refutationem libelli De legali Chriſti ſacerdotio. Louanij, apud Reſcium, anno 1543. Item.

Aretham in Apocalypſin. Antuerpiæ, typis Steelſij, anno 1545.

Remigium Altiſiodorenſem Epiſcopum in XII. Prophetas primò è tenebris eruit.

Biblia ſacra iuſſu Caroli V. Imp. cum exemplaribus M.SS *ſummo labore ac fide contulit, & contextum à Theodoro Beza corruptum, ex Græcis ac Hebræis fontibus emendauit, quæ Louanienſia hodie dicuntur.*

De vera Deo aptè inſeruiendi methodo libellum aureum & pium auct. Alphonſo Madrilienſi ex Hiſpanico Latinum fecit, cui acceſſit Speculum illuſtrium Perſonarum. Louanij, apud Zangrium, anno 1577. & Coloniæ 1606. 12.

Commentarij in Geneſim, Eccleſiaſten, Acta Apoſtolorum & Euangeliſtas Louanij apud Dominicanos M.SS. *aſſeruantur.*

Collegit quoque errata, iuſſu Theologorum Louanienſium, quæ extant in operibus D. Eraſmi Roterodami, & libellum collectum miſit Concilio Tridentino anno M. D. LII excuſum non vidi M. S. exemplar eſt in Bibliotheca *Franciſci Sweertij.*

IOANNES DE HESDINIO, Arteſius, Ord. fratrum Hoſpitalis ſanct. Ioannis Ieroſolymitani, Philoſophus & Theologus Pariſienſis, ſcripſit multa teſte *Trithemio*, de quibus extant:

In Euangelium Marci & Ioannis, lib. ij.

In Epiſtolas D. Pauli ad Corinthios, Epheſios, Coloſſenſes, Romanos, Galatas, ad Hebræos, Theſſalonicenſes. Ad Titum, Philimonem, Philippenſes, &c.

De Annuntiatione Dominica, lib. j.

Sermones varij.

Claruit tempore *Wenceſlai* Imp. Anno M. CCCXC.

IOANNES HERLIVS LVMNIVS, tertij inſtituti ſancti Franciſci, quos vulgò *Bogardos* vocamus, candidi vir ingenij, multæque eruditionis & lectionis, tranſtulit è Latina in Belgicam

Adlocutionem Chriſti ad deuotam animam Ioannis Lanſpergij Carthuſiani. Antuerpiæ, anno 1571. typis Martini Huyſſij.

Manuale piarum precationum.

IOANNES DE HESE, ſiue HESIVS, Presbyter Traiectenſis, Scripſit.

Itinerarium ſeu Peregrinationem Ieroſolymitanam, per Indiam, Arabiam, anno

M. CCCC. LXXXIX. *deque mirabilibus rerum totius Indiæ* lib. II. apud Ioan. Withagium, anno 1565. & alibi.

IOANNES HESSELIVS, ciuis & Doctor Louanienſis, minori Theologorum Collegio, recens Louanij tum excitato, primus Præſes datus eſt. Vir perſpicaciſſimi & diuini propemodum ingenij: in cuius ſcriptis Auguſtiniana ſpectatur ſoliditas, non tamen Hieronymiani dicendi elegantia. Ad Tridentinam Synodum *Haſſelio* extincto miſſus eſt, præclaram Eccleſiæ operam nauauit, finemque Concilij ſpectauit. Domum reuerſus, non voce tantum, ſed & ſcriptis pugnauit pro Orthodoxa Chriſti Eccleſia, neglecta valetudinis ratione. Grauibus calculi doloribus, & apoplectico correptus malo, anno ætatis XLIV. moritur, & conditus ad D. Petri in ambitu, iuxta ſacrarium S. Euchariſtiæ, hoc epitaphio:

HIC E REGIONE SEPVLTVS EST
D. IOANNES HESSELS A LOVANIO
SACERDOS, HVIVS ECCLESIAE CANONICVS,
ET REGIVS S. THEOLOGIAE PROFESSOR.
VIR CELEBERR. ET PIETATE AC ERVDITIONE
INCOMPARABILIS,
QVI HAERESES SVO TEMPORE GRASSANTES
TVM VIVA VOCE,
TVM EDITIS LIBRIS STRENNVE PROFLIGAVIT,
ET MORIENS LOVANI, VII. IDIB. NOVEMBRIS
ANNO INCARNATI VERBI M.D.LXVI.
AETATIS VERO SVAE XLIV.
PIIS DOCTISQ. OMNIBVS ET THEOLOGIAE
INPRIMIS SCHOLAE MAX. SVI DESIDERIVM
RELIQVIT.
ORATE PRO EO.

Scripſit præclara opera, quæ Louanij, & alibi prodierunt, quorum hi tituli:

Probatio corporalis præſentiæ Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ. Louanij, anno 1564. & Pariſijs, anno 1583. 8.

Confutatio nouitiæ fidei, quam ſpecialem vocant, aduerſus Ioannem Mouhemium. Ibidem, anno 1568.

Explicatio in Symbolū Apoſtolorum, cui acceſſit Precationis Dominicæ & Salutationis Angelicæ Explicatio. Antuerpiæ, anno 1596. & Pariſijs, 1583. typis Niuellij.

Confutatio Confeſſionis hæreticæ, Teutonicè emiſſa, quâ oſtenditur Euchariſtiam eſſe ſacrificium propitiatorium. Louanij, 1567. 8.

Commentarius in priorem B. Pauli Epiſtolam ad Timotheum, & in priorem B. Petri, Canonicam. Ibid. 1568.

Commentarius in Matthæum Louanij, anno 1572. typis Bogardi.

De perpetuitate Cathedræ D. Petri.

Catechiſmus Latinus. Louanij, anno 1571.

Declaratio, quod Euchariſtiæ ſumptio ſub vnica panis ſpecie neque Chriſti inſtitutioni aduerſetur, nec minus fructuoſa ſit, quam communio ſub vtraque panis & vini ſpecie: Cum diſſolutione eorum quæ contra adferuntur. Ibidem, anno 1573.

Commenta-

Google

Commentarius in Epiſtolas Canonicas S. Ioannis. Autuerpiæ, anno 1601. in 8.

De Miſſa & officio vulgari linguâ non celebrandis, Tractatus.

Decalogi breuis & Catholica explicatio, libb. iij. Pariſijs, anno 1583.

De officio pij viri & verè pacis amantis, exurgente aut vigente hæreſi, aduerſus Caſſandrum. Antuerpiæ, apud Plautinum, anno 1566.

De Inuocatione Sanctorum, & de eorum vitis atque Legendis Cenſura.

Commentarius in IESV CHRISTI *Paſsionem, Reſurrectionem, Aſcenſionem, & ſpiritus Sancti miſsionem,* Louanij, anno 1568.

Explicatio III. Sacramentorum, Baptiſmi, Confirmationis & Euchariſtiæ. Itemque de eo,

Ad quid teneantur Religioſi vi voti ſui?

De Schiſmaticis Templis Iudæorum, & vero Dei templo, ex hiſtoria Flauij Ioſephi. Louanij, in 8.

IOANNES HEVRNIVS, Vltraiectinus Medicus, prima ſtudiorum fundamenta ſub *Georgio Macropedio* celeberrimo id ætatis viro poſuit. Deinde inſtitutione *Arnoldij Eyckij*, claro tum Vltraiecti in puerorum ingenijs formandis viro, in ſtudijs humanioribus magnos progreſſus fecit. Louanium anno ætatis xviij. deductus à patre, per biennium ex publicis lectionibus celeberrimorũ Regiorum Profeſſorum *Hieronymi Triuerij, Andreæ Baleni, & Gemmæ Friſij* in Philoſophia ac Medicina plurimũ profecit. Galliam & Italiam perluſtrauit, & Ticini gradu Doctoratus decoratus eſt, anno Chriſti M.D. LXXXI. ætatis XXXVIII. ex Italia Vltraiectũ reuerſus, poſt XII. peregrinationis annos ſtatim in Senatum adſcribitur. In Academia Lugdunenſi per annos XX. annos ſummo cum honore Profeſſorem egit, ſextum Rectorem. Integra valetudine toto vitæ tempore vſus eſt; ad annum vſque ætatis LVI. tunc ſubitò obortus calculus biennij cruciatu fractum ſuſtulit ætat. LVIJ. & ſepultus hoc epitaphio Lugduni Batauorum in templo primario:

H. S. E.

IOANNES HEVRNIVS VIR CELEBERRIMVS,
IN ACADEMIA LEIDENSI
PRIMARIVS MEDICINAE PROFESSOR
PER ANNOS XX.
ET IN EADEM VI. RECTOR MAGNIFICVS,
MAGNAE PRVDENTIAE
SVMMAE IN DOCENDO ET SCRIBENDO
VENVSTATIS AC CELEBRITATIS,
VITA LAVDABILITER TRANSACTA
OBIIT XI. AVGVSTI CIↃ.IↃC.I.

Edidit *Inſtitutiones Medicinæ.*

Praxim Medicinæ generalis.

Praxim Medicinæ particularis, in qua ſunt

De morbis Capitis liber.

De morbis oculorum, Aurium, Naſi, Dentium & Oris liber.

De morbis Pectoris liber, Lugduni Batauorum, anno 1594.
De Febribus & Peſte, lib. ij. Ibidem.
De morbis Ventriculi, lib.
De morbis mulierum, lib.
Reſponſum ad ſupremam Hollandiæ curiam, Nullam eſſe aquæ innatationem Lamiarum indicium.
Orationem de Medicinæ origine, Aeſculapidum ac Hippocratis ſtirpe & ſcriptis.
De humana felicitate, lib.
De morbis nouis & mirandis Epiſtolam.
Commentaria in Hippocratis lib. II. de Hominis Natura.
Iuſiurandum. Lib. de Medico. Legem lib. De Arte.
De veteri Medicina lib. De Elegantia. Præceptiones.
De carnibus, ſiue *Principijs. De purgatorijs Remedijs*, lib.
Prognoſticon, libb. iij. *De victus ratione in morbis acutis*, lib. iv. *Aphoriſmos.*

IOANNES HOGHEN. ſcripſit
Chronicon Leodicenſe à tempore Adolphi, ni fallor. XLVI. *Antiſtitis*, anno M.CCC.XII. *ad ſuam ætatem.* M.S. Louanij in celeberrimo Soc IESV bibliotheca.

IOANNES HOLLANDERVS, Gandenſis, Montibus apud Hannones Canonicus, ſcripſit
De Nobilitate, lib. ex Analectis Dionyſi Harduini Gandenſ, in quo Flandriæ nobiliores familias ab ipſa ſtirpe atque origine recenſet. Antuerpiæ, anno 1621. in 4. typis Guilielmi à Tungris.

IOANNES HONSEMIVS (Miræus HOXSEMIVS) naſcitur Hutgardiæ in ditione Leodicenſi anno CIƆ. CC. LXXVII Philoſophiæ ac Iuriſprudentiæ in Gallijs operam dedit, & publicè profeſſus fuit. Tandem Canonicus & Scholaſticus ad *ſanctum Lambertum* Leodici, legationes varias obiuit ad ſummum Pontificem, Regem Galliæ, Brabantiæ Ducem, pro Iuriſdictione Eccleſiæ Leodicenſis tuenda.
Hiſtoriam & Res geſtas Epiſcoporum Leodicenſium deduxit ab anno CIƆ. CC. XLVIJ *ad annum* CIƆ. CCC. XLVIIJ. Edidit anno 1613. *Ioannes Chapeauillius* cum alijs id genus ſcriptoribus.

IOANNES HOPPERVS, Friſius, I.C. ſcripſit
Tractatum de Iuris arte. Coloniæ, anno 1582. 8. typis Gymnici.

IOANNES HVLSHOVTIVS, Machlinienſis, Doctor Theologusc ſripſit
Lecturam ſollemnem in Pſalterium.

IOANNES IACOBI, Brabantus, Theologus & Paſtor in Zoemerenſi Brabantiæ vico, deſcripſit carmine ieiuno
Martyres Gorcomienſes, à Guilielmo Eſtio proſa editos.
De Miraculis Deiparæ Ommelenſis, qui vicus eſt Aſtenſis Dominij.

IOANNES DE IANDVNO, Gandenſis, Peripateticus, ſcripſit *Quæſtio-*

Quæſtiones in libb. Phyſicor. Ariſtotelis. Pariſijs.
Commentarios in XII. libb. Metaphyſicor. Venetijs.
Quæſtiones in III. Libb. de Anima, Cælo & Mundo. Vincentiæ, anno 1487.

IOANNES IACOBI, Canonicus Brugenſis, edidit
Compendium ceremoniarum in celebratione diuinorum officiorum obſeruandorum. Antuerpiæ, typis Ioannis Cnobbaerts, anno 1621. inſcripſitque *Dionyſio Chriſtophori* Brugenſium Præſuli.

IOANNES IPERIVS, vel IPRENSIS Flander LVIII. Abbas Cœnobij ſancti Bertini apud Audomaropolim Arteſiæ, vir eruditus, pius, & ſtudio delectatus hiſtorico, tantique abdominis vt vix progredi, nec aliter dormire, quàm ſedendo potuerit, *Thoma Diacono* teſte, eiuſdem loci monacho, ſcripſit
Chronicon ſui monaſterij ab anno D. XC. *vſque ad annum* M. CC. XCIV. quo olim *Iacobus Meyerus* in concinnandis Flandriæ Annalibus non mediocriter eſt adiutus. Exſtat M. S. Duaci, apud *Andream Hoium* Linguæ Græcæ profeſſorem. Eius tale adhuc eſt epitaphium in Sacello S. Dionyſij:

HIC IACET PIAE MEMORIAE
IOANNES
ORIVNDVS DE IPRA,
QVONDAM ABBAS HVIVS MONASTERII,
QVI REXIT XVII. ANNIS,
ET OBIIT ANNO DOMINI M.CCC.LXXXIII.
SECVNDA DIE MENS. IANVARI.
ORATE PRO EO
REQVIESCAT IN PACE
AMEN.

Aubertus Miræus in elencho Hiſtoricorum Belgî IPERIVM obijſſe ſcribit anno M. CCC. III. ſed non inſpexit hoc epitaphium, quod poſtlimnio ad me miſſum eſt abſque mendo vllo tranſcriptum à *Simone le Boucq*, Valencenate & viro Senatorio.

IOANNES ISAACVS, Batauus, edidit
Opera Mineralia & Vegetabilia, ſiue *De Lapide Philoſophico.* Arnhemij, anno 16.7. in 8.

IOANNES IVVENIS, Iprenſis, Flander, ſcripſit
Commentaria in libellum Galeni de Theriaca, ad Piſonem.
Opuſculum de medicamentis Bezoardicis, quorum vſus à peſte præſeruat. Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1587.

IOANNES LANGHE-CRVCIVS, Hiluaribecanus, Brabantus, Præpoſitus Caſſetanus in Flandria, & Iuris Canonici apud Louanienſes Profeſſor, vir multæ lectionis, optimique iudicij, ſcripſit
Speculum Eccleſiaſticorum, de diuinis Officijs debitè peragendis.

De

De vita & Honeſtate Canonicorum aliorumq́. Eccleſiaſticorum; Duaci, 1587. in 8.

Flores Spirituales, ex Pſalmis, in formam Precationum. Antuerpiæ, typis Belleri, anno 1562.

De malorum horum temporum remedijs, Duaci, anno 1584. 8.

IOANNES LATOMVS, Bergis ad Zomam Fl. apud Brabantos natus, Thronianis iuxta Herendalium Canonicis Auguſtinianis Cœnobiarcha multos annos cum laude præfuit. Romam negotiorum ſui ordinis cauſſa profectus, cùm in conſeſſu Cardinalium coram *Gregorio XIII.* Pont Max. Religionis cauſam ſtrennuè egiſſet, ab eodem benignè admodum eſt habitus.

Poëmata ad Iouiana Elogia, immortalem illi peperêre gloriam.

Ioannis Feri Homelias Quadrageſimales è Germanica lingua Latinas fecit.

Pſalterium verſibus vt alter Iacobus Latomus reddidit, ſed non vidi euulgatos.

Hiſtoriolam Cœnobij D. Trudonis, M.S. Leodici.

Quieſcendi locum accepit Antuerpiæ M. D. LXXVIII. kal. Sextil. ipſo die Sanctorum Viti & Modeſti, atque in cœnobio Facuntino terræ mandatur, mutus ſine Elogio ac titulo. Amici funus hoc carmine proſecutus eſt amicus noſter *Nicolaus Oudartus* Eccleſiæ Metropolitanæ Machlinienſi Canonicus & Officialis.

Flent Charites LATOMVM, *flent Muſæ, Phœbus & ipſe*
A gemitu lacrymas continuiſſe nequit.
Quin ſacra Religio tam cari funus amici
Non potis eſt ſiccis concomitare genis.
At vos, Elogijs quos demeruit ſibi, docti
Perpetuò LATOMVM *concelebrate Viri.*

IOANNES LAVTENS Gandauenſis, Conſiliarius & Magiſter rationum in camera, vt vocant, Inſulenſi, linguæ Græcæ, & Latinæ ſcientiſſimus, felicis ingenij & magnæ induſtriæ. Scripſit Gallico ſermone

Commentaria in Oliuerium Marcanum. Bruxellis, typis Velpij.

Inſignia nobilium aliquot familiarum Flandriæ, vulgo IARDIN DES ARMOIRIES, Gandaui, apud Gerardum Salenſonium.

IOANNES LEONARDVS HASSELIVS, vide IOANNES HASSELIVS.

IOANNES LEIDANVS, vide IOANNES GERBRANDVS LEIDANVS.

IOANNES LEMMIGO Friſius, ſcripſiſſe dicitur

Hiſtoriam Friſiæ & Groningæ, teſte Suffrido Petro.

Floruit circa annum Domini M. CCCC. XCIV.

IOANNES LENSÆVS Hanno, natus in pago Belliolo agri Athenſis, Doctor Theologus Louanienſis, in quo ſolida S. Auguſtini doctrina, & ſuauis Lactantij elegantia enituit. Pauci certè hoc viro Theologiæ dogmata purius atque nitidius explicarunt. Scripſit.

De liber-

De libertate Chriſtiana, lib. XV. typis Plantini, 1590. 8.

De verbo Dei non ſcripto, ſeu Traditionibus Eccleſiaſticis contra ſcholaſticam *Antonij Sadeelis* diſputationem lib. iij. Ibidem, 8. 1591.

Orationem contra Genethliacos, Coloniæ, anno 1580. 8. apud Ludouicum Alectorium & hæredes Iacobi Soteris.

De Vnica Religione, ſtudio Catholicorum Principp. in Republica conſeruanda, lib. j. Coloniæ, anno 1579. 8.

De varijs generibus, cauſſis atque exitu perſecutionum, quas in hoc mundo peregrinantes patiuntur. Louanij, anno 1579.

De officio Chriſtiani hominis in perſecutione conſtituti. ibid.

Orationem contra Romanæ Eccleſiæ deſertores, qui ſe ſolos patriæ veros amatores eſſe iactitant. Coloniæ, anno 1580.

De ſui ac Reipub. Chriſtianæ contra impium inuaſorem defenſione. Ibidem, 1582.

De Eccleſiaſtica Satisfactione Pœnitentis, contra Benedictum Aretum Theologum Bernenſem. Louanij, anno 1585. 8.

De admirabili Eccleſiæ Concordia. Ibid. 1579.

De vna Chriſti in terris Eccleſia, lib. vj. Ibid. 1589.

De fidelium Purgatorio, lib. ij.

De limbo Patrum, lib. j. Coloniæ & Louanij, anno 1584.

De Fide, Spe & Charitate, contra hæreticos, à morte euulgauit *Ioannes Clarius* Theol. Louanienſis, 1599. Louanij.

Confutationem libelli cuiuſdam Antuerpiæ editi contra Sereniſſ. D. Ioannem Auſtriacum Belgij Proregem.

Fatalem Louanij compleuit diem, carus ſuis carus exteris, anno verbi incarnati M. D. XCIII. poſtrid. kal. Iulij, ætat. LII. & conditus in D. Petri.

IOANNES, Leodicenſis XLII. Epiſcopus, Guidonis Comitis Flandriæ F. Synodum celebrauit, & articulis pluribus, teſte *Ioanne Placentio* Dominicano, roborauit, qui librum non exiguum complent, & inſcribitur

Statuta Synodalia Ioannis Epiſcopi Leodicenſis. Louanij, anno 1500. typis Theodori Aloſtenſis.

Obiit anno à ſalute parta M. CC. XCII. II. Id. Octob. adminiſtrationis anno XI. & ſepultus in Flandria.

IOANNES DE LEOVARDIA, Friſius, Ordinis ſancti Franciſci, Doctor Theologus, à maioribus ſuis miſſus in Indiam Occidentalem, ad infideles conuertendos, ſcripſit

De Eccleſia Chriſti.

De Iudæorum Synagoga.

De Prouidentia diuina.

In Decalogum.

In Hexameron.

Floruit circa annum cIↄ. Iↄ. XC. teſte *Suffrido Petro.*

Huic Symbolum: TRIBVLATIO DITAT.

IOANNES DE LEEVWIS, Affligemienſis, primus locus monaſterij Viridis-Vallis (vulgò Groenendael) iuxta Bruxellam, ſcripſit teſte *Henrico à Pomerio* in eius vita, idiomate vulgari

De

De Spirituali manducatione Corporis CHRISTI.
De VIII. Beatitudinibus.
De paupertate Spiritus.
De decem Præceptis.
De Oratione.
De Inſpiratione.
De ardente amore DEI.
De tribus Magis.
De Iudicibus.
De electione diuina.
De origine omnium rerum.
De IX choris Angelorum.
De VII. Calamitatibus.
De differentia inter naturalem & ſupernaturalem generationem.
De VII. ſignis Zodiaci ſpiritualiter expoſitis. Et alia.

Animam Deo reddidit anno reparatæ ſalutis cIↃ. CCC. LXXVII. Ipſo D. Agathæ.

IOANNES LIVINEIVS, Tenæramundanus, Flander, Gandauo oriundus, & ab ipſis incunabilis ibidem educatus, vnde Gandenſem ſcribere ſe maluit. *Læuini Torrenti* magni illius Præſulis Antuerpiani ex ſorore Clara nepos: Græcorum Patrum ſedulus interpres. Romam Vaticanæ Bibliothecæ excutiendæ gratiâ profectus, *Guilielmo Sirleto*, & *Ant. Caraſa* doctiſſimis Cardinalibus, ob ſingularem Græcarum litterarum peritiam, carus inprimis fuit *Lipſius* amicum ſuum vocat, feriò & ſine ambitione doctum. Apoplectico demum correptus morbo, cùm Auunculo ſuo annos iij. & menſ. viij. ſuperuixiſſet, nondum ſenex deceſſit. Conditus Antuerpiæ in templo Cathedrali, ad auunculi tumulum, hoc epitaphio:

D. O. M.

IOANNES LEVINEIVS GANDENSIS
L. TORRENTI ANTVERP. EPISCOPI
EX SORORE NEPOS
CANONICVS ET CANTOR HVIVS ECCLESIÆ
QVI VT GENERE ET ERVDITIONE
SIC ET TVMVLO PROXIMVS AVVNCVLO
HIC QVIESCIT.
A GRAECIS PATRIBVS ILLVSTRANDIS
IN QVA LINGVA VALDE EXCELLVIT
E MEDIO CVRSV ABREPTVS
ÆTATIS LII.
CHRISTI ANNO CIↃ. IↃ. XCIX. IDIB. IAN.

Vertit è Græco *Theodori Studitæ Catecheſes* CXXXV. è *Sirleti Card Bibliotheca. & Scholijs illuſtrauit.* Antuerpiæ.

Gregorium

Gregorium Nyſſenum & Ioannem Chryſoſtomum De Virginitate, typis Plantini.

Andronici item imperat. C. P. Diſputationem cum Iudæo, Ioan. Chryſoſtomi Epiſtolas, Euripidis Tragœdias, Athenæi Diphnoſophiſtarum libb. Latina fecit, & cum M. S S. comparauit, nondum typis edita, latentque apud hæredes.

Panegyricos X I I. veteres recenſuit, ac Notis illuſtrauit. Antuerpiæ, apud Plantinum, 1599. 8.

Bibliothecam eius emerunt Soc. Iesv Clerici vili pretio ab hæredibus.

IOANNES LOSSENSIS, cœnobij S. Laurentij ad muros vrbis Leodicenſis Abbas, poſt *Ioannem Stabulanum*, deſcripſit

Res geſtas Epiſcopor. Leodicenſium ab anno M. C C C C X I. LIX. Exſtant, ibidem M. S S.

IOANNES A LOVANIO, Brabantus, ſcripſit librum

De Euchariſtia.

Cenſuram de Paſſionibus Sanctorum, quæ habetur in Martyrologio Ioannis Molani, Theologi Louanienſis.

IOANNES DE LOVANIO Cartuſianus probatæ fidei Hiſtoricus, nec non totius Antiquitatis perueſtigator ſolertiſſimus, ſcripſit

De Vitis ſummorum Pontificum.

Quando vixerit incertum, illud conſtat fuiſſe profeſſum Cartuſiæ Antuerp. Liram tranſlatæ tempore *Martini Roſſemij.*

IOANNES A LVXEMBVRGO, dictus LINSENICH, Gandauenſis, vir eruditus, & elegantis ingenij, ſcripſit;

Diſſertationem ſacram, de myſterio nominis Partheniј MARIA.

Plura pollicetur, modò Deus vitam dederit.

IOANNES MACARIVS, vulgo *l'Heureux* Flander Greuelinganus Aerienſis apud Artheſios Canonicus, mihi familiaris. Vir Græcæ linguæ peritiſſimus, Præceptorē habuit *Paulum Leopardum*. Romæ xx. an. egit in eruendis & ſcrutandis Veterum Monumentis & Bibliothecis. Multa ſcripſit, nihil tamen euulgauit. Moriens ſcripta omnia legauit Bibliothecæ Coll. Buſlidiani.

De antiqua ſcribendi ratione.

De natura Verbi medij, ac ferè de tota natura Verborum Græcorum.

Emendatio Bibliorum Romana.

Diſquiſitio antiquaria De Gemmis Baſilidianis, cui titulus Abraxas.

Commentarius de Picturis & ſculpturis ſacris antiquioribus, præſertim quæ Romæ reperiuntur, cui titulus Hagioglypta.

E Græca in Latinum vertit ſequentia.

Baſilij Seleuciæ Epiſc. lib. De Vita B. Theclæ.

Eiuſdem Homiliam in quatriduanum Lazarum, in proditionem Iudæ, & myſticam cœnam: in ſanctum Paſcha: in Abraham & Iſaac.

Eiuſdem Epiſt. ad Optimum, de eo Scripturæ loco iuxta L X X. Omnis qui Occiderit, ſepties vindictam exſoluet.

Orationes Cyrilli in Transfigurationem, in Purificationis diem, De Deipara.

Ioannis Chryſoſtomi Homiliam in Theophania diem.

Vitæ curſum confecit anno Meſſiæ nati M. D C I V. XX V. Auguſti.

IOANNES MAHVSIVS Flander, Aldenardenſis, Ord. Minorum Louanij SS. Literarum in Conuentu Lector, primus Epiſcopus Dauentrienſis denominatus fuit, propter ſingularem eruditionem & concionandi facundiam: ſed ſenectute oppreſſus, onus tantum & honorem fugiens, ad ruſculum ſe recepit meditandæ mortis cauſâ. Aldenardo à Geuſijs occupato, ductore *Blommardo*, inclementiſſimè vulneratus, pedibus conculcatus, pluribuſque aliis iniurijs & opprobrijs affectus, inſtar putridi & abiecti cadaueris, in plateis relictus eſt, anno M. D. LXXII. Oct. IV Conſule EMANVELIS DEMETRII *Commentarios Belgicos*. In compendium contraxit

Franciſci Titelmanni Commentarium in Pſalmos.

Annotationes Eraſ. Roterod. in nouum Teſtamentum. Antuerpiæ 1538. 8.

Commentariorum volumen in Epiſtola Pauli.

D. Ioan. Chryſoſtomi in Euangelium ſecundum Matthæum Commentarios ab Arrianorum fece purgatos in lucem emiſit.

Obijt in patria anno à cunis Chriſti. M. D. LXXVII. X. Menſ. Maij. Errat. Valer. Andreas qui M. D. LXXVI. obijſſe ſcribit.

IOANNES MAIOR, Atrebas, Soc. IESV Clericus, edidit à ſe emendatum exemplis ac Notis auctum

Speculum exemplorum Anonymi, ſæpius Duaci euulgatum.

IOANNES MAIERIVS, à Ghela Brabantiæ municipio, Carmelita Thenenſis, ac Doctor Theologus Louanienſis, ex Priore Bruxellenſi Belgicæ Prouincialis, vtriuſque linguæ diſſertiſſimus, & Concionibus ad populum habendis inſignis. Scripſit

Comentaria in pleraſque D. Pauli Epiſtolas.

Sermones de Tempore & Sanctis.

In X. Decalogi præcepta.

Orationes aliquot Latinè & Græcè quas Louanij dixit.

Rebus humanis exceſſit Thenis circa annum M. D. LXXVII.

IOANNES MALDERVS, Leeuwis S. Petri, altero à Bruxellis lapide naſcitur. Ex primario Doctore Theologo Louanienſi, ac Seminarij Regij Præſide, Epiſcopus Antuerpienſis: cuius vt præſentia præſidioque Antuerpia noſtra diu perfruatur, vouemus & obteſtamur. Inauguratus anno M. D C. XI. Ibid. Auguſti. Et illi Symbolum MALO DE RE. Scripſit

De Virtutibus Theologicis, & de Iuſtitia & Religione Commentariarium, ad ſecundam ſecundæ D. Thomæ. Typis Moreti, 1617. fol.

Anti-Synodica, ſiue Animaduerſiones in Decreta Conuentus Dordraceni, Ibidem 1620. 8.

In primam ſecundæ D. THOMÆ *Commentar.* Ibid. 1624. fol.

De Sigillo Confeſſionis. Apud Moretum 1625.

Tractatum de reſtrictionum mentalium abuſu. Ibidem 1625.

Diſſertatiunculam lingua Belgica, de rebus fidei, pro inſtructione hæreticorum. Ibi.

IOANNES A MALINIS, ſiue à MACHLINIA, Ordinis Carmel. Vir doctus, bonus religioſus, & multæ lectionis, Scripſit

Speculum Hiſtoriale Ordinis Carmelitarum, libb. X.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES MARCHINELLVS Carmelita Leodicenſis, vir in SS. Scripturis eruditus, & lingua patria diſertiſſimus, ſcripſit

De pugna Spirituali.

Sermones ad populum.

Quaſtiones Theologicas.

Ad omnes hominum ſtatus lib. III.

Viuebat anno M. CCCCX.

IOANNES MARIVS alijs MAIRIVS, Hanno, Hiſtoriographus *Ludoici XII. Gall.* Regis, & *Margareta Auſtriaca*, quæ Belgium gubernauit pro CAROLO V. anno M.D. XIII. Scripſit Gallico ſermone

Illuſtrationes Galliæ. Pariſijs, lib. III.

Sacram profectionem Chriſtianorum Principum ad Terram Sanctam.

De Schiſmatibus & Concilijs Eccleſiæ.

De Principe Sophy. Lugduni 1528.

De Vtilitate ac præeminentia Conciliorum Eccleſiæ Gallicanæ.

IOANNES MARTINVS Athenſis, vir multæ lectionis & diligentiæ, huius exſtant

Ephemerides meteorologicæ anni M. D. LXIX. *latitudinis L I. grad. collata.* Antuerpiæ 1569.

Eiuſdem Ephemirides meteorologicæ anni à principio mundi 1528. *à Chriſto nato M. D. LXX. horizonti Brabantiæ ſeu latitud. L I. grad. collata.* Typis Keerbergij, 1570.

IOANNES MAVBVRNVS, alij MAVLBORNVS & MAVBENVS, vulgò *Ioannes de Bruxellis*, Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini, in monte *S. Agnetis*, diœceſis Dauentrienſis, deinde Abbas Liuriacenſis Monaſterij in Gallia, Pariſienſis diœceſis, vbi & ſepultus. Vir in diuinis Scripturis doctiſſimus & ſermone humilis. Scripſit

Roſetum Exercitiorum Scripturalium & ſacrarum meditationum. Baſileæ 1491. Pariſijs 1510. & Mediolani 1603. Duaci 1620 typis Belleri.

De Viris Illuſtribus ſui Ordinis. Ad quoſdam Eremitas.

Compendium Venatorij Canonicor. Regularium. M. S. Louanij ad S. Martinum.

Vixit anno ſalutis CIↃ. IↃ.

IOANNES A MECHLINIA, Doctor Theologus, & Vico-Cancellarius Colonienſis, vir in diuinis Scripturis longo ſtudio, teſte *Trithemio* exercitatus, & in Theologia Scholaſtica non mediocriter doctus. Scripſit

Super Sententias.

In Pſalterium.

Quaſtiones varias.

Sermones & Collationes.

Commentaria in parua Naturalia Ariſtotelis. Coloniæ, 1498. typis Quentelij.

Copulata ſecundum doctrinam Alberti Magni in lib. III. Ariſtotelis de Anima. Ibidem 1491.

Claruit temporibus Frederici Imp. III. anno M. CCCCLX.

IOANNES MEVRSIVS Batauus natus Leſduni, qui pagus Hagâ-Comitis vno miliari diſtat, anno Chriſti M. D. LXXIX. Ad Græcæ linguæ ſtudium natura pronior, vix tredecim annor. carmen Græcum ſcribebat. Remotiſſimam Græciæ Hiſtoriam & ſepultas pænè cum ipſo tempore Antiquitates, eruit *A Ioan. Berneueldio*, ad erudiendos priuatim filios euocatus, decennium in eius familia & conſuetudine egit, & peregre cum ijs profectus, maximorum totius orbis Chriſtiani Principum aulas vidit, & Bibliothecas. Anno CIↃ. IↃC VIII. Aurelijs ſummo in Iuriſprudentia Doctoris titulo cohoneſtatus eſt. In patriam redux Academiæ Lugdunenſi operam addixit, & iniunctam à Curatoribus Hiſtoriæ primùm, deinde linguæ etiam Græcæ Profeſſionem, Hiſtoriæ quoque patriæ conſcribendæ partes ſuſcepit. Viuit & valet, docet diſcit, & ſcribit anno M. D. XXVII. Scripta ab eo atque edita hæc ſunt:

Lycophron Caſſandra cum Commentario. 1597. 8. Lugd. Batauor.
Spicilegium Theocriticum Ibid. 1597. 8.
Macrobius, cum breuibus Notis.
Criticus Arnobianus, lib. VII. digeſtus. Ibid.
Hypocriticus Minutianus. Ibidem 1599. 8.
Cato de re Ruſtica, cum Notis.
Curæ Plautinæ, & Animaduerſionum miſcell. lib. IV. Ibid. 1598.
De Gloria lib. I. & Auctario Philologico. Ibid. 1600. 8.
Poëmata varia. Ibidem 1602. 8.
Panegyricus dictus IACOBO I. *Britanniæ Regi, in auſpicijs noui regni.*
Meditationes Chriſtianæ in Pſalmum CXVI. & CXIX.
De Funere lib. Singularis, in quo priſci ritus Græci & Romani.
De puerperio Syntagma. Hagæ-Comitis, 1604. 8.
De luxu Romanor. lib. ſingularis.
Mantiſſa, ſiue Obſeruationes Criticæ. Ibid. 1605.
Notæ in Aſtrampſychi Oneirocriticon. Ibidem.
Codinus de Originibus Conſtantinop. cum Notis, 1607. 8.
Herodis Inſcriptio Græca, totidem verſibus Latine reddita.
Apuleij Apologia, cum Notis breuioribus.
Phædrus cum Animaduerſionibus.
Rerum Belgicarum lib. IV. in quibus ſexennium Ferdinandi, Ducis Albani. Ibid. apud Elzeuirum, 1614. 4.
Rerum Belgicarum lib. I. De Inducijs Belgicis. Ibidem.
Gloſſarium Græco-Barbarum. Ibid 1612. 4.
Conſtantinus Imp. de adminiſtrando Imperio, antea non editus, Græcè & Latinè, cum Notis.
Leonis Imperatoris Tactica, itidem antea niſi Latinè edita, Græcè & Latinè cum Notis.
Heſychij Mileſij Opuſcula, Græco-Lat. cum Notis.
Beſſarionis Card. Epiſtola, Græco-Lat. cum Notis.
Antigoni Cariſtij παραδόξα, ſiue hiſtoriarum mirabilium Collectanea. 1619. 4.
Palladij Hiſtoria Lauſiaca, Græcè & Latinè cum Notis. 1616. 4.
Gloſſarium Latino-Barbarum.
Fortuna Attica, ſiue De Athenarum origine, incremento magnitudine, decremento & occaſu, lib. ſingularis.

Cecro-

Cecropia, ſiue de Athenarum Arce & eiuſdem Antiquitatibus, lib.

Archontes Athenienſes. Ibid. 1622.

De populis Attica. 3.

De ludis Græcorum. Ibid liber ſingularis.

Hiſtoriarum rerum mirabilium auctores Græcos recenſuit, & Notas & Commentarium adiecit. Ibid. 1622.

Piſiſtratus, ſiue de eius Vita & tyrannide. Ibid. typis Elezeuirij.

Atticarum Lectionum lib. VI.

Codinus de Officijs aulæ Conſtantinop. cum Verſione Latina & Notis.

Harpocrationis Lexicon X Rhetorum cum Animaduerſionibus.

Bibliotheca Græca lib. IX.

Conſtantini Manaſſis Annales Græcè cum Notis. Ibid. 1616. 4.

Euſeby Polychromij Pſelli Expoſitiones in Cantica Canticorum, Græcè cum Notis. anno 1617. 4.

Chalcidius, Græcè cum Notis.

Theophylacti Bulgaræ Archiep Epiſtolæ, cum Notis.

Ariſtoxeni, Nicomachi & Alypij Muſica, cum Notis.

Philoſtrati Epiſtolæ aliquot, partim non editæ, partim auctiores, cum Diſſertatione de Philoſtratis.

Theodori Metochitæ Hiſtoria Romana, à Iulio Cæſare, ad Conſtātinum Magnum lib. 1. *Græco-Lat. cum Notis.*

Procopius Gazaus in libb. Regg. & Paralippomenon.

Apollonij Alexandrini θαμασία *ſiue Hiſtoria Commentitia lib. Græcè cum Commentario.* 1620. 4.

Variorum Diuinorum lib. ſiue Orationes Patrum nunquam editæ. anno 1619. 4. *cum Notis.*

Porphyrij Philoſophi omnia Græcè, cum Notis.

Phlegontis Tralliani Opuſcula, de rebus mirabilibus cum Notis. 1620. 4.

Orcheſtra, De Saltationibus Veterum. Ibid. 1618. 4.

Græcia Feriata, de Feſtis Græcorum lib. VI. 1619. 4.

Panathenca, ſiue De Mineruæ feſto gemino. Ibid. 1619. 4.

Eleuſinia, de Cereris ſacro & feſto. Ibid.

Areopagus, ſiue de Senatu Areopagitico, lib. ſingularis

Æſchylus, Sophocles, Euripides, ſiue de Tragœdijs eorum lib. III. 4.

Athenæ Atticæ, ſiue de præcipuis Athenarum Antiquitatibus, lib. III. Lugd. Batauorum. 1625.

IOANNES A MEYEN, Bergizomius, Brabantus,

Virgilij Maronis Opera ex doctiſsimorũ virorum notationibus illuſtrata dedit poſt multos alios Venetijs, typis Mauritij 1576. & Francofurti 1576. & 1617. 8.

IOANNES MIRAEVS Bruxellenſis, naſcitur anno reparatæ ſalutis M. D. LX. VIII. Id. Ianuarij. Louanij in gymnaſio Caſtrenſi, Philoſophiæ Ariſtotelicæ operam dedit. Duaci Græcas litteras & Rhetoricam docuit. Bruxellis in monte frigido in D. Iacobi Paſtor, mox in *D. Gudulæ* Canonicus, demum Antuerpienſibus Epiſcopus datur. Obijt Bruxellis morte ſubitanea anno CIↃ. IↃCXXII. Ianuarij, & ſepultus Antuerpiæ in æde primaria B. Mariæ Sacr. hoc epitaphio.

 D.O.M.S.

D. O. M. S.

IOANNES MIRAEVS
EPISCOPVS ANTVERPIENSIS QVARTVS H. S. E.
QVI OBLATAM SIBI FAMA VIRTVTIS DIGNITATEM
CVM DIV RECVSASSET, SIC VT COGENDVS FORET,
EA VIGILANTIA, MAGNANIMITATE, INTEGRITATE
BENIGNITATE AC PRVDENTIA GESSIT,
VT VIRVM MVNERI NON MVNVS VIRO DATVM APPARERET
SED HEV FIDEM SORTIS HVMANAE!
VIX DVM SEPTIMAM TVRBIDIS TEMPESTATIBVS MESSEM
HOC COLONO PERINDVSTRIO ANTVERPIA GVSTAVERAS
CVM SERENATO PERINDVCIAS TANDEM REIPVB. CAELO
INFELICE CATARRHOSAE GVTTVLAE DEFLVXV
TV SPE VBERIORIS FRVGIS, IPSE VITA, EXCIDISTIS,
IANVARII DIE XII. AN. SAL. CIↃ. IↃCXI. SVO LII. INEVNTE,
OMNIBVS ETIAM HOSTIBVS LVCTVOSVS.
PIIS VT MANIBVS SIT QVIES, QVISQVIS HAEC LEGIS
DEVM VENERANS PRAECARE.

Chronicon.

Non ConfVnDar In æternVM.

Edidit STATVA SYNODI DIOCESEOS *ſuæ, anno* M.DCX. *celebrata*, & præmiſit *Orationem ad Clericum*. Omnia typis Moreti.

Ioannes à S. Laurentio Duacenſis, & *Ioannes Del-rio* Decanus B. Mariæ, & *Laurentius Beyerlincx* Canonicus & Archi-presbyter *Orationes funebres in eius funus* ſcripſerunt. Erat illi Symbolum: FVTVRA PROSPICE.

IN IV. PRIMOS ANTVERP. PRAESVLES.

SOL *tenebris*, TORRENS *ſitienti erat, atq; humili* MONS,
Sed TORRENS, SOL, MONS, *hinc abiere diu.*
Quid facies? quid habebis egens Antuerpia? mira.
Plurima promittit mira MIRAEVS *enim:*
Et quod SOL *fuerat, quod* MONS, *quod denique* TORRENS,
Vnicus hic, nec res mira, MIRAEVS *erit.*

Ceterum vigilantiſſimi huius Præſulis laudes, Inſcriptio quæ in Seminario ab eodem Antuerpiæ inſtituto legitur, ſub breuitate complectitur, quam proinde velut in mnemoſynon aliquod priſtini noſtri erga eundem adfectus, hoc loco adiiciendam duximus. Ita vero ſe habet:

IOAN-

IOANNIS MIRÆI BRVXELLENSIS
IV. Antuerpienſium Epiſcopi, vultum hic vides Spectator.
Neque enim heroicam ipſius mentem, qua ſemper alta cõplexus,
exigua tabella ceperit.

Ille, ille eſt, cuius in Deum religio & pietas;
Erga homines adſectus, & benignitas;
In priuata vita candor & integritas;
In publica ſplendor, & dignitas;
In agendo prudentia & ſedulitas;
Morum facilitas domi foriſque;
[Quæ virtutes vnà cum eruditione, ſummæ in illo fuerunt;]
Apud nos, poſteroſque perenni elogio celebrabitur.
Hvivs *induſtria & labore Diœceſis Antuerpienſis multũ collapſa,*
Priſtinum, & priſtino ampliorem ſplendorem recepit.
Surrexit eius auſpiciis hoc Seminarivm *Clericorum,*
Quod viuens fouit, & moriens opibus cumulauit;
E quo mox miſſi in omnem vineam Operarij.
Eccleſiarum Viſitationes hoc ſpeculatore reſumptæ:
Virginum Cænobia optimis inſtitutis ſtabilita:
Et Cæremoniarum ſacrarum introductæ formulæ.
Summa eſt. Quod olim Vrbi æternæ Octauianus Cæſar,
Id præſtitiſſe Antuerpienſi Eccleſiæ iure quis hunc dixerit:
Lateritiam primitus eam inueniſſe,
Et non integro ſeptennio quo præfuit, marmoream reliquiſſe.
Sed heu! meditantem maiora, catharri defluxus rapuit in patria,

Anno ſalutis humanæ CIƆ. IƆ. CXI. die XII. Ianuarij,
Poſtquam vixiſſet annos LII. meritorum plenus.

Lavrentivs Beyerlinx S. T. L.
Canonicus & Archipresbyter Eccleſ. Cathedral. Antuerpienſis,
ac primus huius Seminarij Præſidens,
Antiſtiti opt. de ſe merito Pos.

Digitized by Google

IOANNES MOERMANNVS Antuerpienſis, Mathematicus, Aſtrologus & Rector Scholæ Eccleſiæ B. Mariæ, edidit

Rudimenta linguæ Latinæ in octauo.

Apologos Creaturarum carmine cum Iconibus, typis Plantini.

Obijt in patria CIↃ. IↃ C. XXI. XX Octobris, ætatis LXV. & ſepultus in D. Mariæ, ante altare S. Annæ.

IOANNES MOLANVS, patrem Schoonhouianum, matrem Louanienſem habuit, ipſe Inſulis nobili emporio natus eſt, anno ab apparitione Chriſti in carne M. D. XXXIII. quò mater prægnans venerat. Ciuis & Doctor Theologus Louanienſis, Pontificius librorum Cenſor, & in D. Petri Canon. fuit multiplici variarum rerum cognitione eleganter excultus, in omni vita ſua in ſtudioſos pauperes largus. Optimè meritus de rebus Eccleſiaſticis, idq; illuſtrando Venerandę Antiquitatis per Belgiū monumēta. Eius hæc ſunt:

Vſuardi martyrologiū auxit & Annotationib. illuſtrauit Louā. 1568 1573. & 1577. 8.

De Picturis & Imaginibus Sacris lib. IV. Ibidem 1570. & 1594.

Indiculus Sanctorum Belgij Ibid. 1577.

Annales Sanctorum Belgij, à morte editi Petri Louwy Syluæducenſis curâ; *cum Anacephaleoſi Chronica de iiſdem.* Ibidem, 1595. & Duaci 1616. 8.

Militiam Sacram Ducum ac Principum Brabantiæ, cum iiſdem Petri Louwy Notis, Henricus Cuyckius è tenebris eruit. Antuerp. typis Plantini, 1592.

Diarium de Medicis Sanctis, cum eiuſdem Cuyckij Præfatione, quæ eſt de MOLANI vita. Louanij, 1595. 8. typis Maſij.

De Canonicis lib. III. Louanij. typis Birckmanni, 1587.

De fide Hæreticis ſeruanda, lib. III. Ibidem, 1584.

De fide rebellibus ſeruanda, lib. I.

De fide & iuramento quæ à Tyranno exiguntur. Ibidem 1584.

De pijs Teſtamentis, & quæcunque alia vltimæ voluntatis diſpoſitione. Ibidem.

Theologiæ practicæ Compendium in V Tractatus digeſtum, Ibidem 1585. & 1590. 8. & Antuerpiæ 1625. apud Belleros.

Reſponſio quodlibetica ad III. *quæſtiones*, Louanij 1570. 8.

Romanorum Martyrologium ampliſſ. Notis illuſtrauit, ineditum.

Bibliotheca Theologica M. S. quam memini me vidiſſe apud *Aubertum Miræum* Decanum B. Mariæ Antuerp.

Annales vrbis Louanienſis lib. XIV.

Louanij DEO creatori ſpiritū reddidit, tumulus ad D. PETRI, hoc epitaphio:

CONDITVS HIC IACET
D. IOANNES MOLANVS LOVANIENSIS
S. THEOLOGIÆ PROFESSOR
APOSTOLICVS AC REGIVS LIBRORVM CENSOR,
ECCLESIAEQ. HVIVS CANONICVS,
QVI EDITIS LIBRIS CLARVS
ET INSIGNI CONDITO TESTAMENTO
QVO PAVPERIB. STVDIOSIS AD CVRAM PASTORALEM
SERIO SE PRAEPARANTIBVS
ANNVOS CCC. FLORENOS LEGAVIT
OBIIT LOVANII MAGNO SVI RELICTO DESIDERIO
CIↃ. IↃ. LXXXV. SEPT. XVIII.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES MOLINÆVS, vulgo Vander Meulene, Gandenſis, I. V. D. Louanij in D. Petri Gandauenſis Eccleſiæ Decanus, Vniuerſitatis Cancellarius, & Decretorũ Profeſſor primarius. Duciſſæ Parmenſi Belgium adminiſtranti ab Eleemoſynis fuit. Tantam hic vtriuſque linguæ cognitionem eſt conſecutus, vt ex tempore Epiſtolas vtroque idiomate dictaret: tantâ memoriâ, vt ad duas treſue horas cum audientium admiratione, memoriter oraret. Edidit.

Decretum Iuonis Carnotenſis operâ ſuâ recognitũ: Louanij, apud Bartholomæum Grauium, 1585 fol.

Orationem habitam coram GREGORIO XIII. *Pont. Max. & Collegio Cardinalium.*

Obijt in Italia, lapſus in phreneſin, magno cum bonorum omnium luctu & dolore.

IOANNES MOLINETVS, Hiſtoricus & Poëta, natus Diuerniæ in agro Bolonienſi, *Margaretæ Auſtriæ Belgium pro Carolo V.* nepote gubernanti gratus accepruſque fuit, & Bibliothecæ eius curam geſſit. Demum Canonicus in aula Comitis apud Valentianas Hannoniæ vrbem renuntiatus, ibidem moritur, conditusque in eius aulæ Sacello anno M. D. VII. ad cineres Præceptoris ſui Georgij Caſtellani Equitis, Poetæ item ac Scriptoris percelebris hoc epitaphio:

ME MOLINET *peperit Diuernia Bolonienſis,*
Pariſius docuit. aluit quoq; vallis Amorum:
Et quamuis magna fuerit mea fama per orbem,
Hæc mihi pro cunctis fructibus aula fuit.
M. D. VII.

Scripſit *Molinetus Tom. III.*

Res ætate ſua geſtas, ab anno Salutis M. CCCC. LXXIV. ad annum M. D. V. nondum editas. Dabit & Deus his quoque lumen. Extant Bruxellis in Bibliotheca Regia, & Ipris apud Baronem Busbequium.

IOANNES MONSENVS, Amſtelodamenſis, S. Theologiæ Licentiatus, & Profeſſor Duacenus, vir eruditus, & multæ lectionis & diligentię, ſcripſit

Orationes III. Theologicas.

Deciſionem è ſcriptis Canonicis, ab Apoſtolorum prouenire conſuetudine populo ſub panis tantum ſpecie ſacram Synaxin eſſe tribuendam. Coloniæ, typis Gennepæi, 1546. 8.

S. Scripturæ obſcurorum aliquot locorum per alias eiuſdem Diuinæ Scripturæ ſententias clariores luculentam interpretationem. Coloniæ, typis Ioannis Ruremundani, 1540.

IOANNES MORETVS Antuerpienſis, Typographus celeberrimus, vir certè probus, operoſus & diligens, mihi familiaris, vertit feliciter *Conſtantiam Iuſti Lipſij in linguam Belgicam.* Antuerpiæ, typis Plantini, 1584. 8.

Moritur anno Chriſtianæ ſalutis M. DC. X. ſepultus in D. Mariæ è regione tumuli Plantini, hoc epitaphio:

CHRISTO

Digitized by Google

CHRISTO RESVRGENTI SACRVM
IOANNI MORETO ANTVERPIENSI
MAGNI PLANTINI GENERO
EIVSDEM VIRTVTVM ATQVE ARTIVM
Laboris & Conſtantię HEREDI:
QVEIS IVVENIS SENESCENTEM SOCRVM IVVIT,
VITA FVNCTVM SVPERSTES EXPRESSIT
PVBLICE VTILISSIMVS, PRIVATIM BENIGNVS,
PASSIM MODESTVS, PROBVS, PRVDENS,
OMNIVM BONORVM ELOGIO BONVS
VIXIT, PRAECLARVM SVIS HONESTI EXEMPLVM
ANNOS LXVII. MENSES IV.
OBIIT, INSIGNEM IN DEVM PIETATEM TESTATVS
X. CAL. OCT. M. D. CX.
MARTINA PLANTINA
OPT. MARITO CVM LACRYMIS OPTIME APPRECATA
SIBI ET POSTERIS MORTALITATIS MEMOR.

IOANNES MONCEAV Hannatenſis, Soc. IESV Clericus & Presbyter, edidit ſermone Gallico

Vitam & res geſtas S. Adilia, cuius corpus requieſcit in Orpio magno diœceſis Namurcenſis pago, vbi prædicta Adilia quondam Cœnobio Monialium ſanctiſſimè præfuit.

IOANNES MOROCVRTIVS Neruius, Cartuſianus, Prior Valencenarum Poëta ſatis bonus, ſcripſit carmine heroico

Bruniados lib. IV. ſiue Vitam S. Brunonis Cartuſiani. Antuerpiæ typis Ioannis Criniti, 1540. 4.

Hugoniados, teſte Petreio in Bibliotheca Carthuſianor.

De Natiuitate Domini.

De rebus geſtis S. Laurentij Martyris.

Threnodiam aduerſus Lutheranos. Antuerpiæ, typis Criniti. Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit bonus Pater anno relaxationis humanæ CIↃ. IↃ. XLVIII. IV. Id. Octob.

IOANNES MVRMELLIVS Theodorici Fil. Ruremondæ (quæ eſt inſignis Geldrorum ciuitas, ad Ruræ ac Moſæ confluentem ſita) natus eſt. Vir perſpicaci ingenio, fideli memoria, multimodâ lectione ſcriptioneque clarus, Græcarum & Latinarum litterarum Profeſſorem doctiſſimum *Alexandrum* illum *Hegium* Dauentriæ audiuit. Coloniæ artium liberalium magiſter, non ſine inſigni eruditionis prærogatiua declararatus eſt. Bonas literas quas callebat exactiſſimè, multis in locis, optimâ fide docuit. Tandem Dauentriam publico ſtipendio acceſſitus, exitiali morbo correptus eſt: qui ægrotanti adfuêre artis Medicæ periti, peripneumonia extinctum affirmant, relicta miſella vxorcula & pupillo infantulo. *Hermannus Buſchius Paſiphilus*, hoc illi poſuit Epithaphium:

Non

Non MVRMELLIVS *hic iacet ſepultus,*
Sed tantum cinis aridus Poëta:
Sed puluis gelida leuis fauilla,
Parua rclliquia ſilentis vrna.
Ipſe ad ſidereas abiuit oras,
Felix Elyſias futurus inter
(Ærumnis procul omnibus) cateruas.
Quare nec lacrumas, Viator vllas,
Nec mæſtas gemitu cie querelas,
Virtutis comes interire neſcit.
Mortem proterit ipſa ſola Virtus.

Deuixit anno ſalutis M. D. XVII. II. Octobris. Eius hæc ſunt:

Tabula Grammatices. Pariſijs, typis Wechelij.

Tabula in artis componendorum verſuum rudimenta. Argentinæ, Pariſijs & Norinbergæ.

Commentarij in Perſij Satyras. Antuerpiæ, Coloniæ 1534. & Pariſ.

Iſagoge in Prædicamenta Ariſtotelis. Coloniæ cum Dialectica Cæſarij.

Sententia ex Elegijs Ouidij, Tibulli, Catulli & Propertij. Wittembergæ 1533. & Coloniæ, apud Gymnacium, 1541.

Commentarium in Boëthium de Conſolatione Philoſophia, partim ipſius, partim Rudolphi Agricola Coloniæ, typis Ceruicorui.

In Epiſtolam B. Hieronymi ad Nicæam, cuius & ſelectiores Epiſtolas collegit. Ibidem. 1505.

Caroleia, ad Carolum Archid. Auſtria. Typis Theodori Aloſtenſis, Antuerpię, 1515.

Scholia in carmen D. Cypriani De ligno ſalutifera Crucis.

Scopiarium, ad profligandam è ſcholis Barbariem.

De Compoſitis Verborum lib. II. carmine adiectâ explicatione ſua.

Scholia in Verſilogum Mancinelli.

Didaſcalicon lib. II. Coloniæ 1510.

Argumenta in Bucolica Mantuani.

Pappa puerorum Antuerpiæ typis Ioannis Loëi.

Elegiarum Moralium lib. IV.

Protrepticon Poëtantium.

Deſcriptio vrbis Monaſterienſis, carmine Sapphico. Ibid. 1502.

Epigrammata varia & innumera.

Laus Reuchlini.

De Hymnis Eccleſiaſticis libellus.

Comment. in B. Hieron. Epiſtolam ad Nepotianum, De Clericorum & Sacerdotum officijs. Swollis 4.

Comment. in Ruſticum Angeli Politiani, & in eiuſdem Syluam.

Elega XVI. Monaſterij, 1504.

Comment. in Epiſtolas Horatij & Prudentium.

Florca ſerta D. Virginis Dei-para, vario metri genere.

Enchiridion ſcholaſticorum, ſeu de officio ſcholaſticorum, Swollis, apud Petrum de Breda. 4.

Nucleus. Coloniæ, apud Gymnicum.

Enchiridion Nominariorum. Neomagi, typis Petri Elzerij, 1553. 8.

IOANNES A MIRICA, vel MIRICÆVS, Louanienſis, Cartuſianus profeſſione Bruxellenſis, ſcripſit

Medicinam Errantium lib. II.

Enarrationem Catholicam Orationis Dominicæ.

Vitam cum morte commutauit Vicarius in Cartuſia Rutilana, in confinibus Lotharingiæ ſita, anno reparatæ ſalutis M. D. LXXXII.

IOANNES MVNTERIVS Gandauenſis, Poëta facetus, varijs *Epigrammatum* libellis conſcriptis, clarus. Extat & eius *Carmen in Topica Legalia Nicolai Euerardi de Middelburgo.*

IOANNES MYRINCA Louanienſis, ſcripſit Geſnero teſte,

De coniugio Chriſtiano Sermonum lib. III. carmine heroico.

Epitalamium in nuptias Georgij Guilielmi Sichingi.

IOANNES NEMIVS Syluæducenſis, ſacerdos primùm ſcholæ Apoſtolicæ apud Nouiomagos præfectus, poſt diligens in patria gymnaſiarcha, edidit

Orthographiæ Rationem, ex varijs Scriptorib. typis Plantini 1572.

Pronuntiandi modum. Ibidem.

Annotationes in Syntaxin Eraſmi.

Humanæ ſtultitiæ triumphum, verſu Iambico.

Poëma, cui titulus Parens & Nouerca. Typis Siluij, 1553. 8.

Tyli Saxonis Hiſtoriam carmine lepido vertit.

IOANNES NAEVIVS Mechlinienſis, Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI, S. T. B. nouem annos Haſſeleti Eburonum Prior, prouinciæ Coloniẽſis ante Diffinitor &, Viſitator nunc Prouincialis anno M. DC. XXVII. magni iudicij & rari ſollicitique ingenij homo, Muſarum Patronus & Poëta. Edidit ad vulgi inſtructionem idiomate patrio

Vitam D. MONICAE, *matris* S. AVGVSTINI, *iuuenum, coniugatorum, viduarumque ſpeculum.*

Syntagma de frequenti & fructuoſo Sacramentorum Pænitentiæ & Euchariſtiæ vſu, cum Appendice de Sodalitatibus & Indulgentijs.

Doctrina & Pietas tua non eſt oblita nano,
Neſcio cur igitur Nanius eſſe potes.

IOANNES NIELLIVS, Veſa[illegible]enſis, I C. edidit

Controuerſias Iuris Feudalis, Diſputationibus XI. *enucleatas*. Marpurgi, 1596. & 1615. 4. Item.

Controuerſias Iuris Iuſtinianei, ad Inſtitutiones Iuris XXXVI. Diſputationibus enucleatas. Francofurti, 1613.

Obijt Caſellis, anno M. D. XCVII. V. Id. Ianuar. ætat. XXV.

IOAN-

IOANNES NOVIOMAGVS, ſiue *Neomagus*, Gelder, ſcripſit *Scholia in Dialecticam Georg. Trapezuntij.* Pariſijs, 1537.

Arithmeticam, ſiue De Numeris, libb. II. Ibid. typis Wechel. & Coloniæ.

CL. Ptolemæi lib. VIII. *de Geographia* è Græco in Latinum vertit, atque in eoſdem indicem compoſuit.

Scholia in Bedam, ad libb. De Temporum Ratione, De Natura rerum, & De Loquela per geſtum digitorum.

IOANNES NAEVIVS Hontiſcotanus, Flander, Ioannis Deſpauterij præclari Grammatici Præceptor doctiſſimus, & Pędagogij Lilienſis apud Louanienſes Præſes anno M. D. XVI. *Eraſmo Roterodamo* eruditionis nomine percarus: huius nihil vidi pręter aliquot elegantes *Epiſtolas Latinas* Louanij impreſſas.

Obijt Louanij ann redemptionis humanæ M. D. XXIV. ſubitaneâ morte Conſulat lector *Eraſmi Roterodami* epiſtolam ad *Iodocum Ganerum*.

IOANNES OLIVARIVS, vulgo *Olieſchlager*, Gandenſis I. C. eloquentiæ Duaci Doctor. Vir Vtriuſque linguę peritus. Poeta elegans, Orator grauis, Philoſophus non vulgaris, in Hiſtorijs omnibus verſatiſſimus. Iuuenis annos vix natus XVII. Græcas literas Gandaui docuit. Pariſijs *Turnebum* & *Ramum* audiuit. Compoſuit II. Comœdias terſiſſimo filo, eaſque publicè Gandaui per Iuuentutem ſuam ſcholaſticam cum ſummo ſpeculatorum applauſu exhibuit. quarum tituli *Michaas & Nabuchodonoſor*.

Poemata varia in gratiam amicorum.

Proſperi Aquitanici Opera recenſuit.

Lege *Ioan. Baptiſt. Grameyum* in ſuis Antiquitatum Gandauenſium primitiis

V. C. IOANNI OLIVARIO Gandenſi I.C.
IVSTVS RYCKIVS Gandenſis
amico & conciui luſit.

Quem toties Graiæ ramis præcinxit oliuæ
Pallas, Athenæi præſes & ingenij:
Quem toties Latios ſpatiatum duxit in hortos
Incola Theſpiaci turba nouena iugi,
Cernis OLIVARI *buſtum: venerare, Viator,*
Non etenim arcanâ relligione caret.

IOANNES ORANVS, patria Leodicenſis, Soc. IESV Presbyter, vir fuit virtute, literis, prudentia & rerum agendarum peritia inſignis. Theologiã Pariſijs profeſſus eſt, & aliquot Collegiorum Rector, & Belgicę prouinciæ Vice-Prouincialis fuit. Tranſtulit elegãti ſtilo in Latinam linguam ex Hiſpana librum

P. Petri Ribadineira, De Principe Chriſtiano, aduerſus *Nicolaum Machiauellum* cęteroſque huius temporis Politicos. Antuerpiæ, typis Ioachimi Trognæſij, anno 1603.

Literas Iaponicas, Magarenicas & Chinenſes.
Breuem item pro Societatis innocentia defenſionem aduerſus Lugduno-Batauos.

IOANNES OTHO Brugenſis, vir Hebraicè, Græcè, Latinèque doctiſſimus. Gandaui primùm Iuuentutem docuit. Patria ob turbas relicta, Duiſburgum Cliuiorum contendit, & primariæ nobilitatis iuuenes humanitatem erudijt, Hypodidaſcalo vſus *Ioanne Oliuario*, pòſt Duaci Eloquentiæ Profeſſore diſertiſſimo. Scripſit

Introductionem in Hiſtoriam Romanam, Brugis, typis Hub. Goltzij, 1595. 8. cum Breuiario Sex. Rufi Feſti.

Grammaticam Latinam. Coloniæ.

Inſigniores aliquot Sententias & Apophthegmata illuſtria ex S. Scriptura. Ibidem typis Petri Horſt. 1571.

Septem Græciæ Sapientum Præcepta Latinè vertit. Ibidem & Antuerpiæ, typis Plantini 8.

Communium Adagiorum è chiliadibus ErasmiCenturias aliquot collegit in puerorum vſum.

Deſcriptionem breuem eorum quæ à S. P. Q. Ganden. Philippo Auſtrio & Carolo V exhibita fuère anno M. D. XLIX.

Topographiam ac Chorographiam vrbis Gandenſis.

E Plutarcho Latinè transtulit, *De puerorum inſtitutione, De Complurium amicitia, De Eſu carnium, De Superſtitione.* Gand. 1555 & 1556.cumScholiis.

Lamberti Hantſchilti Abbatis Sancti Bartholomæi Eeckhoutani, Vaticinium, anno CIↃ. LVIII *inchoatum*, primus è tenebris eruit.

Rebus humanis Duisburgi exceſſit anno ſalutis reſtauratæ CIↃ. IↃ. LXXXI. VIII. Id Iunij. Epitaphiũ hoc ſi non à merito, verè ab effectu magnum addendum putaui: Scripſit hoc patri ſuo filia *Ioanna Othonia.* Admirare in iſto ſexu.

D. O. M.

Humanæ florem vitæ Mors horrida tollit,
E vita & corpus mittit in exilium.
Mors dura pios cur tollis ad æthera celſa?
Nonne fuit melius viuere perpetuò?
Morte ſuos repetunt ortus, mens aſtra reuiſit,
Vnde ſibi vita hæc fluxit origo prius.
At tenerum vili concretum ex puluere corpus,
Haud longo rurſum tempore puluis erit.
Scilicet in cæli terræque maris que ruina,
Rurſum erit in ſicco hoc puluere vita tibi.
Æterna mortis, mors ſic eſt corporis expers,
Vt vehat ad vitam quod fuit ante cinis.
Viue itaque OTHONIS *viui modò funere, Lector*
Admonitus, viuat ſic quoque Vita tibi.

IOANNA OTHONIA *Ioann.* F. Gandenſis, Poëtria, vidua Guilielmi Mayarti, in Prouinciali ConcilioFlandriæ quondam Aduocati, quam latinè loquen-

loquentem in ædibus meis cum ſtupore & admiratione audiuimus, præſentibus *D. Laur. Beyerlinck* & *Lud. Nonio* Medico: edidit

Carminum diuerſorum libb. II. Argentorati, 4. 1616,

Poëmata, ſiue Luſus extemporaneos. Antuerpiæ apud Guil. à Tongris, 1617. 8.

IOANNES PALSDORPIVS, Mechlinienſis. S.T. Doctor, Ord. Carmelitarum, ſcripſit an. M. D. quo Gandaui natus Inuictiſſ. Imp. *Carolus V.*

Speculum Hiſtoriale.

IOANNES PALAFONYDORVS vide IOAN. DE AQVA VETRI

IOANNES PALVDANVS, vulgò *vanden Broeck*, Mechlinienſis, S. Theol. Doctor, in *S. Petri* Canonicus & Paſtor, Michaelem Baium Præceptorem habuit. Scripſit *Vindicias Theologicas, aduerſus Verbi Dei corruptelas.* Antuerpiæ, 1620. & 1622. typis Henrici Aertſij.

Apologeticum Marianum. Louanij typis Henrici Haſtenij, 1623. 4.

IOANNES PALVDANVS Tornacenſis Poëta, Gandaui, Tornaci, pòſt Mont. Hannoniæ humaniores literas iuuentutem docuit. Edidit

Dictionarium Puerorum, idiomate Lat. Gall. Fland.

Sententias elegantiores ex Iſocrate collegit. Gandaui, 8.

IOANNES PASCHASIVS Mechlinienſis, Carmelita, Doctor, Theologus Scholaſticus, vir ſingulari eruditione & pietate. In Prouincialibus Capitulis, tantâ verborum ſuauitate ſententiarumque grauitate perorauit, vt omnium animos, oculos & amorem in ſe conuerteret, ſibique dicendo conciliaret. Scripſit

In Magiſtrum Sententiarum.

Conciones in Euangelia Dominicalia & totius anni Feſtos dies.

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, vernaculo ſermone, quam anno CIↃ.IↃ.XXVII. perfecit. Louanij, 1563. typis Wellæi.

Floruit Louanij, an. M.D X Errat *Ioan. Bap. Gramaye*, qui an. M.D.LXXXV. obijſſe ſcribit in Hiſtoria Mechlinienſi.

IOANNES PAPPÆVS Flander Poëta Comicus, edidit

Samariten Comœdiam, in quam erudita *Scholia* ſcripſit *Alex. Vanegas* Toletan.

IOANNES A PASTVRA, Sanctenſis, Gemblacenſis Monaſterij Prior, ſcripſit

Explicationem Pſalterij Dauidici & Hymnorum. Louanij 1560. 8.

IOANNES PESSELIVS, Tilanus, Geldrus, Ordinis S. Dominici & Doctor Colonienſis, recenſuit & auxit

Epitomen Operum Diui Auguſtini, Item eiuſdem

De VII. Sacramentis Tomum IV. Coloniæ 1539.

IOANNES PELLENS Leodicenſis, Ordin. Minorum. Vir doctus & bonus, III. Linguarum peritus, Louanij Sacr. Theologiæ

IOANNES MEVRSIVS Batauus natus Losduni, qui pagus Hagâ-Comitis vno miliari diſtat, anno Chriſti .D. LXXIX. Ad Græcæ linguæ ſtudium natura pronior, vix tredecim annor. carmen Græcum ſcribebat. Remotiſſimam Græciæ Hiſtoriam & ſepultas pænè cum ipſo tempore Antiquitates, eruit *A Ioan. Berneueldio*, ad erudiendos priuatim filios euocatus, decennium in eius familia & conſuetudine egit, & peregre cum ijs profectus, maximorum totius orbis Chriſtiani Principum aulas vidit, & Bibliothecas. Anno CIↃ. IↃC VIII. Aurelijs ſummo in Iuriſprudentia Doctoris titulo cohoneſtatus eſt. In patriam redux Academiæ Lugdunenſi operam addixit, & iniunctam à Curatoribus Hiſtoriæ primùm, deinde linguæ etiam Græcæ Profeſſionem, Hiſtoriæ quoque patriæ conſcribendæ partes ſuſcepit. Viuit & valet, docet diſcit, & ſcribit anno M. D. XXVII. Scripta ab eo atque edita hæc ſunt:

Lycophron Caſſandra cum Commentario. 1597. 8. Lugd. Batauor.
Spicilegium Theocriticum. Ibid. 1597. 8.
Macrobius, cum breuibus Notis.
Criticus Arnobianus, lib. VII. digeſtus. Ibid.
Hypocriticus Minutianus. Ibidem 1599. 8.
Cato de re Ruſtica, cum Notis.
Cura Plautina, & Animaduerſionum miſcell. lib. IV. Ibid. 1598.
De Gloria lib. I. & Auctario Philologico. Ibid. 1600. 8.
Poëmata varia. Ibidem 1602. 8.
Panegyricus dictus IACOBO I. *Britanniæ Regi, in auſpicijs noui regni.*
Meditationes Chriſtianæ in Pſalmum CXVI. & CXIX.
De Funere lib. Singularis, in quo priſci ritus Græci & Romani.
De puerperio Syntagma. Hagæ-Comitis, 1604. 8.
De luxu Romanor. lib. ſingularis.
Mantiſſa, ſiue Obſeruationes Criticæ. Ibid. 1605.
Notæ in Aſtrampſychi Oneirocriticon. Ibidem.
Codinus de Originibus Conſtantinop. cum Notis, 1607. 8.
Herodis Inſcriptio Græca, totidem verſibus Latinè reddita.
Apuleij Apologia, cum Notis breuioribus.
Phædrus cum Animaduerſionibus.
Rerum Belgicarum lib. IV. in quibus ſexennium Ferdinandi, Ducis Albani. Ibid. apud Elzeuirum, 1614. 4.
Rerum Belgicarum lib. I. De Inducijs Belgicis. Ibidem.
Gloſſarium Græco-Barbarum. Ibid 1612. 4.
Conſtantinus Imp. de adminiſtrando Imperio, antea non editus, Græcè & Latinè, cum Notis.
Leonis Imperatoris Tactica, itidem antea niſi Latinè edita, Græcè & Latinè cum Notis.
Heſychij Mileſij Opuſcula, Græco-Lat. cum Notis.
Beſſarionis Card. Epiſtola, Græco-Lat. cum Notis.
Antigoni Caryſtij παραδόξα, *ſiue hiſtoriarum mirabilium Collectanea*. 1619. 4.
Palladij Hiſtoria Lauſiaca, Græcè & Latinè cum Notis. 1616. 4.
Gloſſarium Latino-Barbarum.
Fortuna Attica, ſiue De Athenarum origine, incremento magnitudine, decremento & occaſu, lib. ſingularis.

Cecro-

Cecropia, ſiue de Athenarum Arce & eiuſdem Antiquitatibus, lib.

Archontes Athenienſes. Ibid. 1622.

De populis Attica. 3.

De ludis Græcorum. Ibid liber ſingularis.

Hiſtoriarum rerum mirabilium auctores Græcos recenſuit, & Notas & Commentarium adiecit. Ibid. 1622.

Piſiſtratus, ſiue de eius Vita & tyrannide. Ibid. typis Elezeuirij.

Atticarum Lectionum lib. VI.

Codinus de Officijs aulæ Conſtantinop. cum Verſione Latina & Notis.

Harpocrationis Lexicon X Rhetorum cum Animaduerſionibus.

Bibliotheca Græca lib. IX.

Conſtantini Manaſſis Annales Græcè cum Notis. Ibid. 1616. 4.

Euſebij Polychronij Pſelli Expoſitiones in Cantica Canticorum, Græcè cum Notis. anno 1617. 4.

Chalcidius, Græcè cum Notis.

Theophylacti Bulgaræ Archiep Epiſtolæ, cum Notis.

Ariſtoxeni, Nicomachi & Alypij Muſica, cum Notis.

Philoſtrati Epiſtolæ aliquot, partim non editæ, partim auctiores, cum Diſſertatione de Philoſtratis.

Theodori Metochitæ Hiſtoria Romana, à Iulio Cæſare, ad Conſtātinum Magnum lib. I. *Græco-Lat. cum Notis.*

Procopius Gazæus in libb. Regg. & Paralippomenon.

Apollonij Alexandrini θαυμάσια *ſiue Hiſtoria Commentitia lib. Græcè cum Commentario.* 1620. 4.

Variorum Diuinorum lib. ſiue Orationes Patrum nunquam editæ. anno 1619. 4. *cum Notis.*

Porphyrij Philoſophi omnia Græcè, cum Notis.

Phlegontis Tralliani Opuſcula, de rebus mirabilibus cum Notis. 1620. 4.

Orcheſtra, De Saltationibus Veterum. Ibid. 1618. 4.

Græcia Feriata, de Feſtis Græcorum lib. VI. 1619. 4.

Panathenæa, ſiue De Mineruæ feſto gemino. Ibid. 1619. 4.

Eleuſinia, de Cereris ſacro & feſto. Ibid.

Areopagus, ſiue de Senatu Areopagitico, lib. ſingularis

Æſchylus, Sophocles, Euripides, ſiue de Tragœdijs eorum lib. III. 4.

Athenæ Atticæ, ſiue de præcipuis Athenarum Antiquitatibus, lib. III. Lugd. Batauorum. 1625.

IOANNES A MEYEN, Bergizomius, Brabantus,

Virgilij Maronis Opera ex doctiſſimorū virorum notationibus illuſtrata dedit poſt multos alios Venetijs, typis Maurltij 1576. & Francofurti 1576. & 1617. 8.

IOANNES MIRAEVS Bruxellenſis, naſcitur anno reparatæ ſalutis M. D. LX. VIII. Id. Ianuarij. Louanij in gymnaſio Caſtrenſi, Philoſophiæ Ariſtotelicæ operam dedit. Duaci Græcas litteras & Rhetoricam docuit. Bruxellis in monte frigido in D. Iacobi Paſtor, mox in *D. Gudulæ* Canonicus, demum Antuerpienſibus Epiſcopus datur. Obijt Bruxellis morte ſubitanea anno CIↃ. IↃCXLXII. Ianuarij, & ſepultus Antuerpiæ in æde primaria B. Mariæ Sacr. hoc epitaphio.

D. O. M. S.

IOANNES MIRAEVS
EPISCOPVS ANTVERPIENSIS QVARTVS H. S. E.
QVI OBLATAM SIBI FAMA VIRTVTIS DIGNITATEM
CVM DIV RECVSASSET, SIC VT COGENDVS FORET,
EA VIGILANTIA, MAGNANIMITATE, INTEGRITATE
BENIGNITATE AC PRVDENTIA GESSIT,
VT VIRVM MVNERI NON MVNVS VIRO DATVM APPARERET
SED HEV FIDEM SORTIS HVMANAE!
VIX DVM SEPTIMAM TVRBIDIS TEMPESTATIBVS MESSEM
HOC COLONO PERINDVSTRIO ANTVERPIA GVSTAVERAS
CVM SERENATO PERINDVCIAS TANDEM REIPVB. CAELO
INFELICE CATARRHOSAE GVTTVLAE DEFLVXV
TV SPE VBERIORIS FRVGIS, IPSE VITA, EXCIDISTIS,
IANVARII DIE XII. AN. SAL. CIↃ. IↃCXI. SVO LII. INEVNTE,
OMNIBVS ETIAM HOSTIBVS LVCTVOSVS.
PIIS VT MANIBVS SIT QVIES, QVISQVIS HAEC LEGIS
DEVM VENERANS PRAECARE.

Chronicon.

Non ConfVnDar In æternVM.

Edidit STATVA SYNODI DIOCESEOS *ſuæ, anno* M.DCX. *celebratæ*, & præmiſit *Orationem ad Clericum*. Omnia typis Moreti.

Ioannes à S. Laurentio Duacenſis, & *Ioannes Del-rio* Decanus B. Mariæ, & *Laurentius Beyerlincx* Canonicus & Archi-presbyter *Orationes funebres in eius funus* ſcripſerunt. Erat illi Symbolum: FVTVRA PROSPICE.

IN IV. PRIMOS ANTVERP. PRAESVLES.

SOL *tenebris*, TORRENS *ſitienti erat, atq; humili* MONS,
Sed TORRENS, SOL, MONS, *hinc abiêre diu.*
Quid facies? quid habebis egens Antuerpia? mira.
Plurima promittit mira MIRAEVS *enim:*
Et quod SOL *fuerat, quod* MONS, *quod denique* TORRENS,
Vnicus hic, nec res mira, MIRAEVS *erit.*

Ceterum vigilantiſſimi huius Præſulis laudes, Inſcriptio quæ in Seminario ab eodem Antuerpiæ inſtituto legitur, ſub breuitate complectitur quam proinde velut in mnemoſynon aliquod priſtini noſtri erga eundem adfectus, hoc loco adiiciendam duximus. Ita vero ſe habet:

IOAN-

IOANNIS MIRÆI BRVXELLENSIS
IV. Antuerpienſium Epiſcopi, vultum hic vides Spectator.
Neque enim heroicam ipſius mentem, qua ſemper alta cõplexus,
exigua tabella ceperit.

ILLE, *ille eſt, cuius in Deum religio & pietas;*
Erga homines adfectus, & benignitas;
In priuata vita candor & integritas;
In publica ſplendor, & dignitas;
In agendo prudentia & ſedulitas;
Morum facilitas domi foriſque;
[Quæ virtutes vnà cum eruditione, ſummæ in illo fuerunt;]
Apud nos, poſteroſque perenni elogio celebrabitur.
HVIVS *induſtria & labore Diœceſis Antuerpienſis multũ collapſa,*
Priſtinum, & priſtino ampliorem ſplendorem recepit.
Surrexit eius auſpiciis hoc SEMINARIVM *Clericorum,*
Quod viuens fouit, & moriens opibus cumulauit;
E quo mox miſsi in omnem vineam Operarij.
Eccleſiarum Viſitationes hoc ſpeculatore reſumptæ:
Virginum Cœnobia optimis inſtitutis ſtabilita:
Et Cæremoniarum ſacrarum introductæ formulæ.
Summa eſt. Quod olim Vrbi æternæ Octauianus Cæſar,
Id præſtitiſſe Antuerpienſi Eccleſiæ iure quis hunc dixerit:
Lateritiam primitus eam inueniſſe,
Et non integro ſeptennio quo præfuit, marmoream reliquiſſe.
Sed heu! meditantem maiora, catharri defluxus rapuit in patria,

Anno ſalutis humanæ CIϽ. IϽ. CXI. die XII. Ianuarij,
Poſtquam vixiſſet annos LII. meritorum plenus.

LAVRENTIVS BEYERLINX S. T. L.
Canonicus & Archipresbyter Eccleſ. Cathedral. Antuerpienſis,
ac primus huius Seminarij Præſidens,
Antiſtiti opt. de ſe merito Pos.

IOANNES MOERMANNVS Antuerpienſis. Mathematicus, Aſtrologus & Rector Scholæ Eccleſiæ B. Mariæ, edidit

Rudimenta linguæ Latinæ in octauo.

Apologos Creaturarum carmine cum Iconibus, typis Plantini.

Obijt in patria cIↃ. IↃ c. xxi. xx. Octobris, ætatis l. x v. & ſepultus in D. Mariæ, ante altare S. Annæ.

IOANNES MOLANVS, patrem Schoonhouianum, matrem Louanienſem habuit, ipſe Inſulis nobili emporio natus eſt, anno ab apparitione Chriſti in carne M. D. XXXIII. quò mater prægnans venerat. Ciuis & Doctor Theologus Louanienſis, Pontificius librorum Cenſor, & in D. Petri Canon. fuit multiplici variarum rerum cognitione eleganter excultus, in omni vita ſua in ſtudioſos pauperes largus. Optimè meritus de rebus Eccleſiaſticis, idq; illuſtrando Venerandę Antiquitatis per Belgiũ monumẽta. Eius hæc ſunt:

Vſuardi martyrologiũ auxit & Annotationib. illuſtrauit Louã. 1568 1573. & 1577. 8.

De Picturis & Imaginibus Sacris lib. IV. Ibidem 1570. & 1594.

Indiculus Sanctorum Belgij. Ibid. 1577.

Annales Sanctorum Belgij, à morte editi Petri Louwy Syluæducenſis curâ; *cum Anacephaleoſi Chronica de iiſdem.* Ibidem, 1595. & Duaci 1616. 8.

Militiam Sacram Ducum ac Principum Brabantiæ, cum iiſdem Petri Louwy Notis, Henricus Cuyckius è tenebris eruit. Antuerp. typis Plantini, 1592.

Diarium de Medicis Sanctis, cum eiuſdem Cuyckij Præfatione, quæ eſt de MOLANI vita. Louanij, 1595. 8. typis Maſij.

De Canonicis lib. III. Louanij. typis Birckmanni, 1587.

De fide Hæreticis ſeruanda, lib. III. Ibidem, 1584.

De fide rebellibus ſeruanda, lib. I.

De fide & iuramento quæ à Tyranno exiguntur. Ibidem 1584.

De pijs Teſtamentis, & quacunque alia vltima voluntatis diſpoſitione. Ibidem.

Theologiæ practicæ Compendium in V Tractatus digeſtum, Ibidem 1585. & 1590. 8. & Antuerpiæ 1625. apud Belleros.

Reſponſio quodlibetica ad III. *quæſtiones*, Louanij 1570. 8.

Romanorum Martyrologium ampliſſ. Notis illuſtrauit, ineditum.

Bibliotheca Theologica M. S. quam memini me vidiſſe apud *Aubertum Miræum* Decanum B. Mariæ Antuerp.

Annales vrbis Louanienſis lib. XIV.

Louanij DEO creatori ſpiritũ reddidit, tumulus ad D. PETRI, hoc epitaphio:

CONDITVS HIC IACET
D. IOANNES MOLANVS LOVANIENSIS
S. THEOLOGIÆ PROFESSOR
APOSTOLICVS AC REGIVS LIBRORVM CENSOR,
ECCLESIAEQ. HVIVS CANONICVS,
QVI EDITIS LIBRIS CLARVS
ET INSIGNI CONDITO TESTAMENTO
QVO PAVPERIB. STVDIOSIS AD CVRAM PASTORALEM
SERIO SE PRAEPARANTIBVS
ANNVOS CCC. FLORENOS LEGAVIT
OBIIT LOVANII MAGNO SVI RELICTO DESIDERIO
CIↃ. IↃ. LXXXV. SEPT. XVIII.

IOAN-

IOANNES MOLINÆVS, vulgo Vander Meulene, Gandenſis, I. V. D. Louanij in D. Petri Gandauenſis Eccleſiæ Decanus, Vniuerſitatis Cancellarius, & Decretorũ Profeſſor primarius. Duciſſæ Parmenſi Belgium adminiſtranti ab Eleemoſynis fuit. Tantam hic vtriuſque linguæ cognitionem eſt conſecutus, vt ex tempore Epiſtolas vtroque idiomate dictaret: tantâ memoriâ, vt ad duas treſue horas cum audientium admiratione, memoriter oraret. Edidit.

Decretum Iuonis Carnotenſis operâ ſuâ recognitũ: Louanij, apud Bartholomæum Grauium, 1585 fol.

Orationem habitam coram GREGORIO XIII. *Pont. Max. & Collegio Cardinalium.*

Obijt in Italia, lapſus in phreneſin, magno cum bonorum omnium luctu & dolore.

IOANNES MOLINETVS, Hiſtoricus & Poëta, natus Diuerniæ in agro Bolonienſi, *Margaretæ Auſtriæ Belgium pro Carolo V.* nepote gubernanti gratus accepruſque fuit, & Bibliothecæ eius curam geſſit. Demum Canonicus in aula Comitis apud Valentianas Hannoniæ vrbem renuntiatus, ibidem moritur, conditusque in eius aulæ Sacello anno M. D. VII. ad cineres Præceptoris ſui Georgij Caſtellani Equitis, Poetæ item ac Scriptoris percelebris hoc epitaphio:

ME MOLINET *peperit Diuernia Bolonienſis,*
Pariſius docuit. aluit quoq; vallis Amorum:
Et quamuis magna fuerit mea fama per orbem,
Hæc mihi pro cunctis fructibus aula fuit.
M. D. VII.

Scripſit *Molinetus Tom. III.*

Res ætate ſua geſtas, ab anno Salutis M. CCCC. LXXIV. ad annum M. D. V. nondum editas. Dabit & Deus his quoque lumen. Extſtant Bruxellis in Bibliotheca Regia, & Ipris apud Baronem Busbequium.

IOANNES MONSENVS, Amſtelodamenſis, S. Theologiæ Licentiatus, & Profeſſor Duacenus, vir eruditus, & multæ lectionis & diligentiæ, ſcripſit

Orationes III. Theologicas.

Deciſionem è ſcriptis Canonicis, ab Apoſtolorum prouenire conſuetudine populo ſub panis tantum ſpecie ſacram Synaxin eſſe tribuendam. Coloniæ, typis Gennepæi, 1546. 8.

S. Scripturæ obſcurorum aliquot locorum per alias eiuſdem Diuinæ Scripturæ ſententias clariores luculentam interpretationem. Coloniæ, typis Ioannis Ruremundani, 1540.

IOANNES MORETVS Antuerpienſis, Typographus celeberrimus, vir certè probus, operoſus & diligens, mihi familiaris, vertit feliciter *Conſtantiam Iuſti Lipſij in linguam Belgicam.* Antuerpiæ, typis Plantini, 1584. 8.

Moritur anno Chriſtianæ ſalutis M. DC. X. ſepultus in D. Mariæ è regione tumuli Plantini, hoc epitaphio:

CHRISTO

Digitized by Google

CHRISTO RESVRGENTI SACRVM
IOANNI MORETO ANTVERPIENSI
MAGNI PLANTINI GENERO
EIVSDEM VIRTVTVM ATQVE ARTIVM
Laboris & Conſtantię HEREDI:
QVEIS IVVENIS SENESCENTEM SOCRVM IVVIT,
VITA FVNCTVM SVPERSTES EXPRESSIT
PVBLICE VTILISSIMVS, PRIVATIM BENIGNVS,
PASSIM MODESTVS, PROBVS, PRVDENS,
OMNIVM BONORVM ELOGIO BONVS
VIXIT, PRAECLARVM SVIS HONESTI EXEMPLVM
ANNOS LXVII. MENSES IV.
OBIIT, INSIGNEM IN DEVM PIETATEM TESTATVS
X. KAL. OCT. M. D. CX.
MARTINA PLANTINA
OPT. MARITO CVM LACRYMIS OPTIME APPRECATA
SIBI ET POSTERIS MORTALITATIS MEMOR.

IOANNES MONCEAV Hannatenſis, Soc. IESV Clericus & Presbyter, edidit ſermone Gallico

Vitam & res geſtas S. Adiliæ, cuius corpus requieſcit in Orpio magno diœceſis Namurcenſis pago, vbi prædicta Adilia quondam Cœnobio Monialium ſanctiſſimè præfuit.

IOANNES MOROCVRTIVS Neruius, Cartuſianus, Prior Valencenarum Poëta ſatis bonus, ſcripſit carmine heroico

Bruniados lib. IV. ſiue Vitam S. Brunonis Cartuſiani. Antuerpiæ typis Ioannis Criniti, 1540. 4.

Hugoniados, teſte Petreio in Bibliotheca Carthuſianor.

De Natiuitate Domini.

De rebus geſtis S. Laurentij Martyris.

Threnodiam aduerſus Lutheranos. Antuerpiæ, typis Criniti. Ex huius corpuſculi domicilio emigrauit bonus Pater anno relaxationis humanæ CIↃ. IↃ. XLVIII. IV. Id. Octob.

IOANNES MVRMELLIVS Theodorici Fil. Ruremondæ (quæ eſt inſignis Geldrorum ciuitas, ad Ruræ ac Moſæ confluentem ſita) natus eſt. Vir perſpicaci ingenio, fideli memoria, multimodâ lectione ſcriptioneque clarus, Græcarum & Latinarum litterarum Profeſſorem doctiſſimum *Alexandrum* illum *Hegium* Dauentriæ audiuit. Coloniæ artium liberalium magiſter, non ſine inſigni eruditionis prærogatiua, declararatus eſt. Bonas literas, quas callebat exactiſſimè, multis in locis, optimâ fide docuit. Tandem Dauentriam publico ſtipendio accerſitus, exitiali morbo correptus eſt: qui ægrotanti adfuêre artis Medicæ periti, peripneumonia extinctum affirmant, relicta miſella vxorcula & pupillo infantulo. *Hermannus Buſchius Paſiphilus*, hec illi poſuit Epithaphium:

Non

Non MVRMELLIVS *hic iacet ſepultus,*
Sed tantum cinis aridus Poëta:
Sed puluis gelida leuis fauilla,
Parua reliquia ſilentis urna.
Ipſe ad ſidereas abiuit oras,
Felix Elyſias futurus inter
(Ærumnis procul omnibus) cateruas.
Quare nec lacrumas, Viator ullas,
Nec mœſtas gemitu cie querelas,
Virtutis comes interire neſcit.
Mortem proterit ipſa ſola Virtus.

Deuixit anno ſalutis M. D. XVII. II. Octobris. Eius hæc ſunt:
Tabula Grammatices. Pariſijs, typis Wechelij.
Tabula in artis componendorum verſuum rudimenta. Argentinæ, Pariſijs & Norinbergæ.
Commentarij in Perſij Satyras. Antuerpiæ, Coloniæ 1534. & Pariſ.
Iſagoge in Prædicamenta Ariſtotelis. Coloniæ cum Dialectica Cæſarij.
Sententia ex Elegijs Ouidij, Tibulli, Catulli & Propertij. Wittembergæ 1533. & Coloniæ, apud Gymnacium, 1541.
Commentarium in Boëthium de Conſolatione Philoſophiæ, partim ipſius, partim Rudolphi Agricolæ Coloniæ, typis Ceruicorui.
In Epiſtolam B. Hieronymi ad Nicıam, cuius & ſelectiores Epiſtolas collegit. Ibidem. 1505.
Caroleia, ad Carolum Archid. Auſtria. Typis Theodori Aloſtenſis, Antuerpiæ, 1515.
Scholia in carmen D. Cypriani De ligno ſalutiferæ Crucis.
Scopiarium, ad profligandam è ſcholis Barbariem.
De Compoſitis Verborum lib. II. carmine adiectâ explicatione ſua.
Scholia in Verſilogum Mancinelli.
Didaſcalicon lib. II. Coloniæ 1510.
Argumenta in Bucolica Mantuani.
Pappa puerorum Antuerpiæ typis Ioannis Loëi.
Elegiarum Moralium lib. IV.
Protrepticon Poëtantium.
Deſcriptio urbis Monaſterienſis, carmine Sapphico. Ibid. 1502.
Epigrammata varia & innumera.
Laus Reuchlini.
De Hymnis Eccleſiaſticis libellus.
Comment. in B. Hieron. Epiſtolam ad Nepotianum, De Clericorum & Sacerdotum officijs. Swollis 4.
Comment. in Ruſticum Angeli Politiani, & in eiuſdem Syluam.
Elegiæ XVI. Monaſterij, 1504.
Comment. in Epiſtolas Horatij & Prudentium.
Florea ſerta D. Virginis Dei-para, vario metri genere.

Enchiridion ſcholaſticorum, ſeu de officio ſcholaſticorum, Swollis, apud Petrum de Breda. 4.
Nucleus. Coloniæ, apud Gymnicum.
Enchiridion Nominariorum. Neomagi, typis Petri Elzerij, 1553. 8.

IOANNES A MIRICA, vel MIRICÆVS, Louanienſis, Cartuſianus profeſſione Bruxellenſis, ſcripſit
Medicinam Errantium lib. II.
Enarrationem Catholicam Orationis Dominicæ.
Vitam cum morte commutauit Vicarius in Cartuſia Rutilana, in confinibus Lotharingiæ ſita, anno reparatæ ſalutis M. D. LXXXXII.

IOANNES MVNTERIVS Gandauenſis, Poëta facetus, varijs *Epigrammatum* libellis conſcriptis, clarus. Extat & eius *Carmen in Topica Legalia Nicolai Euerardi de Middelburgo.*

IOANNES MYRINCA Louanienſis, ſcripſit Geſnero teſte,
De coniugio Chriſtiano Sermonum lib. III. carmine heroico.
Epitalamium in nuptias Georgij Guilielmi Sichingi.

IOANNES NEMIVS Syluæducenſis, ſacerdos primùm ſcholæ Apoſtolicæ apud Nouiomagos præfectus, poſt diligens in patria gymnaſiarcha, edidit
Orthographiæ Rationem, ex varijs Scriptorib. typis Plantini 1572.
Pronuntiandi modum. Ibidem.
Annotationes in Syntaxin Eraſmi.
Humanæ ſtultitiæ triumphum, verſu Iambico.
Poëma, cui titulus Parens & Nouerca. Typis Siluij, 1553. 8.
Tyli Saxonis Hiſtoriam carmine lepido vertit.

IOANNES NAEVIVS Mechlinienſis, Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI, S. T. B. nouem annos Haſſeleti Eburonum Prior, prouinciæ Coloniẽſis ante Diffinitor &, Viſitator nunc Prouincialis anno M. DC. XXVII. magni iudicij & rari ſollicitique ingenij homo, Muſarum Patronus & Poëta. Edidit ad vulgi inſtructionem idiomate patrio
Vitam D. MONICAE, *matris* S. AVGVSTINI, *iuuenum, coniugatorum, viduarumque ſpeculum.*
Syntagma de frequenti & fructuoſo Sacramentorum Pænitentiæ & Euchariſtiæ vſu, cum Appendice de Sodalitatibus & Indulgentijs.

Doctrina & Pietas tua non eſt oblita naeuo,
Neſcio cur igitur Næuius eſſe potes.

IOANNES NIELLIVS, Veſalienſis, I C. edidit
Controuerſias Iuris Feudalis, Diſputationibus XI. *enucleatas*. Marpurgi, 1596. & 1615. 4. Item.
Controuerſias Iuris Iuſtinianei, ad Inſtitutiones Iuris XXXVI. Diſputationibus enucleatas. Francofurti, 1613.
Obijt Caſellis, anno M. D. XCVII. V. Id. Ianuar. ætat. XXV.

IOANNES NOVIOMAGVS, ſiue *Neomagus*, Gelder, ſcripſit

Scholia in Dialecticam Georg. Trapezuntij. Pariſijs, 1537.

Arithmeticam, ſiue De Numeris, libb. II. Ibid. typis Wechel. & Coloniæ.

Cl. Ptolomæi lib. VIII. de Geographia è Græco in Latinum vertit, atque in eoſdem indicem compoſuit.

Scholia in Bedam, ad libb. De Temporum Ratione, De Natura rerum, & De Loquela per geſtum digitorum.

IOANNES NAEVIVS Hontiſcotanus, Flander, Ioannis Deſpauterij præclari Grammatici Præceptor doctiſſimus, & Pędagogij Lilienſis apud Louanienſes Præſes anno M. D. XVI. *Eraſmo Roterodamo* eruditionis nomine percarus: huius nihil vidi pręter aliquot elegantes *Epiſtolas Latinas* Louanij impreſſas.

Obijt Louanij ann redemptionis humanæ M. D. XXIV. ſubitaneâ morte Conſulat lector *Eraſmi Roterodami* epiſtolam ad *Iodocum Ganerum*.

IOANNES OLIVARIVS, vulgo *Olieſchlager*, Gandenſis I. C. eloquentiæ Duaci Doctor. Vir Vtriuſque linguę peritus. Poeta elegans, Orator grauis, Philoſophus non vulgaris, in Hiſtorijs omnibus verſatiſſimus. Iuuenis annos vix natus XVII. Græcas literas Gandaui docuit. Pariſijs *Turnebum* & *Ramum* audiuit. Compoſuit II. Comœdias terſiſſimo filo, eaſque publicè Gandaui per Iuuentutem ſuam ſcholaſticam cum ſummo ſpeculatorum applauſu exhibuit. quarum tituli *Michaas & Nabuchodonoſor.*

Poemata varia in gratiam amicorum.

Proſperi Aquitanici Opera recenſuit.

Lege *Ioan. Baptiſt. Grameyum* in ſuis Antiquitatum Gandauenſium primitiis

V. C. IOANNI OLIVARIO Gandenſi I.C.
IVSTVS RYCKIVS Gandenſis
amico & conciui luſit.

Quem toties Graia ramis præcinxit oliua
Pallas, Athenæi præſes & ingenij:
Quem toties Latios ſpatiatum duxit in hortos
Incola Theſpiaci turba nouena iugi,
Cernis OLIVARI *buſtum: venerare, Viator,*
Non etenim arcanâ relligione caret.

IOANNES ORANVS, patria Leodicenſis, Soc. IESV Presbyter, vir fuit virtute, literis, prudentia & rerum agendarum peritia inſignis. Theologiā Pariſijs profeſſus eſt, & aliquot Collegiorum Rector, & Belgicę prouinciæ Vice-Prouincialis fuit. Tranſtulit eleganti ſtilo in Latinam linguam ex Hiſpana librum

P. Petri Ribadineira, De Principe Chriſtiano, aduerſus *Nicolaum Machiauellum* cęteroſque huius temporis Politicos, Antuerpiæ, typis Ioachimi Trognæſij, anno 1603.

Digitized by Google

loquentem in ædibus meis cum ſtupore & admiratione audiuimus, præſentibus *D. Laur. Beyerlinck* & *Lud. Nonio* Medico: edidit

Carminum diuerſorum libb. II. Argentorati, 4. 1616,

Poëmata, ſiue Luſus extemporaneos. Antuerpiæ apud Guil. à Tongris, 1617. 8.

IOANNES PALEDORPIVS, Mechlinienſis. S.T. Doctor, Ord. Carmelitarum, ſcripſit an. M. D. quo Gandaui natus Inuictiſſ. Imp. *Carolus V.*

Speculum Hiſtoriale.

IOANNES PALAEONYDORVS vide IOAN. DE AQVA VETRI

IOANNES PALVDANVS, vulgò *vanden Broeck*, Machlinienſis, S. Theol. Doctor, in *S. Petri* Canonicus & Paſtor, Michaelem Baium Præceptorem habuit. Scripſit *Vindicias Theologicas, aduerſus Verbi Dei corruptelas.* Antuerpiæ, 1620. & 1624. typis Henrici Aertſij.

Apologeticum Marianum Louanij typis Henrici Haſtenij, 1623. 4.

IOANNES PALVDANVS Tornacenſis Poëta, Gandaui, Tornaci, pòſt Mont. Hannoniæ humaniores literas iuuentutem docuit. Edidit

Dictionarium Puerorum, idiomate Lat. Gall. Fland.

Sententias elegantiores ex Iſocrate collegit. Gandaui, 8.

IOANNES PASCHASIVS Machlinienſis, Carmelita, Doctor, Theologus Scholaſticus, vir ſingulari eruditione & pietate. In Prouincialibus Capitulis, tantâ verborum ſuauitate ſententiarumque grauitate perorauit, vt omnium animos, oculos & amorem in ſe conuerteret, ſibique dicendo conciliaret. Scripſit

In Magiſtrum Sententiarum.

Conciones in Euangelia Dominicalia & totius anni Feſtos dies.

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, vernaculo ſermone, quam anno cIɔ.Iɔ.xxvii. perfecit. Louanij, 1563. typis Wellæi.

Floruit Louanij, an. M.D X Errat *Ioan. Bap. Gramaye,* qui an. M.D.LXXXV. obijſſe ſcribit in Hiſtoria Mechlinienſi.

IOANNES PAPPÆVS Flander Poëta Comicus, edidit *Samariten Comœdiam,* in quam erudita *Scholia* ſcripſit *Alex. Vanegas* Toletan.

IOANNES A PASTVRA, Sanctenſis, Gemblacenſis Monaſterij Prior, ſcripſit

Explicationem Pſalterij Dauidici & Hymnorum. Louanij 1560. 8

IOANNES PESSELIVS, Tilanus, Geldrus, Ordinis S. Dominici & Doctor Colonienſis, recenſuit & auxit

Epitomen Operum Diui Auguſtini, Item eiuſdem

De VII. Sacramentis Tomum IV. Coloniæ 1539.

IOANNES PELLENS Leodicenſis, Ordin. Minorum. Vir doctus & bonus, III. Linguarum peritus, Louanij Sacr. Theologiæ

Lector & Dauentriæ quondam Guardianus, alienus ab hominum conſuetudine, ſemper libris, ſemper chartis affixus, ſcripſit

De Virtutibus Theologicis, Fide, Spe & Charitate lib. III. M. SS. Antuerpiæ apud ſuos, ibidemque mortuus, cIↃ. IↃcIV. Menſis Sept. XXIV.

IOANNES ANTONIVS PELTANVS, ex Pelta Inferioris Germaniæ ac ditionis Leodicenſis pago oriundus, Canonicus Ordinis Præmonſtratenſis, in politiori literatura, vt & in Græca Lingua egregiè excultus. In SANCTI MICHAELIS Cœnobio Antuerpiæ adeò ſe in Philoſophicis & Theologicis ſtudijs exercuit, vt Louanium miſſus, non ſolum Baccalaureatus gradum promeruerit, ſed & pro Licentiæ Laurea omnes Academicas velitationes cum laude ſubiuerit: quin ad Cœnobium reuerſus Philoſophiam & Theologiam ibidem ſuos cum fructu docuit, & in Priorem promotus. Fuit moribus grauis ac maturus, quietis ac ſolitudinis amans, multæ lectionis & ſtudij, qui ingenij ſui hæc monumenta reliquit

In Quæſtiones varias ſecundæ & tertiæ partis Summæ Theologiæ D. Thomæ, Comment. ſuccincta quidem, ſed erudita ac neruoſa.

Vinctâ etiam oratione celebrauit pleraque Dei-Hominis Myſteria, vt & Elegiacis verſibus S. NORBERTI *Præmonſtratenſium Patriarchæ Vitam*, quam Reuer. Domino *Dionyſio Feyten Abbati S. Michaelis* inſcripſit.

Deceſſit è vita anno à reparata ſalute M. DC. VI.

IOANNES PETRI SWELINCK, Batauus, mihi amiciſſimus, miraculum Muſicorum & Organiſtarum. Ad eum *Amſtelodami* agentem ac organo pulſantem mirabilis quotidiè concurſus fiebat. Omnes ſe virum cognouiſſe, vidiſſe, & audiuiſſe gloriabantur. Compoſuit

Cantiones ſacras & prophanas 3.5.6.8. vocum, omnesq; Pſal. Dauid. muſicè reddidit

Amſtelodami viuere deſijt anno ſalutis M. DC. XXII. Menſ. Nouemb.

IOANNES PICHARDIVS Luxemburgenſis, Dominican. & Ratiſponenſis Eccl. Antiſtes, vir magni iudicij, doctrinæ & facundiæ. Scripſit

Summam Theologiæ

Sermones Dominicales & Quadrageſimales, &

De Sanctis per totum annum.

Vixit Pariſijs anno Chriſti M. CCC. XII. teſte *Alfonſo Fernandez* in notitia Scriptorum Predicatoriæ familiæ.

IOANNES PINVS Trudonenſis, edidit

Catalogum omnium Antiſtitum, Traiectenſium, ac Leodicenſium, & rerum domi belliq́ue geſtarum Compendium, quem à *Ioanne Chapeauillio* nunquam citari miror. Ex Catalogo celeberrimæ Bibliothecæ Tungerloënſis.

IOANNES PISANVS, Cameracenſis, ſcripſit librum

De Optica, vulgo Perſpectiua communis nominatur. Norimbergæ, 1542.

IOANNES PLACENTIVS Trudonenſis, Dominicanus Cœnobij Traiect. ad Moſam, Louanij Theologiæ apud ſuos operam dedit, ſcripſit

Catalogum

Catalogum Antiſtitum Leodienſium, Tungrenſium ac Traiectenſium. vſque ad Erardum à Marca, qui in Epiſcopatu ſucceſſit Ioanni Horneo an. Chriſti M. D. VI. prid. Kal. Ian. Antuerpiæ.

De Pugna Porcorum, carmine heroico, dictionibus ſingulis à P. *littera incipientibus* Louanij, typis Hier. Wellæi.

Dialogos II. prior inſcribitur Clericus Eques: alter Luciani Aulicus, verſu Phaleucio. Ibid 1535. apud Simonem Cocum.

IOANNES POLITVS Leodicenſis, I. V. Doctor, Erneſti Bauari Leodicenſis Antiſtitis Hiſtoricus & Poëta, edidit & luſit

Panegyricum ad Chriſtiani orbis Principes, nec non & Vbiorum ac Eburonum Aulæ primores ac familiares. Coloniæ 1589

Inaugurationem Erneſti Bauari, verſu & proſa, in vrbem Leodicenſem ac reliquas Leodicinæ patriæ vrbes. Ibidem 1583. 8. apud Gymnicum.

Epigrammata varia, verſus Chronographicos &c. Ibid. 1589.

IOANNES POLYANDER Gandenſis, Græcæ linguæ aliarumque linguarum peritiſſimus, vertit Gallicè

Hiſtoriam Andreæ Demetrij de Græcorum ortu & interitu.

Scripſit Harmoniam locorum S. Scripturæ prima fronte inuicem diſcrepantium.

Poëmata varia & alia, quæ nondum ad notitiam meam peruenerunt.

IOANNES A PORTA, S. Theologiæ Licentiatus, Paſtor Vracenenſis in Flandria, poſt Canonicus Audomaropol. edidit vernaculo ſermone

Relationem Diſputationis de præſentia Chriſti in ſactiſſ. Euchariſtia, habita cum Ioanne Weſtphalo *Miniſtro.* Antuerpiæ 1591. 8. apud Ioann. Keerbergium.

Maſſam Iconociaſtarum, ſiue de vero vſu ſacrarum Imaginum. Ibidem 1591. 8.

IOANNES PORTANTIVS Gandenſis, inſignis Mathematicus, & Poeta, cuius multa in vtraque facultate exſtant. Emiſit in publicum *Typum Liuoniæ regionis*, quem in ſuum Mundi Theatrum inſeruit *Abrahamus Ortelius.* Vixit multos annos Antuerpiæ gratus & acceptus nationi Italicę mercatoribus, etiam Belgis. Suſpectus Magiæ ſuperſtitionis, Magiſtratus iuſſu capitur, & quæſtioni bis atque iterum ſubiectus fuit, vir ſexagenario maior, ſed robuſti ac optimè conſtituti corporis beneficio & bono fortaſſis conſcientiæ præſidio, cruciatibus reſtitit. Huius elogium apud *Lud Guicciardinum* in Deſcriptione Belgij.

IOANNES PRICHESIVS, Viconienſis in Hannonia Abbas XVIII. Ord. Præmonſt. Doctor Theologus, & Profeſſor Pariſienſis, ſcripſit *Alphabetum Vitæ Religioſæ lib. VI.*

IOANNES PVMEVS Dominicanus, cœnobij Gandenſis alumnus, eruditione clarus, ac Græcæ Linguæ cognitione excellens: multa ſuæ doctrinæ monumenta reliquit, quæ habentur apud ſuos. edidit

Volumen Concionum Quadrageſimalium. *Super Pſalmos Graduales.*

Claruit anno M. D. LXXI. teſte *Alfonſo Ferdinandez* Dominicano in Notitia Scriptorum Prædicatoriæ familiæ.

portare, vili corpus amictu tegere, infra cæteros ſeſe abijcere conſuetum ipſi eſſet, inſigni Chriſtianæ Virtutis exemplo.

Hermoniam IV. Euangeliorum in vnum corpus congeſſit, ſecutus fere veſtigia *Ianſenij* Gandenſis Epiſcopi. Coloniæ ann. 1573. Duaci ann. 1575. & Romæ. *Organi Ariſtotelici Verſionem quoque edidit*. Coloniæ 1572. 4.

Emigrauit ex hac vita Duaci in D. Petri Præpoſitus & Academiæ Cancellarius anno partus Virginei cIɔ. Iɔ. xcv. III. Id. Aprilis.

IOANNES RVYSBROEQVIVS Brabantus, monaſterij Vallis Viridis propè Bruxellas primus Prior, Ordinis S. Auguſtini, Canonicor. Regularium. *Sixtus Senenſis* & *Thomas Bozius lib.* IX. *de Signis Eccleſiæ*, Carthuſianum ſcribunt, errat vterque. *Laurentius Surius* opera RVSBROEQVII ex Germanico idiomate in linguam Latinam vertit, & Colon. impreſſa typis Quentelij 1552. *Dionyſius Carthuſianus Tractatu de Spiritu Sancto*, RVRBROEQVIVM ALTERVM DIONYSIVM AREOPAGITAM *appellat*. Tamen cum altiora contemplans, altius loqueretur, viſus eſt aliquibus, atque adeò *Ioanni Gerſoni* Pariſienſi Cancellario in multis errare & ſapere hæreſin: *Surius* verò egregiè & doctè noſtrum tuetur & meritò. Id enim accidere ſolet ijs, qui ſcribunt de Myſtica Theologia, teſte *Bellarmino*, vt eorum dicta ab alijs reprehendantur, ab alijs laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur. Eius hæc ſunt

Regnum amantium Deum, ſiue Summa Vitæ ſpiritualis.

De IV. Tentationibus.

De Fide & Iudicio.

De Calculo, ſiue De perfectione Filiorum Dei, Guil. Iordanus Latinè vertit.

De Nuptijs Spiritualibus, libb. III. Interprete eodem Iordano,

De VII. Seris ſiue Cuſtodijs.

De VII. Gradibus ſcalæ ſpiritualis Amoris. Interprete Gerardo Magno.

Speculum Salutis æternæ.

De Tabernaculo ſpirituali Moyſis. Interprete Guil. Iordano.

Liber Retractationis. De Vnione amantis animæ cum Deo.

De XII. *Beghinis, ſiue Virginibus Deo deuotis, tractans de duplici vita hominis Contemplatiua & Actiua.*

De vera Contemplatione.

Epiſtola exhortatoria & alia.

Vir ſanctiſſimus enauigato huius mortalitatis turbulento pelago, anno ætatis ſuæ LXXXVIII. Sacerdotij LXIV. ad portum perpetuæ quietis peruenit, & ſepultus ante ſummum altare in ſepulchro laterici o, hoc epitaphio:

HIC IACET TRANSLATVS DEVOTVS PATER
D. IOANNES DE RVYSBROECK,
I. PRIOR HVIVS MONASTERII,
QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. LXXXI.
II. DIE DECEMBRIS.

IOANNES RVSSIM Luxemburgenſis, Dominicanus, eiuſdem Prouinciæ aliquando Moderator, Ariſtotelicæ doctrinæ non ignarus, humanarumque litterarum. In Scholaſtica autem doctrina plenè eruditus, hinc

apud celebres ſui temporis viros in magno pretio. Scripſit
Commentaria in Magiſtrum Sententiarum.
In Epiſtolam Diui Pauli ad Titum.
In XV. Capita priora S. Matthæi.
Directorium Confeſſorum.
Sermones de Tempore & Sanctis per totum annum.
Sermones ad Clerum.
Claruit circa annum Domini M. CCC. XII.

IOANNES RYCQVIVS, vulgò DIVES, Gandauenſis, I. C. Edidit
Axiomata Legum. Francofurti 1575.

IOANNES SADELER, Vide ÆGIDIVS, IOANNES, RAPHAEL SADELER.

IOANNES A SANCTO LAVRENTIO, Duacenſis, Græcarum literarum ibidem Profeſſor Regius, & Eccleſiæ Collegiatæ Leuſenſis Decanus, ſcripſit & edidit
Orationem Funebrem in obitum Ioannis Miræi Antuerpienſium Præſulis, longiori vita digni. Duaci, 1611., 8.
Rebus humanis exceſſit anno Chriſti M. DC. XVI.

IOANNES SALANVS Atrebas, Doctor Medicus, ſcripſit
Promptuarium rerum omnium in arte Medica memorabilium.
Methodum medendi.
Compendium totius artis Medicæ.

IOANNES SANDERVS Gandenſis, ANTONII SANDERI Auus, Cæſari CAROLO V. à Conſilijs Medicus, elatâque Vxore LEVINA STEELANDA nobili matronâ, in Eccleſia Diui Bauonis Canonicus: Ciuibus ſuis charus, & magnæ apud eoſdem ob eruditionem & virtutem auctoritatis. Scripſit
Methodum curandarum ægritudinum. M. S. apud Ant Sanderum.

IOANNES SARRACENVS Atrebas, Cœnobij Vedaſtini Antiſtes, & PHILIPPO II. Hiſpp. Regi à Conſilijs, in ſui ſanctioris ſtatus Belgici intimo Senatu, demum creatus Archiepiſcopus Cameracenſis. Literatorum hominum Mecænas munificus. In Archiepiſcopatum illi ſucceſſit Guilielmus Grimbergius
Orationes ſiue Conciones complures diſertiſſimè ſcripſit & pronuntiauit.
Leges & Statuta ſuæ Diæceſis obſeruanda euulgauit.
Vitâ deceſſit Bruxellis anno reconciliationis humanæ M. D. XCVIII. Ætatis LXIII. Mitræ XX. Inteſtina ibidem ſepulta, corpus in Vedaſtino Cœnobio, Cor apud Cappuchinos Atrebati, quorum Fundator fuit. *Guilielmus Gazæus* hoc illi epitaphium ſcripſit:

IOANNES SARRACENVS ATREBAS
NOBILI VEDASTIN. OR. COENOBIO
SVB D. BENEDICTI CLIENTELA
DEO DICATVS,
DECVRSO PHILOSOPHIAE STADIO,
THEOLOGICAM LAVREAM ADEPTVS,
APVD SVOS
PRAELECTIONVM THEOLOGICAR. ELEGANTIA,
APVD CIVES
CONCIONVM VERE CHRISTIANAR. FACVNDIA,
APVD OMNES
RERVM AGENDARVM PRVDENTIA NOTVS.
ARTHESIAE ORDINIBVS PRAEFICITVR,
SEDANDIS PATRIAE TVMVLTIB. GNAVITER INCVMBIT,
BINA LEGATIONE
ALTERA AD DVCEM PARMENSEM BELGI GVBER.
ALTERA AD REGEM CATHOL. PHILIPP. II.
IN HISPANIAM,
CIVIVM SVORVM FIDEM TESTATVS.
VEDASTINAM MITRAM EMERVIT,
AVCTAM FASCIBVS TRIBVNALIS ARTHESIAE,
SIMVLQ. SVPREMI SENATVS BELGICI.
DEMVM
ILLVSTRISS. ADORNATVS PALLIO
METROPOLITANAE CAMERACENS. ECCLESIAE,
GREGI REGENDO INVIGILAT, ET
DVM BRVXELLAS PRINCIPEM SVVM
SERENISS. ALBERTVM AVSTRIVM VISIT,
AD REGALEM COELI CVRIAM ACCITVR.
ANNO SAL. HVMANAE M. D. XCVIII.

IOANNES SARTORIVS Batauus, Amſtelodamus, præter Latinas Græcaſque literas, etiam Hebræas (quod illa tempeſtate rarum) accuratiſſimè calluit, earumque publicum auditorium in Libræ Veteris tabulato aperuiſſe aliquando memoratur. Nullus linguæ vernaculæ eo peritior fuit vnquam, teſte *Petro Opmero in Chronico*. Florente adhuc æuo *Latina lingua Phraſes, & Eraſmi Roterodami Chiliad. Adagior.* aliquot Belgicè reddidit, quo in opere certaſſe mihi cum Græcia & Latio toto videtur, ita paribus Belgic. formulis & pari propemodum venere atque elegantia omnia expreſſit. Maturior æuo totum ſe ad Sacrarum Literarum enarrationem contulit. Scripſit

Paraphraſin & Annotationes in Prophetas Minores, ſed tecto nomine, vt æui inuidiam, vir pacis & quietis amantiſſimus, effugeret. Baſileæ, apud Oporinum.

Grammaticam Latinam, lib. Antuerpiæ typis Tungri.

Centurias Syntaxios., lib. I.

Syluam Vocabulorum & Phraſium. Ibid. typis Siluij, 1563.

De Fide, ad Cornelium Crocum, lib. I.

De

De Fide iuſtificante, lib. I.
De S. Euchariſtia.
Obſeruationes in Matthæum.
Annotationes Scripturarum. lib. I.
Aſſertiones Fidei, lib I.
Ad Satanæ Satellitium, lib. I.

Nordvici, alij Delphis vltimum vitæ clauſit diem, anno ſalutis humanæ M.D.LXVI (animi quadam ægritudine tactus) kal. April. ipſo die Paraſceues. Hoc ſibi ſcripſit epitaphium:

Hac ego ſum tumulatus humo SARTORIVS, *ortum*
Cui primum tellus Amſtelodama dedit.
Ingenium colui variè, docuique iuuentam
Omnigenas artes, quippe triglottos eram.
Sed poſtquam Virtus duris exercita fatis
Deſtituit corpus, Spiritus aſtra tenet.

IOANNES SAREYEVS, Neoportuenſis, Flander, Lugduni Batauorum Iuuentutem docuit, ſcholaſque aperuit. Scripſit
Grammatices prima Rudimenta.
Syntaxeos Græca & Latina Methodum. Antuerpiæ, apud Loeum, 1554.

IOANNES SAXONIVS, è Friſia Minori, I. V. Doctor, Eccleſiæ Hamburgenſis Decanus & Canonicus Bremenſis, Erphordiæ & alibi Ius explicuit. Scripſit
Aſſertionem de Gloſſis Accurtianis & Bartoli aliorumque Commentariis. Baſileæ, apud Oporinum, 1548.
Commentariolum ad Titi Liuij Hiſtoriam ab V. C. lib. XXII. & XXXI. De Bello Punico ſecundo Ibidem 1547. 8.
Commentarium in Orationem Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino.
Orationem de vtilitate ſtudij dicendi. Ibid.
Orationem de Obſeruandis Legibus. Ibidem.
Vita ceſſit anno Chriſti M. D. LXIV.

IOANNES SCALCVS Antuerpienſis, tertij Inſtituti D. Franciſci, vulgò *Bogardos* vocamus, vir fuit pietate ſingulari, prudentiæque laude eluxit, ſcripſit
Xenium Euangelicum, ad omnium ordinum Chriſtianos. Antuerpiæ, 1576. apud Anton. Tilenium.
Orationem lugubrem de Antiochena ſeditione & ſtatuarum deiectione Theodoſio Imperatore ad Iconomachos Belgicos accommodatam. Antuerpiæ anno 1573. 8.
Ex corporis vinculis, tamquam è carcere euolauit Bruxellis, anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem M. DC. II.

IOANNES SCHEPPERVS, Gandenſis, Poeta & Hiſtoricus, *Ioanni Fernandeo Velaſco*, Caſtellæ & Legionis Comiti Stabuli à Sacris & Eleemoſynis

moſynis, mihi familiaris, ſcripſit

Panegyricum eidem Comiti-ſtabuli, in quo rerum ab eo geſtarum compendium Mediolani, typis Marci Tullij Malateſtæ. 1612. 4.

Erycl Puteani Laudationem iuuentutis Belgicæ, & Comum eiuſdem Belgicè reddidit feliciter.

Hiſtoriam tumultuum Belgicorum ſcribere ceperat, ſed morte interceptus, ad finem non perduxit.

Deceſſit Lugduni Batauorum de nocte domum veniens, merſus in amne, anno M. DC. XX. VIII. Auguſt. *Iuſtus Rycquius* Conciui ſuo & amico hoc epitaphium ſcripſit:

IOANNI SCEPPERO *Gandenſi, Hiſtorico & Poetæ.*

Poſt geminam Heſperiam conſpectam, & Celticæ regna,
Poſt populi mores triplicis & genium:
Poſt magni meritis Encomia dicta VELASCHI,
Poſt patriæ ſcriptam fortiter Hiſtoriam:
Poſt Clarios amneis epotos Virginis vnda,
Belgicaq; exemplo carmina ſcripta nouo:
Crimine perpetuo Parcarum & crimine Cœli
SCEPPERVS *Batauo merſus in amne iacet.*

EIDEM.

SCEPPERVM *Batauâ quiſquis raptum ingemis vndâ,*
Falleris: Aonij fluminis illa fuit.

IOANNES DE SCHOONHOVIA, Ord. Canon. Regul. S. Auguſtini, monaſterij, quod vulgò Groenendael, Latinè *Viridis Vallis*, propè Bruxellam, in quo IOANNES RVYSBROEQVIVS I. Prior fuit: Vir in S. Literis diu multumque verſatus, & ſermone compoſitus, ſcripſit

Exhortatorium ſpirituale, ad Simonem nepotem ſuum.
De curſu monachi, ad eundem.
De profectu monachi.
Defenſorium Ioannis Ruysbroucquij, contra Gerſonem.
Sermones varios.
Epiſtolam de Contemptu mundi.
De paſſione Domini.
Tractatum de ſpiritali Ambulatione.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I.
Sermonem habitum in Capitulo Windeshemenſi anno M. CCCC. XIII. dum monaſteria Regularium Brabantiæ eidem vnirentur.
Chronicon Ordinis Canonicorum Regularium.

Migrauit ex hac vita in Viridi-Valle anno Domini M. CCCC. XXXI.

IOANNES SCHODEHOVEN Carmelita, Machlinienſis Conuentus Prior, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, etiam in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij, ſcripſit opus inſigne

De

De Vitijs & Virtutibus, quod inſcripſit Polypodium, ordine Alphabeto, non mediocri Concionatorum commodo. Tom. II.

Sermonum lib. II. De Tempore & Sanctis.

Vixit circa annum Chriſti M. CCC. XC.

IOANNES SCHOTVS, Prior in Buſco Iſaac, monaſterio Regul. S. Auguſtini propè Bruxellam, Ord. Aurei Velleris Cancellarius, & in aula CAROLI V. Imp. Magnatibus gratus & acceptus, ſcripſit *Chronicon.*

Sermones de Tempore. De eminentia Aurei Velleris.

Commutauit vitam mortalem cum immortali, anno relaxationis humanæ CIↃ. IↃ. XXXI. ætatis LXV. regiminis XXXIII.

IOANNES SECVNDVS, Hagienſis, Batauus, *Nicolai Euerardi* Præſidis Machlinienſis F. non ſine omine SECVNDI nomen induit, vt cui ſecundum non facile reperias. Nam eâ ætate in re poetica vſque adeo cæteris omnibus antecelluit, vt in aurem Batauam intempeſtiuum Martialis iocum facilè eluſerit. *Rumoldum Stenemolam* in patria puer præceptorem habuit. Adoleſcens in Galliam profectus, *Andream Alciatum* Ius interpretantem vidit & audiuit, ibidemque *Macrino Salimonio* & *Cornelio Muſio* familiariter vſus, poëtica inter ſe ſtudia exercuerunt. Pòſt Italiam abijt, & *Paulo* IV. Pont. Max. ab epiſt. fuit: in Hiſpania Archiepiſcopo Tolet. à ſecretis. In patriam valetudinis gratia reuerſus, à *Georgio Egmundano* Vltraiectino Antiſtite ad idem munus euocatur: iſtum in *D. Amandi* Abbatia apud Tornacum, (cuius loci Abbas erat) agebat, quò profectus SECVNDVS, in febrim incidit, quartoq; quam aduenerat die, non ſolum annorum V. & XX. extinctus eſt, & ſepultus in naui Eccleſię hoc epitaphio:

IOANNI SECVNDO HAGIENSI BATAVO
I. C. ORATORI AC POETÆ CLARISS.
PINGENDI QVOQVE AC SCVLPENDI LAVDATISS.
ARTIFICI:
QVI PRIMVM IN HISPANIIS
IOANNI TAVERÆ TOLETANO CARD.
DEINDE IN PATRIA ILLVSTI GEORGIO
AB EGMVNDA TRAIECTENSI PRAESVLI
ET HVIVS LOCI PRIMATI,
AB EPISTOLIS ET SECRETIS FVIT:
POSTREMO AB CAROLO V. IMP. AVG.
ACCERSITVS
VT EANDEM DEINCEPS FVNCTIONEM
OBIRET
IMMATVRA NIMIVM MORTE RAPTO,
MATER, FRATRES AC SORORES TRISTISS.
DESIDERII MONVMENTVM POSS.
VIXIT ANNOS IV. ET XX. M. X. D. X.
OBIIT ANNO AB RESTITVTA SALVTE
M. D. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.

Aliud.

Aliud.

IOANNI SECVNDO HAGIENSI
POETÆ CELEBERRIMO ET NVLLI SECVNDO,
CVIVS TVMVLVM HAERETICOR. FVRORE
ANNO M.D.LXVI. VIOLATVM,
CAROLVS DE PAR ABBAS
OB TANTI VIRI MEMORIAM RESTITVIT,
HORTANTIBVS D.D. DIONYSIO VILLERIO
ET HIERONYMO WINGHIO.
OBIIT ANNO CIↃ. IↃ. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.
A SECRETIS GEORGII EGMONDANI,
TRAIECTENSIS EPISCOPI,
ET HVIVS LOCI PRO-ABBATIS.

Scripſit *Elegiarum libb. III.*
Epigrammatum lib. I.
Epiſtolarum libb. II.
Siluarum lib. I. *Funerum lib. I.*
Baſiorum lib. I. quæ viuent dum Baſijs amantium ora patebunt.
Regia Pecunia Lugduni in Gallijs edita eſt, 1552. 8.
Itineraria III. Hiſpanicum, Gallicum & Belgicum, foras prodire iuſſit Daniel Heinſius Lugd. Batauor. 1618. 8.

BONAVENTVRA VVLCANIVS IOANNEM SECVNDVM ET IANVM DOVSAM BATAVOS HOC EPIGRAMMATE ELEGANTI ORNAVIT.

Clarus apud Batauos æternâ laude Secundus,
Siue Elegos, cultum ſiue Epigramma facit:
Nectare ſeu liquido fragrantia Baſia *miſcet,*
Baſia, *queis meritò ipſi inuideant Superi:*
Cur voluit dici præſaga mente Secundus,
Quum nullus primum quem ſequeretur erat?
An quia venturum norat voluentibus annis,
Cui ferrent primas ſæcula, Douſiadem?
Sic eſt; nam Douſæ *rediuiua in pectore Muſa*
Plaute, & Flacce tua, & docte Catulle tua eſt,
Saluete, ô, Bataua gentis, par nobile Vatum,
Lumina; luminibuſque officite Heſperiæ.

IOANNES SERVILIVS, Vulgò KNAPIVS, Weertenſis,

 quod

quod opidum in Geldriæ finibus, vixit Antuerpiæ tempore *Ladiſlai Vrſuli* Equitis, & XIII. Conſulis, cui familiariſſimus fuit. Scripſit

Dictionarium Triglotton, Latinè, Græcè & Belgicè.

De Gallo-Geldrico bello Martini Roſſemij. Antuerpiæ anno 1544.

Pace Belloq. rerum olim magnificè geſtarum lib. III. Valerij Maximi exemplo, ad Ladiſlaum Vrſulum. Ibidem 1569. 8.

Orationem gratulatoriam CAROLO V. *ex Hiſp. in Barbantiam reduci*, S. P. Q. Antuerp. nomine exhibitam Ibidem 1545. 8.

Gratulationem Ladiſlao Vrſulo Equiti, Conſuli electo. Ibid. anno 1542. 8. typis Ioannis Graphæi.

Huic Symbolum: SAPIT QVI SORTI SAPIT.

IOANNES SILICEVS Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini in Viridi Valle, iuxta Bruxellam, ſcripſit

De exordio & progreſſu monaſterij Viridis Vallis. MS.

IOANNES SILVIVS Atrebas, Dominus de Sapigny, edidit

Cathemerinon ex precatorijs Græcorum libellis collectum.

Breue Cathemerinon, verſibus Heroicis, Græcè & Latinè.

Notas ad *D. Ioannis Chryſoſtomi* Græca opera.

IOANNES SILVIVS Inſulenſis, Medecinam primùm Valencenis exercuit, poſtea Duaci cum laude profeſſus eſt, ſcripſit

De ſtudioſorum atq. eorum qui corporis exercitationibus minus addicti ſunt, valetudine tuenda, lib. II. Duaci apud Bogardum anno 1574. 8.

De morbi Articularis curatione Tract. IV. Antuerpiæ 1565.

Declamationem de morbo Gallico Louanij habitam anno 1557. Antuerpiæ, typis Plantini anno 1577. 8.

Tabulas Pharmacorum 1568. 8.

Dialogos, ſeu priuatas puerorum collocutiones & Carmina. typis Plant. 1568. 8.

Academiæ naſcentis Duacenſis & Profeſſorum eiuſdem Encomium, Duaci 1562. 4. typis Bogardi.

Morbi populariter graſſantis præſeruationem & curationem, & maximè parabilibus remediis. Louanij apud Wellæum anno 1572.

Naturæ debitum ſoluit, anno ſalutis communis M. D. LXXVI. Nonis Aprilis.

IOANNES SIMONIS Batauus, Ord. Carmelitarum, vir doctus & multùm religioſus, in omni ferè facultate promptus, ſcripſit

Sermonum librum.

De poteſtate Summi Pontificis, Conciliorum & Cæſaris.

Viuebat anno M. CCCC. LXXV.

IOANNES SIX Inſulenſis, S. Theol. Licentiatus, Paſtor *S. Stephani*, Canonicus & Archidiaconus Audomarenſis, tandem & Epiſcopus an. ſalutis M. D. LXXXI. Audomarenſium deſignatur. Obijt anno à plenitudine temporis M. D. LXXXVI. & quieſcendi locum accepit in *S. Stephani*, Cor autem tranſlatum Audomaropolim, & hoc epitaphio ornatum:

IOAN-

IOANNES SIX HVIVS ECCLESIAE EPISCOPVS II·
FREQVENTIORIBVS CLERI ET POPVLI
ORATIONIBVS DESIDERANS ESSE COMMENDATIOR,
HVNC SIBI VIVENS SEPVLTVRAE
LOCVM ELEGIT,
QVI DVM ITER FACERET MONTES HANNON.
AD CONCILIVM EPISCOPOR. PROVIN.
INSVLIS FLANDRORVM IN PATRIA OBDORMIVIT
AETATIS SVAE ANNO LIII.
EPISCOPATVS VI.
SALVTIS HVMANAE CIƆ. IƆ. LXXXVI.
V. IDVS OCTOBRIS.

Inſulis in S. Petri templo tabulæ affixum, tale eius legitur Epitaphium:

Reuerendiſſ. in Chriſto Patri Dn̄o Ioanni Six, *PhiLoſophiæ ac Theologiæ quondā Louanij magna cum laude Profeſſori, dein in Paroch. Eccleſia D. Stephani huius oppidi aliquot annis Paſtori vigilantiſſ. inde ob virtute & merita ad Canonicatum Audomarenſ. aſſumpto, poſtea Reuerendiſs. Dn̄i Gerardi ab Hamericourt I. Epiſcopi Audomar. Vicario generali, ac tandē in Epiſcopatu ſucceſſori, dum hac ad Synodum Prouincialē fidei ac religionis ergo proficiſceretur, febri correpto, ac in hoc oppido, vbi vitæ acceperat initiū* IV. *Id. Oct.* M.D.LXXXVI *ætat. verò ſuæ* LIII. *Vita functo, & è regione chori tumulato, Iacobus VVillant ex ſorore nepos, & huius Eccleſ. Canon. Auunculo opt. de ſe merits mœſtus P. oſ.*

Huic Symbolum erat, IVDICIVM COGITA. Conſcripſit pio zelo
Statuta & Decreta, pro ſtabilienda Diœceſi.
Homilias quaſdam & Epiſtolas.
Fran. Lucas S.T.L.Can. Audom. *Orationē funebrē* illi ſcripſit typ. Plan. 1587

IOANNES SINTHEMIVS, Congregationis S. Hieronymi Dauentriæ, *Deſiderij Eraſmi Roterodami* Præceptor, ſcripſit
Commentarios Grammaticos in Doctrinale Alexandri, typis Badij, 1504.

IOANNES SLOOTANVS à Geffen (qui pagus eſt altero à Ducis-ſilua lapide) Theologiæ Doctor, & Dominicanorum Prior Coloniæ, vir doctus, bonus & hæreticorum maſtyx. Scripſit
Demonſtrationes contra hæreticos.
De retinenda Fide, lib. IX. *De veritate Fidei, lib. V.*
Homiliarum volumen magnum, De præcipuis Myſterijs diuinæ Incarnationis & noſtræ redemptionis, Coloniæ, typis Gaſp. Gennepæi, 1557.

IOANNES SMORITIVS Sacellanus in *D. Donatiani* Brug. ſcripſit *De Miraculis & rebus in Eccleſia S. Donatiani*, quæ Brugis eſt. Conſule Meyerum Lib. II. Annalium Flandriæ.

IOANNES SNELLINCX, Machlinienſis, Ord. S. Franciſci, libellum aureum *Petri Alcantara* DE MEDITATIONE & ORATIONE in Latinum translatum opera *P. Antonij Dulcken* Cartuſiani, *in vernaculum ſermonem vertit*; Machliniæ excuſum, anno Domini 1609.

IOANNES SOTEALLVS, Montinienſis, iuxta Tundiium, prouinciæ Leodicenſis Theologus, ſcripſit

Annotationes marginales ad Concilium Tridentinum. Antuerpiæ typis Plantini anno 1571. 8.

Summam Pontificalium & Synodalium Conſtitutionum, per locos communes. Louanij typis Zangrij anno 1570. 8.

B. Proſperi Opera emendauit. Ibidem. 4.

Migrauit ex hac vita Theologiæ Lector Camberoniæ, an. M. D. LXVII.

IOANNES STABVLANVS, Cœnobij S. Laurentij apud Leodicenſes Religioſus, ſcripſit

Chronicon Leodicenſe, à S. Materno ad annum Chriſti CIↃ. CCCC. XLIX. *nuper editum curâ Ioan. Chapeauilly*.

Mortuus anno Meſſiæ nati M. CCCC. XLIX.

IOANNES STADIVS, Loenhoutanus, Brabantus, naſcitur anno Chriſtianæ ſalutis M. D. XXVII. kal. Maij. Mathematicus & Hiſtoricus. Vir excellenti ingenio. Louanij ſumma celebritate Hiſtoriam publicè docuit. Omni fere doctrina liberali imbutus, Mathematicis potiſſimum excelluit, vt vix parem noſtra ætas tulerit. Lutetiam Pariſiorum ab HENRICO III. Galliarum Rege euocatus, omnium ſuffragijs Regius Profeſſor eſt ſalutatus. In ſuburbano Honoratiano, in ædibus Mareſchalli Retzij diem clauſit extremum. *Ioan. Metellus* amicum defunctum hoc epitaphio ornauit:

IEHOVAE SACR.
IOANNI STADIO MATHEMATICO
AB EDITIS TABVLIS EPHEMERIDIB. ASTROLOGICIS
CLARO
PHILIPPI HISP. REGIS HONORARIIS LOVANIVM
DEIN LVTETIAM AB HENRICO III. GALLIÆ REGE
AD PVBLICAM EARVM DISCIPLINARVM
QVAS CELEBRI STVDIOSORVM CONCVRSV
ILLIS IN ACADEMIIS DOCVIT
PROFESSIONEM ADSCITO
IOAN. MATALIVS METELLVS SEQVANVS I.C. CELTA
AMICO BELGAE MEMORIAE CAVSA POS.
VIXIT ANN. LII. MENS. FERE II.
OBIIT XV. KAL. QVINTIL. ANNO CIↃ. IↃ. LXXIX.

Aliud

Digitized by Google

Aliud.

POSTERITATI SACR.
IOANNIS STADII BELGAE BRABANTI
TANTI ILLIVS VIRI CINERES HEIC SPECTAS
VIATOR,
SED CINERES
FAMAM ENIM QVAE CAELVM IMPLET
ET SOLVM, NON VIDES
CERTE ILLE IPSVS EST STADIVS,
QVEM POTENTISS. HISPAN. ET GALLIAR. REGES
MAXVMIS STIPENDIIS
AD HISTORIAE MATHESEOSQ. PROFESSIONEM
EVOCARVNT.
GRVDII ET PARISII DOCENTEM AVDIVERE,
BONI OMNES,
DOCTI OMNES PRÆSENTEM AMAVERVNT
ABEVNTEM COMPLANXERE
SI TV HORVM ES LECTOR,
FLORES INSPERGE MARMORI,
VEL POTIVS LACRVMAS,
MAGNOQVE FVNERI MOLLIBVS VOTIS
BONIS VERBIS APPRECARE.
IVSTVS RYCQVIVS EX CATHARINA FILIA N.
AVO B. M. L. P.

Scripſit *Commentarium egregium in L. Florum.* Antuerpiæ anno 1584. apud Plantinum, Coloniæ anno 1600 & alibi.

Tabulas æquabilis & apparentis motus cæleſtium corporum, Coloniæ, anno 1560.

Ephemerides Aſtrologicas nouas auctas & repurgatas ſecundum Antuerpiæ longitudinem ab anno M. D. XLIV. vſque ad annum M. DC. VI. ſupputatas ad Gregorij anni reformationem. Ibidem.

Hermetis Triſmegiſti Iatromathematicam Latinè reddidit.

Commentationem De Cæli figuris, ſiue *Domibus.*

IOANNES STANNIFEX Goſletanus, Theologus Louanienſis, multos annos Philoſophiæ Profeſſor in Porcenſi Gymnaſio, collegam habuit Ioannem Beuerum, ſcripſit

Commentarios in Organum Ariſtotelicum.

IOANNES DE STRALEN, Gelder, Theologiam Coloniæ docuit anno CIↃ. CCCXC. annos LXXX. natus, ſcripſit

In Apocalypſin Ioannis lib.

IOANNES STRASELIVS Flander, à patria *Strazeel* cognomen habet. Vir doctiſſimus, Lutetiæ annos fere XXVI. Regius Græcæ linguæ Profeſſor. Multa ſcripſit, quæ morte præuentus imperfecta reliquit.

IOANNES RAMVS Zelandus, Goeſæ natus anno cIↃ. IↃ. xxxv. prid. kal. Martiis, Græcè Latineque doctus, laudandarum artium Viennæ Auſtriæ Profeſſor fuit, naſcente Duacenâ Academiâ, tam præclarum eruditionis ſpecimen exhibuit, vt Iuriſconſultorum eloquentiſſimus, eloquentium Iuriſconſultiſſimus audiret. Hinc ab Ordinibus Louanium vocatus, Ius Ciuile magno audientium concurſu docuit. Dolæ Sequanorũ diem clauſit extremum anno redemptionis humanæ M. D. LXXVIII. vix conſcenſâ cathedrâ, magno ſui relicto deſiderio. Scripſit

De Auſtriacis Heroibus, carmine Elegiaco.

Epigrammata varia.

Oeconomiam & Enchiridion Regular. vtriuſque Iuris. Louanij 1557. 8. typis Grauij.

Commentarium ad Iuſtiniani Titulos XI. De Tutelis. Ibidem.

Scutum Herculis, Heſiodo tributum, de Græco conuertit. Baſileæ, typis Oporini cum cæteris Heſiodi libellis.

IOANNES REYGERSBERGENSIS Zelandus. Scripſit Vernaculè

Chronicon Comitatus Zelandiæ, omiſſis fabulis. Antuerpiæ 1551. 4.

IOANNES ROBERTI, Andainus, Arduennas, Remacli Annonæ militaris Præfecti frater, Soc. IESV Doctor Theologus & Profeſſor Treueris, Scripſit

Myſticas Ezechielis quadrigas, Græcè & Latinè. Moguntiæ 1615. fol.

Hiſtoriam S. Huberti Principis Aquitani, vltimi Tungrenſis, & primi Leodicenſis Epiſcopi, eiuſque vrbis conditoris, Arduennæ Apoſtoli, Notiſque & Paralipomenis illuſtrauit. Luxemburgi 1621. 4.

Metamorphoſin Magneticæ Caluino Goclenianæ. Leodici 1618. 8. cui acceſſit

Curationis Magneticæ & Vnguenti Armarij magica impoſtura modeſta reſponſio, ad diſputationem Ioan. Bapt. ab Helmont. Coloniæ typis Kinckij, 1622. 8.

Teofridi Epternacenſis Abbatis xxv. (qui ex hac vitâ ad beatiorem abijt anno Domini M. C. X. II. Non. April.) *Flores Epitaphij Sanctorum libb. VI. primus è tenebris eruit.* Luxemb. 1619. 4. cum Notis.

IOANNES ROIARDVS Aldenardenſis, Ordinis Minorum, Antuerpiæ floruit anno 1545. ſæculi ſui Eccleſiaſtes ſummus. Scripſit

Homilias in Epiſtolas & Euangelia Dominicalia. Coloniæ 1550. Antuerpiæ an. 1553 typis Stelſij.

In Euangelia Quadrageſimalia. Antuerpiæ. 1538. Pariſijs. 1548.

In Epiſtolas & Euangelia Feſtorum. Ibidem

Fati munus impleuit Brugis anno 1547. apud ſuos ſepultus in naui eccleſiæ, poſtquam Commiſſarius Generalis eiuſdem Ordinis in Scotia fuiſſet.

IOANNES RVBVS Athenſis Hanno, Theologiæ Doctor, Louanio Duacum euocatus, ſemina iecit ampliſſimæ ſegetis. Standonico Gymnaſio facultates omnes egentibus adoleſcentibus in ſtudijs alendis reliquit. Mirabilis in hoc Viro elucebat honorum contemptus, deſpicientia ſui rerumque humanarum & animi depreſſio; vt eſculenta publicè in foro coëmere, & domum portare,

portare, vili corpus amictu tegere, infra cæteros ſeſe abijcere conſuetum ipſi eſſet, inſigni Chriſtianæ Virtutis exemplo.

Hermoniam IV. Euangeliorum in vnum corpus congeſſit, ſecutus fere veſtigia *Ianſenij* Gandenſis Epiſcopi. Coloniæ ann. 1573. Duaci ann. 1575. & Romæ.

Organi Ariſtotelici Verſionem quoque edidit. Coloniæ 1572. 4.

Emigrauit ex hac vita Duaci in D. Petri Præpoſitus & Academiæ Cancellarius anno partus Virginei CIƆ. IƆ. XCV. III. Id. Aprilis.

IOANNES RVYSBROEQVIVS Brabantus, monaſterij Vallis Viridis propè Bruxellas primus Prior, Ordinis S. Auguſtini, Canonicor. Regularium. *Sixtus Senenſis* & *Thomas Bozius lib.* IX. *de Signis Eccleſiæ*, Carthuſianum ſcribunt, errat vterque. *Laurentius Surius* opera RVSBROEQVII ex Germanico idiomate in linguam Latinam vertit, & Colon. impreſſa typis Quentelij 1552. *Dionyſius Carthuſianus Tractatu de Spiritu Sancto*, RVSBROEQVIVM ALTERVM DIONYSIVM AREOPAGITAM *appellat*. Tamen cum altiora contemplans, altius loqueretur, viſus eſt aliquibus, atque adeò *Ioanni Gerſoni* Pariſienſi Cancellario in multis errare & ſapere hæreſin: *Surius* verò egregiè & doctè noſtrum tuetur & meritò. Id enim accidere ſolet ijs, qui ſcribunt de Myſtica Theologia, teſte *Bellarmino*, vt eorum dicta ab alijs reprehendantur, ab alijs laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur. Eius hæc ſunt

Regnum amantium Deum, ſiue Summa Vitæ ſpiritualis.
De IV. Tentationibus.
De Fide & Iudicio.
De Calculo, ſiue De perfectione Filiorum Dei, Guil. Iordanus Latinè vertit.
De Nuptijs Spiritualibus, libb. III. Interprete eodem Iordano,
De VII. Seris ſiue Cuſtodijs.
De VII. Gradibus ſcalæ ſpiritualis Amoris. Interprete Gerardo Magno.
Speculum Salutis æternæ.
De Tabernaculo ſpirituali Moyſis. Interprete Guil. Iordano.
Liber Retractationis. De Vnione amantis animæ cum Deo.
De XII. *Beghinis, ſiue Virginibus Deo deuotis, tractans de duplici vita hominis Contemplatiua & Actiua.*
De vera Contemplatione.
Epiſtola exhortatoria & alia.

Vir ſanctiſſimus enauigato huius mortalitatis turbulento pelago, anno ætatis ſuæ LXXXVIII. Sacerdotij LXIV. ad portum perpetuæ quietis peruenit, & ſepultus ante ſummum altare in ſepulchro latericio, hoc epitaphio:

HIC IACET TRANSLATVS DEVOTVS PATER
D. IOANNES DE RVYSBROECK,
I. PRIOR HVIUS MONASTERII,
QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. LXXXI.
II. DIE DECEMBRIS.

IOANNES RVSSIM Luxemburgenſis, Dominicanus, eiuſdem Prouinciæ aliquando Moderator, Ariſtotelicæ doctrinæ non ignarus, humanarumque litterarum. In Scholaſtica autem doctrina plenè eruditus, hinc

 apud

apud celebres ſui temporis viros in magno pretio. Scripſit
Commentaria in Magiſtrum Sententiarum.
In Epiſtolam Diui Pauli ad Titum.
In XV. Capita priora S. Matthæi.
Directorium Confeſſorum.
Sermones de Tempore & Sanctis per totum annum.
Sermones ad Clerum.
Claruit circa annum Domini M. CCC. XII.

IOANNES RYCQVIVS, vulgò DIVES; Gandauenſis, I. C. Edidit
Axiomata Legum. Francofurti 1575.

IOANNES SADELER, Vide ÆGIDIVS, IOANNES, RAPHAEL SADELER.

IOANNES A SANCTO LAVRENTIO, Duacenſis, Græcarum literarum ibidem Profeſſor Regius, & Eccleſiæ Collegiatæ Leuſenſis Decanus, ſcripſit & edidit
Orationem Funebrem in obitum Ioannis Miræi Antuerpienſium Præſulis, longiori vita digni. Duaci, 1611., 8.
Rebus humanis exceſſit anno Chriſti M. DC. XVI.

IOANNES SALANVS Atrebas, Doctor Medicus, ſcripſit
Promptuarium rerum omnium in arte Medica memorabilium.
Methodum medendi.
Compendium totius artis Medicæ.

IOANNES SANDERVS Gandenſis, ANTONII SANDERI Auus, Cæſari CAROLO V. à Conſilijs Medicus, elatâque Vxore LEVINA STEELANDA nobili matronâ, in Eccleſia Diui Bauonis Canonicus: Ciuibus ſuis charus, & magnæ apud eoſdem ob eruditionem & virtutem auctoritatis. Scripſit
Methodum curandarum ægritudinum. M. S. apud Ant Sanderum.

IOANNES SARRACENVS Atrebas, Cœnobij Vedaſtini Antiſtes, & PHILIPPO II. Hiſpp. Regi à Conſilijs, in ſui ſanctioris ſtatus Belgici intimo Senatu, demum creatus Archiepiſcopus Cameracenſis. Literatorum hominum Mecænas munificus. In Archiepiſcopatum illi ſucceſſit Guilielmus Grimbergius
Orationes ſiue Conciones complures diſertiſſimè ſcripſit & pronuntiauit.
Leges & Statuta ſuæ Diœceſis obſeruanda euulgauit.
Vitâ deceſſit Bruxellis anno reconciliationis humanæ M. D. XCVIII. Ætatis LXIII. Mitræ XX. Inteſtina ibidem ſepulta, corpus in Vedaſtino Cœnobio, Cor apud Cappuchinos Atrebati, quorum Fundator fuit. *Guilielmus Gazæus* hoc illi epitaphium ſcripſit:

IOAN-

IOANNES SARRACENVS ATREBAS
NOBILI VEDASTIN. OR. COENOBIO
SVB D. BENEDICTI CLIENTELA
DEO DICATVS,
DECVRSO PHILOSOPHIAE STADIO,
THEOLOGICAM LAVREAM ADEPTVS,
APVD SVOS
PRAELECTIONVM THEOLOGICAR. ELEGANTIA,
APVD CIVES
CONCIONVM VERE CHRISTIANAR. FACVNDIA,
APVD OMNES
RERVM AGENDARVM PRVDENTIA NOTVS.
ARTHESIAE ORDINIBVS PRAEFICITVR,
SEDANDIS PATRIAE TVMVLTIB. GNAVITER INCVMBIT,
BINA LEGATIONE
ALTERA AD DVCEM PARMENSEM BELGI GVBER.
ALTERA AD REGEM CATHOL. PHILIPP. II.
IN HISPANIAM,
CIVIVM SVORVM FIDEM TESTATVS.
VEDASTINAM MITRAM EMERVIT,
AVCTAM FASCIBVS TRIBVNALIS ARTHESIAE,
SIMVLQ. SVPREMI SENATVS BELGICI.
DEMVM
ILLVSTRISS. ADORNATVS PALLIO
METROPOLITANAE CAMERACENS. ECCLESIAE,
GREGI REGENDO INVIGILAT, ET
DVM BRVXELLAS PRINCIPEM SVVM
SERENISS. ALBERTVM AVSTRIVM VISIT,
AD REGALEM COELI CVRIAM ACCITVR.
ANNO SAL. HVMANAE M. D. XCVIII.

IOANNES SARTORIVS Batauus, Amſtelodamus, præter Latinas Græcaſque literas, etiam Hebræas (quod illa tempeſtate rarum) accuratiſſimè calluit, earumque publicum auditorium in Libræ Veteris tabulato aperuiſſe aliquando memoratur. Nullus linguæ vernaculæ eo peritior fuit vnquam, teſte *Petro Opmero in Chronico*. Florente adhuc æuo *Latina lingua Phraſes*, & *Eraſmi Roterodami Chiliad. Adagior.* aliquot Belgicè reddidit, quo in opere certaſſe mihi cum Græcia & Latio toto videtur, ita paribus Belgic. formulis & pari propemodum venere atque elegantia omnia expreſſit. Maturior æuo totum ſe ad Sacrarum Literarum enarrationem contulit. Scripſit

Paraphraſin & Annotationes in Prophetas Minores, ſed tecto nomine, vt æui inuidiam, vir pacis & quietis amantiſſimus, effugeret. Baſileæ, apud Oporinum.

Grammaticam Latinam, lib. Antuerpiæ typis Tungri.
Centurias Syntaxios., lib. I.
Syluam Vocabulorum & Phraſium. Ibid. typis Siluij, 1563.
De Fide, ad Cornelium Crocum, lib. I.

De

De Fide iuſtificante, lib. I.
De S. Euchariſtia.
Obſeruationes in Matthæum.
Annotationes Scripturarum. lib. I.
Aſſertiones Fidei, lib. I.
Ad Satanæ Satellitium, lib. I.

Norduici, alij Delphis vltimum vitæ clauſit diem, anno ſalutis humanæ M.D.LXVI (animi quadam ægritudine tactus) kal. April. ipſo die Paraſceues. Hoc ſibi ſcripſit epitaphium:

Hac ego ſum tumulatus humo SARTORIVS, *ortum*
Cui primùm tellus Amſtelodama dedit.
Ingenium colui variè, docuique iuuentam
Omnigenas artes, quippe triglottos eram.
Sed poſtquam Virtus duris exercita fatis
Deſtituit corpus, Spiritus aſtra tenet.

IOANNES SAREYEVS, Neoportuenſis, Flander, Lugduni Batauorum Iuuentutem docuit, ſcholasque aperuit. Scripſit

Grammatices prima Rudimenta.
Syntaxeos Græcæ & Latinæ Methodum. Antuerpiæ, apud Loeum, 1554.

IOANNES SAXONIVS, è Friſia Minori, I. V. Doctor, Eccleſiæ Hamburgenſis Decanus & Canonicus Bremenſis, Erphordiæ & alibi Ius explicuit. Scripſit

Aſſertionem de Gloſſis Accurtianis & Bartoli aliorumque Commentariis. Baſileæ, apud Oporinum, 1548.
Commentariolum ad Titi Liuij Hiſtoriam ab V. C. lib. XXII. & XXXI.
De Bello Punico ſecundo Ibidem 1547. 8.
Commentarium in Orationem Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino.
Orationem de vtilitate ſtudij dicendi. Ibid.
Orationem de Obſeruandis Legibus. Ibidem.

Vitâ ceſſit anno Chriſti M. D. LXIV.

IOANNES SCALCVS Antuerpienſis, tertij Inſtituti D. Franciſci, vulgò *Bogardos* vocamus, vir fuit pietate ſingulari, prudentiæque laude eluxit, ſcripſit

Xenium Euangelicum, ad omnium ordinum Chriſtianos. Antuerpiæ, 1576. apud Anton. Tilenium.
Orationem lugubrem de Antiochena ſeditione & ſtatuarum deiectione Theodoſio Imperatore ad Iconomachos Belgicos accommodatam. Antuerpiæ anno 1573. 8.

Ex corporis vinculis, tamquam è carcere euolauit Bruxellis, anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem M. DC. II.

IOANNES SCHEPPERVS, Gandenſis, Poeta & Hiſtoricus, *Ioanni Fernandæo Velaſco*, Caſtellæ & Legionis Comiti-Stabuli à Sacris & Eleemoſynis

moſynis, mihi familiaris, ſcripſit

Panegyricum eidem Comiti-ſtabuli, in quo rerum ab eo geſtarum compendium Mediolani, typis Marci Tullij Malateſtæ. 1612. 4.

Eryci Puteani Laudationem iuuentutis Belgicæ, & Comum eiuſdem Belgicè reddidit feliciter.

Hiſtoriam tumultuum Belgicorum ſcribere ceperat, ſed morte interceptus, ad finem non perduxit.

Deceſſit Lugduni Batauorum de nocte domum veniens, merſus in amne, anno M. DC. XX. VIII. Auguſt. *Iuſtus Rycquius* Conciui ſuo & amico hoc epitaphium ſcripſit:

IOANNI SCEPPERO *Gandenſi, Hiſtorico & Poetæ.*

Poſt geminam Heſperiam conſpectam, & Celticæ regna,
Poſt populi mores triplicis & genium:
Poſt magni meritis Encomia dictæ VELASCHI,
Poſt patriæ ſcriptam fortiter Hiſtoriam:
Poſt Clarios amneis epotos Virginis unda,
Belgicaq́; exemplo carmina ſcripta nouo:
Crimine perpetuo Parcarum & crimine Cæli
SCEPPERVS *Batauo merſus in amne iacet.*

EIDEM.

SCEPPERVM *Batauâ quiſquis raptum ingemis vndâ,*
Falleris: Aonij fluminis illa fuit.

IOANNES DE SCHOONHOVIA, Ord. Canon. Regul. S. Auguſtini, monaſterij, quod vulgò Groenendael, Latinè *Viridis Vallis*, propè Bruxellam, in quo IOANNES RVYSBROEQVIVS I. Prior fuit: Vir in S. Literis diu multumque verſatus, & ſermone compoſitus, ſcripſit

Exhortatorium ſpirituale, ad Simonem nepotem ſuum.
De curſu monachi, ad eundem.
De profectu monachi.
Defenſorium Ioannis Ruysbroucquij, contra Gerſonem.
Sermones varios.
Epiſtolam de Contemptu mundi.
De paßione Domini.
Tractatum de ſpirituali Ambulatione.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I.
Sermonem habitum in Capitulo Windeshemenſi *anno* M. CCCC. XIII. dum monaſteria Regularium Brabantiæ eidem vnirentur.
Chronicon Ordinis Canonicorum Regularium.

Migrauit ex hac vita in Viridi-Valle anno Domini M. CCCC. XXXI.

IOANNES SCHODEHOVEN Carmelita, Machlinienſis Conuentus Prior, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, etiam in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij, ſcripſit opus inſigne

De

De Vitijs & Virtutibus, quod inſcripſit Polypodium, ordine Alphabeto, non mediocri Concionatorum commodo. Tom. II.

Sermonum lib. II. De Tempore & Sanctis.

Vixit circa annum Chriſti M. CCC. XC.

IOANNES SCHOTVS, Prior in Buſco Iſaac, monaſterio Regul. S. Auguſtini propè Bruxellam, Ord. Aurei Velleris Cancellarius, & in aula CAROLI V. Imp. Magnatibus gratus & acceptus, ſcripſit *Chronicon.*

Sermones de Tempore. De eminentia Aurei Velleris.

Commutauit vitam mortalem cum immortali, anno relaxationis humanæ cIↃ. IↃ. XXXI. ætatis LXV. regiminis XXXIII.

IOANNES SECVNDVS, Hagienſis, Batauus, *Nicolai Euerardi* Præſidis Machlinienſis F. non ſine omine SECVNDI nomen induit, vt cui ſecundum non facile reperias. Nam eâ ætate in re poetica vſque adeo cæteris omnibus antecelluit, vt in aurem Batauam intempeſtiuum Martialis iocum facilè eluſerit. *Rumoldum Stenemolam* in patria puer præceptorem habuit. Adoleſcens in Galliam profectus, *Andream Alciatum* Ius interpretantem vidit & audiuit, ibidemque *Macrino Salimonio* & *Cornelio Muſio* familiariter vſus, poëtica inter ſe ſtudia exercuerunt. Pòſt Italiam abijt, & *Paulo* IV. Pont. Max. ab epiſt. fuit: in Hiſpania Archiepiſcopo Tolet. à ſecretis. In patriam valetudinis gratia reuerſus, à *Georgio Egmundano* Vltraiectino Antiſtite ad idem munus euocatur: Iſ tum in *D. Amandi* Abbatia apud Tornacum, (cuius loci Abbas erat) agebat, quò profectus SECVNDVS, in febrim incidit, quartoq; quam aduenerat die, nondum annorum V. & XX. extinctus eſt, & ſepultus in naui Eccleſiæ hoc epitaphio:

IOANNI SECVNDO HAGIENSI BATAVO
I. C. ORATORI AC POETÆ CLARISS.
FINGENDI QVOQVE AC SCVLPENDI LAVDATISS.
ARTIFICI:
QVI PRIMVM IN HISPANIIS
IOANNI TAVERÆ TOLETANO CARD.
DEINDE IN PATRIA ILLVSTI GEORGIO
AB EGMVNDA TRAIECTENSI PRAESVLI
ET HVIVS LOCI PRIMATI
AB EPISTOLIS ET SECRETIS FVIT:
POSTREMO AB CAROLO V. IMP. AVG.
ACCERSITVS
VT EANDEM DEINCEPS FVNCTIONEM
OBIRET
IMMATVRA NIMIVM MORTE RAPTO,
MATER, FRATRES AC SORORES TRISTISS.
DESIDERII MONVMENTVM POSS.
VIXIT ANNOS IV. ET XX. M. X. D. X.
OBIIT ANNO AB RESTITVTA SALVTE
M. D. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.

Aliud.

Aliud.

IOANNI SECVNDO HAGIENSI
POETÆ CELEBERRIMO ET NVLLI SECVNDO,
CVIVS TVMVLVM HAERETICOR. FVRORE
ANNO M.D.LXVI. VIOLATVM,
CAROLVS DE PAR ABBAS
OB TANTI VIRI MEMORIAM RESTITVIT,
HORTANTIBVS D.D. DIONYSIO VILLERIO
ET HIERONYMO WINGHIO.
OBIIT ANNO CIƆ. IƆ. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.
A SECRETIS GEORGII EGMONDANI,
TRAIECTENSIS EPISCOPI,
ET HVIVS LOCI PRO-ABBATIS.

Scripſit *Elegiarum libb. III.*
Epigrammatum lib. I.
Epiſtolarum libb. II.
Siluarum lib. I. Funerum lib. I.
Baſiorum lib. I. quæ viuent dum Baſijs amantium ora patebunt.
Regia Pecunia Lugduni in Gallijs edita eſt, 1552. 8.
Itineraria III. Hiſpanicum, Gallicum & Belgicum, foras prodire iuſſit Daniel Heinſius Lugd. Batauor. 1618. 8.

BONAVENTVRA VVLCANIVS IOANNEM SECVNDVM ET IANVM DOVSAM BATAVOS HOC EPIGRAMMATE ELEGANTI ORNAVIT.

Clarus apud Batauos æternâ laude Secundus,
Siue Elegos; cultum ſiue Epigramma facit:
Nectare ſeu liquido fragrantia Baſia *miſcet,*
Baſia, *queis meritò ipſi inuideant Superi:*
Cur voluit dici præſaga mente Secundus,
Quum nullus primum quem ſequeretur erat?
An quia venturum norat voluentibus annis,
Cui ferrent primas ſæcula, Douſiadem?
Sic eſt; nam Douſæ *rediuiua in pectore Muſa*
Plaute, & Flacce tua, & docte Catulle tua eſt,
Saluete, ô, Batauæ gentis, par nobile Vatum,
Lumina; luminibuſque officite Heſperiæ.

IOANNES SERVILIVS, Vulgò KNAPIVS, Weertenſis,

 quod

loquentem in ædibus meis cum ſtupore & admiratione audiuimus, præſentibus *D. Laur. Beyerlinck* & *Lud. Nonio* Medico: edidit

Carminum diuerſorum libb. II. Argentorati, 4. 1616,

Poëmata, ſiue Luſus extemporaneos. Antuerpiæ apud Guil. à Tongris, 1617. 8.

IOANNES PALEDORPIVS, Mechlinienſis. S.T. Doctor, Ord. Carmelitarum, ſcripſit an. M. D. quo Gandaui natus Inuictiſſ. Imp. *Carolus V.* *Speculum Hiſtoriale.*

IOANNES PALAFONYDORVS vide IOAN. DE AQVA VETRI

IOANNES PALVDANVS, vulgò *vanden Broeck*, Machlinienſis, S. Theol. Doctor, in *S. Petri* Canonicus & Paſtor, Michaelem Baium Præceptorem habuit. Scripſit *Vindicias Theologicas, aduerſus Verbi Dei corruptelas.* Antuerpiæ, 1620. & 1624. typis Henrici Aertſij.

Apologeticum Marianum. Louanij. typis Henrici Haſtenij, 1623. 4.

IOANNES PALVDANVS Tornacenſis Poëta, Gandaui, Tornaci, pòſt Mont. Hannoniæ humaniores literas iuuentutem docuit. Edidit

Dictionarium Puerorum, idiomate Lat. Gall. Fland.

Sententias elegantiores ex Iſocrate collegit. Gandaui, 8.

IOANNES PASCHASIVS Machlinienſis, Carmelita, Doctor, Theologus Scholaſticus, vir ſingulari eruditione & pietate. In Prouincialibus Capitulis, tantâ verborum ſuauitate ſententiarumque grauitate perorauit, vt omnium animos, oculos & amorem in ſe conuerteret, ſibique dicendo conciliaret. Scripſit

In Magiſtrum Sententiarum.

Conciones in Euangelia Dominicalia & totius anni Feſtos dies.

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, vernaculo ſermone, quam anno CIↃ.IↃ.XXVII. perfecit. Louanij, 1563. typis Wellæi.

Floruit Louanij, an. M.D X. Errat *Ioan. Bap. Gramaye*, qui an. M.D.LXXXV. obijſſe ſcribit in Hiſtoria Mechlinienſi.

IOANNES PAPPÆVS Flander Poëta Comicus, edidit

Samariten Comœdiam, in quam erudita *Scholia* ſcripſit *Alex. Vanegas* Toletan.

IOANNES A PASTVRA, Sanctenſis, Gemblacenſis Monaſterij Prior, ſcripſit

Explicationem Pſalterij Dauidici & Hymnorum. Louanij 1560. 8

IOANNES PESSELIVS, Tilanus, Geldrus, Ordinis S. Dominici & Doctor Colonienſis, recenſuit & auxit

Epitomen Operum Diui Auguſtini, Item eiuſdem

De VII. Sacramentis Tomum IV. Coloniæ 1539.

IOANNES PELLENS Leodicenſis, Ordin. Minorum. Vir doctus & bonus, III. Linguarum peritus, Louanij Sacr. Theologiæ

Lector & Dauentriæ quondam Guardianus, alienus ab hominum conſuetudine, ſemper libris, ſemper chartis affixus, ſcripſit

De Virtutibus Theologicis, Fide, Spe & Charitate lib. III. M. SS. Antuerpiæ apud ſuos, ibidemque mortuus, CIↃ. IↃCIV. Menſis Sept. XXIV.

IOANNES ANTONIVS PELTANVS, ex Pelta Inferioris Germaniæ ac ditionis Leodicenſis pago oriundus, Canonicus Ordinis Præmonſtratenſis, in politiori literatura, vt & in Græca Lingua egregiè excultus. In SANCTI MICHAELIS Cœnobio Antuerpiæ adeò ſe in Philoſophicis & Theologicis ſtudijs exercuit, vt Louanium miſſus, non ſolum Baccalaureatus gradum promeruerit, ſed & pro Licentiæ Laurea omnes Academicas velitationes cum laude ſubiuerit: quin ad Cœnobium reuerſus Philoſophiam & Theologiam ibidem ſuos cum fructu docuit, & in Priorem promotus. Fuit moribus grauis ac maturus, quietis ac ſolitudinis amans, multæ lectionis & ſtudij, qui ingenij ſui hæc monumenta reliquit

In Quæſtiones varias ſecundæ & tertiæ partis Summæ Theologiæ D. Thomæ, Comment. ſuccincta quidem, ſed erudita ac neruoſa.

Vinctâ etiam oratione celebrauit pleraque Dei-Hominis Myſteria, vt & Elegiacis verſibus S. NORBERTI *Præmonſtratenſium Patriarchæ Vitam*, quam Reuer. Domino *Dionyſio Feyten Abbati S. Michaelis* inſcripſit.

Deceſſit è vita anno à reparata ſalute M. DC. VI.

IOANNES PETRI SWELINCK, Batauus, mihi amiciſſimus, miraculum Muſicorum & Organiſtarum. Ad eum *Amſtelodami* agentem ac organo pulſantem mirabilis quotidiè concurſus fiebat. Omnes ſe virum cognouiſſe, vidiſſe, & audiuiſſe gloriabantur. Compoſuit

Cantiones ſacras & prophanas 3.5.6.8. vocum, omnesq́. Pſal. Dauid. muſicè reddidit

*A*mſtelodami viuere deſijt anno ſalutis M. DC. XXII. Menſ. Nouemb.

IOANNES PICHARDIVS Luxemburgenſis, Dominican. & Ratiſponenſis Eccl. Antiſtes, vir magni iudicij, doctrinæ & facundiæ. Scripſit

Summam Theologiæ

Sermones Dominicales & Quadrageſimales, &

De Sanctis per totum annum.

Vixit Pariſijs anno Chriſti M. CCC. XII. teſte *Alfonſo Fernandez* in notitia Scriptorum Predicatoriæ familiæ.

IOANNES PINVS Trudonenſis, edidit

Catalogum omnium Antiſtitum, Traiectenſium, ac Leodicenſium, & rerum domi bellique geſtarum Compendium, quem à *Ioanne Chapeauillio* nunquam citari miror. Ex Catalogo celeberrimæ Bibliothecæ Tungerloënſis.

IOANNES PISANVS, Cameracenſis, ſcripſit librum *De Optica, vulgo Perſpectiua communis nominatur.* Norimbergæ, 1542.

IOANNES PLACENTIVS Trudonenſis, Dominicanus Cœnobij Traiect. ad Moſam, Louanij Theologiæ apud ſuos operam dedit, ſcripſit

Catalogum

Catalogum Antiſtitum Leodienſium, Tungrenſium ac Traiectenſium. vſque ad Erardum à Marca, qui in Epiſcopatu ſucceſſit Ioanni Horneo an. Chriſti M. D. VI. prid. Kal. Ian. Antuerpiæ.

De Pugna Porcorum, carmine heroico, dictionibus ſingulis à P. *littera incipientibus* Louanij, typis Hier. Wellæi.

Dialogos II. prior inſcribitur Clericus Eques: alter Luciani Aulicus, verſu Phalencio. Ibid 1535. apud Simonem Cocum.

IOANNES POLITVS Leodicenſis, I. V. Doctor, Erneſti Bauari Leodicenſis Antiſtitis Hiſtoricus & Poëta, edidit & luſit

Panegyricum ad Chriſtiani orbis Principes, nec non & Vbiorum ac Eburonum Aulæ primores ac familiares. Coloniæ 1589

Inaugurationem Erneſti Bauari, verſu & proſa, in vrbem Leodicenſem ac reliquas Leodicinæ patriæ vrbes. Ibidem 1583. 8. apud Gymnicum.

Epigrammata varia, verſus Chronographicos &c. Ibid. 1589.

IOANNES POLYANDER Gandenſis, Græcæ linguæ aliarumque linguarum peritiſſimus, vertit Gallicè

Hiſtoriam Andreæ Demetrij de Græcorum ortu & interitu.

Scripſit Harmoniam locorum S. Scripturæ prima fronte inuicem diſcrepantium.

Poëmata varia & alia, quæ nondum ad notitiam meam peruenerunt.

IOANNES A PORTA, S. Theologiæ Licentiatus, Paſtor Vracenenſis in Flandria, poſt Canonicus Audomaropol. edidit vernaculo ſermone

Relationem Diſputationis de præſentia Chriſti in ſactiſſ. Eucharistia, habita cum Ioanne Weſtphalo *Miniſtro.* Antuerpiæ 1591. 8. apud Ioann. Keerbergium.

Maſſam Iconoclaſtarum, ſiue de vero vſu ſacrarum Imaginum. Ibidem 1591. 8.

IOANNES PORTANTIVS Gandenſis, inſignis Mathematicus, & Poëta, cuius multa in vtraque facultate exſtant. Emiſit in publicum *Typum Liuoniæ regionis*, quem in ſuum Mundi Theatrum inſeruit *Abrahamus Ortelius.* Vixit multos annos Antuerpiæ gratus & acceptus nationi Italicę mercatoribus, etiam Belgis. Suſpectus Magiæ ſuperſtitionis, Magiſtratus iuſſu capitur, & quæſtioni bis atque iterum ſubiectus fuit, vir ſexagenario maior, ſed robuſti ac optimè conſtituti corporis beneficio & bono fortaſſis conſcientiæ præſidio, cruciatibus reſtitit. Huius elogium apud *Lud Guicciardinum* in Deſcriptione Belgij.

IOANNES PRICHESIVS, Viconienſis in Hannonia Abbas XVIII. Ord. Præmonſt. Doctor Theologus, & Profeſſor Pariſienſis, ſcripſit

Alphabetum Vitæ Religioſæ lib. VI.

IOANNES PVMEVS Dominicanus, cœnobij Gandenſis alumnus, eruditione clarus, ac Græcæ Linguæ cognitione excellens: multa ſuæ doctrinæ monumenta reliquit, quæ habentur apud ſuos. edidit

Volumen Concionum Quadrageſimalium. *Super Pſalmos Graduales.*

Claruit anno M. D. LXXI. teſte *Alfonſo Ferdinandez* Dominicano in Notitia Scriptorum Prædicatoriæ familiæ.

portare, vili corpus amictu tegere, infra cæteros ſeſe abijcere conſuetum ipſi eſſet, inſigni Chriſtianæ Virtutis exemplo.

Harmoniam IV. Euangeliorum in vnum corpus congeſſit, ſecutus fere veſtigia *Janſenij* Gandenſis Epiſcopi. Coloniæ ann. 1573. Duaci ann. 1575. & Romæ.

Organi Ariſtotelici Verſionem quoque edidit. Coloniæ 1572. 4.

Emigrauit ex hac vita Duaci in D. Petri Præpoſitus & Academiæ Cancellarius anno partus Virginei cIↃ. IↃ. XCV. III. Id. Aprilis.

IOANNES RVYSBROEQVIVS Brabantus, monaſterij Vallis Viridis propè Bruxellas primus Prior, Ordinis S. Auguſtini, Canonicor. Regularium. *Sixtus Senenſis* & *Thomas Bozius lib.* IX. *de Signis Eccleſiæ*, Carthuſianum ſcribunt, errat vterque. *Laurentius Surius* opera RVSBROEQVII ex Germanico idiomate in linguam Latinam vertit, & Colon. impreſſa typis Quentelij 1552. *Dionyſius Carthuſianus Tractatu de Spiritu Sancto*, RVRBROEQVIVM ALTERVM DIONYSIVM AREOPAGITAM *appellat*. Tamen cum altiora contemplans, altius loqueretur, viſus eſt aliquibus, atque adeò *Ioanni Gerſoni* Pariſienſi Cancellario in multis errare & ſapere hæreſin: *Surius* verò egregiè & doctè noſtrum tuetur & meritò. Id enim accidere ſolet ijs, qui ſcribunt de Myſtica Theologia, teſte *Bellarmino*, vt eorum dicta ab alijs reprehendantur, ab alijs laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur. Eius hæc ſunt

Regnum amantium Deum, ſiue Summa Vitæ ſpiritualis.

De IV. Tentationibus.

De Fide & Iudicio.

De Calculo, ſiue De perfectione Filiorum Dei, Guil. Iordanus Latinè vertit.

De Nuptijs Spiritualibus, libb. III. Interprete eodem Iordano,

De VII. Seris ſiue Cuſtodijs.

De VII. Gradibus ſcalæ ſpiritualis Amoris. Interprete Gerardo Magno.

Speculum Salutis æternæ.

De Tabernaculo ſpirituali Moyſis. Interprete Guil. Iordano.

Liber Retractationis. De Vnione amantis animæ cum Deo.

De XII. *Beghinis, ſiue Virginibus Deo deuotis, tractans de duplici vita hominis Contemplatiua & Actiua.*

De vera Contemplatione.

Epiſtola exhortatoria & alia.

Vir ſanctiſſimus enauigato huius mortalitatis turbulento pelago, anno ætatis ſuæ LXXXVIII. Sacerdotij LXIV. ad portum perpetuæ quietis peruenit, & ſepultus ante ſummum altare in ſepulchro latericio, hoc epitaphio:

HIC IACET TRANSLATVS DEVOTVS PATER
D. IOANNES DE RVYSBROECK,
I. PRIOR HVIVS MONASTERII,
QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. LXXXI.
II. DIE DECEMBRIS.

IOANNES RVSSIM Luxemburgenſis, Dominicanus, eiuſdem Prouinciæ aliquando Moderator, Ariſtotelicæ doctrinæ non ignarus, humanarumque litterarum. In Scholaſtica autem doctrina plenè eruditus, hinc

apud celebres ſui temporis viros in magno pretio. Scripſit

Commentaria in Magiſtrum Sententiarum.
In Epiſtolam Diui Pauli ad Titum.
In XV. Capita priora S. Matthæi.
Directorium Confeſſorum.
Sermones de Tempore & Sanctis per totum annum.
Sermones ad Clerum.

Clatuit circa annum Domini M. CCC. XII.

IOANNES RYCQVIVS, vulgò DIVES, Gandauenſis, I. C. Edidit

Axiomata Legum. Francofurti 1575.

IOANNES SADELER, Vide ÆGIDIVS, IOANNES, RAPHAEL SADELER.

IOANNES A SANCTO LAVRENTIO, Duacenſis, Græcarum literarum ibidem Profeſſor Regius, & Eccleſiæ Collegiatæ Leuſenſis Decanus, ſcripſit & edidit

Orationem Funebrem in obitum Ioannis Miræi Antuerpienſium Præſulis, longiori vita digni. Duaci, 1611., 8.

Rebus humanis exceſſit anno Chriſti M. DC. XVI.

IOANNES SALANVS Atrebas, Doctor Medicus, ſcripſit

Promptuarium rerum omnium in arte Medica memorabilium.
Methodum medendi.
Compendium totius artis Medicæ.

IOANNES SANDERVS Gandenſis, ANTONII SANDERI Auus, Cæſari CAROLO V. à Conſilijs Medicus, elatâque Vxore LEVINA STEELANDA nobili matronâ, in Eccleſia Diui Bauonis Canonicus: Ciuibus ſuis charus, & magnæ apud eoſdem ob eruditionem & virtutem auctoritatis. Scripſit

Methodum curandarum ægritudinum. M. S. apud Ant Sanderum.

IOANNES SARRACENVS Atrebas, Cœnobij Vedaſtini Antiſtes, & PHILIPPO II. Hiſpp. Regi à Conſilijs, in ſui ſanctioris ſtatus Belgici intimo Senatu, demum creatus Archiepiſcopus Cameracenſis. Literatorum hominum Mecænas munificus. In Archiepiſcopatum illi ſucceſſit Guilielmus Grimbergius

Orationes ſiue Conciones complures diſertiſſimè ſcripſit & pronuntiauit.

Leges & Statuta ſuæ Diœceſis obſeruanda euulgauit.

Vitâ deceſſit Bruxellis anno reconciliationis humanæ M. D. XCVIII. Ætatis LXIII. Mitræ XX. Inteſtina ibidem ſepulta, corpus in Vedaſtino Cœnobio, Cor apud Cappuchinos Atrebati, quorum Fundator fuit. *Guilielmus Gazæus* hoc illi epitaphium ſcripſit:

IOAN-

IOANNES SARRACENVS ATREBAS
NOBILI VEDASTIN. OR. COENOBIO
SVB D. BENEDICTI CLIENTELA
DEO DICATVS,
DECVRSO PHILOSOPHIAE STADIO,
THEOLOGICAM LAVREAM ADEPTVS,
APVD SVOS
PRAELECTIONVM THEOLOGICAR. ELEGANTIA,
APVD CIVES
CONCIONVM VERE CHRISTIANAR. FACVNDIA,
APVD OMNES
RERVM AGENDARVM PRVDENTIA NOTVS.
ARTHESIAE ORDINIBVS PRAEFICITVR,
SEDANDIS PATRIAE TVMVLTIB. GNAVITER INCVMBIT,
BINA LEGATIONE
ALTERA AD DVCEM PARMENSEM BELGI GVBER.
ALTERA AD REGEM CATHOL. PHILIPP. II.
IN HISPANIAM,
CIVIVM SVORVM FIDEM TESTATVS.
VEDASTINAM MITRAM EMERVIT,
AVCTAM FASCIBVS TRIBVNALIS ARTHESIAE,
SIMVLQ. SVPREMI SENATVS BELGICI.
DEMVM
ILLVSTRISS. ADORNATVS PALLIO
METROPOLITANAE CAMERACENS. ECCLESIAE,
GREGI REGENDO INVIGILAT, ET
DVM BRVXELLAS PRINCIPEM SVVM
SERENISS. ALBERTVM AVSTRIVM VISIT,
AD REGALEM COELI CVRIAM ACCITVR.
ANNO SAL. HVMANAE M. D. XCVIII.

IOANNES SARTORIVS Batauus, Amſtelodamus, præter Latinas Græcaſque literas, etiam Hebræas (quod illa tempeſtate rarum) accuratiſſimè calluit, earumque publicum auditorium in Libræ Veteris tabulato aperuiſſe aliquando memoratur. Nullus linguæ vernaculæ eo peritior fuit vnquam, teſte *Petro Opmero in Chronico*. Florente adhuc æuo *Latina lingua Phraſes*, & *Eraſmi Roterodami Chiliad. Adagior.* aliquot Belgicè reddidit, quò in opere certaſſe mihi cum Græcia & Latio toto videtur, ita paribus Belgic. formulis & pari propemodum venere atque elegantia omnia expreſſit. Maturior æuo totum ſe ad Sacrarum Literarum enarrationem contulit. Scripſit

Paraphraſin & Annotationes in Prophetas Minores, ſed tecto nomine, vt æui inuidiam, vir pacis & quietis amantiſſimus, effugeret. Baſileæ, apud Oporinum.

Grammaticam Latinam, lib. Antuerpiæ typis Tungri.
Centurias Syntaxios., lib. I.
Syluam Vocabulorum & Phraſium. Ibid. typis Siluij, 1563.
De Fide, ad Cornelium Crocum, lib. I.

De Fide iuſtificante, lib. I.
De S. Euchariſtia.
Obſeruationes in Matthæum.
Annotationes Scripturarum. lib. I.
Aſſertiones Fidei, lib. I.
Ad Satanæ Satellitium, lib. I.

Norduici, alij Delphis vltimum vitæ clauſit diem, anno ſalutis humanæ M.D.LXVI (animi quadam ægritudine tactus) kal. April. ipſo die Paraſceues. Hoc ſibi ſcripſit epitaphium:

Hac ego ſum tumulatus humo SARTORIVS, *ortum*
Cui primum tellus Amſtelodama dedit.
Ingenium colui variè, docuique iuuentam
Omnigenas artes, quippe triglottos eram.
Sed poſtquam Virtus duris exercita fatis
Deſtituit corpus, Spiritus aſtra tenet.

IOANNES SAREYEVS, Neoportuenſis, Flander, Lugduni Batauorum Iuuentutem docuit, ſcholaſque aperuit. Scripſit

Grammatices prima Rudimenta.
Syntaxeos Græcæ & Latinæ Methodum. Antuerpiæ, apud Loeum, 1554.

IOANNES SAXONIVS, è Friſia Minori, I. V. Doctor, Eccleſiæ Hamburgenſis Decanus & Canonicus Bremenſis, Erphordiæ & alibi Ius explicuit. Scripſit

Aſſertionem de Gloſſis Accurtianis & Bartoli aliorumque Commentariis. Baſileæ, apud Oporinum, 1548.
Commentariolum ad Titi Liuij Hiſtoriam ab V. C. lib. XXII. & XXXI.
De Bello Punico ſecundo Ibidem 1547. 8.
Commentarium in Orationem Ciceronis pro Sex. Roſcio Amerino.
Orationem de vtilitate ſtudij dicendi. Ibid.
Orationem de Obſeruandis Legibus. Ibidem.

Vita ceſſit anno Chriſti M. D. LXIV.

IOANNES SCALCVS Antuerpienſis, tertij Inſtituti D. Franciſci, vulgò *Bogardos* vocamus, vir fuit pietate ſingulari, prudentiæque laude eluxit, ſcripſit

Xenium Euangelicum, ad omnium ordinum Chriſtianos. Antuerpiæ, 1576. apud Anton. Tilenium.
Orationem lugubrem de Antiochena ſeditione & ſtatuarum deiectione Theodoſio Imperatore ad Iconomachos Belgicos accommodatam. Antuerpiæ anno 1573. 8.

Ex corporis vinculis, tamquam è carcere euolauit Bruxellis, anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem M. DC. II.

IOANNES SCHEPPERVS, Gandenſis, Poeta & Hiſtoricus, *Ioanni Fernandæo Velaſco,* Caſtellæ & Legionis Comiti-Stabuli à Sacris & Eleemoſynis

moſynis, mihi familiaris, ſcripſit

Panegyricum eidem Comiti-ſtabuli, in quo rerum ab eo geſtarum compendium Mediolani, typis Marci Tullij Malateſtæ. 1612. 4.

Eryci Puteani Laudationem iuuentutis Belgicæ, & Comum eiuſdem Belgicè reddidit feliciter.

Hiſtoriam tumultuum Belgicorum ſcribere ceperat, ſed morte interceptus, ad finem non perduxit.

Deceſſit Lugduni Batauorum de nocte domum veniens, merſus in amne, anno M. DC. XX. VIII. Auguſt. *Iuſtus Rycquius* Conciui ſuo & amico hoc epitaphium ſcripſit:

IOANNI SCEPPERO *Gandenſi,*
Hiſtorico & Poetæ.

Poſt geminam Heſperiam conſpectam, & Celticæ regna,
Poſt populi mores triplicis & genium:
Poſt magni meritis Encomia dicta VELASCHI,
Poſt patriæ ſcriptam fortiter Hiſtoriam:
Poſt Clarios amneis epotos Virginis vnda,
Belgicaq; exemplo carmina ſcripta nouo:
Crimine perpetuo Parcarum & crimine Cœli
SCEPPERVS *Batauo merſus in amne iacet.*

EIDEM.

SCEPPERVM *Batauâ quiſquis raptum ingemis vndâ,*
Falleris: Aonij fluminis illa fuit.

IOANNES DE SCHOONHOVIA, Ord. Canon. Regul. S. Auguſtini, monaſterij, quod vulgò Groenendael, Latinè *Viridis Vallis*, propè Bruxellam, in quo IOANNES RVYSBROEQVIVS I. Prior fuit: Vir in S. Literis diu multumque verſatus, & ſermone compoſitus, ſcripſit

Exhortatorium ſpirituale, ad Simonem nepotem ſuum.
De curſu monachi, ad eundem.
De profectu monachi.
Defenſorium Ioannis Ruysbroucquij, contra Gerſonem.
Sermones varios.
Epiſtolam de Contemptu mundi.
De paſſione Domini.
Tractatum de ſpiritali Ambulatione.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I.
Sermonem habitum in Capitulo Windeshemenſi *anno* M. CCCC. XIII. dum monaſteria Regularium Brabantiæ eidem vnirentur.
Chronicon Ordinis Canonicorum Regularium.

Migrauit ex hac vita in Viridi-Valle anno Domini M. CCCC. XXXI.

IOANNES SCHODEHOVEN Carmelita, Machlinienſis Conuentus Prior, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, etiam in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij, ſcripſit opus inſigne

De

De Vitijs & Virtutibus, quod inſcripſit Polypodium, ordine Alphabeto, non mediocri Concionatorum commodo. Tom. II.

Sermonum lib. II. De Tempore & Sanctis.

Vixit circa annum Chriſti M. CCC. XC.

IOANNES SCHOTVS, Prior in Buſco Iſaac, monaſterio Regul. S. Auguſtini propè Bruxellam, Ord. Aurei Velleris Cancellarius, & in aula CAROLI V. Imp. Magnatibus gratus & acceptus, ſcripſit *Chronicon.*

Sermones de Tempore. De eminentia Aurei Velleris.

Commutauit vitam mortalem cum immortali, anno relaxationis humanæ CIↃ. IↃ. XXXI. ætatis LXV. regiminis XXXIII.

IOANNES SECVNDVS, Hagienſis, Batauus, *Nicolai Euerardi* Præſidis Machliniensis F. non ſine omine SECVNDI nomen induit, vt cui ſecundum non facile reperias. Nam eâ ætate in re poetica vſque adeo cæteris omnibus antecelluit, vt in aurem Batauam intempeſtiuum Martialis iocum facilè eluſerit. *Rumoldum Stenemolam* in patria puer præceptorem habuit. Adoleſcens in Galliam profectus, *Andream Alciatum* Ius interpretantem vidit & audiuit, ibidemque *Macrino Salimonio* & *Cornelio Muſio* familiariter vſus, poëtica inter ſe ſtudia exercuerunt. Pòſt Italiam abijt, & *Paulo* IV. Pont. Max. ab epiſt. fuit: in Hiſpania Archiepiſcopo Tolet. à ſecretis. In patriam valetudinis gratia reuerſus, à *Georgio Egmundano* Vltraiectino Antiſtite ad idem munus euocatur: iſtum in *D. Amandi* Abbatia apud Tornacum, (cuius loci Abbas erat) agebat, quò profectus SECVNDVS, in febrim incidit, quartoq; quam aduenerat die, non ſolum annorum V. & XX. extinctus eſt, & ſepultus in naui Eccleſię hoc epitaphio:

IOANNI SECVNDO HAGIENSI BATAVO
I. C. ORATORI AC POETÆ CLARISS.
PINGENDI QVOQVE AC SCVLPENDI LAVDATISS.
ARTIFICI:
QVI PRIMVM IN HISPANIIS
IOANNI TAVERÆ TOLETANO CARD.
DEINDE IN PATRIA ILLVSTI GEORGIO
AB EGMVNDA TRAIECTENSI PRAESVLI
ET HVIVS LOCI PRIMATI,
AB EPISTOLIS ET SECRETIS FVIT:
POSTREMO AB CAROLO V. IMP. AVG.
ACCERSITVS
VT EANDEM DEINCEPS FVNCTIONEM
OBIRET
IMMATVRA NIMIVM MORTE RAPTO,
MATER, FRATRES AC SORORES TRISTISS.
DESIDERII MONVMENTVM POSS.
VIXIT ANNOS IV. ET XX. M. X. D. X.
OBIIT ANNO AB RESTITVTA SALVTE
M. D. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.

Aliud.

Aliud.

IOANNI SECVNDO HAGIENSI
POETÆ CELEBERRIMO ET NVLLI SECVNDO,
CVIVS TVMVLVM HÆRETICOR. FVRORE
ANNO M.D.LXVI. VIOLATVM,
CAROLVS DE PAR ABBAS
OB TANTI VIRI MEMORIAM RESTITVIT,
HORTANTIBVS D.D. DIONYSIO VILLERIO
ET HIERONYMO WINGHIO.
OBIIT ANNO CIϽ. IϽ. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.
A SECRETIS GEORGII EGMONDANI,
TRAIECTENSIS EPISCOPI,
ET HVIVS LOCI PRO-ABBATIS.

Scripſit *Elegiarum libb. III.*
Epigrammatum lib. I.
Epiſtolarum libb. II.
Siluarum lib. I. Funerum lib. I.
Baſiorum lib. I. quæ viuent dum Baſijs amantium ora patebunt.
Regia Pecunia Lugduni in Gallijs edita eſt, 1552. 8.
Itineraria III. Hiſpanicum, Gallicum & Belgicum, foras prodire iuſſit Daniel Heinſius Lugd. Batauor. 1618. 8.

BONAVENTVRA VVLCANIVS IOANNEM SECVNDVM ET IANVM DOVSAM BATAVOS HOC EPIGRAMMATE ELEGANTI ORNAVIT.

Clarus apud Batauos æternâ laude Secundus,
Siue Elegos; cultum ſiue Epigramma facit:
Nectare ſeu liquido fragrantia Baſia *miſcet,*
Baſia, *queis meritò ipſi inuideant Superi:*
Cur voluit dici praſaga mente Secundus,
Quum nullus primum quem ſequeretur erat?
An quia venturum norat voluentibus annis,
Cui ferrent primas ſacula, Douſiadem?
Sic eſt; nam Douſæ *rediuiua in pectore Muſa*
Plaute, & Flacce tua, & docte Catulle tua eſt,
Saluete, ô, Batauæ gentis, par nobile Vatum,
Lumina; luminibuſque officite Heſperiæ.

IOANNES SERVILIVS, Vulgò KNAPIVS, Weertenſis, quod

quod opidum in Geldriæ finibus, vixit Antuerpiæ tempore *Ladiſlai Vrſuli* Equitis, & XIII. Conſulis, cui familiariſſimus fuit. Scripſit

Dictionarium Triglotton, Latinè, Græcè & Belgicè.

De Gallo-Geldrico bello Martini Roſſemij. Antuerpiæ anno 1544.

Pace Belloq; rerum vlim magnificè geſtarum lib. III. Valerij Maximi exemplo, ad Ladiſlaum Vrſulum. Ibidem 1569. 8.

Orationem gratulatoriam CAROLO V. *ex Hiſp. in Barbantiam reduci*, S. P. Q. Antuerp. nomine exhibitam Ibidem 1545. 8.

Gratulationem Ladiſlao Vrſulo Equiti, Conſuli electo. Ibid. anno 1542. 8. typis Ioannis Graphæi.

Huic Symbolum: SAPIT QVI SORTI SAPIT.

IOANNES SILICEVS Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini in Viridi Valle, iuxta Bruxellam, ſcripſit

De exordio & progreſſu monaſterij Viridis Vallis. MS.

IOANNES SILVIVS Atrebas, Dominus de Sapigny, edidit *Cathemerinon* ex precatorijs Græcorum libellis collectum.

Breue Cathemerinon, verſibus Heroicis, Græcè & Latinè.

Notas ad *D. Ioannis Chryſoſtomi* Græca opera.

IOANNES SILVIVS Inſulenſis, Medecinam primùm Valencenis exercuit, poſtea Duaci cum laude profeſſus eſt, ſcripſit

De ſtudioſorum atq; eorum qui corporis exercitationibus minus addicti ſunt, valetudine tuenda, lib. II. Duaci apud Bogardum anno 1574. 8.

De morbi Articularis curatione Tract. IV. Antuerpiæ 1565.

Declamationem de morbo Gallico Louanij habitam anno 1557. Antuerpiæ, typis Plantini anno 1577. 8.

Tabulas Pharmacorum 1568. 8.

Dialogos, ſeu priuatas puerorum collocutiones & Carmina. typis Plant. 1568. 8.

Academiæ naſcentis Duacenſis & Profeſſorum eiuſdem Encomium, Duaci 1562. 4. typis Bogardi.

Morbi populariter graſſantis præſeruationem & curationem, & maximè parabilibus remediis. Louanij apud Wellæum anno 1572.

Naturæ debitum ſoluit, anno ſalutis communis M. D. LXXVI. Nonis Aprilis.

IOANNES SIMONIS Batauus, Ord. Carmelitarum, vir doctus & multùm religioſus, in omni ferè facultate promptus, ſcripſit

Sermonum librum.

De poteſtate Summi Pontificis, Conciliorum & Cæſaris.

Viuebat anno M. CCCC. LXXV.

IOANNES SIX Inſulenſis, S. Theol. Licentiatus, Paſtor *S. Stephani*, Canonicus & Archidiaconus Audomarenſis, tandem & Epiſcopus an. ſalutis M. D. LXXXI. Audomarenſium deſignatur. Obijt anno à plenitudine temporis M. D. LXXXVI. & quieſcendi locum accepit in *S. Stephani*, Cor autem translatum Audomaropolim, & hoc epitaphio ornatum:

IOAN-

IOANNES SIX HVIVS ECCLESIAE EPISCOPVS II·
FREQVENTIORIBVS CLERI ET POPVLI
ORATIONIBVS DESIDERANS ESSE COMMENDATIOR,
HVNC SIBI VIVENS SEPVLTVRAE
LOCVM ELEGIT,
QVI DVM ITER FACERET MONTES HANNON.
AD CONCILIVM EPISCOPOR. PROVIN.
INSVLIS FLANDRORVM IN PATRIA OBDORMIVIT
AETATIS SVAE ANNO LIII.
EPISCOPATVS VI.
SALVTIS HVMANAE CIↃ. IↃ. LXXXVI.
V. IDVS OCTOBRIS.

Inſulis in S. Petri templo tabulæ affixum, tale eius legitur Epitaphium:

Reuerendiſſ. in Chriſto Patri Dño Ioanni Six, *Philoſophiæ ac Theologiæ quondã Louanij magna cum laude Profeſſori, dein in Paroch. Eccleſia D. Stephani huius oppidi aliquot annis Paſtori vigilantiſſ. inde ob virtutẽ & merita ad Canonicatum Audomarenſ. aſſumpto, poſtea Reuerendiſs. Dñi Gerardi ab Hamericourt I. Epiſcopi Audomar. Vicario generali, ac tandẽ in Epiſcopatu ſucceſſori, dum hac ad Synodum Prouincialẽ fidei ac religionis ergo proficiſceretur, febri correpto, ac in hoc oppido, vbi vita acceperat initiũ* IV. *Id. Oct.* M.D.LXXXVI *ætat. verò ſuæ* LIII. *Vita functo, & è regione chori tumulato, Iacobus VVillant ex ſorore nepos, & huius Eccleſ. Canon. Auunculo opt. de ſe merits mœſtus Poſ.*

Huic Symbolum erat, IVDICIVM COGITA. Conſcripſit pio zelo
Statuta & Decreta, pro ſtabilienda Diœceſi.
Homilias quaſdam & Epiſtolas.
Fran. Lucas S.T.L.Can. Audom. *Orationẽ funebrẽ* illi ſcripſit typ. Plan. 1587

IOANNES SINTHEMIVS, Congregationis S. Hieronymi Dauentriæ, *Deſiderij Eraſmi Roterodami* Præceptor; ſcripſit
Commentarios Grammaticos in Doctrinale Alexandri, typis Badij, 1504.

IOANNES SLOOTANVS à Geffen (qui pagus eſt altero à Ducis-ſilua lapide) Theologiæ Doctor, & Dominicanorum Prior Coloniæ, vir doctus, bonus & hæreticorum maſtyx. Scripſit
Demonſtrationes contra hæreticos.
De retinenda Fide, lib. IX. *De veritate Fidei, lib. V.*
Homiliarum volumen magnum, De præcipuis Myſterijs diuinæ Incarnationis & noſtræ redemptionis, Coloniæ, typis Gaſp. Gennepæi. 1557.

IOANNES SMORITIVS Sacellanus in *D. Donatiani* Brug. ſcripſit *De Miraculis & rebus in Eccleſia S. Donatiani*, quæ Brugis eſt. Conſule Meyerum Lib. II. Annalium Flandriæ.

IOANNES SNELLINCX, Machlinienſis, Ord. S. Franciſci, libellum aureum *Petri Alcantaræ* DE MEDITATIONE & ORATIONE in Latinum translatum opera *P. Antonij Dulcken* Cartuſiani, *in vernaculum ſermonem vertit*; Machliniæ excuſum, anno Domini 1609.

IOANNES SOTEALLVS, Montinienſis, iuxta Tundiium, prouinciæ Leodicenſis Theologus, ſcripſit

Annotationes marginales ad Concilium Tridentinum. Antuerpiæ typis Plantini anno 1571. 8.

Summam Pontificalium & Synodalium Conſtitutionum, per locos communes. Louanij typis Zangrij anno 1570. 8.

B. Proſperi Opera emendauit. Ibidem. 4.

Migrauit ex hac vita Theologiæ Lector Camberoniæ, an. M. D. LXVII.

IOANNES STABVLANVS, Cœnobij S. Laurentij apud Leodicenſes Religioſus, ſcripſit

Chronicon Leodicenſe, à S. Materno ad annum Chriſti CIↃ. CCCC. XLIX. *nuper editum curâ Ioan. Chapeauilly.*

Mortuus anno Meſſiæ nati M. CCCC. XLIX.

IOANNES STADIVS, Loenhoutanus, Brabantus, naſcitur anno Chriſtianæ ſalutis M. D. XXVII. kal. Maij. Mathematicus & Hiſtoricus. Vir excellenti ingenio. Louanij ſumma celebritate Hiſtoriam publicè docuit. Omni fere doctrina liberali imbutus, Mathematicis potiſſimum excelluit, vt vix parem noſtra ætas tulerit. Lutetiam Pariſiorum ab HENRICO III. Galliarum Rege euocatus, omnium ſuffragijs Regius Profeſſor eſt ſalutatus. In ſuburbano Honoratiano, in ædibus Mareſchalli Retzij diem clauſit extremum. *Ioan. Metellus* amicum defunctum hoc epitaphio ornauit:

IEHOVAE SACR.
IOANNI STADIO MATHEMATICO
AB EDITIS TABVLIS EPHEMERIDIB. ASTROLOGICIS
CLARO
PHILIPPI HISP. REGIS HONORARIIS LOVANIVM
DEIN LVTETIAM AB HENRICO III. GALLIÆ REGE
AD PVBLICAM EARVM DISCIPLINARVM
QVAS CELEBRI STVDIOSORVM CONCVRSV
ILLIS IN ACADEMIIS DOCVIT
PROFESSIONEM ADSCITO
IOAN. MATALIVS METELLVS SEQVANVS I.C. CELTA
AMICO BELGAE MEMORIAE CAVSA POS.
VIXIT ANN. LII. MENS. FERE II.
OBIIT XV. KAL. QVINTIL. ANNO CIↃ. IↃ. LXXIX.

Aliud

Aliud.

POSTERITATI SACR.
IOANNIS STADII BELGAE BRABANTI
TANTI ILLIVS VIRI CINERES HEIC SPECTAS
VIATOR,
SED CINERES
FAMAM ENIM QVAE CAELVM IMPLET
ET SOLVM, NON VIDES
CERTE ILLE IPSVS EST STADIVS,
QVEM POTENTISS. HISPAN. ET GALLIAR. REGES
MAXVMIS STIPENDIIS
AD HISTORIAE MATHESEOSQ. PROFESSIONEM
EVOCARVNT.
GRVDII ET PARISII DOCENTEM AVDIVERE,
BONI OMNES,
DOCTI OMNES PRAESENTEM AMAVERVNT
ABEVNTEM COMPLANXERE
SI TV HORVM ES LECTOR,
FLORES INSPERGE MARMORI;
VEL POTIVS LACRVMAS,
MAGNOQVE FVNERI MOLLIBVS VOTIS
BONIS VERBIS APPRECARE.
IVSTVS RYCQVIVS EX CATHARINA FILIA N.
AVO B. M. L. P.

Scripſit *Commentarium egregium in L. Florum.* Antuerpiæ anno 1584. apud Plantinum, Coloniæ anno 1600 & alibi.
Tabulas æquabilis & apparentis motus cæleſtium corporum, Coloniæ, anno 1560.
Ephemerides Aſtrologicas nouas auctas & repurgatas ſecundum Antuerpiæ longitudinem ab anno M. D. XLIV. vſque ad annum M. DC. VI. ſupputatas ad Gregorij anni reformationem. Ibidem.
Hermetis Triſmegiſti Iatromathematicam Latinè reddidit.
Commentationem De Cæli figuris, ſiue *Domibus*.

IOANNES STANNIFEX Goſletanus, Theologus Louanienſis, multos annos Philoſophiæ Profeſſor in Porcenſi Gymnaſio, collegam habuit Ioannem Beuerum, ſcripſit
Commentarios in Organum Ariſtotelicum.

IOANNES DE STRALEN, Gelder, Theologiam Coloniæ docuit anno CIↃ. CCCXC. annos LXXX. natus, ſcripſit
In Apocalypſin Ioannis lib.

IOANNES STRASELIVS Flander, à patria *Strazeel* cognomen habet. Vir doctiſſimus, Lutetiæ annos fere XXVI. Regius Græcæ linguæ Profeſſor. Multa ſcripſit, quæ morte præuentus imperfecta reliquit.

portare, vili corpus amictu tegere, infra cæteros ſeſe abijcere conſuetum ipſi eſſet, inſigni Chriſtianæ Virtutis exemplo.

Hermoniam IV. Euangeliorum in vnum corpus congeſſit, ſecutus fere veſtigia *Ianſenij* Gandenſis Epiſcopi. Coloniæ ann. 1573. Duaci ann. 1575. & Romæ.

Organi Ariſtotelici Verſionem quoque edidit. Coloniæ 1572. 4.

Emigrauit ex hac vita Duaci in D. Petri Præpoſitus & Academiæ Cancellarius anno partus Virginei cIↃ. IↃ. xcv. III. Id. Aprilis.

IOANNES RVYSBROEQVIVS Brabantus, monaſterij Vallis Viridis propè Bruxellas primus Prior, Ordinis S. Auguſtini, Canonicor. Regularium. *Sixtus Senenſis* & *Thomas Bozius lib. IX. de Signis Eccleſiæ*, Carthuſianum ſcribunt, errat vterque. *Laurentius Surius* opera RVSBROEQVII ex Germanico idiomate in linguam Latinam vertit, & Colon. impreſſa typis Quentelij 1552. *Dionyſius Carthuſianus Tractatu de Spiritu Sancto*, RVSBROEQVIVM ALTERVM DIONYSIVM AREOPAGITAM *appellat*. Tamen cum altiora contemplans, altius loqueretur, viſus eſt aliquibus, atque adeò *Ioanni Gerſoni* Pariſienſi Cancellario in multis errare & ſapere hæreſin: *Surius* verò egregiè & doctè noſtrum tuetur & meritò. Id enim accidere ſolet ijs, qui ſcribunt de Myſtica Theologia, teſte *Bellarmino*, vt eorum dicta ab alijs reprehendantur, ab alijs laudentur, quia non eodem modo ab omnibus accipiuntur. Eius hæc ſunt

Regnum amantium Deum, ſiue Summa Vitæ ſpiritualis.

De IV. Tentationibus.

De Fide & Iudicio.

De Calculo, ſiue De perfectione Filiorum Dei, Guil. Iordanus Latinè vertit.

De Nuptijs Spiritualibus, libb. III. Interprete eodem Iordano,

De VII. Seris ſiue Cuſtodijs.

De VII. Gradibus ſcalæ ſpiritualis Amoris. Interprete Gerardo Magno.

Speculum Salutis æternæ.

De Tabernaculo ſpirituali Moyſis. Interprete Guil. Iordano.

Liber Retractationis. De Vnione amantis animæ cum Deo.

De XII. *Beghinis, ſiue Virginibus Deo deuotis, tractans de duplici vita hominis Contemplatiua & Actiua.*

De vera Contemplatione.

Epiſtola exhortatoria & alia.

Vir ſanctiſſimus enauigato huius mortalitatis turbulento pelago, anno ætatis ſuæ LXXXVIII. Sacerdotij LXIV. ad portum perpetuæ quietis peruenit, & ſepultus ante ſummum altare in ſepulchro latericio, hoc epitaphio:

HIC IACET TRANSLATVS DEVOTVS PATER
D. IOANNES DE RVYSBROECK,
I. PRIOR HVIVS MONASTERII,
QVI OBIIT ANNO DOMINI M. CCC. LXXXI.
II. DIE DECEMBRIS.

IOANNES RVSSIM Luxemburgenſis, Dominicanus, eiuſdem Prouinciæ aliquando Moderator, Ariſtotelicæ doctrinæ non ignarus, humanarumque litterarum. In Scholaſtica autem doctrina plenè eruditus, hinc

 apud

apud celebres ſui temporis viros in magno pretio. Scripſit
Commentaria in Magiſtrum Sententiarum.
In Epiſtolam Diui Pauli ad Titum.
In XV. Capita priora S. Matthæi.
Directorium Confeſſorum.
Sermones de Tempore & Sanctis per totum annum.
Sermones ad Clerum.
Claruit circa annum Domini M. CCC. XII.

IOANNES RYCQVIVS, vulgò DIVES, Gandauenſis, I. C. Edidit
Axiomata Legum. Francofurti 1575.

IOANNES SADELER, Vide ÆGIDIVS, IOANNES, RAPHAEL SADELER.

IOANNES A SANCTO LAVRENTIO, Duacenſis, Græcarum literarum ibidem Profeſſor Regius, & Eccleſiæ Collegiatæ Leuſenſis Decanus, ſcripſit & edidit
Orationem Funebrem in obitum Ioannis Miræi Antuerpienſium Præſulis, longiori vita digni. Duaci, 1611., 8.
Rebus humanis exceſſit anno Chriſti M. DC. XVI.

IOANNES SALANVS Atrebas, Doctor Medicus, ſcripſit
Promptuarium rerum omnium in arte Medica memorabilium.
Methodum medendi.
Compendium totius artis Medicæ.

IOANNES SANDERVS Gandenſis, ANTONII SANDERI Auus, Cæſari CAROLO V. à Conſilijs Medicus, elatâque Vxore LEVINA STEELANDA nobili matronâ, in Eccleſia Diui Bauonis Canonicus: Ciuibus ſuis charus, & magnæ apud eoſdem ob eruditionem & virtutem auctoritatis. Scripſit
Methodum curandarum ægritudinum. M. S. apud Ant Sanderum.

IOANNES SARRACENVS Atrebas, Cœnobij Vedaſtini Antiſtes, & PHILIPPO II. Hiſpp. Regi à Conſilijs, in ſui ſanctioris ſtatus Belgici intimo Senatu, demum creatus Archiepiſcopus Cameracenſis. Literatorum hominum Mecænas munificus. In Archiepiſcopatum illi ſucceſſit Guilielmus Grimbergius
Orationes ſiue Conciones complures diſertiſſimè ſcripſit & pronuntiauit.
Leges & Statuta ſuæ Diæceſis obſeruanda euulgauit.
Vitâ deceſſit Bruxellis anno reconciliationis humanæ M. D. XCVIII. Ætatis LXIII. Mitræ XX. Inteſtina ibidem ſepulta, corpus in Vedaſtino Cœnobio, Cor apud Cappuchinos Atrebati, quorum Fundator fuit. *Guilielmus Gazæus* hoc illi epitaphium ſcripſit:

IOAN-

IOANNES SARRACENVS ATREBAS
NOBILI VEDASTINOR. COENOBIO
SVB D. BENEDICTI CLIENTELA
DEO DICATVS,
DECVRSO PHILOSOPHIAE STADIO,
THEOLOGICAM LAVREAM ADEPTVS,
APVD SVOS
PRAELECTIONVM THEOLOGICAR. ELEGANTIA,
APVD CIVES
CONCIONVM VERE CHRISTIANAR. FACVNDIA,
APVD OMNES
RERVM AGENDARVM PRVDENTIA NOTVS.
ARTHESIAE ORDINIBVS PRAEFICITVR,
SEDANDIS PATRIAE TVMVLTIB. GNAVITER INCVMBIT,
BINA LEGATIONE
ALTERA AD DVCEM PARMENSEM BELGI GVBER.
ALTERA AD REGEM CATHOL. PHILIPP. II.
IN HISPANIAM,
CIVIVM SVORVM FIDEM TESTATVS.
VEDASTINAM MITRAM EMERVIT,
AVCTAM FASCIBVS TRIBVNALIS ARTHESIAE,
SIMVLQ. SVPREMI SENATVS BELGICI.
DEMVM
ILLVSTRISS. ADORNATVS PALLIO
METROPOLITANAE CAMERACENS. ECCLESIAE,
GREGI REGENDO INVIGILAT, ET
DVM BRVXELLAS PRINCIPEM SVVM
SERENISS. ALBERTVM AVSTRIVM VISIT,
AD REGALEM COELI CVRIAM ACCITVR.
ANNO SAL. HVMANAE M. D. XCVIII.

IOANNES SARTORIVS Batauus, Amſtelodamus, præter Latinas Græcaſque literas, etiam Hebræas (quod illa tempeſtate rarum) accuratiſſimè calluit, earumque publicum auditorium in Libræ Veteris tabulato aperuiſſe aliquando memoratur. Nullus linguæ vernaculæ eo peritior fuit vnquam, teſte *Petro Opmero in Chronico*. Florente adhuc æuo *Latinæ linguæ Phraſes, & Eraſmi Roterodami Chiliad. Adagior.* aliquot Belgicè reddidit, quo in opere certaſſe mihi cum Græcia & Latio toto videtur, ita paribus Belgic. formulis & pari propemodum venere atque elegantia omnia expreſſit. Maturior æuo totum ſe ad Sacrarum Literarum enarrationem contulit. Scripſit

Paraphraſin & Annotationes in Prophetas Minores, ſed tecto nomine, vt æui inuidiam, vir pacis & quietis amantiſſimus, effugeret. Baſileæ, apud Oporinum.

Grammaticam Latinam, lib. Antuerpiæ typis Tungri.

Centurias Syntaxios., lib. I.

Syluam Vocabulorum & Phraſium. Ibid. typis Siluij, 1563.

De Fide, ad Cornelium Crocum, lib. I.

De

Digitized by Google

moſynis, mihi familiaris, ſcripſit

Panegyricum eidem Comiti-ſtabuli, in quo rerum ab eo geſtarum compendium Mediolani, typis Marci Tullij Malateſtæ. 1612. 4.

Eryci Puteani Laudationem iuuentutis Belgicæ, & Comum eiuſdem Belgicè reddidit feliciter.

Hiſtoriam tumultuum Belgicorum ſcribere ceperat, ſed morte interceptus, ad finem non perduxit.

Deceſſit Lugduni Batauorum de nocte domum veniens, merſus in amne, anno M. DC. XX. VIII. Auguſt. *Iuſtus Rycquius* Conciui ſuo & amico hoc epitaphium ſcripſit:

IOANNI SCEPPERO *Gandenſi, Hiſtorico & Poetæ.*

Poſt geminam Heſperiam conſpectam, & Celticæ regna,
Poſt populi mores triplicis & genium:
Poſt magni meritis Encomia dicta VELASCHI,
Poſt patriæ ſcriptam fortiter Hiſtoriam:
Poſt Clarios amneis epotos Virginis vnda,
Belgicaq; exemplo carmina ſcripta nouo:
Crimine perpetuo Parcarum & crimine Cœli
SCEPPERVS *Batauo merſus in amne iacet.*

EIDEM.

SCEPPERVM *Batauâ quiſquis raptum ingemis vndâ,*
Falleris: Aonij fluminis illa fuit.

IOANNES DE SCHOONHOVIA, Ord. Canon. Regul. S. Auguſtini, monaſterij, quod vulgò Groenendael, Latinè *Viridis Vallis*, propè Bruxellam, in quo IOANNES RVYSBROEQVIVS I. Prior fuit: Vir in S. Literis diu multumque verſatus, & ſermone compoſitus, ſcripſit

Exhortatorium ſpirituale, ad Simonem nepotem ſuum.
De curſu monachi, ad eundem.
De profectu monachi,
Defenſorium Ioannis Ruysbroucquij, contra Gerſonem.
Sermones varios,
Epiſtolam de Contemptu mundi.
De paſſione Domini.
Tractatum de ſpiritali Ambulatione.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
Sermonem habitum in Capitulo Windeshemenſi *anno* M. CCCC. XIII. dum monaſteria Regularium Brabantiæ eidem vnirentur.
Chronicon Ordinis Canonicorum Regularium.

Migrauit ex hac vita in Viridi-Valle anno Domini M. CCCC. XXXI.

IOANNES SCHODEHOVEN Carmelita, Machlinienſis Conuentus Prior, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, etiam in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij, ſcripſit opus inſigne

De

De Vitÿs & Virtutibus, quod inſcripſit Polypodium, ordine Alphabeto, non medioćri Concionatorum commodo. Tom. II.

Sermonum lib. II. De Tempore & Sanctis.

Vixit circa annum Chriſti M. CCC. XC.

IOANNES SCHOTVS, Prior in Buſco Iſaac, monaſterio Regul. S. Auguſtini propè Bruxellam, Ord. Aurei Velleris Cancellarius, & in aula CAROLI V. Imp. Magnatibus gratus & acceptus, ſcripſit *Chronicon.*

Sermones de Tempore. De eminentia Aurei Velleris.

Commutauit vitam mortalem cum immortali, anno relaxationis humanæ cIↃ. IↃ. XXXI. ætatis LXV. regiminis XXXIII.

IOANNES SECVNDVS, Hagienſis, Batauus, *Nicolai Euerardi* Præſidis Machlinienſis F. non ſine omine SECVNDI nomen induit, vt cui ſecundum non facile reperias. Nam eâ ætate in re poetica vſque adeo cæteris omnibus antecelluit, vt in aurem Batauam intempeſtiuum Martialis iocum facilè eluſerit. *Rumoldum Stenemolam* in patria puer præceptorem habuit. Adoleſcens in Galliam profectus, *Andream Alciatum* Ius interpretantem vidit & audiuit, ibidemque *Macrino Salimonio* & *Cornelio Muſio* familiariter vſus, poëtica inter ſe ſtudia exercuerunt. Pòſt Italiam abijt, & *Paulo* IV. Pont. Max. ab epiſt. fuit: in Hiſpania Archiepiſcopo Tolet. à ſecretis. In patriam valetudinis gratia reuerſus, à *Georgio Egmundano* Vltraiectino Antiſtite ad idem munus euocatur: is tum in *D. Amandi* Abbatia apud Tornacum, (cuius loci Abbas erat) agebat. quo profectus SECVNDVS, in febrim incidit, quartoq; quam aduenerat die, nondum annorum V. & XX. extinctus eſt, & ſepultus in naui Eccleſię hoc epitaphio:

IOANNI SECVNDO HAGIENSI BATAVO
I. C. ORATORI AC POETÆ CLARISS.
FINGENDI QVOQVE AC SCVLPENDI LAVDATISS.
ARTIFICI:
QVI PRIMVM IN HISPANIIS
IOANNI TAVERÆ TOLETANO CARD.
DEINDE IN PATRIA ILLVSTI GEORGIO
AB EGMVNDA TRAIECTENSI PRAESVLI
ET HVIVS LOCI PRIMATI,
AB EPISTOLIS ET SECRETIS FVIT:
POSTREMO AB CAROLO V. IMP. AVG.
ACCERSITVS
VT EANDEM DEINCEPS FVNCTIONEM
OBIRET
IMMATVRA NIMIVM MORTE RAPTO,
MATER, FRATRES AC SORORES TRISTISS.
DESIDERII MONVMENTVM POSS.
VIXIT ANNOS IV. ET XX. M. X. D. X.
OBIIT ANNO AB RESTITVTA SALVTE
M. D. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.

Aliud.

Aliud.

IOANNI SECVNDO HAGIENSI
POETÆ CELEBERRIMO ET NVLLI SECVNDO,
CVIVS TVMVLVM HAERETICOR. FVRORE
ANNO M.D.LXVI. VIOLATVM,
CAROLVS DE PAR ABBAS
OB TANTI VIRI MEMORIAM RESTITVIT,
HORTANTIBVS D.D. DIONYSIO VILLERIO
ET HIERONYMO WINGHIO.
OBIIT ANNO CIↃ. IↃ. XXXVI. VI. KAL. OCTOB.
A SECRETIS GEORGII EGMONDANI,
TRAIECTENSIS EPISCOPI,
ET HVIVS LOCI PRO-ABBATIS.

Scripſit *Elegiarum libb. III.*
Epigrammatum lib. I.
Epiſtolarum libb. II.
Siluarum lib. I. *Funerum lib. I.*
Baſiorum lib. I. quæ viuent dum Baſijs amantium ora patebunt.
Regia Pecunia Lugduni in Gallijs edita eſt, 1552. 8.
Itineraria III. Hiſpanicum, Gallicum & Belgicum, foras prodire iuſsit Daniel Heinſius Lugd. Batauor. 1618. 8.

BONAVENTVRA VVLCANIVS IOANNEM SECVNDVM ET IANVM DOVSAM BATAVOS HOC EPIGRAMMATE ELEGANTI ORNAVIT.

Clarus apud Batauos æternâ laude Secundus,
Siue Elegos; cultum ſiue Epigramma facit:
Nectare ſeu liquido fragrantia Baſia *miſcet,*
Baſia, *queis meritò ipſi inuideant Superi:*
Cur voluit dici præſaga mente Secundus,
Quum nullus primum quem ſequeretur erat?
An quia venturum norat voluentibus annis,
Cui ferrent primas ſæcula, Douſiadem?
Sic eſt; nam Douſæ *rediuiua in pectore Muſa*
Plaute, & Flacce tua, & docte Catulle tua eſt,
Saluete, ô, Batauæ gentis, par nobile Vatum,
Lumina; luminibuſque officite Heſperiæ.

IOANNES SERVILIVS, Vulgò KNAPIVS, Weertenſis,

quod opidum in Geldriæ finibus, vixit Antuerpiæ tempore *Ladiſlai Vrſuli* Equitis, & XIII. Conſulis,cui familiariſſimus fuit. Scripſit

Dictionarium Triglotton, Latinè, Græcè & Belgicè.

De Gallo-Geldrico bello Martini Roſſemij. Antuerpiæ anno 1544.

Pace Belloq; rerum olim magnificè geſtarum lib. III. Valerij Maximi exemplo, ad Ladiſlaum Vrſulum. Ibidem 1569. 8.

Orationem gratulatoriam CAROLO V. *ex Hiſp. in Barbantiam reduci*, S. P. Q. Antuerp. nomine exhibitam Ibidem 1545. 8.

Gratulationem Ladiſlao Vrſulo Equiti, Conſuli electo. Ibid. anno 1542. 8. typis Ioannis Graphæi.

Huic Symbolum: SAPIT QVI SORTI SAPIT.

IOANNES SILICEVS Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini in Viridi Valle, iuxta Bruxellam, ſcripſit

De exordio & progreſſu monaſterij Viridis Vallis. MS.

IOANNES SILVIVS Atrebas, Dominus de Sapigny, edidit

Cathemerinon ex precatorijs Græcorum libellis collectum.

Breue Cathemerinon, verſibus Heroicis, Græcè & Latinè.

Notas ad *D. Ioannis Chryſoſtomi* Græca opera.

IOANNES SILVIVS Inſulenſis, Medecinam primùm Valencenis exercuit, poſtea Duaci cum laude profeſſus eſt, ſcripſit

De ſtudioſorum atq; eorum qui corporis exercitationibus minus addicti ſunt, valetudine tuenda, lib. II. Duaci apud Bogardum anno 1574. 8.

De morbi Articularis curatione Tract. IV. Antuerpiæ 1565.

Declamationem de morbo Gallico Louanij habitam anno 1557. Antuerpiæ, typis Plantini anno 1577. 8.

Tabulas Pharmacorum 1568. 8.

Dialogos, ſeu priuatas puerorum collocutiones & Carmina. typis Plant. 1568. 8.

Academiæ naſcentis Duacenſis & Profeſſorum eiuſdem Encomium, Duaci 1562. 4. typis Bogardi.

Morbi populariter graſſantis præſeruationem & curationem, & maximè parabilibus remediis. Louanij apud Wellæum anno 1572.

Naturæ debitum ſoluit, anno ſalutis communis M. D. LXXVI. Nonis Aprilis.

IOANNES SIMONIS Batauus, Ord. Carmelitarum, vir doctus & multùm religioſus, in omni ferè facultate promptus, ſcripſit

Sermonum librum.

De poteſtate Summi Pontificis, Conciliorum & Cæſaris.

Viuebat anno M. CCCC. LXXV.

IOANNES SIX Inſulenſis, S. Theol. Licentiatus, Paſtor *S. Stephani*, Canonicus & Archidiaconus Audomarenſis, tandem & Epiſcopus an. ſalutis M. D. LXXXI. Audomarenſium deſignatur. Obijt anno à plenitudine temporis M. D. LXXXVI. & quieſcendi locum accepit in *S. Stephani*, Cor autem tranſlatum Audomaropolim, & hoc epitaphio ornatum:

IOAN-

IOANNES SIX HVIVS ECCLESIAE EPISCOPVS II·
FREQVENTIORIBVS CLERI ET POPVLI
ORATIONIBVS DESIDERANS ESSE COMMENDATIOR,
HVNC SIBI VIVENS SEPVLTVRAE
LOCVM ELEGIT,
QVI DVM ITER FACERET MONTES HANNON.
AD CONCILIVM EPISCOPOR. PROVIN.
INSVLIS FLANDRORVM IN PATRIA OBDORMIVIT
AETATIS SVAE ANNO LIII.
EPISCOPATVS VI.
SALVTIS HVMANAE CIↃ. IↃ. LXXXVI.
V. IDVS OCTOBRIS.

Inſulis in S. Petri templo tabulæ affixum, tale eius legitur Epitaphium:

Reuerendiſſ. in Chriſto Patri Dño Ioanni Six, *Philoſophiæ ac Theologiæ quondã Louanij magna cum laude Profeſſori, dein in Paroch. Eccleſia D. Stephani huius oppidi aliquot annis Paſtori vigilantiſſ. inde ob virtutẽ & merita ad Canonicatum Audomarenſ. aſſumpto, poſtea Reuerendiſs. Dñi Gerardi ab Hamericourt I. Epiſcopi Audomar. Vicario generali, ac tandẽ in Epiſcopatu ſucceſſori, dum hac ad Synodum Prouincialẽ fidei ac religionis ergo proficiſceretur, febri correpto, ac in hoc oppido, vbi vitæ acceperat initiũ* IV. *Id. Oct.* M.D.LXXXVI *ætat. verò ſuæ* LIII. *Vita functo, & è regione chori tumulato, Iacobus VVillant ex ſorore nepos, & huius Eccleſ. Canon. Auunculo opt. de ſe meritis mœſtus Poſ.*

Huic Symbolum erat, IVDICIVM COGITA. Conſcripſit pio zelo *Statuta & Decreta,* pro ſtabilienda Dioeceſi.
Homilias quaſdam & Epiſtolas.
Fran. Lucas S.T.L.Can. Audom. *Orationẽ funebrẽ* illi ſcripſit typ. Plan. 1587

IOANNES SINTHEMIVS, Congregationis S. Hieronymi Dauentriæ, *Deſiderij Eraſmi Roterodami* Præceptor, ſcripſit
Commentarios Grammaticos in Doctrinale Alexandri, typis Badij, 1504.

IOANNES SLOOTANVS à Geffen (qui pagus eſt altero à Ducis-ſilua lapide) Theologiæ Doctor, & Dominicanorum Prior Coloniæ, vir doctus, bonus & hæreticorum maſtyx. Scripſit
Demonſtrationes contra hæreticos.
De retinenda Fide, lib. IX. De veritate Fidei, lib. V.
Homiliarum volumen magnum, De præcipuis Myſterijs diuinæ Incarnationis & noſtræ redemptionis. Coloniæ, typis Gaſp. Gennepæi. 1557.

IOANNES SMORITIVS Sacellanus in *D. Donatiani* Brug. ſcripſit *De Miraculis & rebus in Eccleſia S. Donatiani*, quæ Brugis eſt.

Conſule Meyerum Lib. II. Annalium Flandriæ.

IOANNES SNELLINCX, Machlinienſis, Ord. S. Franciſci, libellum aureum *Petri Alcantaræ* DE MEDITATIONE & ORATIONE in Latinum translatum opera *P. Antonij Dulcken* Cartuſiani, *in vernaculum ſermonem vertit*, Machliniæ excuſum, anno Domini 1609.

IOANNES SOTEALLVS, Montinienſis, iuxta Tundiium, prouinciæ Leodicenſis Theologus, ſcripſit

Annotationes marginales ad Concilium Tridentinum. Antuerpiæ typis Plantini anno 1571. 8.

Summam Pontificalium & Synodalium Conſtitutionum, per locos communes. Louanij typis Zangrij anno 1570. 8.

B. Proſperi Opera emendauit. Ibidem. 4.

Migrauit ex hac vita Theologiæ Lector Camberoniæ, an. M. D. LXVII.

IOANNES STABVLANVS, Cœnobij S. Laurentij apud Leodicenſes Religioſus, ſcripſit

Chronicon Leodicenſe, à S. Materno ad annum Chriſti CIↃ. CCCC. XLIX. *nuper editum curâ Ioan. Chapeauilly.*

Mortuus anno Meſſiæ nati M. CCCC. XLIX.

IOANNES STADIVS, Loenboutanus, Brabantus, naſcitur anno Chriſtianæ ſalutis M. D. XXVII. kal. Maij. Mathematicus & Hiſtoricus. Vir excellenti ingenio. Louanij ſumma celebritate Hiſtoriam publicè docuit. Omni fere doctrina liberali imbutus, Mathematicis potiſſimum excelluit, vt vix parem noſtra ætas tulerit. Lutetiam Pariſiorum ab HENRICO III. Galliarum Rege euocatus, omnium ſuffragijs Regius Profeſſor eſt ſalutatus. In ſuburbano Honoratiano, in ædibus Mareſchalli Retzij diem clauſit extremum. *Ioan. Metellus* amicum defunctum hoc epitaphio ornauit:

IEHOVAE SACR.
IOANNI STADIO MATHEMATICO
AB EDITIS TABVLIS EPHEMERIDIB. ASTROLOGICIS
CLARO
PHILIPPI HISP. REGIS HONORARIIS LOVANIVM
DEIN LVTETIAM AB HENRICO III. GALLIÆ REGE
AD PVBLICAM EARVM DISCIPLINARVM
QVAS CELEBRI STVDIOSORVM CONCVRSV
ILLIS IN ACADEMIIS DOCVIT
PROFESSIONEM ADSCITO
IOAN. MATALIVS METELLVS SEQVANVS I.C. CELTA
AMICO BELGAE MEMORIAE CAVSA POS.
VIXIT ANN. LII. MENS. FERE II.
OBIIT XV. KAL. QVINTIL. ANNO CIↃ. IↃ. LXXIX.

Aliud

Aliud.

POSTERITATI SACR.
IOANNIS STADII BELGAE BRABANTI
TANTI ILLIVS VIRI CINERES HEIC SPECTAS
VIATOR,
SED CINERES
FAMAM ENIM QVAE CAELVM IMPLET
ET SOLVM, NON VIDES
CERTE ILLE IPSVS EST STADIVS,
QVEM POTENTISS. HISPAN. ET GALLIAR. REGES
MAXVMIS STIPENDIIS
AD HISTORIAE MATHESEOSQ. PROFESSIONEM
EVOCARVNT.
GRVDII ET PARISII DOCENTEM AVDIVERE,
BONI OMNES,
DOCTI OMNES PRÆSENTEM AMAVERVNT
ABEVNTEM COMPLANXERE
SI TV HORVM ES LECTOR,
FLORES INSPERGE MARMORI;
VEL POTIVS LACRVMAS,
MAGNOQVE FVNERI, MOLLIBVS VOTIS
BONIS VERBIS APPRECARE.
IVSTVS RYCQVIVS EX CATHARINA FILIA N.
AVO B. M. L. P.

Scripſit *Commentarium egregium in L. Florum*. Antuerpiæ anno 1584. apud Plantinum, Coloniæ anno 1600 & alibi.

Tabulas æquabilis & apparentis motus cœleſtium corporum, Coloniæ, anno 1560.

Ephemerides Aſtrologicas nouas auctas & repurgatas ſecundum Antuerpiæ longitudinem ab anno M. D. XLIV. vſque ad annum M. DC. VI. ſupputatas ad Gregorij anni reformationem. Ibidem.

Hermetis Triſmegiſti Iatromathematicam Latinè reddidit.

Commentationem De Cæli figuris, ſiue *Domibus*.

IOANNES STANNIFEX Goſletanus, Theologus Louanienſis, multos annos Philoſophiæ Profeſſor in Porcenſi Gymnaſio, collegam habuit Ioannem Beuerum, ſcripſit

Commentarios in Organum Ariſtotelicum.

IOANNES DE STRALEN, Gelder, Theologiam Coloniæ docuit anno CIƆ. CCCXC. annos LXXX. natus, ſcripſit

In Apocalypſin Ioannis lib.

IOANNES STRASELIVS Flander, à patria *Strazeel* cognomen habet. Vir doctiſſimus, Lutetiæ annos fere XXVI. Regius Græcæ linguæ Profeſſor. Multa ſcripſit, quæ morte præuentus imperfecta reliquit.

Explanationem eius in aurea carmina Pythagoræ Franciſcus Thorius in lucem dedit. Pariſijs 1562. 4.

Ioannes Auratus, Franciſcus Thorius, Leodigarius à Quercu Latinè & Græcè Epitaphia in mortem eius euulgarunt. *Fredericus Iamotius* cœnotaphium illi ſcripſit cum duobis alijs toto ferè orbe eruditionis nomine famigeratiſſimis viris:

HOCCE COMMVNIS TVMVLI MONVMENTVM
REIPVB. LITERARIÆ C. ET INLVSTRANDI
III. VIRIS
IOAN. STRASELIO FLANDRO GRAEC. LITTER.
PETRO GALLANDIO ATREB. LATIAE ART.
HVMANIT.
HADRIANO TVRNEBO NORMANNO.
VETERIS GRAEC. PHILOSOP.
REGIIS QVONDAM APVD LVTETIAM PARIS.
PROFESSOR.
EIVSDEMQVE ACADEMIAE COLVMINIBVS
ET ORNAMENTIS,
PRAECEPTORIB. O. D. S. MER.
PRISTINAE IN VIVOS AC MORTVOS PIET. C.
FEDERICVS IAMOTIVS BETHVNIENS. MED.
P. C.
S. V. T. L.

IOANNES STRATIVS Canonicus Antuerpienſis, ſcripſit *Orationem gratulatoriam ad Leonoram* CAROLI V. CAES. *ſororem, Galliæ Reginam, de matrimonio eius cum* FRANCISCO *Galliarum Rege*. Baſileæ typis Oporini, & Antuerpiæ apud Graphæum 1530.

IOANNES STVRMIVS, Machlinienſis, Philoſophiam in Lilij Gymnaſio annos aliquot docuit. Medicinæ Doctor & Matheſeos Louanij Profeſſor, ſcripſit verſu heroico

Theoremata Phyſices, ſcholijs breuibus illuſtrata. Ibidem typis Gerardi Riuij, anno 1610 8

De Roſa Heirachuntina, de natura, proprietatibus, notibus & cauſis illius. Ibidem anno 1607. 8.

IOANNES SVLLIVS Gerardimontanus, Flander, vrbis Cortracenæ Medicus, ſcripſit

Methodum Praxeos Medicæ. Vrſellis, anno 1606. 16.

IOANNES SVSIVS, Bethunienſis, *Societatis* IESV Clericus, Poëta elegans, eius eſt

Poëſis Morata, in qua præter carmina pleraque ſacra, Dramaticè exhibet *B. Maria Magdalena ad Chriſti ſepulchrum ſtantis Threnos Eroticos*: Item *Luctum Carnis & Spiritus in Sancti Auguſtini conuerſione*. Atrebati, anno 1517. 8. typis Guil. Riuerij.

Digitized by Google

IOANNES SWEERTIVS Francisci Nepos, Dieſtenſis, Cartuſianus Colonienſis, bonus Religioſus, transtulit nonnulla

Ludouici Granatenſis opuſcula in vernaculum ſermonem. Leodici.

Eiuſdem *Granatenſis Conciones in Compendium redegit*, multo elegantius accuratiuſque, teſte *Theodoro Petreio*, quam *Cratepolius*, inſcripſitque *Sereniſſ. Principibus* Alberto & Isabellae, Coloniæ, typis Albini anno 1611. 4. Tom. II.

Sacras Meditationes de VII. Paſſionis Dominicæ Myſteriis ex Luca Pinello & Henr. Cuyckio collegit. Ibidem apud Butgenium. anno 1611. 12.

Vitam perdidit Coloniæ, placidèque in Chriſto obdormiuit, anno ſalutis reſtauratæ M. DC. XVII. VIII. Aprilis. Venit ad Ordinem anno à Chriſto nato M. D. LXXXII.

IOANNES SYLVAGIVS, Vulgo Sauvage, Louanij publicè Ius Ciuile eſt profeſſus, Erasmo Roterodamo amiciſſimus, De quo ita ad Gvilielmvm Bvdaevm

Verum haud ſcio qui ſit, vt mea ſententia nuſquam quam hic contemptiores ſint bonæ literæ, ἄτιμοι ἄρχοντες ἀμουσότατοι. *Magna tamen ſpes eſt in* Ioanne Sylvagio *Burgundiæ Cancellario, qui quidem, vt ipſe non ſolum maximus eſt ac prudentiſſimus, verum etiam eruditiſſimus, ita impenſè fauet omnibus, quos inſignis eruditio commendat. Hunc heroa, ſi nobis ſuperum benignitas diu velit incolumem, ſpes eſt fore, vt apud nos quoq; proueniant, qui ingenij ſui monumentis principis ſui regnum, cætera feliciſſimum, illuſtrent & ornent.*

Scripſit

Reſponſa in Iure, aliaque ad Praxin pertinentia.

Fatis placidè ceſſit Bruxellis, & ſepultus in Diuæ Gudulæ hoc Epitaphio:

Cl. Domino
IOANNI SYLVAGIO. EQVITI AVRATO,
QVI PRIMVM GESSIT
Flandriae Praesidem,
mox Cancellarivm Brabantiae,
postremvm Bvrgvndiae Hispaniaeqve
perpetva cvm lavde
et pietatis erga patriam,
et fidei erga Principem,
et integritatis erga onnes,
Vxoris charitas, et Liberor. pietas
poss.
vixit ann. LXIII. M. V.
Obiit M. D. XVIII. VII. Ivnii.

IOANNES TABARY ex Medico Canonicus Atrebatenſis, & deinde Epiſcopus Morinenſis, ſcripſit

De Arte Medica lib. VI. ad Carolvm VI. Galliarum Regem.

IOANNES TACQVETVS Adriani F. domo Antuerpiâ, Helſti & Lechenæ Toparcha, mihi amiciſſimus, variæ ac reconditæ eruditionis vir, verè φιλόκαλος. Scripſit

PHILLPPICA, *ou Haras de Cheuaux*, idiomate gallico, comprimis terſo. Fœtum hunc ſuum ALBERTO PIO Belgarum Principi inſcripſit. Antuerpiæ typis Roberti Bruneau, anno 1614. 4.

Ianus Lernutius & Ieremias Pierſſenæus TACQVETI nepotis ſui PHILIPPICA celebrauerunt editis carminibus.

Viuere deſijt Brugis, & LERNVTIVS tale ſcripſit epitaphium:

Cui cordi virtus, prudentia, candor, honeſtas,
Cum pietate fides, cum grauitate pudor,
Lugeat hoc mecum gelido ſub marmore clauſum,
Pectore qui clauſit tot modo cuncta bono.
Ciuis in hac celebri vixit primarius vrbe,
Moribus incertum clarior anne domo.
Largus opum, genitor felix, ſine lite maritus,
Ambitione vacans, dexteritate vigens.
Haut dubiè TACQVETVS *is eſt? ita candida dudum*
Inquit, eum talem iam mihi Fama canit:
Non erras hoſpes, TACQVETVS *hic occubat ille,*
Cuius & à cinere & funere viuit honor.
Dic igitur pia verba, ſimul tumulo ingere flores,
Et quicquid grati mittit odoris Arabs.
Sed Verno nil munere opus, nil meſſe Arabum vlla
Vrna roſam & violam ſponte crocumq; feret.

IOANNES TAISNIERIVS, Athenſis, Hanno I. V. D. Medicus, Mathematicus, Philoſophus, Muſicus, ac Poëta laureatus: eas omnes artes cum laude profeſſus eſt. Romæ ac Ferrariæ cùm Mathemata traderet, homo peregrinus CCC. amplius auditorum coronâ quotidiè cingebatur. CAROLVM V. Cæſ. in expeditione Tunetana ſecutus, Siciliam, Sardiniam ac Melitam Inſulas luſtrauit, inuſitataſque nauium fabricas excogitauit. Scripſit

De Motu continuo.

De Naturæ Magnetis, cuius magnus hodie in nauigando vſus.

De Annuli Spherici fabrica lib. III. Antuerpiæ 1560. 4.

De vſu Sphæræ materialis.

De Proportione motuum localium, contra Ariſtotelem alioſque Philoſophos.

Aſtrologiæ Indiciariæ Iſagogen. Coloniæ 1559. 8.

Opus Mathematicum libb. VIII. complectens innumeris propemodum figuris idealibus manuum & Phyſiognomiæ, &c. Coloniæ 1583.

De

De Motu celeberrimo hactenus incognito.
Huic Symbolum: QVO FATA TRAHVNT.

IOANNES TAVERNERIVS, Doctor Sorbonicus, Scripſit
De Purgatorio animarum.
De Veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia. Pariſijs 1551. 8.
Huius vitam, ſanctitate plenam placidiſſima mors ſuſcepit anno à Chriſto nato M. D. LVIII. alij anno reparationis humanæ M. D. LX. XXV. Iulij.

IOANNES DE TENERAEMVNDA, Flander, Cartuſianus diuinarum literarum cognitione, ac vitæ ſanctimonia admodum præſtans. Scripta quæ ad poſteros transmiſit hæc ſunt:
De notitia Dei lib. I
De Amore Dei lib. I.
De Honore Dei lib. I.
De Natura & Lapſu Hominis lib. I.
De reparatione lapſi, deq́ Gaudio hominis lib. ſingulares II.
De Sacramento Altaris lib. I.
De Conceptione B. Mariæ lib. I.
De fide Chriſtiana lib. I.
Alia multa compoſuiſſe dicitur, quæ latent in Bibliothecis.
Floruit circa annum Domini M. CCCCXX.

IOANNES THEODORICI Macherentinus, ex opido Macheren quod ditionis Luxemburgenſis, ad Moſellam Fl. ſitum, Soc. IESV Clericus, Coloniæ, Aquiſgrani & Spiræ, docendo & concionando, idoneum ſe Chriſti fidelemque miniſtrum præbuit. Scripſit pro eruditione Parochorum,
Catechiſmum, Treuerenſis Archiepiſcopi auctoritate euulgatum.
Praxim Catechiſticam,
Commentarium doctum In Saluiani Presbyteri Maſſilienſis eruditum iuxta ac pium opus ad Eccleſiam Catholicam, ſub nomine *Timothei*, aduerſus auaritiam, ſeu, *Quis Diues ſaluus?*

IOANNES TINCTOR Niuellenſis, Brabantus & ibidem Canonicus, I. V. Doctor, Regis *Ferdinandi* Neapol. quondam Archi Cappellanus & Muſicus, ſcripſit
De arte Contrapuncti, lib. III.
De Tonis lib. I.
De origine Muſices.
Epiſtolas complures.
Claruit anno Domini M. CCCC. XCV.

IOANNES TINCTOR, S. Theologiæ in Gymnaſio Colonienſi Profeſſor, Canonicus Tornacenſis, ſcripſit
Quæſtiones in lib. IV. Sententiarum.

Diſſentio-

Diſſentiones D. Thomæ & Scoti.

Collationes varias.

De vitio Proprietatis, contra Waldenſes. M.S. Louanij aqud Martinianos.

De Confeßionis integritate Conſulationem.

Contra Bonetum & Franciſcum de Maronis, afferentes *S. Ioannem Euangeliſtam* fuiſſe verum ac naturalem filium *B. Virginis*.

In primam partem D. Thomæ, M.S. Audomaropoli apud Bertinianos.

In primam ſecundæ, M. S. Hagæ Comitis, & Roterodami, apud Dominicanos, teſte Ioanne Bunderio, Gandenſi.

Claruit ſub Frederico Imp. III. & Paulo II. Pont. Max.

IOANNES BAPTISTA TRIEST Gandenſis, è nobili & antiqua *Trieſtiorum* progenie, mundo valere iuſſo, Cappuchinis Patribus adſcribitur, quem modò more Ordinis *Eugenium à Ganda* indigetant. Illo ipſo die quo fratri ſuo *Philippo* viro generoſo & militari cohortem ſuam conſignat alius *Antonius* frater Brugenſis Eccleſiæ Epiſcopus præficitur. Hic ille, qui nunc infulam Gandenſem tenet, ac Legatum agit PHILIPPI IV. Hiſp. Regis ad *Sacram Cæſar. Maieſtatem*. Ioannes verò in præſentiarum Oſtendano monaſterio cum laude præeſt. Edidit adhuc iuuenis

Funus Philippi Trieſt, Patris ſui viri Conſularis, Equitis, tum proprijs, tum aliorum celebrium Poetarum verſibus exornatum.

Elegiam in laudem B. MARIAE *Virginis*, qua eidem pro pio religionis habitu, alijsque per eam à DEO acceptis beneficijs, gratias agit.

IOANNES DE TVRNHOVT, cognomento KINSCHOT, è nobili Brabantiæ municipio, Louanij I. V. Doctor renuntiatur anno Domini M. CCCC. LXXXI. & Canones ibidem annos X. explicauit: ſcripſit

De Dogmatibus Scripturæ.

Caſus breues ſuper totum Corpus Ciuile.

IOANNES TVRRIVS Flander, Brugenſis, I. V. Doctor, ſcripſit

Epiſtolam ad Richardum Vitum ſuper Epitaphio vel ænigmate antiquo quod ſe offert Bononiæ porta Maſcharella egredientibus, primo ab vrbe lapide ÆLIA, LAELIA, CRISPIS &c. quod interpretatus eſt *De Materia prima*. Dordraci, 1618 typis Ioannis Leonardi Berewout.

IOANNES VARENNIVS Machlinienſis, rara Græcarum litterarum, & earum à quibus humani verè dicimur & efficimur, cognitione præditus, quas priuatim docuit magno cum fructu: etiam ſacras in Parco celebri Præmonſtratenſis Ord. Cœnobio: ſcripſit

Syntaxin Grecam, quam *Nicolai Clenardi* inſtitutionibus breuiorem exiſtimabat, in quam & *Notas* adijcere *Ioachimus Camerarius*, Germaniæ in literis decus, non erubuit, item *Renatus Guillonius*. Louanij, typis Reſcij, ann. 1532. Coloniæ, Antuerpiæ & Baſileæ, typis Roberti Winter, 1536.

De Accentibus Græcorum, Pariſijs 1544. apud Weehelum, cum Emanuelis Moſcopuli libello de ijſdem.

De

Digitized by Google

De paſſionibus dictionum ex Tryphone Alexandrino, Grammatico. Antuerpiæ typis Plantini. 8.

Migrauit ex humanis Lyræ, & ſepultus hoc epitaphio:

DEO IMMORTALI SACR.

Varennius, *Pelaſgi*
Sermonis & Latini
Peritus & ſororum
Myſtes nouem ſacrarum,
Egentibus benignus,
Doctor gregis tenelli,
Pietate diues, æqui
Amator, hîc arena
Tectus iacet, doloſa
Lactantis orbis arte
Liber, fruens triumpho
Nunc cœlitum perenni.

Vixit annos LXXIV. Viuere deſijt anno Chriſti
M.D. XXXVI. V. Id. Octobris

HONORARIVM
Per DIDACVM PYRRHVM Luſitanum.

*Hic V*arenne, *iaces, iacet hic ſimul Attica tecum*
Lingua, ſed hic tecum lingua Latina iacet.
At non Fama tui iacet hîc, non inclyta Virtus:
Illa Viros inter viuit, & illa Deos.

IOANNES VARNACKERVS Doctor Theologus, Paſtor & Canonicus Louanij ad D. Petrum: Philoſophiam in Gymnaſio Lilienſi cum laude docuit, ſcripſit

Tractatum de Sacramentis.

Quæſtiones Quodlibeticas II. Prima, vtrum Clerici & Eccleſiarum Prælati mortaliter peccent, ſi quid eis de prabendis ſupereſt, in eleemoſynam non elargiantur. Secunda, vtrum ab homine poſſit diſpenſari in præceptis iuris naturalis aut diuini. Pariſijs anno 1512. & iterum ibidem anno 1544. 4.

Vixit anno Meſſiæ nati M. CCCC. XLVI.

IOANNES VASÆVS, Brugenſis, literis adoleſcens bene inſtructus,

nemo eo, publico bono conſuluit, incorruptius: nemo Regem de negotijs Belgicis inſtruxit ſyncerius. Hanc ob cauſſam, adſumpta eſt ei profectio tum Romam ad Pontif. SIXTVM V. & CLEMENTEM VIII. tum in Hiſpanias ad Regem Catholicum. Elatâ vxore euehitur ad Epiſcopatum Tornacenſem, & virtutes adcreuerunt cum dignitate. Viſitauit Diœceſim diligentiſſimè. Eo monente & curante, erectum collegium Soc. IESV, Inſulis: Seminaria Paſtorum tam Louanij quàm Duaci per Regem Catholicum: Collegia exteris nationibus præſertim Anglis, Scotis, Hibernis, per eundem. Menſa fuit parciſſimâ, cùm eſſet in pauperes profuſiſſimus. Si quis plura deſideret, poterit adire *Guilielmi Gazæi* Hiſtoriam Eccleſiaſticam, *Ioannem Buzelinum* Cameracenſem, & *Nicolaum Zoeſium* Tornacenſium Canonicum & Officialem, & VENDEVILLIO à ſecretis, qui ſingulari libello virtutes eius deſcripſit. Scripſit

De principijs Iuris, ad Proœmium Pandect. & Cod.

Edicti perpetui Saluij Iuliani & Cod. Theodoſiani cum Iuſtiniani Imp. legislatione Comparationem.

De gentilibus, paganis, Idolatris & Hæreticis conuertendis.

Paſtorale Eccleſiæ Tornacenſis ab illo editum in 4.

Obdormiuit in Domino Tornaci anno ætatis LXVI. Chriſti cIↃ. IↃ. XCII. XV. Octob. & ſepultus in æde D. virginis. Errat *Antonius Sanderus*, qui anno M. D. XCV. obijſſe ſcribit.

IOANNES DE VESALIA, Veſalienſis, Doctor Medicus. *Andreæ Veſalij* Anatomicorum Principis atauus, & *Mariæ Burgundæ* ſeu Valeſiæ Archiater: poſt annis grauis, Curiæque pertæſus, *Euerardo* fil. ſibi ſubſtituto, Louanium venit, & Medicinam docuit. Scripſit

Exhortationem ad Eugenium Papam de Calendarij correctione.

IOANNES VFFELIVS Seuerini I. C. Fil. Patritius Bruxellenſis I. C. & Antuerpiæ Cauſarum patronus. Duaci Iuriſconſulti titulum accepit, Doctore vſus *Boetio Epone* viro doctiſſimo. Vir candidi & modeſti ingenij, mihi familiaris. Dedit

Notas in Didaci Couarruuiæ varias Reſolutiones. Antuerpiæ, 1604. fol. typis Ioannis Keerbergij.

Conſultationem Connubialem, quâ quæritur, An coniugium longiſſimi temporis cohabitatione, vſu, publicâ famâ confirmatum, nouiſſimo Concilij Tridentini iure pro concubinatu haberi poſſit. Ibidem, typis Verduſſi, 1611. 8.

Migrauit ex hac vita Antuerpiæ, in ipſo ætatis flore, anno à ſalute generi humano parta cIↃ. IↃ. CXVII. & ſepultus in monumento paterno in Sacello S. Circunciſionis.

IOANNES VALTERIVS VIRINGVS Louanienſis, & Medicinæ Profeſſor primarius, Canonicus Atrebatenſis, & magnis Belgarum Principibus ALBERTO & ISABELLAE à Sacris, Scripſit.

De Ieiunio & Abſtinentia medico-eccleſiaſt Atrebati, 1547. 4.

Edidit quoque poſthumum *Ioannis Molani Diarium de Medicis Sanctis.* Louanij, 1595. 8.

IOANNES VIRINGVS Ioan. Medici F. Societatis IESV Theologus, & diuini verbi Concionator egregius, Scripſit

De triplici cœna, Chriſti agno, vulgari, & Euchariſtica. Antuerpiæ, apud Nutium, 1617. 4.

Machliniæ vitam cum morte permutauit, anno à plenitudine temporis M. DCXXII.

IOANNES VIVIANVS, Valentianus, Hanno, Antuerpiæ mercator, eidemque vrbi ab eleemoſynis, Poëta & Antiquitatis cultor & admirator ſedulus. Domi ſuæ officinam habuit omnium generum Medaliorum ſeu Numiſmatum aur. arg. & ær. inſtructiſſimã. *Ludoico Guicciardino* in Deſcriptione Belgi. noſtri mirificus extitit adiutor. *Abrahamum Ortelium & Ieronymum Scholiers* vnice coluit & cum ijs Leod. Tungr. & Moguntinos luſtrauit, exſtat etiamnum *Itinerarium* typis noſtri Plantini, Dedit

Eccleſiaſten & Cantica Canticorum paraphraſi Poeticâ. Antuerpiæ apud Plantinum, in 16.

Vltimum ſuſcepit iter anno Chriſtianæ ſalutis M. D. XCVIII. XII. Septemb. & Aquiſgrani rabiem belli declinans, tumulatur.

IOANNES VLIETERPIVS Friſius, Hiſtoriographus.

Hiſtoriam Friſiæ deduxit à prima gentis origine, vſque ad ſuam ætatem, qui vixit circa annum CIↃ. CCC. LXX.

IOANNES VLLIMMERIVS, Louanienſis, Canonicorum Regularium ad S. Martinum Prior & Rector veterum Caſtimonialium Amſtelodami, vir doctus, prudens & religioſus. Eruit è tenebris

S. Auguſtini Sermones de diuerſis. Item

Lanfrancum, Algerum, Guimundum, Iuonem, Paſchaſium, Adelinannum, De Veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia. Louanij, 1561. apud Hieronymum Wellæum.

Fulgentij opera, librorum multorum acceſſione auctiora & emendatiora dedit. Antuerpiæ, typis Plantini. 8.

Tractatum ſcripſit Quo modo Eccleſia quieta in hac vita pergere poſſit.

Obijt Louanij, & ſepultus apud ſuos, tali epitaphio:

Ingenium ſortitus eras per-nobile, quale
Attribuit caris largior aula poli.
A puero pietas, cælo gratiſſima Virtus
Inſedit, ſtimulans ſubdere colla DEO.
Hoc melior factus, commercia noxia vulgi
Effugis, & partij commoda lauta ſatis.
Numine correptus diuina Lycæa frequentas
Quæ de MARTINI *numine nomen habent.*
Adfuit ingenti præclarus in arte Palæmon,
Qui ſtudio tenues accumulauit opes.
Viribus ingenij immenſis monumenta vetuſta
Exercens, vnde tuis parta corolla comis.

Inde

Inde gradu facto, ſublimes ſcandis honores,
Exercens propria ſceptra decora domus.
Iam tantis opibus tam lauta dote beatus,
Tangebas facili ſidera celſa manu:
Sed nihil in rebus mortalibus vndiq; felix,
Perpetimur varias ſorte premente vices.
Tu tamen interea fidei ſanctiq; laboris,
Accipis emeritæ præmia militiæ.
Obiit anno M. D. XVII. Febr. III. Die.

IOANNES VLPIVS, vide VLPIVS CISSAEVS.

IOANNES VOERTHVSIVS, Zutphanienſis, Præpoſitus Dauentrienſis, vir multæ lectionis, & in omni doctrinarum genere eruditus. Scripſit *Phœnicem, ſiue Apotheoſin Conſecrationis Auguſtæ* lib. I. quo CAROLI MAGNI & CAROLI V. Cæſarum res geſtæ, & vtriuſque ſæculi hiſtoria in vicem componuntur, Antuerpiæ 1592. typis Syluij.

Legationem Academiæ Veteris & nouæ, qua MAXAEMYLIANO II. Auguſto recens inaugurato, doctorum hominū nomine gratulatur. Francofurtl, 1563. 4.

Huic Symbolum: CVNCTANDO PROFICIT.

IOANNES VOCHS Medicus Colonienſis, ſcripſit opuſculum. *De omni peſtilentia, & diuturna peſte morbi Gallici.* Baſileæ 1537.

IOANNES VOS de Heuſden oriundus, ſecundus Prior monaſterij VVindeſemenſis, Ord. Canonicor. Regularium, vir vitæ laudabilis, ſanctæq; conuerſationis, lumen errantium, & ſanctitatis ſpeculum. Dauentriam liberalibus artibus imbuendus venit, vbi tunc particularium Gymnaſia ſtudiorum maxime floruerunt. Hic, cùm ad ſcribendum optimam haberet manum, GERARDO MAGNO præſentatus fuit, vt ei amanuenſis eſſet, qui eum intuitus & bonæ indolis iuuenem, verecundum, humilem, ſimplicem conſpiceret, ſpiritu dixit Prophetico: *Iſte eſt homo quem quæſiui, cum quo bona in terra operabor.* Moritur ſabbato poſt Andreæ, IV. Non. Decemb. & ſepultus ante gradus Sanctuarij, fratribus mœrentibus & quibuſdam flentibus, hoc epitaphio:

Quadringentenis, millenis, bis duodenis
Altera lux annis, ſub menſe Decembre, Ioannis
Vos *corpus tumulat, & lacrimas cumulat.*
Primus honore Patrum pater hic & gloria fratrum,
Heuſden quem genuit, vt iubar emicuit.
Officio gratus, fidus, prudens, reputatus.
Famine præclarus, cunctis ſatis vndique charus,

Duxit fœcundam vitam ſine crimine mundam,
Hinc tulit è medio fructum multum redeundo.
Qualis huic pietas fuerit modò non capit ætas.
Omnia namque fuit omnibus vt decuit.
Hoc ſpargente, bona redeunt ſibi plurima dona.
Et dare cùm ſtuduit, ditior ipſe fuit,
Dum memor vt canitur: Da, tibi tunc dabitur.
Sic fuit in donis, hinc unctus in æthere thronis,
Cælica quæ ſiuit, modò guſtat quodque ſitiuit.
Tranſijt è cœnoſeculi tumulatus arena,
Fructu centeno cumulatus donoq; deno.
Hæc ita credamus, hæc credita ſic teneamus,
Vt tamen oremus piè, quod ſequitur rogitemus,
Rex venerande poli vitam ſibi claudere noli,
Sed ſibi da requiem, da ſine fine diem. AMEN.

Scripſit libellum, cui titulus: *Qui perſeuerauerit.*

Ex D. Bernardi Sermonibus ſuper CANTICA pro deuotione ſua *Excerptum compilauit.*

Vitam eius dedit *Ioannes Buſchius* in Chronico VVindeſemenſi lib I.

IOANNES A VVACHTENDONCK Machlinienſis, nobili familiâ, Canonicus in D. Rumoldi: Iuriſconſulti titulum Louanij accepit. Vir Ingenio facili, ad quiduis prompto. Mirus in omni ſcriptionis genere artifex, ſeu Carmen pangat, ſeu ſolutam texat orationem. Politum eſt, ingenioſum, & eruditum, quicquid ab ingenio illo venit: ſcripſit, aut potius luſit

Verſus aliquot, quibus gratulatus eſt *Matthiæ Houio* Archiep. Machlinienſi, ſacerdotij iubilæum celebranti.

Orationem funebrem in obitum ALBERTI PII Auſtrij, & Belgarum Principis, quâ ipſius laudes proſecutus eſt. Machliniæ, typis Henrici Iaey. 4.

IOANNES VVAESBERGHIVS Gandenſis, Presb. I. V. Licent Canonicus & Scholaſticus Lilerienſis, Scripſit.

Topographiam territorij & Vrbis Gerardimontenſis, in qua licet natus, teſte *Antonio Sandero*, educatione tamen Gandauenſis eſt M.S. apud Auctorem.

Commentarios Antiquitatum Gerardi-Montenſium. Vide Hagiologium Flandriæ euſdem *Sanderi.*

IOANNES VVALTERVS Gandauēſis, Philologus, I.C. & in Prouinciali Flandriæ curia Conſiliarius, Vir ingenio & doctrinâ præſtans. Scripſit

Chronicon Chronicorum. Francofurti, apud Aubrios.

Chronicon Eccleſiaſtico politicum, ex huius & ſuperioris ætatis ſcriptoribus concinnatum, Pontificum, Cardd. Epiſcopor. Imp. Regum, Principum, Doctorum, armis literiſque illuſtrium virorū res geſtas, aliaq; præclara repræſentans.

IOAN-

IOANNES WAMESIVS Leodicenſis naſcitur anno ſalutis M.D.XXIV. Hoc homine nihil ferè doctius aut candidius Belgica noſtra tulit. Quanti docendi prouinciam ſemper fecerit, ex eo apparet, quòd cum à Ioanne Auſtriaco nomine Philippi II. Regis Catholici ad ſecretioris Concilij Senatum euocatus fuerit, eo non ſit vſus beneficio. Certè inſigne Vniuerſitatis Louanienſis ornamentum fuit. Moriens *Stephano Weymſio & Gerardo Corſelio, I.V.* Doctoribus celeberr. affini & nepoti reliquit ſcripta ſua atque ingenij monumenta: Scripſit.

Recitationes, ad Tit. Decretalium De Appellationibus. Loua. 1604. 4. apud Riui.
Reſponſorum ſiue Conſiliorum de Iure Pontifi. Tom. II. Ibidem. 1605. & 1618. fol.
Reſponſa ſiue Concilia de Iure Ciuili Cent. I. Louanij 1625.
Prælectiones abſolutiſsimas ad Tit. De Verborum Obligationibus. Item.
Ad Tit. De Verborum ſignificatione.

Migrauit ex humanis Louanij, & defuncto heredes illuſtre monumentum poſuêre in primaria vrbis baſilica, hac inſcriptione:

MEMORIÆ SACRVM.
IOANNES WAMESIVS H. S. E.
QVEM BREVITER LECTOR NOSCE.
NATVS EST LEODICI EBVRONVM ANNO CIↃ. IↃ. XXIV.
AD STVDIA LITTERAR. ET INDE IVRIS TRANSIIT,
IN IIS QVOQVE FAMAM ADEPTVS ETIAM GRAECIS
NATVRA ET INDVSTRIA DVCE.
AT IN IVRE AD CVLMEN IPSVM CONSCENDIT,
DOCTOR RENVNTIATVS AN. CIↃ. IↃ. LIII.
PVBLICE PROFESSOR IN HAC SCHOLA AN. CIↃ. IↃ. LXX.
HOC MVNVS CVM LAVDE ANN. XX. OBIIT.
PRIMORIBVS GRATVS, VVLGO VENERABILIS
OMNIBVS CARVS
BREVITER DOCTRINA, PRVDENTIA, AVCTORITATE
INTER AEVI SVI PRIMOS.
OBIIT DIVTINA INVALETVDINE. A. CIↃ. IↃ. XC. KAL. SEXTIL
ISTE VIR FVIT LECTOR SED FVIT
TV QVOQVE QVOD ES NON ERIS
ALIVS ALIAS. SED OMNES HVC IMVS.
COGITA ET HVIC BENE ADPRECARE ITA POSTERI TIBI
MAGNE DEVS IPSI ET NOBIS MISERERE.
HEREDES PR.

IOANNES WARNANTIVS, ex ordine Præmonſtratenſi, ſcripſit *Hiſtoriam Epiſcoporum Leodicenſium, vſq. ad annum* M. CCC. X L. exſtatque Leodij apud Hermanum Wachtendoncum.

IOANNES VVEENTIVS Abbas Egmondanus in Hollandia XXVIII. hic anno M. CCCC IV. paulò ante mortem, per Procuratores Romæ officio ſe abdicauit, nouem & X annorum tædio fatigatus. Scripſit.

Epitaphia prædeceſſorum Antiſtitum Egmondanorum vſque *ad annum* M. CCCC.
Tale eius legitur Epitaphium:

In fortunatus iacet hic IAN *Abba-vocatus,*
Cui VVEENT *cognomen, à ploratu dedit omen.*
Nemine ſtipatus, ni Saluatore iuuatus,
Quem Sancto cæli Rex aſſociet Michaeli.

IOANNES VAN WEERDEN Syluæducenſis, Sacerdos & Theolog. edidit.

Orationem dictam Syluæducis apud PP. Prædicatores in ſolenniſsima ſacratiſsimi Roſarij feſtiuitate. Ibid. typis Ioan. Turnhout, 1622.

Orationem apud eoſdem dictam feria V. maioris hebdomadæ Ibidem.

IOANNES WERSTEMIVS Dalenſis, S. Theol. Licent. vir doctus & optimæ vitæ, ſcripſit

Elucidationem doctiſsimam in I. Pſalmum Dauidis. Antuerpiæ 1556. & 1582 quæ poſtea prodijt vernaculo ſermone.

IOANNES WIERIVS Grauienſis, Brabantus, Cliuiorum Ducis Medicus, ſcripſit

De Scorbuto, morbo nauigantibus familiari.
De Morbo Ira, & curatione eiuſdem. Baſileæ typis Oporini. 8.
Medicarum Obſeruationum lib. I.
De Dæmonum Præſtigijs, lib. VI. Ibidem, 1580.
De Lamijs lib. Apologeticus. Ibid. 1583.
Pſeudomonarchiam dæmonum Ibidem.

IOANNES DE WILDE Gandenſis, Poëta & Orator. Hic ille eſt de quo Meyerus in Annalibus Flandriæ lib. XIV. hiſtoriam refert ad perpetuam memoriam inſignem. Anno M.CCC.XCIII. Gandaui tumultuatum eſt, cumque ſeditionis ille peſtilens ignis magis magiſque ſerpendo in caleſceret, *Ioannes de Wilde* foro medio Venerab. Corpus Domini ſupra omnes extulit, additâ patheticâ oratione, cui initium erat: HIC EST DEVS DEVS NOSTER. Dixit cum pondere, ſedatâque ſeditione Viri magni Zelus laudatus eſt. Scripſit *Carmina Lyrica plurima* Pariſijs typis Badij impreſſa.

IOANNES WINTERVS Canonicus & officialis Sanctenſis in Cliuia, ſcripſit.

Vitam Stephani Vinandi Pighij præfixam Annalibus Pighij.

IOANNES WIRICVS de Nuſſia, Dioeceſis Colonienſis, per inferiorem Germaniam Prouincialis Carmelitarum, optimus Theologus & Philoſophus, Scripſit.

Super Magiſtrum Sentent. lib. IV.
Quæſtionum ordinariarum lib. I.
Sermones ad populum. lib. I.
Collationes Synodales. lib. I. & alia.

Moritur Coloniæ, anno redemptionis humanæ CIƆ. IƆ. XV. carus ſuis, admirandus exteris.

IOAN-

IOANNES WOVERIVS, familiâ VANDEN WOVWERE (quæ Brabantica & vetus) oriundus anno Chriſti M. D. LXXVI. V. kalen. Iunias in lucem venit. IOANNES illi parens, ELIZABETA VAN BISTHOVEN mater: ambo fide, probitate, & rarâ in pauperes largitate ſpectabiles. A puero honeſtis affici WOVERIVS, literarum ſtudia ſub eruditiſſimo S. I. Religioſo *Heriberto Rosweydo* amare cœpit Sed animi meliorem cultum in contubernio, & ſub diſciplina IVSTI LIPSI, quàm ſtudioſe perſecutus fuerit, voce ſæpius etiam manu teſtari, virtute & doctrinâ ſæculi ſui vir ſummus, ſic voluit:

Ego, ſi quidquam bonâ fide iam nunc teſtificor, hunc Ioannem Woverium *è contubernio & domo mea adoleſcentem, mihi carum, Modeſtiâ & Muſis fuiſſe: quas ſemper coluit, & vitam ad optima præcepta, ingenium ad artes conformauit. Commendo ſeriò, bis ſeriò, quicunque illa amant. addam & verecundè, ſi quis me amat, vt factum huic velit. Fuco verborum nemini imponam, nec ipſe morum: candidus eſt, bonuſ bene natus eſt, & ſi quid ad rem, in re bona. Fauete, qui hæc legitis, & breue ſed fidum elogium cenſete: quod à vobis amplius auferet, ſi naſcetis:* Louan. IV. Id. Sextil. CIↃ.IↃ.XCIX.

Talibus quoque verſibus abeuntem à ſe, ſemper ſuum (ſic non ſemel ſcripſit) allocutus eſt:

Woveri *mihi care, cariorem*
Quem fecit domus atq; ſermo & vſus:
Et notum mage, amo magis proboque
Qui Muſas colis has amœniores,
Nec ſolas tamen has, ſed & ſeuerâ
Gaudes Pallade, Pallademque nectis
Cum Virtute ſimul Modeſtiaque:
En ſcripto tibi pectoris receſſus
Noſtri pandimus intimoſque amores:
Hos habe, ſine fraude, & hos habebis
Dum me terra, vel æther ipſe habebit.

In patriam à triennali peregrinatione, perluſtratis Gallia, Hiſpania, Italia, Germania, redux, ſeneſcentem iam LIPSIVM ſic prorſum coluit, vt parentem filius obſeruare ſolet. In officijs promptus, ad obſequia paratus, fidus in omni-

Digitized by Google

IOANNES TACQVETVS Adriani F. domo Antuerpiâ, Helſti & Lechenæ Toparcha, mihi amiciſſimus, variæ ac reconditæ eruditionis vir, verè φιλόκαλος. Scripſit

PHILIPPICA, *ou Haras de Cheuaux*, idiomate gallico, comprimis terſo. Fœtum hunc ſuum ALBERTO PIO Belgarum Principi inſcripſit. Antuerpiæ typis Roberti Bruneau, anno 1614. 4.

Ianus Lernutius & Ieremias Pierſſenæus TACQVETI nepotis ſui PHILIPPICA celebrauerunt editis carminibus.

Viuere deſijt Brugis, & LERNVTIVS tale ſcripſit epitaphium:

Cui cordi virtus, prudentia, candor, honeſtas,
Cum pietate fides, cum grauitate pudor,
Lugeat hoc mecum gelido ſub marmore clauſum,
Pectore qui clauſit tot modo cuncta bono.
Cuius in hac celebri vixit primarius vrbe,
Moribus incertum clarior anne domo.
Largus opum, genitor felix, ſine lite maritus,
Ambitione vacans, dexteritate vigens.
Haut dubiè TACQVETVS *is eſt? ita candida dudum*
Inquit, eum talem iam mihi Fama canit:
Non erras hoſpes, TACQVETVS *hic occubat ille,*
Cuius & à cinere & funere viuit honor.
Dic igitur pia verba, ſimul tumulo ingere flores,
Et quicquid grati mittit odoris Arabs.
Sed Verno nil munere opus, nil meſſe Arabum vlla
Vrna roſam & violam ſponte crocumq; feret.

IOANNES TAISNIERIVS, Athenſis, Hanno I. V. D. Medicus, Mathematicus, Philoſophus, Muſicus, ac Poëta laureatus: eas omnes artes cum laude profeſſus eſt. Romæ ac Ferrariæ cùm Mathemata traderet, homo peregrinus CCC. amplius auditorum coronâ quotidiè cingebatur. CAROLVM V. Cæſ. in expeditione Tunetana ſecutus, Siciliam, Sardiniam ac Melitam Inſulas luſtrauit, inuſitataſque nauium fabricas excogitauit. Scripſit

De Motu continuo.

De Naturâ Magnetis, cuius magnus hodie in nauigando vſus.

De Annuli Spharici fabrica lib. III. Antuerpiæ 1560. 4.

De vſu Spæræ materialis.

De Proportione motuum localium, contra Ariſtotelem alioſque Philoſophos.

Aſtrologiæ Iudiciariæ Iſagogen. Coloniæ 1559. 8.

Opus Mathematicum libb. VIII. complectens innumeris propemodum figuris idealibus manuum & Phyſiognomiæ, &c. Coloniæ 1583.

De

De Motu celeberrimo hactenus incognito.
Huic Symbolum: QVO FATA TRAHVNT.

IOANNES TAVERNERIVS, Doctor Sorbonicus, Scripſit
De Purgatorio animarum.
De Veritate Corporis & Sanguinis Christi in Euchariſtia. Pariſijs 1551. 8.
Huius vitam, ſanctitate plenam placidiſſima mors ſuſcepit anno à Christo nato M. D. LVIII. alij anno reparationis humanæ M. D. LX. XXV. Iulij.

IOANNES DE TENERAEMVNDA, Flander, Cartuſianus diuinarum literarum cognitione, ac vitæ ſanctimonia admodum præſtans. Scripta quæ ad poſteros transmiſit hæc ſunt:
De notitia Dei lib. I
De Amore Dei lib. I.
De Honore Dei lib. I.
De Natura & Lapſu Hominis lib. I.
De reparatione lapſi, deq; Gaudio hominis lib. ſingulares II.
De Sacramento Altaris lib. I.
De Conceptione B. Mariæ lib. I.
De fide Christiana lib. I.
Alia multa compoſuiſſe dicitur, quæ latent in Bibliothecis.
Floruit circa annum Domini M. CCCCXX.

IOANNES THEODORICI Macherentinus, ex opido Macheren quod ditionis Luxemburgenſis, ad Moſellam Fl. ſitum, Soc. IESV Clericus, Coloniæ, Aquiſgrani & Spiræ, docendo & concionando, idoneum ſe Chriſti fidelemque miniſtrum præbuit. Scripſit pro eruditione Parochorum,
Catechiſmum, Treuerenſis Archiepiſcopi auctoritate euulgatum.
Praxim Catechiſticam,
Commentarium doctum In Saluiani Presbyteri Maſſilienſis eruditum iuxta ac pium opus ad Eccleſiam Catholicam, ſub nomine *Timothei*, aduerſus auaritiam, ſeu, *Quis Diues ſaluus?*

IOANNES TINCTOR Niuellenſis, Brabantus & ibidem Canonicus, I. V. Doctor, Regis *Ferdinandi* Neapol. quondam Archi Cappellanus & Muſicus, ſcripſit
De arte Contrapuncti, lib. III.
De Tonis lib. I.
De origine Muſices.
Epiſtolas complures.
Claruit anno Domini M. CCCC. XCV.

IOANNES TINCTOR, S. Theologiæ in Gymnaſio Colonienſi Profeſſor, Canonicus Tornacenſis, ſcripſit
Quæſtiones in lib. IV. Sententiarum.

Diſſentio-

Diſſentiones D. Thomæ & Scoti.

Collationes varias.

De vitio Proprietatis, contra Waldenſes. M.S. Louanij aqud Martinianos.

De Confeſſionis integritate Conſulationem.

Contra Bonetum & Franciſcum de Maronis, afferentes *S. Ioannem Euangeliſtam* fuiſſe verum ac naturalem filium *B. Virginis.*

In primam partem D. Thomæ, M.S. Audomaropoli apud Bertinianos.

In primam ſecundæ, M. S. Hagæ-Comitis, & Roterodami, apud Dominicanos, teſte Ioanne Bunderio, Gandenſi.

Claruit ſub Frederico Imp. III. & Paulo II. Pont. Max.

IOANNES BAPTISTA TRIEST Gandenſis, è nobili & antiqua *Trieſtiorum* progenie, mundo valere iuſſo, Cappuchinis Patribus adſcribitur, quem modò more Ordinis *Eugenium à Ganda* indigetant. Illo ipſo die quo fratri ſuo *Philippo* viro generoſo & militari cohortem ſuam conſignat alius *Antonius* frater Brugenſis Eccleſiæ Epiſcopus præficitur. Hic ille, qui nunc infulam Gandenſem tenet, ac Legatum agit PHILIPPI IV. Hiſp. Regis ad *Sacram Cæſar. Maieſtatem*. Ioannes verò in præſentiarum Oſtendano monaſterio cum laude præeſt. Edidit adhuc iuuenis

Funus Philippi Trieſt, Patris ſui viri Conſularis, Equitis, tum proprijs, tum aliorum celebrium Poetarum verſibus exornatum.

Elegiam in laudem B. MARIAE *Virginis*, qua eidem pro pio religionis habitu, aliiſque per eam à DEO acceptis beneficijs, gratias agit.

IOANNES DE TVRNHOVT, cognomento KINSCHOT, è nobili Brabantiæ municipio, Louanij I. V. Doctor renuntiatur anno Domini M. CCCC. LXXXI. & Canones ibidem annos X. explicauit: ſcripſit

De Dogmatibus Scripturæ.

Caſus breues ſuper totum Corpus Ciuile.

IOANNES TVRRIVS Flander, Brugenſis, I. V. Doctor, ſcripſit

Epiſtolam ad Richardum Vitum ſuper Epitaphio vel ænigmate antiquo quod ſe offert Bononiæ porta Maſcharella egredientibus, primo ab vrbe lapide ÆLIA, LAELIA, CRISPIS &c. quod interpretatus eſt *De Materia prima*. Dordraci, 1618. typis Ioannis Leonardi Berewout.

IOANNES VARENNIVS Machlinienſis, rara Græcarum litterarum, & earum à quibus humani verè dicimur & efficimur, cognitione præditus, quas priuatim docuit magno cum fructu: etiam ſacras in Parco celebri Præmonſtratenſis Ord. Cœnobio: ſcripſit

Syntaxin Grecam, quam *Nicolai Clenardi* inſtitutionibus breuiorem exiſtimabat, in quam & *Notas* adijcere *Ioachimus Camerarius*, Germaniæ in literis decus, non erubuit, item *Renatus Guillonius*. Louanij, typis Reſcij, ann. 1532. Coloniæ, Antuerpiæ & Baſileæ, typis Roberti Winter, 1536.

De Accentibus Græcorum, Pariſijs 1544. apud Wechelum, cum Emanuelis Moſcopuli libello de iiſdem.

De

De paſſionibus dictionum ex Tryphone Alexandrino, Grammatico. Antuerpiæ typis Plantini. 8.

Migrauit ex humanis Lyræ, & ſepultus hoc epitaphio:

DEO IMMORTALI SACR.

Varennius, *Pelaſgi*
Sermonis & Latini
Peritus & ſororum
Myſtes nouem ſacrarum,
Egentibus benignus,
Doctor gregis tenelli,
Pietate diues, æqui
Amator, hîc arena
Tectus iacet, doloſa
Lactantis orbis arte
Liber, fruens triumpho
Nunc cœlitum perenni.

Vixit annos LXXIV. Viuere deſijt anno Chriſti
M. D. XXXVI. V. Id. Octobris

HONORARIVM
Per DIDACVM PYRRHVM Luſitanum.

Hic Varenne, iaces, iacet hic ſimul Attica tecum
Lingua, ſed hic tecum lingua Latina iacet.
At non Fama tui iacet hic, non inclyta Virtus:
Illa Viros inter viuit, & illa Deos.

IOANNES VARNACKERVS Doctor Theologus, Paſtor & Canonicus Louanij ad D. Petrum: Philoſophiam in Gymnaſio Lilienſi cum laude docuit, ſcripſit

Tractatum de Sacramentis.

Quæſtiones Quodlibeticas II. Prima, vtrum Clerici & Eccleſiarum Prælati mortaliter peccent, ſi quid eis de præbendis ſupereſt, in eleemoſynam non elargiantur. Secunda, vtrum ab homine poſſit diſpenſari in præceptis iuris naturalis aut diuini. Pariſijs anno 1512. & iterum ibidem anno 1544. 4.

Vixit anno Meſſiæ nati M. CCCC. XLVI.

IOANNES VASÆVS, Brugenſis, literis adoleſcens bene inſtructus,

nemo eo, publico bono conſuluit, incorruptius: nemo Regem de negotijs Belgicis inſtruxit ſyncerius. Hanc ob cauſſam, adſumpta eſt ei profectio tum Romam ad Pontif. SIXTVM V. & CLEMENTEM VIII. tum in Hiſpanias ad Regem Catholicum. Elatâ vxore euehitur ad Epiſcopatum Tornacenſem, & virtutes adcreuerunt cum dignitate. Viſitauit Diœceſim diligentiſſimè. Eo monente & curante, erectum collegium Soc. IESV, Inſulis: Seminaria Paſtorum tam Louanij quàm Duaci per Regem Catholicum: Collegia exteris nationibus præſertim Anglis, Scotis, Hibernis, per eundem. Menſa fuit parciſſimâ, cùm eſſet in pauperes profuſiſſimus. Si quis plura deſideret, poterit adire *Guilielmi Gazai* Hiſtoriam Eccleſiaſticam, *Ioannem Buzelinum* Cameracenſem, & *Nicolaum Zoeſium* Tornacenſium Canonicum & Officialem, & VENDEVILLIO à ſecretis, qui ſingulari libello virtutes eius deſcripſit. Scripſit

De principijs Iuris, ad Proœmium Pandect. & Cod.

Edicti perpetui Saluij Iuliani & Cod. Theodoſiani cum Iuſtiniani Imp. legislatione Comparationem.

De gentilibus, paganis, Idolatris & Hæreticis conuertendis.

Paſtorale Eccleſiæ Tornacenſis ab illo editum in 4.

Obdormiuit in Domino Tornaci anno ætatis LXVI. Chriſti CIↃ. IↃ.XCII. XV. Octob. & ſepultus in æde D. virginis. Errat *Antonius Sanderus*, qui anno M. D. XCV. obijſſe ſcribit.

IOANNES DE VESALIA, Veſalienſis, Doctor Medicus. *Andreæ Veſalij* Anatomicorum Principis atauus, & *Mariæ Burgundæ* ſeu Valeſiæ Archiater: poſt annis grauis, Curiæque pertæſus, *Euerardo* fil. ſibi ſubſtituto, Louanium venit, & Medicinam docuit. Scripſit

Exhortationem ad Eugenium Papam de Calendarij correctione.

IOANNES VFFELIVS Seuerini I. C. Fil. Patritius Bruxellenſis I. C. & Antuerpiæ Cauſarum patronus. Duaci Iuriſconſulti titulum accepit, Doctore vſus *Boetio Epone* viro doctiſſimo. Vir candidi & modeſti ingenij, mihi familiaris. Dedit

Notas in Didaci Couarruuiæ varias Reſolutiones. Antuerpiæ, 1604. fol. typis Ioannis Ke rbergij.

Conſultationem Connubialem, quâ quæritur, An coniugium longiſsimi temporis cohabitatione, vſu, publicâ famâ confirmatum, nouiſsimo Concilij Tridentini iure pro concubinatu haberi poſsit. Ibidem, typis Verduſſi, 1611. 8.

Migrauit ex hac vita Antuerpiæ, in ipſo ætatis flore, anno à ſalute generi humano parta CIↃ. IↃ. CXVII. & ſepultus in monumento paterno in Sacello S. Circunciſionis.

IOANNES VALTERIVS VIRINGVS Louanienſis, & Medicinæ Profeſſor primarius, Canonicus Atrebatenſis, & magnis Belgarum Principibus ALBERTO & ISABELLAE à Sacris, Scripſit.

De Ieiunio & Abſtinentia medico-eccleſiaſt. Atrebati, 1547. 4.

Edidit quoque poſthumum *Ioannis Molani Diarium de Medicis Sanctis.* Louanij, 1595. 8.

IOANNES VIRINGVS Ioan. Medici F. Societatis IESV Theologus, & diuini verbi Concionator egregius, Scripſit

De triplici cœna, Chriſti agno, vulgari, & Euchariſtica. Antuerpiæ, apud Nutium, 1617. 4.

Machliniæ vitam cum morte permutauit, anno à plenitudine temporis M.DCXXII.

IOANNES VIVIANVS, Valentianus, Hanno, Antuerpiæ mercator, eidemque vrbi ab eleemoſynis, Poëta & Antiquitatis cultor & admirator ſedulus. Domi ſuæ officinam habuit omnium generum Medaliorum ſeu Numiſmatum aur. arg. & ær. inſtructiſſimã. *Ludoico Guicciardino* in De ſcriptione Belgi. noſtri mirificus extitit adiutor. *Abrahamum Ortelium & Ieronymum Scholiers* vnice coluit & cum ijs Leod. Tungr & Moguntinos luſtrauit, exſtat etiamnum *Itinerarium* typis noſtri Plantini, Dedit

Eccleſiaſten & Cantica Canticorum paraphraſi Poeticâ. Antuerpiæ apud Plantinum, in 16.

Vltimum ſuſcepit iter anno Chriſtianæ ſalutis M.D.XCVIII. XII. Septemb. & Aquiſgrani rabiem belli declinans, tumulatur.

IOANNES VLIETERPIVS Friſius, Hiſtoriographus.

Hiſtoriam Friſiæ deduxit à prima gentis origine, vſque ad ſuam ætatem, qui vixit circa annum CIϽ. CCC. LXX.

IOANNES VLLIMMERIVS, Louanienſis, Canonicorum Regularium ad S. Martinum Prior & Rector veterum Caſtimonialium Amſtelodami, vir doctus, prudens & religioſus. Eruit è tenebris

S. Auguſtini Sermones de diuerſis. Item

Lanfrancum, Algerum, Guimundum, Iuonem, Paſchaſium, Adelinannum, De Veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia. Louanij, 1561. apud Hieronymum Wellæum.

Fulgentij opera, librorum multorum acceſſione auctiora & emendatiora dedit. Antuerpiæ, typis Plantini. 8.

Tractatum ſcripſit Quo modo Eccleſia quieta in hac vita pergere poſſit.

Obijt Louanij, & ſepultus apud ſuos, tali epitaphio:

Ingenium ſortitus eras per-nobile, quale
Attribuit caris largior aula poli.
A puero pietas, cælo gratiſsima Virtus
Inſedit, ſtimulans ſubdere colla DEO.
Hoc melior factus, commercia noxia vulgi
Effugis, & partij commoda lauta ſatis.
Numine correptus diuina Lycæa frequentas
Quæ de MARTINI *numine nomen habent.*
Adfuit ingenti præclarus in arte Palæmon,
Qui ſtudio tenues accumulauit opes.
Viribus ingenij immenſis monumenta vetuſta
Exercens, vnde tuis parta corolla comis.

Inde

Inde gradu facto, ſublimes ſcandis honores,
Exercens propria ſceptra decora domus.
Iam tantis opibus tam lauta dote beatus,
Tangebas facili ſidera celſa manu:
Sed nihil in rebus mortalibus vndiq; felix,
Perpetimur varias ſorte premente vices.
Tu tamen interea fidei ſanctiq; laboris,
Accipis emerita præmia militiæ.
Obiit anno M. D. XVII. Febr. III. Die.

IOANNES VLPIVS, vide VLPIVS CISSAEVS.

IOANNES VOERTHVSIVS, Zutphanienſis, Præpoſitus Dauentrienſis, vir multæ lectionis, & in omni doctrinarum genere eruditus. Scripſit *Phœnicem, ſiue Apotheoſin Conſecrationis Auguſtæ* lib. I. quo CAROLI MAGNI & CAROLI V. Cæſarum res geſtæ, & vtriuſque ſæculi hiſtoria in vicem componuntur, Antuerpiæ 1592. typis Syluij.
Legationem Academiæ Veteris & nouæ, qua MAXAEMYLIANO II. Auguſto recens inaugurato, doctorum hominũ nomine gratulatur. Francofurti, 1563. 4.
Huic Symbolum: CVNCTANDO PROFICIT.

IOANNES VOCHS Medicus Colonienſis, ſcripſit opuſculum. *De omni peſtilentia, & diuturna peſte morbi Gallici.* Baſileæ 1537.

IOANNES VOS de Heuſden oriundus, ſecundus Prior monaſterij VVindeſemenſis, Ord. Canonicor. Regularium, vir vitæ laudabilis, ſanctæq; conuerſationis, lumen errantium, & ſanctitatis ſpeculum. Dauentriam liberalibus artibus imbuendus venit, vbi tunc particularium Gymnaſia ſtudiorum maximè floruerunt. Hic, cùm ad ſcribendum optimam haberet manum, GERARDO MAGNO præſentatus fuit, vt ei amanuenſis eſſet, qui eum intuitus & bonæ indolis iuuenem, verecundum, humilem, ſimplicem conſpiceret, ſpiritu dixit Prophetico: *Iſte eſt homo quem quæſiui, cum quo bona in terra operabor.* Moritur ſabbato poſt Andreæ, IV. Non. Decemb. & ſepultus ante gradus Sanctuarij, fratribus mœrentibus & quibuſdam flentibus, hoc epitaphio:

Quadringentenis, millenis, bis duodenis
Altera lux annis, ſub menſe Decembre, Ioannis
Vos *corpus tumulat, & lacrimas cumulat.*
Primus honore Patrum pater hic & gloria fratrum,
Heuſden quem genuit, vt iubar emicuit.
Officio gratus, fidus, prudens, reputatus.
Famine præclarus, cunctis ſatis vndique charus,

Duxit fœcundam vitam ſine crimine mundam,
Hinc tulit è medio fructum multum redeundo.
Qualis huic pietas fuerit modò non capit ætas.
Omnia namque fuit omnibus vt decuit.
Hoc ſpargente, bona redeunt ſibi plurima dona.
Et dare cùm ſtuduit, ditior ipſe fuit,
Dum memor vt canitur: Da, tibi tunc dabitur.
Sic fuit in donis, hinc unctus in æthere thronis,
Calica quæ ſiuit, modò guſtat quodque ſitiuit.
Tranſijt è cœnoſeculi tumulatus arena,
Fructu centeno cumulatus donoq; deno.
Hæc ita credamus, hæc credita ſic teneamus,
Vt tamen oremus piè, quod ſequitur rogitemus,
Rex venerande poli vitam ſibi claudere noli,
Sed ſibi da requiem, da ſine fine diem. AMEN.

Scripſit libellum, cui titulus: *Qui perſeuerauerit.*

Ex D. Bernardi Sermonibus ſuper CANTICA pro deuotione ſua *Excerptum compilauit.*

Vitam eius dedit *Ioannes Buſchius* in Chronico VVindeſemenſi lib I.

IOANNES A VVACHTENDONCK Machlinienſis, nobili familiâ, Canonicus in D. Rumoldi: Iuriſconſulti titulum Louanij accepit. Vir Ingenio facili, ad quiduis prompto. Mirus in omni ſcriptionis genere artifex, ſeu Carmen pangat, ſeu ſolutam texat orationem. Politum eſt, ingenioſum, & eruditum, quicquid ab ingenio illo venit: ſcripſit, aut potius luſit

Verſus aliquot, quibus gratulatus eſt *Matthiæ Houio* Archiep. Machlinienſi, ſacerdotij iubilæum celebranti.

Orationem funebrem in obitum ALBERTI PII Auſtrij, & Belgarum Principis, quâ ipſius laudes proſecutus eſt. Machliniæ, typis Henrici Iaey. 4.

IOANNES VVAESBERGHIVS Gandenſis, Presb. I. V. Licent Canonicus & Scholaſticus Lilerienſis, Scripſit.

Topographiam territorij & Vrbis Gerardimontenſis, in qua licet natus, teſte *Antonio Sandero*, educatione tamen Gandauenſis eſt M.S. apud Auctorem.

Commentarios Antiquitatum Gerardi-Montenſium. Vide Hagiologium Flandriæ euſdem *Sanderi.*

IOANNES VVALTERVS Gandauēſis, Philologus, I.C. & in Prouinciali Flandriæ curia Conſiliarius, Vir ingenio & doctrinâ præſtans. Scripſit

Chronicon Chronicorum. Francofurti, apud Aubrios.

Chronicon Eccleſiaſtico politicum, ex huius & ſuperioris ætatis ſcriptoribus concinnatum, Pontificum, Cardd. Epiſcopor. Imp. Regum, Principum, Doctorum, armis literiſque illuſtrium virorū res geſtas, aliaq; præclara repræſentans.

IOAN-

IOANNES WAMESIVS Leodicenſis naſcitur anno ſalutis M.D. XXIV. Hoc homine nihil ferè doctius aut candidius Belgica noſtra tulit. Quanti docendi prouinciam ſemper fecerit, ex eo apparet, quòd cum à Ioanne Auſtriaco nomine Philippi II. Regis Catholici ad ſecretioris Concilij Senatum euocatus fuerit, eo non ſit vſus beneficio. Certè inſigne Vniuerſitatis Louanienſis ornamentum fuit. Moriens *Stephano Weymſio & Gerardo Corſelio, I.V.* Doctoribus celeberr. affini & nepoti reliquit ſcripta ſua atque ingenij monumenta: Scripſit.

Recitationes, ad Tit. Decretalium De Appellationibus. Loua. 1604. 4. apud Riui.
Reſponſorum ſiue Conſiliorum de Iure Pontifi. Tom. II. Ibidem. 1605. & 1618. fol.
Reſponſa ſiue Concilia de Iure Ciuili Cent. I. Louanij 1625.
Prælectiones abſolutiſsimas ad Tit. De Verborum Obligationibus. Item.
Ad Tit. De Verborum ſignificatione.

Migrauit ex humanis Louanij, & defuncto heredes illuſtre monumentum poſuêre in primaria vrbis baſilica, hac inſcriptione:

MEMORIÆ SACRVM.
IOANNES WAMESIVS H.S.E.
QVEM BREVITER LECTOR NOSCE.
NATVS EST LEODICI EBVRONVM ANNO CIↃ. IↃ. XXIV.
AD STVDIA LITTERAR. ET INDE IVRIS TRANSIIT,
IN IIS QVOQVE FAMAM ADEPTVS ETIAM GRAECIS
NATVRA ET INDVSTRIA DVCE.
AT IN IVRE AD CVLMEN IPSVM CONSCENDIT,
DOCTOR RENVNTIATVS AN. CIↃ. IↃ. LIII.
PVBLICE PROFESSOR IN HAC SCHOLA AN. CIↃ. IↃ. LXX.
HOC MVNVS CVM LAVDE ANN. XX. OBIIT.
PRIMORIBVS GRATVS, VVLGO VENERABILIS
OMNIBVS CARVS
BREVITER DOCTRINA, PRVDENTIA, AVCTORITATE
INTER AEVI SVI PRIMOS.
OBIIT DIVTINA INVALETVDINE A. CIↃ. IↃ. XC. KAL. SEXTIL
ISTE VIR FVIT LECTOR SED FVIT
TV QVOQVE QVOD ES NON ERIS
ALIVS ALIAS SED OMNES HVC IMVS.
COGITA ET HVIC BENE ADPRECARE ITA, POSTERI TIBI
MAGNE DEVS IPSI ET NOBIS MISERERE.
HEREDES PP.

IOANNES WARNANTIVS, ex ordine Præmonſtratenſi, ſcripſit *Hiſtoriam Epiſcoporum Leodicenſium, vſq. ad annum* M.CCC.XL. exſtatque Leodij apud Hermanum Wachtendoncum.

IOANNES VVEENTIVS Abbas Egmondanus in Hollandia XXVIII. hic anno M.CCCC IV, paulò ante mortem, per Procuratores Romæ officio ſe abdicauit, nouem & X annorum tædio fatigatus. Scripſit.

Epitaphia prædeceſſorum Antiſtitum Egmondanorum vſque *ad annum* M.CCCC. Tale eius legitur Epitaphium:

IOANNES WOVERIVS, familiâ VANDEN WOVWERE (quæ Brabantica & vetus) oriundus anno Chriſti M. D. LXXVI. V. kalen. Iunias in lucem venit. IOANNES illi parens, ELIZABETA VAN BISTHOVEN mater: ambo fide, probitate, & rarâ in pauperes largitate ſpectabiles. A puero honeſtis affici WOVERIVS, literarum ſtudia ſub eruditiſſimo S. I. Religioſo *Heriberto Rosweydo* amare cœpit. Sed animi meliorem cultum in contubernio, & ſub diſciplina IVSTI LIPSI, quàm ſtudioſe perſecutus fuerit, voce ſæpius etiam manu teſtari, virtute & doctrinâ ſæculi ſui vir ſummus, ſic voluit:

Ego, ſi quidquam bonâ fide iam nunc teſtificor, hunc Ioannem Woverium *è contubernio & domo mea adoleſcentem, mihi carum, Modeſtia & Muſis fuiſſe: quas ſemper coluit, & vitam ad optima præcepta, ingenium ad artes conformauit. Commendo ſeriò, bis ſeriò, quicũque illa amant. addam & verecundè, ſi quis me amat, vt factum huic velit. Fuco verborum nemini imponam, nec ipſe morum: candidus eſt, bonuſq; bene natus eſt, & ſi quid ad rem, in re bona. Fauete, qui hæc legitis, & breue ſed fidum elogium cenſete: quod à vobis amplius auferet, ſi naſcetis:* Louan. IV. Id. Sextil. cIↄ.Iↄ.XCIX.

Talibus quoque verſibus abeuntem à ſe, ſemper ſuum (ſic, non ſemel ſcripſit) allocutus eſt:

Woveri *mihi care, cariorem*
Quem fecit domus atq; ſermo & vſus:
Et notum mage, amo magis proboque
Qui Muſas colis has amœniores,
Nec ſolas tamen has, ſed & ſeuerâ
Gaudes Pallade, Pallademque nectis
Cum Virtute ſimul Modeſtiaque:
En ſcripto tibi pectoris receſſus
Noſtri pandimus intimoſque amores:
Hos habe, ſine fraude, & hos habebis
Dum me terra, vel æther ipſe habebit.

In patriam à triennali peregrinatione, perluſtratis Gallia, Hiſpania, Italia, Germania, redux, ſeneſcentem iam LIPSIVM ſic prorſum coluit, vt parentem filius obſeruare ſolet. In officijs promptus, ad obſequia paratus, fidus in omnibus

cum iconibus locorum ſacrorum aliorumque.

IODOCVS AB ALMARAZ Brabantus, natus in pago Londerzeel, tertij inſtituti *D. Franciſci*, Miniſter Zepperenſis, & Sororum III. Ordinis in Steynart Confeſſarius, ſcripſit

De tribus Virtutibus Theologicis Tractatum.

De frequenti vſu SS. Sacramenti Euchariſtiæ per quæſtiones.

Varias ſpirituales Meditationes.

IODOCVS AQVENSIS, ſiue DE AQVISGRANO, ſcripſit *De Rebus Flandrorum.*

IODOCVS AB ASCA. Ord B. Mariæ de monte Carmelo, S.T. Baccalaureus, Monaſt. Aloſtani Prior, vir candidi ingenij, & eximiæ pietatis, ſcripſit vernaculo ſermone

Theſaurum ſacri Scapularis Carmelitani. Antuerpiæ anno ſalutis, 1619. apud Cornelium Veſchurium.

IODOCVS BADIVS, Aſcenſius, ſiue Aſcanius, Brabantus. Aſca enim vetus & opulentum Bruxellenſis agri eſt municipium. Naſcitur teſte *And. Theueto* Coſmographo Regio, CIↃ. CCCC. LXII. Adoleſcens Gandaui apud Fratres, (qui tum celebria per Belgium Gymnaſia habebant) prima literarum iecit fundamenta: hinc fortaſſis Gandenſis à pleriſque eſt habitus. In Italia BAPTISTAM GVARINVM vtriuſque linguæ Profeſſorem diligenter audiuit. Inde Lugdunum in Gallias profectus, nobiles adoleſcentes domi ſuæ inſtituit, publicèque quoque veteres Poëtas explicauit, quos etiam pleroſquè familiari Commentario explanatos, euulgauit. Lutetiam demum concedens, celebre in ea vrbe Typographeium inſtituit, artemquè recens natam, non parum auxit. Scripſit

Syluam moralem contra vitia, carmine, cum interpretatione. Lugduni, anno 1492. fol.

Pſalterium B. Mariæ, verſibus Sapphicis, Lib. I.

Epigrammatum lib. I.

De Grammatica lib. I.

De conſcribendis Epiſtolis Iſagogen.

Vitam Thomæ à Kempis, Operibus illius præfixam.

Nauiculam ſtultarum mulierum.

Commentarios in Epiſtolas Ciceronis familiares.

In eiuſdem Philippicas, *Officia*, *De Amicitia*, *De Senectute*, *paradoxa*. Lugduni, 1514. typis Auctoris.

In libros Rethoricorum ad Herennium, Ibidem.

In Saluſtium.

In Valerium Maximum.

In omnia ferè Ouidij Naſonis Opera.

In Horatium, *Perſium*, *Terentium*, *Iuuencum.*

In omnes Tragœdias Senecæ.

In Theocriti Idylia.

In Æneidos Virgilij. M.SS.

In

In Quintiliani inſtitutiones Oratorias.
In Bapt. Mantuani Bucolica, atque Opera pleraque.
In Angeli Politiani Epiſtolas & Miſcellanea.
In Philippi Beroaldi Naniam de Paſſione Domini.
In Franciſci Petrarchæ Bucolica.
In Calphurnij Eclogas.
In Petri Burri Pæanas V. Feſtor. Virginis Deiparæ. Pariſijs 1508.
Epitomen, hoc eſt *Compendium* in ſingula Capita librorum VI. Elegantiarum *Laurentij Vallæ.* Argentorati 1512.
Henrici Glareani Chronologiam in T. Liuium, redegit in ordinem Alphabeticùm, ſignatis vbique *Olympiadum* & *V.C. annis.* Baſileæ apud Iſingrinium 1540.
Contra Vincentiũ de Caſtronouo Ord. Dominicanorum, teſte *Geſnero.*
Floruit tempore Maxæmyliani Imp. ann. M. CCCC. XCIV. & peruenisse video vſque ad annum redemptionis humanæ M. D. XXVI.
Amicus hoc illi ſcripſit Epitaphium:

Hic, liberorum plurimorum qui parens,
Parens librorum plurimorum qui fuit,
Situs Iodocus Badius *eſt* Aſcenſius.
Plures fuerunt liberis tamen libri,
Quod iam ſeneſcens cœpit illos gignere,
Ætate florens cœpit hos quod edere.

IODOCVS BEYSSELIVS, Patritius Aquiſgranenſis, I. V Interpres, Philoſophus, Orator & Poeta inſignis, in S. Scripturæ ſtudioſus, ſcripſit multa, è quibus exſtant ſequentia:
Roſaria III. in honorem *Annæ, Mariæ* & IESV.
De Roſarij myſterijs lib. I.
Roſarium de Sanct. Sacramento Altaris lib. I.
Epitome ſtimuli diuini amoris lib. I.
Orationes & Epiſtolæ elegantiſſimæ:
De optimo genere Muſicorum.
Dialogus de S. Matre Anna.
De Chriſtiano ambitu.
Geſta Flandrorum, alijs diſtentus, non abſoluit.
Epigrammata varia.
Claruit anno redemptionis M. CCCC. LIV.

IODOCVS CLICHTHOVEVS Flander, Neoportunenſis, Doctor Theologus Pariſienſis, & Canonicus Carnutenſis in Gallia. Orator, adeo inſignis, vt ferinos hominum mores, & omne mortale genus, diuina potius quàm mortali facundia componeret. Louanij in gymnaſio Lilienſi Philoſophiæ Peripateticæ operam dedit. Tornaci in D. Iacobi Paſtor fuit. Orthodoxæ Religionis zeloſus defenſor, & inter primos qui contra Lutherum ſcripſerunt. Scripſit
Introductionem in Dialecticam. Pariſijs 1514. & 1537. 8.

Scholia

Scholia in Paraphraſes Iacobi Fabri ſuper Ariſt. Philoſoph. Natural. Ibid. 1533. fol.
De praxi numerandi Compendium.
Commentarium in Ioannem Damaſcenum.
De vera Nobilitate, lib. ſingularem.
Commentaria in Iacobi Fabri Theorica Planetarum.
Commentaria in Auguſtini Dathi elegantias.
Compendium Veritatis.
Elucidarium Eccleſiaſticum.
Propugnaculum Eccleſiæ, contra Lutheranos.
Anti-Lutherum.
Improbationem quorundam Articulorum Lutheri.
De Sacramento Euchariſtiæ, contra Oecolampadium.
Decreta Concilij Senonenſis.
De veneratione Sanctorum. Pariſijs apud Colinæum.
De Laudibus III. *antiquor. Patrum, Dauid, Ioſeph & Tobiæ.*
De bello & pace.
De ieiunio.
De officio Regis.
De Miſſa ſacrificio. Ibidē.
De neceſſitate peccati Adæ.
De laude monaſticæ religionis.
Doctrinam moriendi. Pariſijs typis Simonis Colinæi.
De laudibus SS. Ludouici & Ciciliæ. Ibidem.
De myſtica Numerorum ſignificatione.
De vita & moribus Sacerdotum.
De dignitate Annuntiationis B. Virginis, typis Stephani, 1513.
De puritate Conceptionis B. Mariæ. Ibidem.
Homilias CXVII. *de Tempore, &* LXXVII. *de Sanctis.*
De Præceptis Decalogi. Coloniæ anno 1550. fol. apud Quentelium.
De Oratione Dominica. Ibidem, anno 1571. apud Cholinum.
De VII. *Sacramentis.* Ibidem.
Commentarium in introductionem Arithmeticam Seuerini Boetij.
Libros IV. *Commentariorum in eam partem Euangelij ſancti Ioannis*, ſuper quam totidem libri *Cyrilli* interciderunt.

Obijt Canonicus Carnutenſis, & patrimonium penè vniuerſum ciuibus alendis in ſtudijs teſtamenti tabulis legauit.

IODOCVS COCCIVS, Canonicus Iuliacenſis, Antiquitatis Eccleſiaſticæ ſolers indagator, & III linguarum peritus. Cum ab ineunte ætate incidiſſet in Præceptores Lutheran. & adhuc iuuenis in hæreticorū Academijs verſatus vidiſſet inter ſeſe digladiantes Coloni. Agrippinæ ad antiquorū Patrū dogmata ſcrutanda applicuit animum: in fide Catholica confirmatus, vniuerſas de controuerſis quæſtionibus materias collegit ex ipſis Patrum fontibus, ab Apoſtolorum tempore vſque ad hæc noſtra. Magno itaque labore, ſpatio XXIV. annorum opus digeſſit, quod inſcripſit THESAVRVS CATHOLICVS, prodijt Coloniæ, anno 1599. ante eius mortem, typis Quentelij.

Primus Tomus continet.

De Deo & Sanctiſſima Trinitate.
De Chriſto Saluatore.
De Deipara Virgine Maria.
De Angelis.
De Sanctis Eccleſia.
De Sacris Scripturis Eccleſia & ſummo Pontifice.
De ſignis Eccleſia.

Tomus II. hæc habet.

De Natura hominis.
De peccato hominis.
De Iuſtificatione hominis.
De vita monaſtica.
De Sacramento Baptiſmi & Confirmationis.
De SS. Euchariſtia.
De Pœnitentia & extrema Vnctione.
De Ordine. De Matrimonio.
De IV. hominis Nouiſſimis.

IODOCVS DAMHOVDERVS Brugenſis, nobili familia natus anno ſalutis per Chriſtum M. D. VII. VII. kal Decemb. Iuuenis Louanij CIↃ. IↃ. XXVII. *Nicolaum Heems* & *Ioan. Hazium* alioſque viros doctos audiuit, vir pius ac religioſus, lites magnopere deteſtans. Toto tẽporis curriculo, multa & ſtudia & legationes Cæſ. voluntate viriliter & vtiliter confecit, tantorumq; meritorum ergo tandem equeſtri baltheo honoratus. Vir vtique omnibus ſolidæ eruditionis, experientiæ, dexteritatis, conſtantiæ, integritatisque numeris abſolutus. Inclaruit per Europam libris in publicum editis. Lucubrationum eius hic eſt Elenchus:

Patrocinium Pupillorum, Minorum & Prodigorum. Brugis, typis Hub. Croci, 1544. & apud Bellerum Antuerpiæ anno 1564. Gallicè,

Subhaſtationum compendioſa Exegeſis, cum Patrocinio, quos ambos tranſtulit in linguam Gallicam: Ibid.

De Praxi rerum criminalium & ciuilium, Gallicè & Latinè Antuerpiæ apud Bellerum, 1554. & 1617. 4.

Enchiridion parium & ſimilium vtriuſque Iuris. Ibid. cum *Nicolai Tuldeni I. C.* Sylueducenſis *Notis Practicis.*

Speculum conſcientia Lat. Gal. & Belgicâ linguâ. M. S. apud Bellerum.

Pareneſis Chriſtiana, ſiue *Loci Communes* ad Religionem & pietatem Chriſtianam pertinentes, *ex vtroque Teſtamento.* apud Bellerum anno 1571.

De magnificentia Politia ampliſſima ciuitatis BRVGARVM.

Oratio Panegyrica in laudem Hiſp. negotiatorũ. Louan. 1558. typis Steph. Valerij.

Deuixit Antuerpiæ in ocello Vrbium, anno ætatis IV. & LXX. Corpus Brugis patrijs ſedibus redditum, & honorificè tumulo conditum in D. Virginis hoc epitaphio:

MEMO-

MEMORIAE POSTERITATIS SACR.
HOSPES SEPVLCHRVM VIDES
VIRI A SE ET MAIORIBVS CLARISS.
D. IODOCI DAMHOVDERI EQVITIS AVRATI
QVI PER ANN. XXX. IN BELGIO CONSILIARIVS FVIT
IMP. CAROLI V. ET PHILIPPI II. REGIS
CVIVS CVRAE RES FISCI CREDITA CVM FIDE ADMINISTRATA EST
QVI IVSTITIAE SVMMVS CVLTOR, SCELERVM VINDEX ACER
ETIAM PRAEFECTVRAM GESSIT LITTORIS FLANDRICI
EXERCENDIS VIVERRIS.
NEC SOLVS ILLE HIC IACET
ADIACET VXOR D. LVDOVICA DE CHANTRAINES
ALIO NOMINE BROVCSAVLX ARTESIA DOMO
OMNI LAVDE QVAE IN MVLIEREM CADIT CVMVLATA
OBIIT VIR XI. KAL. FEBR. CIↃ. IↃ. LXXXI.
VXOR AVTEM XII. KAL. IVLII. CIↃ. IↃ. LXXV.
A QVIBVS AVGVSTVM IN DIES SINGVLOS SACRIFICIVM
PIE HIC CONSTITVTVM EST
ET ANNIVERSARIVM PP. CVM PRAEBENDIS LX.
COMPOSITIS SIT QVIES SECVRA.

IODOCVS GHISTELIVS, Flander, Eques, Toparcha Appellæ, Maelſtede, &c. IV. Gandaui Conſul. Scripſit vernaculo idiomate *Itinerarium ſiue Commentarios Itineris ſui terra marique exacti per Germaniam, Italiam, Illyricum, Græciam, Thraciam, Aſiam, Arabiam, Ægyptum, vtramque Mauritaniam, Perſiam, Mediam, Meſopotaniam, Cyprum, Palæſtinam &c. libb. VIII.* Peregrinationem hanc compleuit totidem annorum ſpatio, Antuerpiæ redux prid. S. Ioannis, menſe Iunio M. CCCC. LXXXV. naturæ debitum ſoluit. Sunt qui huius *Itinerarij* auctorem volunt *Ambroſium Zeebout* eius Capellanum, & Itineris comitem.

IODOCVS HARCHIVS, Montenſis, Hanno, Medicus, ſcripſit *De cauſis contempta Medicinæ*, Leodici, 1563. typis Morberij.

Enchiridion Pharmacorum ſimplicium, carmine. Baſileæ, 1573. 8. Et alia Theologica, à cenſoribus damnata. Res periculo plena ea velle intelligere ac alijs tradere, quæ non didiceris. Studium Diuinitatis comprimis arduum eſt, nec ad illud facilè pertingit, vt nam ac ſtercora tractare ſuetus. *Tractent fabrilia fabri.*

IODOCVS LOMMIVS, Buranus, Gelder, Medicus Bruxellenſis, vtriuſque linguæ peritiſſimus, Scripſit

Medicinalium Obſeruationum lib. III. quibus notæ morborum omnium ac ſigna proponuntur. Antuerpiæ, 1560. 8. apud Plantinum.

De curandis Febribus continuis lib. I. Ibidem, 1563.

Commentarios de Sanitate tuenda, in lib. I. Cornely Celſi de re Medica. Louanij, 1558. typis Bergaigne.

De cauſsis morborum & curationum promiſerat, ſed non Vidimus.

IODOCVS VANDER HEYDEN Brabantus, (à Calmpthoudt,

 qui

qui pagus eſt altero tertioue ab Antuerpia lapide) Scholæ Haſſelenſis apud Leodicenſes Rector, in Græcis bene verſatus.

Lyſiæ Athenienſis Orationes XXXIV. *quæ de* CCC. *reliquæ ſunt è Græcis Latinas fecit, Notiſque politicis illuſtrauit:* Francofurti, typis Wechelianis.

IODOCVS LAMBERTVS Gandauenſis, Typographus, vir eruditione non vulgari præditus, ſcripſit

De Vera & genuina Orthographia Teutonica ratione lib. quem vti ipſe compoſuit, ita & ſuis typis euulgauit.

IODOCVS RAVESTEYN Tiletanus, Flander, Theologiæ Doctor Louanienſis, ac Priuilegiorum Conſeruator. Præpoſitura VValcurienſi in diœceſi Namurcenſi, & Canonica dignitate Louanij ornatus: Vir eruditus, nec Græcè ignarus: Theologicæ Scholæ ſplendor, & Catholicæ Eccleſiæ incrementum imprimis illi curæ erant. Quo factum, vt cùm cIↃ. IↃ. LVII. VVormatiæ Colloquium de Controuerſijs Eccleſiaſticis eſſet inſtitutum, eò cum *Franciſco Sonnio* mitteretur. Senem abſumpſit apoplexia. Corpus terræ mandatum in æde maioris Xenodochij Louanienſis, (vbi ſacris virginibus multos annos præfuerat) hoc epitaphio:

EXIMIVS AC REVER. D. AC M. N.
IVDOCVS RAVESTEYN TILETANVS
ECCLESIAE COLLEGIATAE S. PETRI LOVANI CANON.
PRAEPOSITVS VVALCVRIENSIS
HVIVS ALMAE VNIVERSIT. PRIVILEG. CONSERVATOR
ARTIVM ET S. THEOLOGIAE
PROFESSOR CLARISS.
QVI HAERESES CONTRA CATHOLICAM FIDEM
SVO TEMPORE INSVRGENTES
DOCTRINA ET LIBRIS SCRIPTIS PROFLIGAVIT
HVIVS XENODOCHII PRAEPOSITVS
VIR CERTE MVLTAE ERVDITIONIS, PIETATIS
AC MODESTIAE, HIC SEPVLTVS EST.
OBIIT ANNO DOMINI M. D. LXX. DIE VII. FEBR.
R. I. S. P.

Ingenij eius Monumenta hæc ſunt:

Propugnaculum Concilij Tridentini, contra Chemnitij examen, Louanij, typis Zangrij 1568. Tom. fol. & Coloniæ apud Ant. Hierat. 1608.

Confutatio confeſſionis quæ edita fuit à miniſtris qui in Eccleſiam Antuerpienſem irrepſerunt, & Auguſtanæ Confeſſioni adhærent. Ibidem Louanij, 1568. 8.

Apologia confutationis profanæ Confeſſionis, quam Antuerpienſem vocant, contra Matthiæ Flacci Illyrici cauillationes. Ibid. 1568.

Apologia decretorum Concilij Tridentini de Sacramentis, pars altera *contra examen Chemnitij.* Ibid. 1570.

Contra Molinæum, pro Concilio Tridentino.

IODOCVS DE RYCK, Machlinienſis, patre *Iodoco*, matre *Ioanna* de *Marzelaer*. Ord. Minorum S. Franciſci. Hic omnium primus miſſus ad Cœnobium Franciſcanorum in Quito anno Christiano M. D. XXXIV. ſcripſit *De moribus Incolarum inſignem Epiſtolam* anno M. D. LVI. Vide Commentarium P. *Henrici Sedulij*, ad *III*. Cap. vitæ S. Franciſci.

IODOCVS SCHOLARDVS, Gerardimontenſis Poëta, ſcripſit Carmine *Vitas Comitum Flandriæ*, quæ breui lucem videbunt opera filij.

IODOCVS VELARAEVS, Verbroecanus, Flander, alij Brabantum ex Campinia ſcribunt. Græcè eruditiſsimus, Antuerpiæ iuuentutis Moderatorem egit, quam vtraque lingua erudijt. Vertit è Græca in Latinam

Q. Calabri παραλειπόμενα Homeri, lib. XIV. ſed proſa oratione, exemplo L. Vallæ & Volaterrani. Antuerpiæ, 1539. 8.

Homeri hymnos XXXII. Coloniæ 1534. typis Eucharij.

Coluthum Thebanum de raptu Helenæ. Lugduni typis Gryphij.

Palæphatum Parium de non credendis Hiſtorijs, lib. V.

Phurnutum, alijs Phornutum, de natura Deorum. Baſileæ.

Lucianum de Aſtrologia, quem Eraſm. Roterd. quoque vertit.

Plutarchi libellos III. De Superſtitione. De futuli loquacitate. Quo pacto ſe quis citra inuidiam laudare poſsit Antuerpiæ, typis Steelſij.

Petri Moſellani Dialogos XXXVII. *Græcè reddidit in gratiam ſua iuuentutis, ſtimuloſque adderet ad lingua Græcè ſtudium.* Antuerpiæ, apud Graphæum, 1532. 8.

IODOCVS DE WEERDT, S. P. Q. Antuerp. Syndicus. I.C. inſignis ac felix Poëta. Chronographica & Anagrammata tam fœliciter fundit, vt à Muſis ei declarari videantur. Edidit de Inducijs belli Belgici.

Concordia Belgica Panegyricum Parnaſſum, inſcriptum Sereniſsim. Principp. Alberto & Iſabellæ, publicæ quietis reſtauratoribus. Typis Moreti, 1609. 4. & 1626. Deuixit Antuerpiæ, anno, CIↃ. IↃC. XXV. Ipſo S. Dominici, & ſepultus apud Franciſcanos in monumento parentum.

IOSQVINVS A PRATO, vulgo IOSQVIN DE PRES, Muſicorum ſui ſæculi facilè princeps, vir Eccleſiaſticis & magnatibus gratus, compoſuit *Cantilenas varias ſacras, quas Motetas vocant & profanas.* Antuerp. typis Tilmani Suſati anno 1544. Quidam illi hoc Epitaphium ſcripſit, quod Bruxellis in D. Gudulæ extitit ante Iconoclaſtiam.

O mors ineuitabilis,
Mors amara, mors crudelis,
IOSQVINVM *dum necaſti,*
Illum nobis abſtuliſti;
Qui ſuam per harmoniam,
Illuſtrauit Eccleſiam,
Propterea die tu Muſice
Requieſcat in pace. AMEN.

GERARDVS AVIDIVS, Nouiomagus Præceptori ſuo.

Muſæ Iouis ter maximi,
Proles canora, plangite,
Comas Cypreſſus comprimat,
IOSQVINVS *ille, ille occidit,*
Templorum decus
Et veſtrum decus.
Seuera mors & improba,
Quæ templa dulcibus ſonis
Priuas, & aulas Principum,
Malum tibi quod imprecer
Tollenti bonos
Parcenti malis?

Apollo ſed necem tibi
Minatur, heu mors peſſima,
Inſtructus arcu & ſpiculis,
Muſaſque vt addant commouet,
Et laurum comis,
Et aurum comis.
IOSQVINVS *(inquit) optime*
Et maximo gratus Ioui.
Triumphat inter cælites,
Et dulce carmen concinit,
Templorum decus,
Muſarum decus.

ISACVS HOLLANDVS, vulgauit
Abdita quædam de opere Vegetabili & Animali. 1582. 8.

ISAACVS MEMMIVS Vltraiectinus, Poëta excellens, amiciſſimus *Iano Douzæ & Iano Grutero,* ſcripſit
Poëmata varia, acuta & docta.

IVLIANVS AVRELIVS HAVRECHVS, Leſſignienſis, Hanno, I. V. Doctor, in ſupremo Conſiſtorio Mechlinienſi cauſſarum patronus, dein *Philippo Croiaco* Duci Arſchotano, eiuſque filijs *Carolo & Philippo* à Conſilijs, ſcripſit
De cognominibus Deorum libb. III. Baſileæ, typis Oporini, 1543. 8. Antuerp. typis Antonij Goyni, 1541. Louanij, 1560.
Commentarium & Paraphraſin in I. & II. *Horatij Satyram.* Antuerpiæ, ibidem.

IVLIANVS GRANDAMICVS, Sanct-Odomarius ſcripſit
Orationem funebrem in obitum Alphonſi Contreras, Ordinis Prædicatorum, Duci Albano à confeſſionibus, habitam Louanij XXIII. Decemb. M. D. LXIX. typis Plantini, 1570. 8.
Carmen in obitum Gabrielis Manrrique Hiſpani ad Groningam interfecti. Ibid.
Encomium Cæſaris de Aualos, Vice-regis Siciliæ fratris. Ibidem.

IVLIANVS HASARTVS Hanno, Augienſis Carmelita, antiquitatis Eccleſiaſticæ & hiſtoriarum ſtudioſiſſimus, ſcripſit *Theſaurum ſui ordinis ex multis authoribus lib. I.*
Ad Baptiſtam Mantuanum Carmelitam, lib. I.
Fontem Eliæ magni, lib I.
Sermonum per totum annum libb. III.
Chronica Hannoniæ, Flandriæ, Zelandiæ, Hollandiæ, Friſiæ, Brabantiæ, Geldriæ, aliarumque partium Infer. Germaniæ,

Epiſtolas

Epiſtolas ad diuerſos lib I. & quædam Gallicè, Antuerpiæ, 1524.

Obijt Angiæ apud ſuos, anno à partu virgineo M. D. XXV. bonorum omnium cum luctu ac deſiderio incredibili.

IVLIANVS DE LIGNE, Presbyter Cameracenſis, vir pius & doctus, ſcripſit

Tabulam Monaſticam. Duaci.

Tabulam ad præparationem & dignam Miſſæ celebrationem.

Tabulam de Sanctis, qui contra peſtem inuocantur. M. S.

Chronologiam breuem Sanctorum illorum, quorum in Canone Miſſæ fit mentio M.S.

IVLIANVS WAVDRAEVS, Hanno, Montenſis Collegij Houdani Rector, mihi familiaris, vtriuſque linguæ peritus, ac ſingulari in rebus agendis fide & prudentia præditus, edidit

Epigrammatum libb. III. in quibus *Ouidij* facilitatem elegiacam, & *Martialis* Epigrammaticam venuſtatem deprehendet Lector. Neque quod alijs quibuſdam hoc æuo euenit, intra primas memoriæ metas corruent, ſed per longiores temporum receſſus plenis meritæ laudationis velis ferentur. Montibus, typis Lucæ Riuij. 1618. 16.

Hoc ſibi Epitaphium viuens ſcripſit.

Iam quod es, ante fui: iam ſum cinis, vmbra minuſq;.
Tu quod es & quod ego ſimul omnia ſubijce puncto,
Omnia prætereunt. NOS IVIMVS, ITIS, ET IBVNT.

Viuit valetque anno M. DC. XXVIII.

IVLIVS BEYMA Doccomlj in Friſia natus, Louanij Iuriſprudentiæ ſtudijs incubuit, præclaroſque progreſſus fecit. Deinde Aureliam ſe contulit, atque ibi publicè titulo Licentiati Iuris cum honore eſt decoratus. Docuit in multis Academijs cum auditorum fructu & progreſſu. Poſtea cooptatus in numerum Conſiliariorum ſupremæ Curiæ Friſiorum. Scripſit

Commentarium in ius ciuile methodicum.

Ad Inſtitutiones iuris Imp. Iuſtiniani.

Tractatum methodicum in vniuerſam materiam contractuum.

Commentarium exquiſitum de pignoribus, vſuris, fructibus & Mora.

Moritur Leouardiæ anno Chriſti cIↄ. Iↄ. xcv. ætatis LIX.

IVSTVS BALBIANVS, Flander, Aloſtanus, Doctor Medicus, ſcripſit *Nouam rationem Praxeos Medicinæ, libb.* III. Venetijs, 1600. 8.

Tractatus VII. De lapide Philoſophico in lucem emiſit, quos ab infinitis mendis expurgauit. Typis Plantinianis, apud Raphelengium, 1600.

IVSTVS BLANCWALTVS, S. Theologiæ Licent. & Canonicus Antuerpienſis, ſcriptioni ac pietati deditus, nitoris omnis inimicus, in ſordibus vixit, & immortuus. Scripſit

Modum placandæ iræ diuinæ hoc tumultuoſo ac tragico tempore. Antuerp. 1588. 8.
Deſcriptionem Collarium, Vulgo Lobben. Ibidem. 1588 typis Giſlenij Ianſenij.
Vitam finijt Antuerpiæ, & ſepultus in Cathedrali an. ſalutis communis M. DC. Martij. XIX.

IVSTVS HARDVYNVS Franciſci F. Gandenſis naſcitur an. 1582. 11. April. Præsbyter, amœniſſimi ingenij Poëta. Varia patrio præſertim idiomate conſcripſit, in quibus *Rozemundæ* ſuæ *ignes*, & inſuper
Sacros anhelantis ad ſponſum in Cant. Canticor. ſponſæ amores.
Cantica Spiritualia Gandaui, typis Ioannis Kerckhouij
Lapſum & pœnitentiam Regis Dauidis. Ibidem.
Huius amicorum Albo elegantes hos IVSTI LIPSI verſus inſcriptos reperi, quos & vulgandos ad perpetuam memoriam exiſtimaui:

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Et patrem tuum amore, IVSTE, *iuſto*
Dudum proſequor, eruditione
Hæc variâ meritum, elegantiaque
Morum atque ingenij: amore IVSTE, *iuſto.*
Et te proſequor hoc parente natum
Si veſtigia conſequi parentis,
Porrò pergis, & eruditione
Hunc refers, ſimul elegantiaque.
Tu fac, & faciam, manu ecce ſigno.

IVSTVS LIPSIVS.
Louanij, Ibid. Sextilib. CIↃ.IↃCV.

IVSTVS IVDOCVS DECVLEO, Cortracenſis, Ioan. F. adoleſcens admodum patriam deſeruit bellis infeſtam. Galliam adijt & Pariſijs vixit in familia *Augerij Giſleni Buſbequij*. Italiam vidit, inde in Burgundiam venit, docuitque Veſontione primò humaniores literas: mox in Academia Dolana Philoſophiam regio honorario. Iuris ſumpto titulo, anno CIↃ.IↃ. LXXXIV. in Belgium reuertit. Scripſit & edidit
Orationes VII. Dolæ habitas.
Epiſtolas aliquot.
Carmina miſcelli generis. Antuerpiæ, typis Hier. Verduſſij, 1623.

IVSTVS LIPSIVS, amicus noſter intimus, politioris litteraturæ & Sapientiæ Antiſtes naſcitur anno partus Virginei CIↃ. IↃ. XLVII. XV. Kal. Nouemb. in Iſcano municipio, III. à Bruxellis lapide, qui dies D. Lucæ ſacer. Humaniores primùm literas Athi in Hannonia libauit, Coloniæ pœnitius imbibit, Anno ætatis XVI. Louanium venit, & Literarum atque antiquitatis ſtudijs

ſtudijs adijcere animum cepit, *Cornelio Valerio* Præceptore. Factis Iuriſprudentiæ initijs, editis, quæ VARIARVM LECTIONVM LIBB. Germaniam, Galliam, Italiã, peragrauit, & in doctiſsimor. ac Principum paſsim virorum familiaritatem ſeſe inſinuauit. Romæ vixit in familia *Ant. Perenoti* Card. Granuellani, eidemque ab Epiſtolis Latinis fuit. Ienæ apud Saxones, dum in patriam cogitat, profeſsionis publicæ ac doctrinæ ſuæ ſpecimen dedit. Ad ſuos reuerſus, in Iſcano primum, dein Louanij pauliſper ſubſtitit, & I.C. ibidem ſumpto titulo, Leges Decemuirales publicè eſt interpretatus, donec in iſtis rerum turbis Lugdunum Batauorum quietis & ſtudiorum gratia ſecedere coactus, ibidem hæſit ac docuit annos XIII. Tandem Batauis ſe prudenter ac cautè ſubduxit. Leodicum venit, inde Louanium à Brabantiæ Ordinibus euocatus, Hiſtoriam veterem explanauit, magno audientium concurſu & fauore. *Philipp. II. Hiſp.* Rex ab Hiſtorijs eum eſſe voluit, & Sereniſſimus *Albertus* à Conſilijs. Fuit illi ingenium viuidum ac promptum, iudicium acre, memoria etiam in puero ſumma. Diſcipulis familiaris, viris ſummis charus, qui velut cœlo lapſum ſuſpiciebant. Quem vel ipſi qui æmulantur laudant, & qui odiſſe conantur, amant. Hinc illa doctiſſimor. virorum elogia, ſcriptis eorum paſſim inſerta. OCELLVS & DECVS BELGICAE, VNIVERSI PHOENIX, SOL ANTIQVITATIS, SENATVS LITERATORVM PRINCEPS, ANIMA SAPIENTIAE AC PRVDENTIAE. Plura qui velit, legat ipſius vitam accurate & doctè deſcriptam per *Aubertum Miræum* Decanum Antuerpienſem. E vita deceſſit Louanij, anno reparatæ ſalutis CIↃ. IↃC VI. X. Kalendas April. conditus in æde ſacra Diui Franciſci, hoc epitaphio, quod biennio antea paucis ipſe verſibus fuerat complexus.

Quis hic ſepultus quæris? ipſe ediſſeram.
Nuper locutus & ſtilo & lingua fui.
Nunc altero licebit, Ego ſum LIPSIVS,
Cui literæ dant nomen, & tuus fauor,
Sed nomen. Ipſe abiui, abibit hoc quoque,
Et nihil hic orbis, quod perennet, poſsidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta fumus, vmbra, vanitas,
Et ſcenæ imago, & verbo vt abſoluam, NIHIL.
Extremum hoc te alloquor,
Æternum vt gaudeam tu apprecare.

I. LIPSIVS vixit annos LVIII. Menſ. V.
Obijt anno Chriſti CIↃ. IↃ C. VI. X. Kal. April.

Sarcophagum marmoreum. S. P. Q. Antuerpienſis amico veteri & vrbis cultori poſuit, hac epigraphe:

Manuductiones ad Stoicam Philoſophiam lib. III.
Phiſiologia Stoicorum libb. III.
Commentaria & Scholia in L. Annaum Senecam *Philoſophum.*
Diſſertatiuncula apud Sereniſſ. Belgica Princip. ALBERTVM & ISABELLAM.
Commentarius perpetuus in C. Plinij Panegyricum Traiano Imp. ſcriptum ſiue dictum.
Leges Regia & leges decemuirales.

Critica & Philologica.

Variarum Lectionum libb. *III.* in queis ad varios ſcripturæ NOTAE.
Antiquarum Lectionum libb. V. in quibus Plautinæ cenſuræ.
Epiſtolicarum quaſtionum libb. V. in quibus Liuiana.
Electorum lib. II. in quibus præter cenſuras varij ritus priſci.
De recta pronuntiatione Latina lingua Dialogus.
Ad Valerium maximum NOTAE.
In Tragœdias Seneca animaduerſiones.
Iudicium de conſolatione M. T. *Ciceronis.*
Satyra Menippaa, Somnium & luſus in noſtri aui Criticos.
T. Liuij Hiſtoriarum ab V. C. *lib. I. recenſuit.*
Commentarij in C. Iul. Caſ. rerum à ſe geſtarum.

Apologetica.

De vna Religione lib. aduerſus Dialogiſtam Theod. Cornhertium Batauum.
Diſpunctio notarum Mirandulani codicis, ad Cornelium Tacitum, aduerſus Lucium.
Reiectiuncula Sanionis cuiuſdam Batani, pro D. Virgine Hallenſi.

Epiſtolæ.

Epiſtolarum Centuria X. Ex his V. ſunt Miſcellaneæ, III. ad Belgas, vna ad Italos & Hiſpp. vna item ad Germanos & Gallos.
Epiſtolica inſtitutio, è dictantis ore excerpta.
Reliquit pæne affecta, ſed typis dari teſtamento cauit.
Admiranda Iudaica libb. III.
Commentarium in libb. L. Annai Flori priores.
De lectione & vtilitate Hiſtoria Orationes II.
Panegyricas Virgini Matri *dictas totidem.*
Poëmata LIPSI hinc inde ſparſa collegit *Franciſ. Sovveertius*, & *Muſas errantes* inſcripſit. Antuerpiæ, typis Keerbergij.
Flores ex eius operibus idem *Sovveertius* decerpſit & per locos communes digeſſit, quibus acceſſere *Teſtimonia, Symbola, Inſcriptiones & Epitaphia.* Antuerpiæ typis Belleri, & Coloniæ, Bernardi Gualteri, 1620.
Orationes, quas Ienenſes LIPSI *nomine vulgarunt, ſunt ſuppoſititia & conficta.* Lege IV. Centuriam Miſcell. Epiſtola LXVIII.

IVS-

IVSTVS MEIERVS Nouiomagus, I. V. D. & Profeſſor in Academia Argentoratenſi, Ius omne Pandectarum, vna perpetuaque methodo diſpoſuit, ac diſputandum propoſuit, inſcripſitque *Collegium Iuridicum Argentoratenſe.* Tom. II. Argentorati. 1617.

Endoxa Iuſtinianea eiuſdem, ſiue diſputationes apologetica pro Iuris ciuilis dignitate & veritate tuenda, 1616. 4. Ibid.

IVSTVS RYCQVIVS, *Ioannis Stadij* Mathematici ex Catharina filia nepos Gandaui natus eſt prid. non. Maias, CIↃ. IↃ. LXXXVII. mihi per familiaris. Leuiores & primas diſciplinas in patria hauſit, ſeueriores autem iſtas ac maturas, puta Philoſophiam ac Iuriſprudentiam Duaci imbibit. Italiam inſpexit, & in ea virorum eruditione & ſtemmate Principum familiaritate gauiſus eſt, & imprimis Comiti *Ludoico Sarego* Veronenſi, Peruſiæ & Vmbriæ Ex-Præfecto, a ſtudijs interioribus & Bibliotheca fuit. Ab Italia redux, collegio Canonicor D. Bauonis in patria adſcriptus eſt. Anno M. DC. XXIV. menſe Septembri iterum Romam adijt, & in familiam Principis CAESI ſummi litteratorum mæcenatis acceptus. VRBANO VIII. Pont. Max. Muſarum parenti carus quoque, & ab eodem promotus ad publicam eloquentiæ Profeſſionem Bononiæ, vbi deuixit magnâ omnium triſtitia X. Decembris, anno reparatæ ſalutis, M. DC. XXVII. Quantus autem hic vir ſit, quàm in ſoluta oratione amœnus, quam in carmine elegans, & in Antiquitatibus ſcrutandis accuratus fidem faciunt edita ab eo opuſcula.

Præludia Poëtica, lib. VI. ætatis XXII. *annor.* Duaci, 1606. typis Boſcardi.

Primitiæ Epiſtolicæ. Coloniæ, 1610. 8.

Centuria Epiſtolarum ad Italos & Belgas. Louanij, 1615. 8.

Odarum lib. II. Ibidem. 1614. 8.

Panegyris PAVLO V. *Pont. Max.* ſcripta, ad Illuſtriſſ. *Cardinalem Burgeſium*, nepotem. Romæ, 1611. 4.

Parentalia in funere PAVLI V. P. M. typis Plantinianis, 1616. 4.

Parcæ ſiue Epitaphiorum lib. III. Gaudani, typis Kerckhouij, 1624. 8.

Syntagma de anno ſæculari Iubileo, & annis ſolennibus diuerſarum nationum. Antuerpiæ, typis Guilielmi à Tongris, 1625. 8. inſcripſitque VRBANO VIII. P. M.

Panegyricus, cui titulus, orbis felicitas, ſiue Pontificatus VRBANI VIII.

De Capitolio Romano veteri Commentarius. Ibidem, 1617. 4. apud Cornelium Marium.

Pietas in funere Philipp. III. *Hiſp. Regis Catholici.* Antuerpiæ, apud Moretum, 1616. 4.

Iuſta funebria ALBERTI, *Archiducis Auſtriæ, magni Belgarum Principis,* Ibidem, 1622. 4.

Elegiarum monobiblon. Heroicorum, Funerum, Siluarum, lib IV.

Heroicorum carminum liber ſingularis Gandaui, typis Iudoci Doomſij, anno 1624.

Breui ſequentur.

Commentarij Capitolini, pars altera.
Epiſtolarum Selectarum, lib. III.

VRBANA.

Digitized by Google

VRBANARVM *obſeruationum liber ſingularis.*
Oratio de ſalute humani generis Virgini nuntiata.
Diuorum vita, quorum celebris memoria Gandaui.
Poëmatum libri varij.

IVSTVS VELSIVS, Haganus, Batauus, Medicus, Philoſophus, Græce doctiſſimus. Louanij in Collegio Trilingui tempore Nannij, & Coloniæ floruit, poſt Argentorati, ibi & mortuus.

Scripſit
Commentaria in Ariſtotel. libb. de virtutibus. Coloniæ, typis Gymnici. 1551.
Tabulas ad Ariſtotelis Topica.
Cebetis Thebani Tabulam, è Græco tranſtulit, addito Commentario. Item.
Hippocratem de inſomnijs.
Item Galenum, de ea quæ ex inſomnijs habetur affectionum dignotione.
Orationem in Matthæum Cardanum, Coloniæ in Philoſophia aduerſarium ac Ramiſtam.
Orationem, vtrum in medico variarum artium & ſcientiarum cognitio requiratur. Baſileæ typis Oporini, 1540.
Diſputationem de vniuerſalibus.
De humana vita recta ratione
De artium liberalium & Philoſophiæ præcepta tradendi explicandique recta ratione ac via Coloniæ, ad S. P. Q. Col. 1554.

Scripſit & Theologica quædam damnata in Belgio inter primæ claſſis auctores. *Ne ſutor vltra crepidam.*

K.

KEMPO A MARTENA, Friſius, Eques Auratus, I. V. Doctor, à prima adoleſcentia ingenium omni literarum genere excoluit, quibus inſtructus, adiuncto rerum vſu, eruditionis ac prudentiæ nomine CAROLO V. Imp. commendatus, in Prouincialium Friſiæ Senatum adlectus fuit.

Scripſit vernaculo ſermone
Hiſtoriam occid. Friſiæ, exorſus ab anno M. CCCC. XCVIII. *quo Albertus Saxoniæ Dux in Friſiam acceitus venit, ad* an. M. D. LX. *cum appendice actorum, quæ Leonardiæ tractata ſunt cum Maria Vngarica Caroli V. ſorore,* anno M. D. XLV.

KEMPO TESSALIENSIS, Batauus, è Teſſalia Hollandiæ Septent. inſula copioſa & rebus omnibus affluente: oberrant in ea numeroſiſſimi pecudum greges, quarum ex lacte ingens premi ſolet quotannis præſtabilium caſeorum copia. Scripſit
In ſecundam partem Doctrinalis Alexandri, teſte Geſnero.

L.

L

LAEVINVS ALGOET, quaſi dicas TOTVS BONVS, Gandenſis Mathematicus, dedit

Deſcriptionem terrarum Septentrionalium. Anterpiæ, typis Gerardi Iudæi.

LAEVINVS AMMONIVS Gandenſis, vulgo vander Maude, profeſſus in domo Siluæ S. Martini, apud Gerardi montem Cartuſianus, vir Græcè & Latinè doctiſſimus, laudatur ab *Eraſmo Roterdamo* (cuius ad hunc & huius viciſſim ad illum plures Epiſtolæ exſtant) Epiſtolâ quadam Baſileæ ſcriptâ an. M. D. XXIX. Kal. Februarij, ad *Carolum Vtenhouium*, his verbis: *Nec enim aliunde, quàm Gandauo feliciora prodeunt ingenia, nec expreſsiora priſcæ virtutis exempla, quorum & hodie ſuperſunt Ludouicus à Prato, de quo dubites literis ſit ornatior, an ſtemmatibus: Guilielmus à Vala, cuius ingenio nihil excogitari poteſt dextrius. Audomarus Edingus, niueis homo moribus. Lauinus Ammonius, vir eruditione iuxta ac pietate inſignis &c* Scripſit

Tractatum in Parabolam Seruatoris de Filio minore natu apud Lucam, XV. Cap. Louanij, typis Reſcij, 1542.

Elegiam de tempeſtiuè piè viuendi electione.

Epitaphium Græcum verſu elegiaco in obitum Arnaldi Oridrij

Volumen centuriarum aliquot Epiſtolarum ad viros doctos. Ineditum.

Vitam Guilielmi Bibauci Cartuſiani, teſte Theodoro Petreio.

Obijt apud Gandauum in Cartuſia Vallis Regalis Iubilarius anno Sal M. D. LVI. placidiſsima feliciſsimaque morte, beatam ſui memoriam relinquens.

LAEVINVS APOLLONIVS. Gandobruganus, Mittelburgenſis in Flandria, *Andreæ Hoij* apud Duacenſes literarum Græcarum Profeſſoris, aliorumque plurium doctorum Brugis Præceptor, ſcripſit

De nauigatione Gallorum in terram Floridam, deque clade anno M. D. LXV, *acceptæ ab Hiſpano.* Baſileæ, 1583. & Antuerp. 1568. 8.

De Peruuiæ Regionis, *inter noui orbis Prouincias celeberrimæ inuentione, & rebus in ea geſtis libb V.* Antuerpiæ 1567. apud Bellerum. Poſt hanc Peruanam deſcriptionem *Apollonius* in Hiſpanias profectus eſt, inde in *Peruanam* ditionem traiecit, in qua, aut in Inſulis Canarijs putatur obijſſe.

LAEVINVS BRECHTVS, Ordinis S. Franciſci, Theologus & Poeta Laureatus, vir pietate in Deum & charitate in proximos clarus, ſcripſit Louanij

Euripum Tragœdiam, de vita humana inconſtantia, Exhibitam in Falconenſi Gymnaſio, anno M. D. XLVII. Kalend. Iulij, typis Martini Rotarij, 1549. & Velpij 1568. 8.

Syluam piorum Carminum, Ibidem 1555. 8.

Chriſtianam Tragœdiam, cum appendice Carminum ſelectiorum.

Hiſtoriam agonis SS. Marci & Marcellani fratrum Martyrum, incerto auctore, ex Bibliotheca Franciſcanorum Mechliniæ recognouit. Ibid. typis Rotarij, 1551.

Vitas S. Lamberti Epiſcopi Leodicenſis, & S. Zachariæ Franciſcani, carmine.

Fato functus eſt Vicarius Machliniæ, an. M. D. LX. Iulij XXIII.

LAEVINVS

LAEVINVS COTMANNVS Gandenſis, Poeta ſuauis, ſcripſit *Elegias & Epigrammata.*

Vidi illius elegans carmen Elegiacum ad *Guilielmum Pantinum* Medicū Brugenſem ad calcem Cornelij Celſi, quem *Pantinus* commentatus eſt. Item in effigiem *Gilberti Cognati*. Baſil. typis Oporini, 1552. vide & *Geſnerum.*

LAEVINVS CRVCIVS vel à *Cruce*, Aldenardinus, Flander Paſtor Boſchepanus in Flandria Occidentali vir ingenij cultiſſimi, ſcripſit

Florilegium Procerum Latinæ linguæ, Antuerpiæ typis Simonis Coci, 1548. 8.

Threnodiam in temeraria quorundam Criticorum iudicia, carmine Elegiaco, ad *Franciſcum Craneueldium* Conſiliarium Machlinienſem. Ibid.

Carmen votiuum ad Deum, pro mutua Reg. ac Principum concordia. Ant. 1543. 8.

Paræneſin ad Principes Chriſtianos, carmine Elegiaco, vt percuſſo inter ſe fœdere, arma ſumant in Turcas & Lutheranos. Ibidem.

Eruditorium Exorciſtæ M.S. vide *Martinum Anton. del Rio*, in lib. *Diſquiſitionum Magicarum. p. 3. quæſt. 4. ſect. 9.*

Gandaui diem clauſit extremum, & ſepultus hoc Epitaphio:

Quis hoc rigenti marmore incluſus iacet?
Læuinus à Cruce.
Quando obijt? poſt has cruces XXXXXXXXX.
Status huic? Sacerdos. Vita? Sectari Crucem.
Crucifixus illi mundus, is mundo fuit.
Quando reſurget? Quando fatali die
Victricia necis ſigna fulgebunt Crucis.
Abi Hoſpes, & DEVM timens mori para.

LAEVINVS HVLSIVS Gandenſis, Notarius Imperialis, Geographus & Mathematicus, & Antiquitatum Romanarum amantiſſimus, mihi per literas familiaris Reliquit poſteris

Chronologiam, in qua Prouinciæ aliquot deſcribuntur, ex fide dignis auctoribus. Norimbergæ, typis Lochueri, 1596. adiuncta *Tabula topographica.*

XII. primorum Cæſ. & LXIV. ipſorum vxorum & parentum ex antiquis Numiſ. in ære inciſas effigies atq; eorundem earundemque vitas & res geſtas. Spiræ typis Alb. 1599

Imp. Romanor. Numiſ. ſeriem, à C. Iul. Cæſ. *ad* Rodolp II. *addita eſt ipſorum vita, auerſa pars nummorum & eorū explicatio*, Francofurti 1603. 8. ſumptibus auctoris.

Deſcriptionem vſus viatorij & Horologij ſolaris, Norimbergæ.

De vſu Quadrati & Quadrantis Geometrici, ibidem.

Tranſil. Moldauiæ, Valachiæ vicinarumq; regionum Deſcriptionem, Franc. 1595. 4.

De vſu Quadrati & Quadrantis Chronologici, Noribergæ.

Item *Qua ratione tormenta bellica erigenda ſint &c.* Ibid.

Emblemata Anniuerſaria Academiæ Altorfinæ. Ibid. 1597.

LÆVINVS LEMNIVS, Zirizæus, Zelandus, naſcitur anno Domini M.D.V. XIII. kal. Iun. Theol. primùm operā dedit, ab hac ad Medicinam

tranſijt, & XL. amplius annos factitauit. *Andream Veſalium* in Medicina Doctorem habuit, & familiaris *Remberto Dodonæo.* Regi Sueciæ aliquot annos quoquè Medicus fuit. Elatâ vxore, ſacris initiatus, Canonicorum Collegio in patria aſcriptus, ibidem diem clauſit extremum anno M.D. LXVIII. kalen. Quinctil. & in templo primario conditus. ſcripſit

De Aſtrologia lib. I. Antuerpiæ apud Martinum Nutium, 1554.

De præfixo cuique vitæ termino, lib. I. ibid.

De honeſto animi & corporis oblectamento, victus tēperantia rei ruſticæ voluptate. ib.

De habitu & conſtitutione totius corporis libb. II. Antuerpiæ 1561. Franc. & Venetijs Italicè 1567. typis Nicolini.

De occultis Naturæ miraculis lib. IV. Antuerpiæ, apud Guiliel. Simonem anno 1567. Gandaui, Francofurti, & alibi.

Explicationem parabolarum deſumptarum ex herbis, quæ in S. Scriptura exſtant. Antuerpiæ 1569. Francofurti 1591. 8.

Epiſtolam ad Guilielmum Fil. qua oſtendit plus efficere in animis hominum educationem, quam aeris ambientis aut loci qualitatem, typis Nutij.

LAEVINVS PANAGATHVS vulgo GOETHALS, Gandenſis, vir vtriuſque linguæ doctiſſimus: ſcripſit

Orationes in genere demonſtratiuo.

Varia Poemata omnis generis in Germania excuſa.

Obijt Vlmæ anno Chriſti M. D. XLVII. XXV. Ianuarij.

LAEVINVS PONTANVS, Gandenſis, primùm in patria iuuentutē docuit, poſt Duaci vtriuſq; linguæ Profeſſ. quam prouinciam *Ioan. Oliuario* ceſſit poſtquā Iuris Reg. profeſſionē adeptus eſſet: ſcripſit adoleſcens Gand.

Europa querelam verſu heroico. ibid. typis Iod. Lamberti.

Synopſin Decretalium Iuris. Duaci.

Moſcholatriam Tragicomœdiam, Gandaui 1559.

LAEVINVS SANDERVS *Antonij* Pater & *Ioan.* F. an. M.D.LXI. Bononiæ ſub *Thoma Campegio* Academ Cancel. Medicinæ Doctor renuntiatus eſt: ſcripſit *Tractatum valde vtilem De Epidemica lue cauenda, curandaque,* quæ an. CIↃ.IↃ.LXXXIV. Antuerpiæ graſſabatur. M.S. penes *Anton.* aliquando bono publico euulgandum.

LÆVINVS SANDERVS F. Gandenſis, *Antonij* Frater, Soc. IESV Clericus ac S. Theologiæ Profeſſor, ſcripſit elegantes & eruditas

Orationes varias in laudem Virginis Mariæ, in Eccleſia ſui ordinis Gandaui non ſine adplauſu dictas.

LAEVINVS TORRENTIVS, vulgo *vander Beken,* Gandauenſis, puer Louanij Philoſophiæ operam dedit, & mox ad Iuriſprudentiam animum adiecit, tempore *Martini Roſſemij* Geldro-Gallici exercitus Ducis, qui obſidionē illam ſpectauit Louan. & ſtudioſ. de hoſte fugato triumphantiū pars magna fuit. Poſt in Italiam cum duobis IVNIIS Patritijs Antuerpienſibus proficiſcitur. Colebatur Romæ à *Guilielmo Sirleto, Borromæo, Ant. Auguſtino, Capilupo, Gambara, Vrſino,* aliiſque. In Belgicam reuerſus, ob ſingularem doctrinam opimo

opimo apud Leodicenſes Sacerdotio donatur, & Archidiaconus Brabantiæ creatus. Obitis varijs Legationibus, à *Philippo II.* Rege verè Catholico Antuerpienſibus Epiſcopus datur. Antiquitatis erat inprimis ſtudioſus. Cum Romæ ageret, nummos vett. ſigna, tabulas, libroſque M.SS. magnâ induſtriâ collegit, quæ moriens omnia legauit Soc. IESV Clericis. Vir ſacra liberalique doctrina ad miraculum vſque excultus fuit, ac Lyrici carminis poſt Horatium, vel ipſorum Italorum iudicio, princeps habendus. Iuris quoque antiqui peritus fuit. IVSTVM LIPSIVM vnicè coluit, cum CORNELIO PRVNIO viro Senatorio Antuerp. Bruxellis deceſſit, & Antuerpiæ conditus in primaria æde hac inſcriptione:

LÆVINVS TORRENTIVS
PATRIA GANDAVENSIS
LITERIS ET LEGATIONIBVS DOMI FORISQ.
SPECTATVS
EX ARCHIDIACONO
ET LEODICENSIS PRINCIPIS VICARIO GENERALI
II. ANTVERPIENSIVM EPISCOPVS
III. MACHLINIENSIVM ARCHIEPIS. DESIGNATVS
COLLEGII SOC. IESV APVD LOVANIENSES
FVNDATOR
AD RERVM STATVS BELGI CONCILIVM ADSCITVS
DVM PRAECIPITANTEM REMPVB.
FRACTVS VIRIBVS ANIMO INFRACTO
CONSILIIS SVSTENTO
BRVXELLÆ DISCESSI VI KAL. MAIAS
CIↃ. IↃ. XCV.
VIXI ANNOS LXX. M.I.D.XVIII.

Scripſit *De partu Virginis libb. III.* verſu Lyrico.
Rerum à D. Paulo geſtarum lib. II. verſu heroico.
Hymnorum de puero IESV *lib. I.*
Hymnos II. Diuis Stephano & Ioanni dictos.
In natalem Chriſti Elegiam.
Votum Virgini matri Lauretanæ.
De Chriſto in cruce pendente Elegiam.
De Cruenti D. N. IESV CHRISTI *ſacrificio libb. V.*
De bello Turcico & victoria nauali apud Naupactum an. M. D. LXXII.
Odarum libb. II. omnia typis Plantini 1594. 8.
Commentarium in C. Suetonij Cæſares. ibid. 1591. 4.
Commentarium in Q. Horatij Flacci opera. ibid 1608. 4.
Commentariolum ad Legem Iuliam & Papiam De matrimonijs ordinandis.
De obſidione Louanienſi per Martinum Roſſemium, typis Dumæi.
Ioan. Chryſoſtomi Homilias aliquot Latinas fecit, teſte *Dion. Hard. in Annalec.*
Ioannis Goropij Becani opera à morte typis Plantini excudi procurauit, præfixâ Apologiâ ad *B. Arriam Montanum* contra *Ioſephum Scaligerum,* virum inſigni eruditione præditum, qui tot *Becanum* maledictis ac contumelijs tam aſperè ac ferociter proſcidit, vt non *Scaligerum* loqui putes, ſed petitum è circo

ſcurram.

Erat *Torrentio* Symbolum: DEVM SEQVERE.

LAMBERTVS BRIARDVS Dunckercanus Flander, XIV. fratrum natu minimus. Vir ſumma eruditione, prudentia & experientia. Eques Auratus. Primùm Magiſter libellorum ſupplicum Concilij Machlinienſis, deinde eiuſdem quoque Præſes. CAROLO V. Imperatori chariſſimus, cui is ferè omnibus Conſilijs interfuit, & annos ferè XXX. magno iſti Concilio cum laude præfuit. Reliquit poſteritati

Tractatum Flandricum, quo docetur quomodo ſecundum Ius ſcriptum procedatur in actionibus perſonalibus, realibus, mixtis, criminalibus & beneficialibus, tam in ſuprema curia Parlamenti Pariſienſis, alijſque omnibus prouincialibus Tribunalibus, quàm Parlamento Machlinienſi, Cancellaria Brabantiæ, Concilio Flandriæ, alijsque Belgii curijs Iuridicis.

Item Latinè

Opus Conſiliorum, ſiue Reſponſorum Iuris de materia Appellationis. Et alia.

Exceſſit viuis Machliniæ M. D. LVII. X. Octobris, orbi vniuerſo nomen relinquens immortale. Sepultus in D. Ioannis.

LAMBERTVS HORTENSIS, Montfortius, naſcitur anno CIↃ. IↃ. XVIII. kal. Aprilis Louanij adoleſcens audiuit *Rutg. Reſcium*, *Goclenium & Ioannem Paludanum* tũ admodum ſenem Nardæ iuuentutem cum laude docuit, vbi in direptione & vaſtatione vrbis ab Hiſpanis, Duce *Frederico Albano*, *Ferdinandi* F. anno M. D. LXXII. XXX. Nouemb. occiſo ante oculos filio, ipſe à diſcipulo, cui nomen VELDANIVS, vna militante, ſenex ſeruatus eſt, nec diu ſupervixit: ſcripſit

De bello Germanico, à Carolo V. Imp. geſto libb. V. typis Oporini anno 1560.

Succeſſionum rerum Vltraiectinarum, lib. VII. vſque ad ann. M. D. XXXVIII

Anabaptiſtarum tumultum. Ibid. 1548. 4.

Satyras VIII. in aui ſui vitia & mores. Vltraiecti 8.

Epithalamiorum librum, ibidem, 1552. 8.

Commentaria in Virgily Aeneidos. Baſileæ fol. 1579.

Explanationes luculentas in Lucanum de bello Pharſalico, poſt Sulpitium ac Micyllum. 1578. fol.

Plutum Ariſtophanis verſibus Lat. expreſſit *Scoliiſque* illuſtrauit. Vltraiect. 4.

Conceſſit Naturæ in prædio ſuburbano an. à nato Deo homine M. D. LXXIII.

LAMBERTVS LEODICENSIS, Monachus S. Laurentij in cœnobio Tuitienſi, Ord. *S. Benedicti*, Poeta non incelebris, ſcripſit

Hymnos & Epigrammata vario carminis genere libb. II.

Vitam S. Heriberti Colonienſis Archiepiſcopi.

Claruit anno ſalutis M. CC. XX, ſub *Werimboldo III.* Abbate, ita *Valerius Andreas* in Biblioth. Belgica.

LAMBERTVS DE LEGIA, Ord. Benedictini monach. ſcripſit

De vita ac miraculis S Matthai Apoſtoli, carmine.

De S. Agricio lib. I.

Vixit, teſte *Geſnero*, M. CCCC. LXXX.

LAMBERTVS LVDOLPHVS, PYTHOPHAEVS, Dauentrieiſis, in patria ſcholam aperuit. ſcripſit

Poemata varia.

Orationem de Philoſophia laudibus & vtilitate. Heidelbergæ 4. Aliaque olentia hircum.

Obijt anno M. D. XCVI. LV. kal. Feb. æt. LXIII.

LAMBERTVS PARVVS. Monachus cœnobij *S. Iacobi* in vrbe Leodicenſi, Ord. S. Benedicti, ſcripſit

Res geſtas Epiſcoporum Leodicenſium ab anno D. CCCC. LXXXVIII. *vſque ad ann.* M. C. XCIV quo è vita exceſſit.

LAMBERTVS THOMAS SCHENCKELIVS, Syluæducenſis DOMINICI F. natus anno Domini M. D. XLVII. die VII. Martij, Louanij in Porcenſi Gymnaſio ſtudia Philoſophica abſoluit. Antuerpiæ, Thenis & alibi iuuentutem erudijt, & Machliniæ ſcholæ publicæ cum fructu præfuit. Artem Memoriæ annos amplius XL. in Burgundia, Gallia, Germania, Bohemia, & in Belgio docuit. Tradens inſuper artem dictandi eodem tempore X. XV. XX. aut pluribus ſcribis diuerſæ materiæ Epiſtolas. Adhuc viuit, valetque dum hæc ſcribimus, annum agens LXXVII.

Scripſit

Tabulam Scholæ publicæ Machlinienſis, typis Plantini 1576.

Grammaticæ Latinæ Præceptiones lib. III. Ibid. 1581. 1592. 4.

Tabulam Proſodiæ Latinæ. Coloniæ 8.

Cornelij Valerij Tabulas Rhetoricas Interrogationibus diſtinxit. Antuerpiæ apud Plantinum, 1596. 8.

Flores & Sententias inſigniores ſelegit è *Cominæo, Froſſardo, Conſtantia & Politicis Iuſti Lipſij*. Lutetiæ, 1605.

Gratulationem aduentus Ioannis Auſtriaci in vrbem Machlinienſem, carmine. Louanij apud Maſium, 1577.

In aduentum Alexandri Farneſij *Parmæ Principis, aliorumque Regi Catholico militantium*. Antuerpiæ 1578. 8. typis Ianſenij.

Elegiarum & Epigrammatum lib. Toloſæ, 1609.

Apologiam antitheticam pro Rege Catholico. 1589. 8. Antuerpiæ.

Deſcriptionem breuem prælij in Friſia *initi, an.* CIↃ. IↃ LXVIII. XIII. *Maij, quo cecidit Comes Arenbergius*, *Friſiæ Guber. carmine certè ieiuno*. Bruxel. apud Mom.

Lamentationem in obitum Henrici IV. Galliæ Regis.

Gratulationem in proclamationem Lud. XIII. Hen. F. 1610. typis Petri Fabri.

De Arte memoriæ, De veritate eiuſdem & præſtantia lib. II.

Gazophilacium Artis memoriæ. Roſtochij 1619. 8.

Methodum, qua VI. menſium, aut breuiori ſpatio linguam Latinam quis poſſet addiſcere. Argentinæ 1619. 8.

Iouinianum Imp. ſiue *Hiſtoriam fortunæ aduerſæ*: cum *Elegiis aliquot*. Prag. 1617.

Præconium Matthiæ & Ferdinandi Impp. Friburgi Briſgoiæ 1620.

LAMBERTVS VANDER BVRCHIVS Vltraiectinus, *Adriani* Flandrici Concilij Præſidis F. *Adriani* Frater, Decanus *ad D. Virginem* Vltraiecti, vir ſingulari iudicio, multæque lectionis & *Iuſto Lipſio* amiciſſim. ſcripſit

Digitized by Google

Sabaudorum Ducum Principumq́ Hiſtorias gentilitias, *lib. II.* Lugdun. Batauor. typis Plantini, 1599 4.

Vitam Guidonis Flandriæ *Comitis*, Arnhemij, 1615. 8.

De Comitibus Flandriæ *Tomos IV. M. SS.* qui Mechliniæ ſeruantur.

Obijt in patria ſeptuagenarius, Menſe Aug. M. DC. XVII.

LAMBERTVS DE VLIERDEN, ſiue VLIERDENVS I.C. celeberrimus *Leodicenſis*, Doctorum amantiſſimus & totus candidus & humanus, qui in defecta propemodum ætate ſuauiſſimos ſcribit verſus, ſed proſa oratione eſt neruoſior. Euulgauit

Apotheoſin & Panegyricum Erneſto & Ferdinando *Bauaris*. *Leodici* 1613. 8.

Epitaphium Catharinæ, D. Winandi *de Miche* Conſularis & Prætorij *Leodicenſis* F. quod inſcripſit ANTIA DAPHNE. Ienæ.

Epitaphia militaria, inſcripta Ambroſio Marchioni Spinolæ.

Epiſtolas de obſidione Bredana carmine Elegiaco, ſed alieno nomine.

LAMBERTVS WATERLOSIVS, Canonicus Regul. coenobij *S. Auberti*, in vrbe Cameracenſi, deduxit

Hiſtoriam Epiſcoporum Cameracenſium à temporibus Odonis *Epiſcopi*, *vſque ad annum Chriſti* M. C. LX. quo floruit M.S.

LAVRENTIVS BEYERLINCK Antuerpianus, natus anno Salutis M. D. LXXVIII. Menſe Aprili, mihi familiariſſimus. Prima eruditionis fundamenta iecit in patria, apud Clericos Soc. IESV. Inde Louanium pòſt intermiſſa aliquandiu ſtudia miſſus, Philoſophicum ſtudium fæliciter decurrit. Mox ad ſacrarum rerum ſtudia animum adiecit, graduque Licentiæ inſignitus eſt, poſtquam & prælectionis Rhetorices in Vaulxiano, & functione Paſtorali extra muros ibidem perfunctus, ac Decano Chriſtianitatis coopitulator (annuente *Matthio Houio* Archiepiſcopo Machlinienſi, cui ille dum viueret, percharus ſemper exſtitit, & mortuum pro funere laudauit) datus fuiſſet. Tandem anno 1605. Louanio euocatus in patriam à *Ioanne Miræo* Epiſcopo, ad inſtituendum Seminarium Paſtorum ab eo erectum, cui muneri etiamnum inſudat; Graduatam Præbendam in Eccleſia Cathedrali eſt conſecutus. Acceſſit dignitas Archipresbyteratus in eadem Eccleſia, meritorum & laborum intuitu: Eorum præſertim quos annis XX. ſuſtinuit, hodièque pro ſuo erga Eccleſiam & patriam adfectu, vltroq́ ſuſtinet, cum in functione Seminarij & Decani Chriſtianitatis per Diœceſin, tum in miniſterio prædicandi verbum DEI, tam in præfata Eccleſia Cathedrali celebrioribus diebus, quam alijs locis, & occaſionibus. Quidquid nihilominus otij inter hæc negotia datur, id totum Eccleſiæ vtilitati, Patriæ, ac litterariæ Reipublicæ ornamento impendit.

Euulgauit præter minutiora quædam variè diſperſa,

Apophthegmata Chriſtianorum. typis Moreti 1608 8.

Opus Chronographicum, ab anno M D. LXX. vſque ad annum M.DC.XII. perduxit, Chronici Opmerij Auctarium. Antuerpiæ apud Verduſſium 1612. fol.

Promptuarium morale ſuper Euangelia Feſtorum totius anni. Item

Commune Sanctorum in III. Tom. Coloniæ, typis Antonij Hierati, quartò editum an. 1613, 1615, 1618, & 1625, rurſus emendatum & auctum.

Biblia

Biblia ſacra variarum Tranſlationum, Tom. III apud Keerbergium, 1618. fol.

Parentalia dicta ab eodem in funere Ioannis Miræi Epiſcopi, Antuerp. typis Moreti, 1611. 4.

Parentalia dicta in funere Matthiæ Houij, Archiepiſcopi III. Ibidem 1620. 4.

Laudationem funebrem PHILIPPI III. *Hiſpp. Regis & aliam Sereniſs. Principis* ALBERTI AVSTRIAE *Archiducis, Brabantiæ Ducis; quas in ſolemnibus eorundem exſequijs habuit in Cathedrali*. Ibidem 1621.

Tractatum ad Synodum Dordracenam, vbi de Synodorum inſtitutione anno 1619. Ibidem, typis Guilielmi à Tongris. 8.

Examen conſilij profectionis Marci Ant. de Dominis, Archiepiſcopi Spalatenſis. Ibid. apud Moretum, 1617. Atque idem vernaculè ab eodem redditum, typis Guilielmi à Tungris. 8.

Reſponſa Catholica ad quæſita obuia prætenſæ Religionis Reformatæ, typis Verduſſij 1609. & 1617. aucta, idiomate Belgico.

Vitas III. Apoſtolorum Antuerpienſium S. ELIGII, S. WILLEBRORDI, & S. NORBERTI, *vernaculo ſermone*, typis Verſchuren 4.

Meditatur pleraque alia, inter quæ non minimo loco habendum magnum illud THEATRVM VITÆ HVMANAE, ſtudio & operâ *Conradi Lycoſthenis* primùm conceptũ, Deinde *à Theodoro & Iacobo Zuingero* in varias claſſes diſtributum, quod propediem typis Antonij Hierati Colonienſis Typographi diuulgandum ſperatur, priori illo emendatius, ab erroribus repurgatum, nouis Titulis, Dogmatibus, Apophtegmatibus, hiſtorijs ac Exemplis, cum ſacris, tum profanis adeo locupletatum, vt ad VIII. iuſtæ molis Tomos extendendum exiſtimetur; & in ordinem Alphabeticum, locoſque communes ſublata priori confuſione ad normam vniuerſalis cuiuſdam Polyantheæ digeſtum, vt qui iam ſextum annum quando per occupationes licet, in eo deſudat.

Meditatur prçter ſuperiora *Compendium* præfati *Theatri*: Item concionũ ſelectarum Tomum particularem.

Vitæ finem fecit Antuerpiæ in Seminario Paſtorum XXII. Iunij anno redemptionis humanæ M. DC. XXVII. Sepultus in ſacello D. THOMAE ſac. in monumento parentum.

Huic ſymbolum: CVRRIT VT COMPREHENDATIS.

LAVRENTIVS BONETVS Atrebas, ſcripſit

Inſtitutiones vtriuſque linguæ, Ortographiam, Etymologiam, Proſodiam & partem Syntaxeos, cum VIII. *Orationis partibus complectentes.* Antuerp. 1572. 8. typis Radæi.

LAVRENTIVS CAMPESTER, Vulgò *vande Velde*, Dieſtemius, Brabantus, Gymnaſiarcha vtriuſque linguæ peritus, ſcripſit

Dialogos Morales libb. III. *diſtinctos.* Louanij typis Relcij, & Velpij, 1571.

Syntaxeos Propædeumata, exemplis ethicis inſtructa, Ibid. 8. 1555.

Sophoniſmum, quo ſeductum ab errore reuocat, & vitæ temperantioris dat monita. Ibidem. 1555.

Orationẽ laudatoriam pro FRANCISCO VALESIO *Galliarum Rege.* Lugduni, 1538.

LAVRENTIVS CVPERVS, Gerardimontanus, Carmelita, Theologus & Eccleſiaſtes diſertiſſimus, Prior Antuerpienſis & Germaniæ Inferioris Prouincialis. Vir magni ingenij, aſſiduæ atque exquiſitæ lectionis, & in

Campania quinque leucis à Tungerloo diſsitus, ſcripſit

Commentarium doctiſsimum in Regulam S. Auguſtini complectentem magu occurrentes in materia regulari difficultates. typis Bernardini Maſij, 1621.

Deſcriptionem veteru Clerici, Monachi, Clerici Monachi. In qua priſcus eorum habitus, victus, diſciplina, priuilegia, exemptiones, honores, reuerentia à Deo datá, natura Principibus, plebi eis delata accuratèe explicantur. Louanij typis Henrici Haſtenij. 4. 1626.

LAVRENTIVS LEODICENSIS cœnobij Laurentiani apud Leodicum Religioſus. Scripſit

Geſta Epiſcorum Verdunenſium & Abbatum S. Vitoni, ab anno Chriſti M. XLVIII. *vſque ad annum* M. C. XCVII. M.SS. in S. Vitoni cœnobio, & Leodici ad S. Laurentium.

LAVRENTIVS MVSGHESELIVS, origine Flander. Vixit in celebri illa Cartuſia propè Augianum Hannoniæ opidum, vulgo Capellâ B. MARIAE. Hic tanta deuotione, teſte Sutorio, & vitæ ſanctimoniâ præditus fuit, vt & diuinis reuelationibus fuerit dotatus, ſcripſit

Exercitium Spirituale de paruulo & agno.

De amore ſilentij & ſolitudinis lib. I.

Tractatum de ſertulo, forſitan de Serto roſaceo D.N. Ieſu Chriſti.

Vixit in ordine ad annos plus XL. Prior octennio in prædicta domo. Ad ſuperos emigrauit, anno Chriſtianæ ſalutis M. CCCC. LXXVII. III. Non. Decemb.

LAVRENTIVS NAGELMAKERVS Bergeycanus, Brabantus, S. Theologiæ Licentiatus, & Canonicus ad D. *Rumoldum* Machliniæ, Eccleſiaſtes celeberrimus, magnæ vir religionis & virtutis. Scripſit

Dialogum, quo de Iubilæo ſiue Indulgentijs ac plenaria remiſsione agit. Antuerpiæ, typis Gerardi Smits. 8. 1576.

LAVRENTIVS PRATANVS Tornacenſis Canonicus, interfuit Concilio Tridentino ſcripſitque *Hiſtoriam rerum in Synodo Tridentino geſtarum.* M.S. in bibliotheca *Dionyſij Villerij* Canonici.

LAVRENTIVS ROOSENDALIVS Brabantus, Cartuſiæ Leodicenſis (vulgo Domus omnium Apoſtolorum) Pro-præfectus, & poſtea Romanæ præfectus, Scripſit

De votis monaſticis, lib. I. *Sermones de Tempore & Sanctis* *De præcipuis anni Solemnitatibus.*	M. SS. Leodici, apud Cartuſianos.

LAVRENTIVS VITALIS, Caroli V. Cæſ. domeſticus, & in omnibus expeditionibus atque itineribus comes, ſcripſit Gallicè

Diarium eiuſdem ab anno M. D. XVII. *vſque ad annum* M. D. L. M. S. apud Carolum Alexandrum Ducem Croyum, vellerisque aurei equitem.

L. GVILIELMVS LVPVS, Poëta, Louanij Profeſſor in Gym-

in Gymnaſio Standonico, ſcripſit carmine heroico

Vitam S. Trudonis Louanij typis Saſſeni, 1540. 4. cum *Gerardo Moringo* de vita eiuſdem.

LEO MEYERVS, Antuerpienſis I. C. egregius, mihi amicus Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ *S. Pharaildis* Gandaui, poſt Harlebecæ ad S. Saluatorem, edidit.

Orationes III. Panegyricas, dictas Gandaui apud Soc. IESV Clericos, honori Deiparæ, typis Moreti & Verduſsij. 4. 1608.

Funus Gulielmi Aſſonleuillij à varijs adornatum in lucem dedit, typis Moreti, 1599. 8.

Carmen Gallicum in laudem Pacis, ad Sereniſſ. Archiducem Albertum.

Fœcundum viri ingenium plura parturit. Faue quies.

LEONARDVS CASENBROTIVS Brugenſis, vir Senatorius, & omnium artium doctrina imbutus. Scripſit

Orationes, Epiſtolas & Epigrammata.

Vixit tempore *Eraſmi Roterdami*, cui perquam familiaris erat, ad quem illius multæ exſtant Epiſtolæ, & huius ad Eraſmum

LEONARDVS FRAIVS, patria Bruxellenſis, Soc. IESV presbyter, tranſcripſit Belgicè in ciuium gratiam & piorum apud Batauos.

Diſputationem de Antichriſto ſuiſque præcurſoribus Leonardi Leſsij Theologi Louanienſis, eiuſdemq́; Societatis. Item

De vita B. Aloyſij Gonzagæ Virgilium Cæparium.

LEONARDVS LESSIVS, patria Brechtanus in Brabantia, Soc. IESV ſacerdos, vir cùm reliquis ſcientijs, Græcis, Latinis expolitus, tum maxime S. Theologiæ cognitione ornatiſsimus, quam XV. annos in Academia Louanienſi magna cum laude & auditorum frequentia profeſſus eſt. In Iure vtroque, Mathematicis diſciplinis, Medicâ, Hiſtoricâ peritiâ præ multis excelluit. Fuit ei expeditum in ſcientias omnes ingenium, incredibile in rebus, animi præſertim, diſcernendis iudicium. Scripſit

De Iuſtitia & Iure, cæteriſque virtutibus & Cardinalibus, primùm Louanij, mox Pariſijs excuſos; poſtea etiam ſemel iterumque, typis Plantinianis auctiores, valde ſanè probatos, multorumque manibus tritos.

Diſputationem Apologeticam de gratia efficaci, Decretis diuinis, Libertate arbitrij, & Praſcientia Dei conditionata.

Diſputationem de prædeſtinatione & reprobatione Angelorum & hominum. Alterã *De prædeſtinatione Chriſti.*

Conſultationem quæ Fides & Religio ſit capeſcenda eiuſque Conſultationis appendicem, *Vtrum quiuis in ſua Fide ac Religione ſaluari poſsit.* Antuerpiæ, typis Plantini.

Diſputationem de Antichriſto, eiuſque præcurſoribus. Ibidem

De prouidentia Numinis & Animi immortalitate. lib. II. aduerſus *Atheos & Politicos.* Ibid. 1616. 8.

De poteſtate Pontificis.

Hygiaſticon ſeu veram rationem valetudinis bonæ & vitæ vnà cum ſenſuum, iudicij & me-

& memoria integritate ad extremam ſenectutem conſeruanda. Subiungitur *Tractatus Ludouici Cornari Veneti, eodem pertinens, ex Italico in Latinum ſermonem ab ipſo Leſsio tranſlatus.* typis Moreti, 1613. 8.

De ſummo Bono & æterna Beatitudine lib. IV. ad Primam ſecundæ D. Thomæ. Ibidem

De Perfectionibus diuinis lib. XIV. in quibus pleraq; Theologiæ myſteria. Ibid.

De Numine lib. I.

De Attributis Dei lib.

De ſtatu vitæ deligendo & Religionis ingreſſu. Ibidem 1613. 8.

De quinquaginta Nominibus Dei, paucis ante mortem diebus abſoluit.

Obijt Louanij anno ſalutis reſtauratæ M. DC. XXIII. ætat. ſuæ LXIX. XVIII. Kal. Feb. ex ingenti dolore calculi. *Iuſtus Ryckius* Gand. & Canon. hoc illum epitaphio ornauit:

LEONARDO LESSIO THEOLOGO EXIMIO

Leſſum *ſcribere* Leſſio *parabam,*
Quo non doctior, atque temperatæ
Vitæ ſanctius ordinem ſecutus
Alter, Belgiacis refulſit oris;
Cum me reſpiciens ſeuera vultu
Virtus turbidulo: quid occuparis
Inquit, Rycquie, *verſibus minutis*
Dignum Leſſiadæ *parare Leſſum?*
Fruſtra funera tam beata vexas:
Non eſt exiguo canendus ore
Noſter Leſsiades, *poli inquilinus,*
Aſtrorum incola, Numiniſque conſors:
Si gratum indigeti facis nouello,
Has partes mihi tutius relinques.

LEONARDVS MARIVS, Zelandus Goeſanus, non Batauus, vt vult Doctor *Valerius Andreas.* S. Theologiæ Doctor & Collegij Batauici Coloniæ Præſes: in qua etiam vniuerſitate annos XVI. Theologiam profeſſus eſt, ſoliditate mirabili, Græce atque Hebraicè doctiſſimus. ſcripſit

Commentarium in Pentateuchum Tom 1. Coloniæ, 1621. fol.

Hierarchia Eccleſiaſtica Catholica Aſſertionem, aduerſus Marci Antonij de Dominis, quondam Spalatenſis Archiepiſcopi ſchiſma. Ibidem.

Commentarium in vniuerſam SS. Scripturam.

Viuit valetque Coloniæ anno M. DC. XXVIII.

LIBERTVS FROIDMONDVS, natus eſt in pago Haccuria inter

inter Traiectum & Leodicum ſito anno redemptionis M.D.LXXXVII.III.Non. Septemb. S. Theologiæ Licentiatus. Philoſophiæ in Pædagogio Falconis Profeſſor primarius, in quo V. annis Rhetoricam docuit, VIII. ann. Philoſophiam, quam antea quoque per trienniū profeſſus eſt Antuerpiæ in S. Michaelis Abbatia, Ord. Præmonſtrat. In Matheſi rerumque cæleſtium indagatione verſatus non infeliciter. ſcripſit

Cœnas Saturnalitias. Louanij, apud Dormalium, 1616. 8.

Diſſertationem de Comæta anni M.D.LXVIII. *Antuerpiæ editam cum Thomæ Fieni Medici celeberrimi Comæta*. 1619. 8.

Laudationem funebrē ALBERTI PII, *Belgarum Principis, Louanij habitam* 1621. 8.

LIBERTVS HOVTHEMIVS Leodicenſis, Hieronymianæ congregationis in patria Rector, & Poëta Laureatus, ſcripſit

In natalem redemptoris humanæ conditionis Ieſu Chriſti Orationem. Antuerpiæ, typis Plantini, 1577. 8. carmine heroico.

De Verſibus faciendis Compendium.

Ethicam vitæ rationem, ſeu moralia præcepta ſenarijs comprehenſa.

Καχογειτνίαν ſeu de mala vicinia. Montibus Hannoniæ, apud Velpium 1580. 8. E vita exceſſit, Româ rediens.

LOTARIVS, Sacriſta & Monachus Elnonenſis ad S. Amandum in Hannonia, mortuo S. Amando, ſcripſit

Varia in eius laudem Carmina, ibidem M. SS.

LVBERTVS HAVTSCILTVS Brugenſis, nobili loco natus, Abbas S. Bartholomæi in Eechoute Brugis, quæ Abbatia eſt Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini: interfuit Concilio Conſtantienſi, & à Patribus illic ob virtutem & doctrinam mitram accepit. Eius quædam in membranis exſtant; fatale verò *Flandriæ* eius *Vaticinium Ioannes Otto* euulgauit, cuius initium eſt: *Gbid væ tibi, nam de te facis ipſa ruinam*.

Floruit circa annum Domini M. CCCC. L.

LVCAS Abbas Montis S. Cornelij iuxta Leodicum, Ord. Præmonſtrat. Hallucinatur *Trithemius* dum illum Benedictinum facit. ſcripſit

In Cantica Canticorum. Quem librum ſi *Valerio Andreæ* credimus, Leoni Tornacenſum Epiſcopo inſcripſit. At verò in longa Tornacenſum Epiſcoporum ſerie nullus Leo legitur. Cui ergo ſcripſit? Non Leoni, ſed Miloni, non Tornacenſ. ſed Teruanenſium Antiſtiti. Hic ille Milo celeberrimus, qui Abbatiam S. Auguſtini Ord. Præmonſtr. prope Teruanam fundauit.

LVCAS BELLERVS Antuerpienſis, Typographus, vertit è Gallico ſermone in Latinum *Ioannis Carthenij* Carmelitæ librum, cui titulus *Le Cheualier errant*, Inſcripſitque *Hodæporicon ſiue Itinerarium militis à vera ſalutis via aberrantis*, in quo humanæ vitæ inconſtantia & mundanarum felicitatum breuiter deſcribitur. Antuerpiæ apud Caſparem Bellerum M. S.

Obijt

Obijt Antuerpiæ anno MD. C.VI. XIX. Auguſti, poſt meridiem, horâ quarta.

LVCAS FRVTERIVS Brugenſis. Flander, amœniſſimi ingenij Poëta, inter prima Belgij ingenia fuit, teſte *Lipſio*, magni iudicij viro. Stilus electus, rerum varia notitia, notarum ſubtilitas eminent. Ita de illo conciuis *Ludoicus Carrio* lib. I. Antiquarum Lectionum: FRVTERIVM *cùm nomino, incredibili quadam doloris magnitudine animum mihi pertentari ſentio: præ qua equidem quomodo de ſingulari ingenij illius praſtantia, abſoluta iudicij integritate, perfecta omnium diſciplinarum cognitione, ſummo deniq; vitæ & morum candore aut quæ volo eloquar, aut quæ dicere debeo taceam, omnino non inuenio. Vixiſſet diutius diuinus ille iuuenis, vixiſſet, neq; ad maximã ingenij & doctrinæ laudẽ eſſloreſcens, è medio honeſtiſſimarum actionum curriculo immaturã morte abreptus fuiſſet: aut quod huic proximum erat, eos quos potuit, quos debuit, nonfures, non plagiarios falſiq; conuictos, recti ſpecie deceptus, ſcriptorum ſuorum extremis tabulis heredes inſtituiſſet: exſtarent hodie præclara virtutis illius, cuius iam tum foras ſeminã ſeſe proijcere geſtiebant, argumenta: eſſent cuius de ea eruditionis excellentia, procliue iudicium non mea, non alterius cuiuſpiam qualicunq; defenſione dicam an teſtimonio apud exteros egeret* FRVTERIVS &c. Magnus illi vſus cum *Iacobo Rauardo Iuriſconſulto*, *Gentioque*. Pariſijs, dum inter Doctos floreret, appellari voluit LVCIVS FRVGVS PONTANVS. Mortuus pilæ luſu, valetudinis cauſſa ſe oblectans, cùm frigidam incaleſcens temerè hauſiſſet. *Victor Giſelinus* amico hunc tumulum poſ.

Viator aſta, & ſi vacat, lege paucula,
Multa vt reſciſcas, Tumulus iſte Graijs,
Nouem & ſororibus ſacratus, Fruterium
Tegit, illum amorem Gratiarum amabilem,
Nouem & ſororum. Brugis ipſum nobili
Beauit ortu, Ganda facilem vim ingeni
Dedit artibus madere liberalibus.
Louanium & Lutetia vſq; in vltima
Antiquitatis intima penetralia
Subire, & inde, quæ viri doctiſſimi
Quique adprobarent, arte ſumma expromere.
His tam auſpicatis initijs Fata impia,
Fata impia, inquam, inuiderunt: illa iuuenem
Quintum ante luſtrum fila ſecuêre aurea.
Quid obſtupeſcis? an nouum aut mirum id tibi?
Fuit Poëta. Sic ſuis lumina oculis

Xx *Reliquit*

Reliquit olim Valerius, *ſic memoriâ*
Noſtrâ Secundus, *taceo cæteros*. Abi.

· *Veriſimilium* lib. II. ſcripſit & *Verſus Miſcellos*. Antuerpiæ, typis Plantini, 1584. 8.
Lucretium Notis illuſtrauit.
Iulij Seueriani Symptomata Rhetorices ab eo eruta & edita.
Epiſtolam ad M. Ant. Muretum, quâ Feſti Pompeij loca mutila & lacera reſtituuntur, Mureti epiſtolis inſertam.

Quanta Vetuſtati perijt Venus atque venuſtas
Docte Catulle *tua, culta* Tibulle *tua?*
Necnon Feſte *tua; quiiam quoq; debitor ipſi*
Panè tui factus, ſi licuſſet, eras?

LVCAS WYNGAERDVS Brugenſis, nobili loco natus, vir vtriuſque linguæ doctiſſimus. Scripſit varia Poëmata, legiturque inter alia
Epithalamium in nuptias illuſtris viri Balthaſaris de Zuniga, Philippi Hiſp. regis apud Imp. Legati, cum nobiliſſ. Virgine Odilia de Claerhout filia Toparch. Maldeghemienſis. Antuerpiæ, typis Moreti.

LVCTATIVS PETRAEVS, ANDREADES, Harlemius, Batauus, Poëta ſuauis, Carmina pleraque ſacra luſit, in his *Acanthides Aſpri-Coll s*. Machliniæ, 1617. 8. typis Henrici Ieay.

S. LVDGERVS Friſius, in Virumo pago propè Doccomium natus, è Clerico & monacho Benedictino S. Saluatoris Vltraiecti, propter inſignem eius eruditionem ac pietatem à CAROLO MAGNO primus Monaſterienſium Epiſcopus fuit conſtitutus. ſcripſit
Vitas SS. Gregorij & Alberici.
Vitam, Eleuationem, Canonizationem & miracula S. Suitberti, coadiutoris S. Willebrordi.
Floruit circa annum Domini D.CCC.

LVDOVICVS BLASERIVS, Patritius Gandauenſis, & Eques Hieroſolymitanus, vir de patria benè meritus, rerumque ciuilium cognitione præſtans, ſcripſit *Itinerarium profectionis à ſe ſuſceptæ in terram Sanctam, AEgyptum, Syriam, aliaſque Aſiaticas & Europæas regiones. M.S. apud filium Ludouicum.*

LVDOVICVS BLOSIVS Hanno ex nobili *Bloſiorum* ſtemmate natus, ab ingenua educatione, & *Nicolai Clenardi* institutione, bonas artes, Hebræam, Græcam & Latinam linguas imbibit. Adoleſcens in Cæſaris aulam miſſus, ſtatim illam reliquit, atque in Lætienſe vetus Hannoniæ Monaſterium Benedictinorum ſe contulit Louanij ſtudiorum gratiâ agens, anno ætatis XXII. AEgidij Gippi Abbatis decrepiti Vicarius, omnium ſodalium ſuffragijs deligitur: quo, biennio poſt mortuo, ad Cœnobij regimen ordinatus eſt. Collapſam apud ſuos veterem diſciplinam inſtaurauit ac reuocauit. Camera-

meracenſem Archiepiſcopatum à CAROLO V. CAES. cui & ab eleemoſynis olim fuerat, oblatum conſtanter repudiauit. Erat comis & ſuauis in moribus, in lectione, ſcriptione, ac rerum ſacrarum meditatione aſſiduus. Scripta eius hæc ſunt,

Conſolatio Puſillaminium, ex antiquis Patribus collecta.

Margarita Spiritualis, Monile, atque huiuſmodi. Louanij.

Dominica Paſsionis Explicatio, ex Ioanne Thaulero.

Inſtitutiones Spirituales.

Farrago vtiliſsimarum Inſtitutionum, ex Ioanne Ruyſbrochio

Expoſtulatio IESV CHRISTI *de ingratitudine philocanopoleos*. Antuerpiæ apud viduam Martini Nutij, anno 1562. 8.

Epitome vitæ Chriſti, ex Euangeliſtis concinnata.

Canon Vitæ Chriſtianæ, Euchologia, Preces ac meditationes diebus Hebdomadæ VII. accommodatæ.

Pſychagogia, ex D. Auguſtino Comment. in Pſalmos.

Conclaue animæ fidelis. Antuerp. typis Nutij, 1558.

Exercitia pia, in gratiam Nouitiorum cœnobij ſui. Et alia.

Opera eius in vnum corpus redegit & edidit *Iac. Fraius* ipſius diſcipulus. Coloniæ typis Bernardi Gualteri 1615. 4. qui & pleraque Gallicè reddidit.

Ex corporis vinculis, tanquam è carcere euolauit in beatorum ſedes, anno poſt miſericordiam humano generi per Chriſtum factam M. D. LXVI. VII. Id. Ianuar. Ætatis LIX. Regiminis XXXV. Magno ſui deſiderio bonis omnibus relicto. Tumulum hoc carmine honorarunt:

Qui tres exactè linguas callebat ab ipſa
Epichia, virtutum & omnium Narthecium
Bloſius, *heu cecidit, tumbaque reconditur iſta,*
Noſtri decus, miraculumq́; ſeculi.
Huic age fac Lector, felicia cuncta precare,
Et te para ad ſummi tribunal Iudicis.

LVDOVICVS BRESINIVS, Arienſis, Hiſtoriographus, ſcripſit *Chronicon Arteſiæ ac Flandriæ* III. *ingentibus Tom. ſermone patrio, & deduxit ad annum* M D. LXX. additis paſſim Illuſtrium familiarum gentilitijs inſignibus, propediem lucem viſurum. vſus eo frequens *Ferreolus Locrius* in Chronico ſuo Belgico.

LVDOVICVS CARRIO, Brugenſis patria, ſed origine Hiſpanus I V.D. Philologus, vtriuſque linguæ doctiſſimus. Ob ciuiles patriæ turbas in Galliam ſe contulit, & *Iacobo Cuiacio* Iuriſconſulto noſtri æui primario, aliiſque viris magnis ſe probauit. Louanium regreſſus, & Iureconſultis Doctor adſcriptus, Canonicũ ibidẽ, vt & Audomaropoli ſacerdotium poſſedit. ſcripſit

Antiquarum Lectionum lib. III. typis Plantini. 8. 1576.

Emendationum lib. II. Lutetiæ, apud Ægidium Bay. 4.

Epiſtolarum Selectarum libb. III.

ſcurram.

Erat *Torrentio* Symbolum: DEVM SEQVERE.

LAMBERTVS BRIARDVS Dunckercanus Flander, XIV. fratrum natu minimus. Vir ſumma eruditione, prudentia & experientia. Eques Auratus. Primùm Magiſter libellorum ſupplicum Concilij Machlinienſis, deinde eiuſdem quoque Præſes. CAROLO V. Imperatori chariſſimus, cui ferè omnibus Conſilijs interfuit, & annos ferè XXX. magno iſti Concilio cum laude præfuit. Reliquit poſteritati

Tractatum Flandricum, quo docetur quomodo ſecundum Ius ſcriptum procedatur in actionibus perſonalibus, realibus, mixtis, criminalibus & beneficialibus, tam in ſuprema curia Parlamenti Pariſienſis, alijſque omnibus prouincialibus Tribunalibus, quàm Parlamento Machlinienſi, Cancellaria Brabantiæ, Concilio Flandriæ, alijſque Belgii curijs Iuridicis.

Item Latinè

Opus Conſiliorum, ſiue Reſponſorum Iuris de materia Appellationis. Et alia.

Exceſſit viuis Machliniæ M. D. LVII. X. Octobris, orbi vniuerſo nomen relinquens immortale. Sepultus in D. Ioannis.

LAMBERTVS HORTENSIS, Montfortius, naſcitur anno CIƆ. IƆ. XVIII. kal. Aprilis Louanij adoleſcens audiuit *Rutg. Reſcium*, *Goclenium & Ioannem Paludanum* tũ admodum ſenem Nardæ iuuentutem cum laude docuit, vbi in direptione & vaſtatione vrbis ab Hiſpanis, Duce *Frederico Albano*, *Ferdinandi* F. anno M. D. LXXII. XXX. Nouemb. occiſo ante oculos filio, ipſe à diſcipulo, cui nomen VELDANIVS, vna militante, ſenex ſeruatus eſt, nec diu ſupervixit: ſcripſit

De bello Germanico, à Carolo V. Imp. geſto libb. V. typis Oporini anno 1560.

Succeßionum rerum Vltraiectinarum, lib. VII. vſque ad ann. M. D. XXXVIII

Anabaptiſtarum tumultum. Ibid. 1548. 4.

Satyras VIII. in aui ſui vitia & mores. Vltraiecti 8.

Epithalamiorum librum. ibidem, 1552. 8.

Commentaria in Virgilij AEneidos. Baſileæ fol. 1579.

Explanationes luculentas in Lucanum de bello Pharſalico, poſt Sulpitium ac Micyllum. 1578. fol.

Plutum Ariſtophanis verſibus Lat. expreſſit *Scoliiſque* illuſtrauit. Vltraiect. 4.

Conceſſit Naturæ in prædio ſuburbano an. à nato Deo homine M. D. LXXIII.

LAMBERTVS LEODICENSIS, Monachus S. Laurentij in cœnobio Tuitienſi, Ord. *S. Benedicti*, Poeta non incelebris, ſcripſit

Hymnos & Epigrammata vario carminis genere libb. II.

Vitam S. Heriberti Colonienſis Archiepiſcopi.

Claruit anno ſalutis M. CC. XX, ſub *Werimboldo III.* Abbate, ita *Valerius Andreas* in Biblioth. Belgica.

LAMBERTVS DE LEGIA, Ord. Benedictini monach. ſcripſit

De vita ac miraculis S Matthai Apoſtoli, carmine.

De S. Agricio lib. I.

Vixit, teſte *Geſnero*, M. CCCC. LXXX.

Digitized by Google

LAMBERTVS LVDOLPHVS, PYTHOPHAEVS, Dauentrieiſis, in patria ſcholam aperuit. ſcripſit

Poemata varia.

Orationem de Philoſophiæ laudibus & vtilitate. Heidelbergæ 4. Aliaque olentia hircum.

Obijt anno M. D. XCVI. LV. kal. Feb. æt. LXIII.

LAMBERTVS PARVVS. Monachus cœnobij *S. Iacobi* in vrbe Leodicenſi, Ord. S. Benedicti, ſcripſit

Res geſtas Epiſcoporum Leodicenſium ab anno D. CCCC. LXXXVIII. *vſque ad ann.* M. C. XCIV quo è vita exceſſit.

LAMBERTVS THOMAS SCHENCKELIVS, Syluæducenſis DOMINICI F. natus anno Domini M. D. XLVII. die VII. Martij, Louanij in Porcenſi Gymnaſio ſtudia Philoſophica abſoluit. Antuerpiæ, Thenis & alibi iuuentutem erudijt, & Machliniæ ſcholæ publicæ cum fructu præfuit. Artem Memoriæ annos amplius XL. in Burgundia, Gallia, Germania, Bohemia, & in Belgio docuit. Tradens inſuper artem dictandi eodem tempore X. XV. XX. aut pluribus ſcribis diuerſæ materiæ Epiſtolas. Adhuc viuit, valetque dum hæc ſcribimus, annum agens LXXVII.

Scripſit

Tabulam Scholæ publicæ Machlinienſis, typis Plantini 1576.

Grammaticæ Latinæ Præceptiones lib. III. Ibid. 1581. 1592. 4.

Tabulam Proſodiæ Latinæ. Coloniæ 8.

Cornelij Valerij Tabulas Rhetoricas Interrogationibus diſtinxit. Antuerpiæ apud Plantinum, 1596. 8.

Flores & Sententias inſigniores ſelegit è *Cominæo*, *Froſſardo*, *Conſtantia & Politicis Iuſti Lipſij*. Lutetiæ, 1605.

Gratulationem aduentus Ioannis Auſtriaci in vrbem Machlinienſem, carmine. Louanij apud Maſium, 1577.

In aduentum Alexandri Farneſij *Parmæ Principis, aliorumque Regi Catholico militantium*. Antuerpiæ 1578. 8. typis Ianſenij.

Elegiarum & Epigrammatum lib. Toloſæ, 1609.

Apologiam antitheticam pro Rege Catholico. 1589. 8. Antuerpiæ.

Deſcriptionem breuem prælij in Friſia initi, an. CIↃ. IↃ LXVIII. XIII. *Maij, quo cecidit Comes Arenbergius*, *Friſiæ Guber. carmine certè ieiuno.* Bruxel. apud Mom.

Lamentationem in obitum Henrici IV. Galliæ Regis.

Gratulationem in proclamationem Lud. XIII. Hen. F. 1610. typis Petri Fabri.

De Arte memoriæ, De veritate eiuſdem & præſtantia lib. II.

Gazophilacium Artis memoriæ. Roſtochij 1619. 8.

Methodum, qua VI. menſium, aut breuiori ſpatio linguam Latinam quis poſſet addiſcere. Argentinæ 1619. 8.

Iouinianum Imp. ſiue *Hiſtoriam fortunæ aduerſæ*: cum *Elegiis aliquot*. Prag. 1617.

Præconium Matthiæ & Ferdinandi Impp. Friburgi Briſgoiæ 1620.

LAMBERTVS VANDER BVRCHIVS Vltraiectinus, *Adriani* Flandrici Concilij Præſidis F. *Adriani* Frater, Decanus *ad D. Virginem* Vltraiecti, vir ſingulari iudicio, multæq; lectionis & *Iuſte Lipſio* amiciſſim. ſcripſit

Sabaudorum Ducum Principumq́ Hiſtorias gentilitias, *lib. II.* Lugdun. Batauor. typis Plantini, 1599 4.

Vitam Guidonis Flandriæ *Comitis*, Arnhemij, 1615. 8.

De Comitibus Flandriæ *Tomos IV. M. SS.* qui Mechliniæ ſeruantur.

Obijt in patria ſeptuagenarius, Menſe Aug. M. DC. XVII.

LAMBERTVS DE VLIERDEN, ſiue VLIERDENVS I.C. celeberrimus Leodicenſis, Doctorum amantiſſimus & totus candidus & humanus, qui in defecta propemodum ætate ſuauiſſimos ſcribit verſus, ſed proſa oratione eſt neruoſior. Euulgauit

Apotheoſin & Panegyricum Erneſto & Ferdinando *Bauaris*. Leodici 1613. 8.

Epitaphium Catharinæ, D. Winandi *de Miche* Conſularis & Prætorij Leodicenſis F. quod inſcripſit ANTIA DAPHNE. Ienæ.

Epitaphia militaria, inſcripta Ambroſio Marchioni Spinolæ.

Epiſtolas de obſidione Bredana carmine Elegiaco, ſed alieno nomine.

LAMBERTVS WATERLOSIVS, Canonicus Regul. cœnobij *S. Auberti*, in vrbe Cameracenſi, deduxit

Hiſtoriam Epiſcoporum Cameracenſium à temporibus Odonis *Epiſcopi*, *vſque ad annum Chriſti* M. C. LX. quo floruit M.S.

LAVRENTIVS BEYERLINCK Antuerpianus, natus anno Salutis M. D. LXXVIII. Menſe Aprili, mihi familiariſſimus. Prima eruditionis fundamenta iecit in patria, apud Clericos Soc. IESV. Inde Louanium pòſt intermiſſa aliquandiu ſtudia miſſus, Philoſophicum ſtudium fæliciter decurrit. Mox ad ſacrarum rerum ſtudia animum adiecit, graduque Licentiæ inſignitus eſt, poſtquam & prælectionis Rhetorices in Vaulxiano, & functione Paſtorali extra muros ibidem perfunctus, ac Decano Chriſtianitatis coopitulator (annuente *Matthio Houio* Archiepiſcopo Machlinienſi, cui ille dum viueret, percharus ſemper extitit, & mortuum pro funere laudauit) datus fuiſſet. Tandem anno 1605. Louanio euocatus in patriam à *Ioanne Miræo* Epiſcopo, ad inſtituendum Seminarium Paſtorum ab eo erectum, cui muneri etiamnum inſudat; Graduatam Præbendam in Eccleſia Cathedrali eſt conſecutus. Acceſſit dignitas Archipresbyteratus in eadem Eccleſia, meritorum & laborum intuitu: Eorum præſertim quos annis XX ſuſtinnuit, hodièque pro ſuo erga Eccleſiam & patriam affectu, vltroq́ ſuſtinet, cum in functione Seminarij & Decani Chriſtianitatis per Diœceſin, tum in miniſterio prædicandi verbum DEI, tam in præfata Eccleſia Cathedrali celebrioribus diebus, quam alijs locis, & occaſionibus. Quidquid nihilominus otij inter hæc negotia datur, id totum Eccleſiæ vtilitati, Patriæ, ac litterariæ Reipublicæ ornamento impendit.

Euulgauit præter minutiora quædam variè diſperſa,

Apophthegmata Chriſtianorum. typis Moreti 1608 8.

Opus Chronographicum, ab anno M D. LXX. vſque ad annum M.DC.XII. perduxit, Chronici Opmerij Auctarium. Antuerpiæ apud Verduſſium 1612. fol.

Promptuarium morale ſuper Euangelia Feſtorum totius anni. Item

Commune Sanctorum in III. Tom. Coloniæ, typis Antonij Hierati, quartò editum an. 1613, 1615, 1618, & 1625, rurſus emendatum & auctum.

Biblia

Biblia ſacra variarum Tranſlationum, Tom. III apud Keerbergium, 1618. fol.

Parentalia dicta ab eodem in funere Ioannis Mirai Epiſcopi, Antuerp. typis Moreti, 1611. 4.

Parentalia dicta in funere Matthiæ Houij, Archiepiſcopi III. Ibidem 1620. 4.

Laudationem funebrem PHILIPPI III. *Hiſpp. Regis & aliam Sereniſs. Principis* ALBERTI AVSTRIAE *Archiducis, Brabantiæ Ducis, quas in ſolemnibus eorundem exſequijs habuit in Cathedrali*. Ibidem 1621.

Tractatum ad Synodum Dordracenam, vbi de Synodorum inſtitutione anno 1619. Ibidem, typis Guilielmi à Tongris. 8.

Examen conſilij profectionis Marci Ant. de Dominis, Archiepiſcopi Spalatenſis. Ibid. apud Moretum, 1617. Atque idem vernaculè ab eodem redditum, typis Guilielmi à Tungris. 8.

Reſponſa Catholica ad quæſita obuia prætenſæ Religionis Reformatæ, typis Verduſſij 1609. & 1617. aucta, idiomate Belgico.

Vitas III. Apoſtolorum Antuerpienſium S. ELIGII, S. WILLEBRORDI, & S. NORBERTI, *vernaculo ſermone*, typis Verſchuren 4.

Meditatur pleraque alia, inter quæ non minimo loco habendum magnum illud THEATRVM VITÆ HVMANAE, ſtudio & operâ *Conrardi Lycoſthenis* primùm conceptũ, Deinde *à Theodoro & Iacobo Zuingero* in varias claſſes diſtributum, quod propediem typis Antonij Hierati Colonienſis Typographi diuulgandum ſperatur, priori illo emendatius, ab erroribus repurgatum, nouis Titulis, Dogmatibus, Apophtegmatibus, hiſtorijs ac Exemplis, cum ſacris, tum profanis adeo locupletatum, vt ad VIII. iuſtæ molis Tomos exſtendendum exiſtimetur; & in ordinem Alphabeticum, locoſque communes ſublata priori confuſione ad normam vniuerſalis cuiuſdam Polyantheæ digeſtum, vt qui iam ſextum annum quando per occupationes licet, in eo deſudat.

Meditatur præter ſuperiora *Compendium* præfati *Theatri*: Item concionũ ſelectarum Tomum particularem.

Vitæ finem fecit Antuerpiæ in Seminario Paſtorum XXII. Iunij anno redemptionis humanæ M. DC. XXVII. Sepultus in ſacello D. THOMAE ſac. in monumento parentum.

Huic ſymbolum: CVRRIT VT COMPREHENDATIS.

LAVRENTIVS BONETVS Atrebas, ſcripſit

Inſtitutiones vtriuſque linguæ, Ortographiam, Etymologiam, Proſodiam & partem Syntaxeos, cum VIII. *Orationis partibus complectentes.* Antuerp. 1572. 8. typis Radæi.

LAVRENTIVS CAMPESTER, Vulgò *vande Velde*, Dieſtemius, Brabantus, Gymnaſiarcha vtriuſque linguæ peritus, ſcripſit

Dialogos Morales libb. III. *diſtinctos.* Louanij typis Relcij, & Velpij, 1571.

Syntaxeos Propædeumata, exemplis ethicis inſtructa, Ibid. 8. 1555.

Sophoniſmum, quo ſeductum ab errore reuocat, & vitæ temperantioris dat monita. Ibidem. 1555.

Orationẽ laudatoriam pro FRANCISCO VALESIO *Galliarum Rege.* Lugduni, 1538.

LAVRENTIVS CVPERVS, Gerardimontanus, Carmelita, Theologus & Eccleſiaſtes diſertiſſimus, Prior Antuerpienſis & Germaniæ Inferioris Prouincialis. Vir magni ingenij, aſſiduæ atque exquiſitæ lectionis, & in

Campania quinque leucis à Tungerloo diſsitus, ſcripſit

Commentarium doctiſsimum in Regulam S. Auguſtini complectentem magis occurrentes in materia regulari difficultates. typis Bernardini Maſij, 1621.

Deſcriptionem veteris Clerici, Monachi, Clerici ¦Monachi. In qua priſcus eorum habitus, victus, diſciplina, priuilegia, exemptiones, honores, reuerentia à Deo data, natura Principibus, plebi eis delata accuratè explicantur. Louanij typis Henrici Haſtenij. 4. 1626.

LAVRENTIVS LEODICENSIS cœnobij Laurentiani apud Leodicum Religioſus. Scripſit

Geſta Epiſcorum Verdunenſium & Abbatum S. Vitoni, ab anno Chriſti M. XLVIII. *vſque ad annum* M. C. XCVII. M. SS. in S. Vitoni cœnobio, & Leodici ad S. Laurentium.

LAVRENTIVS MVSGHESELIVS, origine Flander. Vixit in celebri illa Cartuſia propè Augianum Hannoniæ opidum, vulgo Capellã B. MARIAE. Hic tanta deuotione, teſte Sutorio, & vitæ ſanctimoniã præditus fuit, vt & diuinis reuelationibus fuerit dotatus, ſcripſit

Exercitium Spiritale de paruulo & agno.

De amore ſilentij & ſolitudinis lib. I.

Tractatum de ſertulo, forſitan de Serto roſaceo D. N. Ieſu Chriſti.

Vixit in ordine ad annos plus XL. Prior octennio in prædicta domo. Ad ſuperos emigrauit, anno Chriſtianæ ſalutis M. CCCC. LXXVII. III. Non. Decemb.

LAVRENTIVS NAGELMAKERVS Bergeycanus, Brabantus, S. Theologiæ Licentiatus, & Canonicus ad D. *Rumoldum* Machliniæ, Eccleſiaſtes celeberrimus, magnæ vir religionis & virtutis. Scripſit

Dialogum, quo de Iubilæo ſiue Indulgentijs ac plenaria remiſsione agit. Antuerpiæ, typis Gerardi Smits. 8. 1576.

LAVRENTIVS PRATANVS Tornacenſis Canonicus, interfuit Concilio Tridentino ſcripſitque *Hiſtoriam rerum in Synodo Tridentino geſtarum.* M. S. in bibliotheca *Dionyſij Villerij* Canonici.

LAVRENTIVS ROOSENDALIVS Brabantus, Cartuſiæ Leodicenſis (vulgo Domus omnium Apoſtolorum) Pro. præfectus, & poſtea Romanæ præfectus, Scripſit

De votis monaſticis, lib. I.
Sermones de Tempore & Sanctis
De præcipuis anni Solemnitatibus.
} M. SS. Leodici, apud Cartuſianos.

LAVRENTIVS VITALIS, Caroli V. Cæſ. domeſticus, & in omnibus expeditionibus atque itineribus comes, ſcripſit Gallicè

Diarium eiuſdem ab anno M. D. XVII. *vſque ad annum* M. D. L. M. S. apud Carolum Alexandrum Ducem Croyum, velleriſque aurei equitem.

L. GVILIELMVS LVPVS, Poëta, Louanij Profeſſor in Gym-

in Gymnaſio Standonico, ſcripſit carmine heroico

Vitam S. Trudonis Louanij typis Saſſeni, 1540. 4. cum *Gerardo Moringo* de vita eiuſdem.

LEO MEYERVS, Antuerpienſis I. C. egregius, mihi amicus Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ *S. Pharaldis* Gandaui, poſt Harlebecæ ad S. Saluatorem, edidit.

Orationes III. Panegyricas, dictas Gandaui apud Soc. IESV Clericos, honori Deiparæ, typis Moreti & Verduſsij. 4. 1608.

Funus Guilielmi Aſſonleuillij à varijs adornatum in lucem dedit, typis Moreti, 1599. 8.

Carmen Gallicum in laudem Pacis, ad Sereniſſ. Archiducem Albertum.

Fœcundum viri ingenium plura parturit. Faue quies.

LEONARDVS CASENBROTIVS Brugenſis, vir Senatorius, & omnium artium doctrina imbutus. Scripſit

Orationes, Epiſtolas & Epigrammata.

Vixit tempore *Eraſmi Roterdami*, cui perquam familiaris erat, ad quem illius multæ exſtant Epiſtolæ, & huius ad Eraſmum

LEONARDVS FRAIVS, patria Bruxellenſis, Soc. IESV presbyter, tranſcripſit Belgicè in ciuium gratiam & piorum apud Batauos.

Diſputationem de Antichriſto ſuiſque præcurſoribus Leonardi Leſsij Theologi Louanienſis, eiuſdemq. Societatis. Item

De vita B. Aloyſij Gonzagæ Virgilium Cepariam.

LEONARDVS LESSIVS, patria Brechtanus in Brabantia, Soc. IESV ſacerdos, vir cùm reliquis ſcientijs, Græcis, Latinis expolitus, tum maximè S. Theologiæ cognitione ornatiſsimus, quam XV. annos in Academia Louanienſi magna cum laude & auditorum frequentia profeſſus eſt. In Iure vtroque, Mathematicis diſciplinis, Medicâ, Hiſtoricâ peritiâ præ multis excelluit. Fuit ei expeditum in ſcientias omnes ingenium, incredibile in rebus, animi præſertim, diſcernendis iudicium. Scripſit

De Iuſtitia & Iure, cæteriſque virtutibus & Cardinalibus, primùm Louanij, mox Pariſijs excuſos; poſtea etiam ſemel iterumque, typis Plantinianis auctiores, valde ſanè probatos, multorumque manibus tritos.

Diſputationem Apologeticam de gratia efficaci, Decretis diuinis, Libertate arbitrij, & Praſcientia Dei conditionata.

Diſputationem de prædeſtinatione & reprobatione Angelorum & hominum. Alterã *De prædeſtinatione Chriſti.*

Conſultationem quæ Fides & Religio ſit capeſcenda eiuſque Conſultationis appendicem, *Vtrum quiuis in ſua Fide ac Religione ſaluari poſsit.* Antuerpiæ, typis Plantini.

Diſputationem de Antichriſto, eiuſque præcurſoribus. Ibidem

De prouidentia Numinis & Animi immortalitate. lib. II. aduerſus *Atheos & Politicos*. Ibid. 1616. 8.

De poteſtate Pontificis.

Hygiaſticon ſeu veram rationem valetudinis bonæ & vitæ vnà cum ſenſuum, iudicij & me-

& memoriæ integritate ad extremam ſenectutem conſeruandæ. Subiungitur *Tractatus Ludouici Cornari Veneti, eodem pertinens, ex Italico in Latinum ſermonem ab ipſo Leſsio tranſlatus.* typis Moreti, 1613. 8.

De ſummo Bono & æterna Beatitudine lib. IV. ad Primam ſecundæ D. Thomæ. Ibidem

De Perfectionibus diuinis lib. XIV. in quibus pleraq; Theologiæ myſteria. Ibid.

De Numine lib. I.

De Attributis Dei lib.

De ſtatu vitæ deligendo & Religionis ingreſſu. Ibidem 1613. 8.

De quinquaginta Nominibus Dei, paucis ante mortem diebus abſoluit.

Obijt Louanij anno ſalutis reſtauratæ M. DC. XXIII. ætat. ſuæ LXIX. XVIII. Kal. Feb. ex ingenti dolore calculi. *Iuſtus Ryckius* Gand. & Canon. hoc illum epitaphio ornauit:

LEONARDO LESSIO THEOLOGO EXIMIO

Leſſum *ſcribere* Leſſio *parabam,*
Quo non doctior, atque temperatæ
Vitæ ſanctius ordinem ſecutus
Alter, Belgiacis refulſit oris;
Cum me reſpiciens ſeuera vultu
Virtus turbidulo: quid occuparis
Inquit, Rycquie, *verſibus minutis*
Dignum Leſſiadæ *parare Leſſum?*
Fruſtra funera tam beata vexas:
Non eſt exiguo canendus ore
Noſter Leſſiades, *poli inquilinus,*
Aſtrorum incola, Numiniſque conſors:
Si gratum indigeti facis nouello,
Has partes mihi tutius relinques.

LEONARDVS MARIVS, Zelandus Goeſanus, non Batauus, vt vult Doctor *Valerius Andreas*, S. Theologiæ Doctor & Collegij Batauici Coloniæ Præſes: in qua etiam vniuerſitate annos XVI. Theologiam profeſſus eſt, ſoliditate mirabili, Græce atque Hebraicè doctiſſimus. ſcripſit

Commentarium in Pentateuchum Tom 1. Coloniæ, 1621. fol.

Hierarchiæ Eccleſiaſticæ Catholicæ Aſſertionem, aduerſus Marci Antonij de Dominis, quondam Spalatenſis Archiepiſcopi ſchiſma. Ibidem.

Commentarium in vniuerſam SS. Scripturam.

Viuit valetque Coloniæ anno M. DC. XXVIII.

LIBERTVS FROIDMONDVS, natus eſt in pago Haccuria inter

inter Traiectum & Leodicum ſito anno redemptionis M.D.LXXXVII.III.Non. Septemb. S. Theologiæ Licentiatus. Philoſophiæ in Pædagogio Falconis Profeſſor primarius, in quo V. annis Rhetoricam docuit, VIII. ann. Philoſophiam, quam antea quoque per trienniũ profeſſus eſt Antuerpiæ in S. Michaelis Abbatia, Ord. Præmonſtrat. In Matheſi rerumque cæleſtium indagatione verſatus non infeliciter. ſcripſit

Cœnas Saturnalitias. Louanij, apud Dormalium, 1616 8.

Diſſertationem de Comæta anni M.D.CXVIII. *Antuerpiæ editam cum Thomæ Fieni Medici celeberrimi Comæta*. 1619. 8.

Laudationem funebrẽ ALBERTI PII, *Belgarum Principis, Louanij habitam* 1621. 8.

LIBERTVS HOVTHEMIVS Leodicenſis, Hieronymianæ congregationis in patria Rector, & Poëta Laureatus, ſcripſit

In natalem redemptoris humanæ conditionis Ieſu Chriſti Orationem. Antuerpiæ, typis Plantini, 1577, 8. carmine heroico.

De Verſibus faciendis Compendium.

Ethicam vitæ rationem, ſeu moralia præcepta ſenarijs comprehenſa.

Καχογειτνίαν ſeu de mala vicinia. Montibus Hanoniæ, apud Velpium 1580. 8.

E vita exceſſit, Româ rediens.

LOTARIVS, Sacriſta & Monachus Elnonenſis ad S. Amandum in Hannonia, mortuo S. Amando, ſcripſit

Varia in eius laudem Carmina, ibidem M. SS.

LVBERTVS HAVTSCILTVS Brugenſis, nobili loco natus, Abbas S. Bartholomæi in Eechoute Brugis, quæ Abbatia eſt Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſtini: interfuit Concilio Conſtantienſi, & à Patribus illic ob virtutem & doctrinam mitram accepit Eius quædam in membranis exſtant; fatale verò *Flandriæ* eius *Vaticinium Ioannes Otto* euulgauit, cuius initum eſt: *Gbid væ tibi, nam de te facu ipſa ruinam*.

Floruit circa annum Domini M. CCCC. L.

LVCAS Abbas Montis S. Cornelij iuxta Leodicum, Ord. Præmonſtrat. Hallucinatur *Trithemius* dum illum Benedictinum facit. ſcripſit

In Cantica Canticorum. Quem librum ſi *Valerio Andreæ* credimus, Leoni Tornacenſum Epiſcopo inſcripſit. At verò in longa Tornacenſum Epiſcoporum ſerie nullus Leo legitur. Cui ergo ſcripſit? Non Leoni, ſed Miloni, non Tornacenſ. ſed Teruanenſium Antiſtiti. Hic ille Milo celeberrimus, qui Abbatiam S. Auguſtini Ord. Præmonſtr. prope Teruanam fundauit.

LVCAS BELLERVS Antuerpienſis, Typographus, vertit è Gallico ſermone in Latinum *Ioannis Carthenij* Carmelitæ librum, cui titulus *Le Cheualier errant*, Inſcripſitque *Hodæporicon ſiue Itinerarium militis à vera ſalutis via aberrantis*, in quo humanæ vitæ inconſtantia & mundanarum felicitatum breuiter deſcribitur. Antuerpiæ apud Caſparem Bellerum M.S.

Obijt

Obijt Antuerpiæ anno MD. C.VI. XIX. Auguſti, poſt meridiem, horâ quarta.

LVCAS FRVTERIVS Brugenſis. Flander, amœniſſimi ingenij Poëta, inter primá Belgij ingenia fuit, teſte *Lipſio*, magni iudicij viro. Stilus electus, rerum varia notitia, notarum ſubtilitas eminent. Ita de illo conciuis *Ludoicus Carrio* lib. I. Antiquarum Lectionum: FRVTERIVM *cùm nomino, incredibili quadam doloris magnitudine animum mihi pertentari ſentio: præ qua equidem quomodo de ſingulari ingenij illius præſtantia, abſoluta iudicij integritate, perfecta omnium diſciplinarum cognitione, ſummo deniq; vita & morum candore aut que volo eloquar, aut quæ dicere debeo taceam, omnino non inuenio. Vixiſſet diutius diuinus ille iuuenis, vixiſſet, neq; ad maximã ingenij & doctrinæ laudẽ efflorescens, è medio honeſtiſſimarum actionum curriculo immaturâ morte abreptus fuiſſet: aut quod huic proximum erat, eos quos potuit, quos debuit, non fures, non plagiarios falſiq; conuictos, recti ſpecie deceptus, ſcriptorum ſuorum extremis tabulis heredes inſtituiſſet: exſtarent hodie præclara virtutis illius, cuius iam tum foras ſemina ſeſe proijcere geſtiebant, argumenta: eſſent cuius de ea eruditionis excellentia, procliue iudicium non mea, non alterius cuiuſpiam qualicunq; defenſione dicam an teſtimonio apud exteros egeret* FRVTERIVS &c. Magnus illi vſus cum *Iacobo Rauardo Iuriſconſulto*, *Gentioque*. Pariſijs, dum inter Doctos floreret, appellari voluit LVCIVS FRVGVS PONTANVS. Mortuus pilæ luſu, valetudinis cauſſa ſe oblectans, cùm frigidam incaleſcens temerè hauſiſſet. *Victor Giſelinus* amico hunc tumulum poſ.

Viator aſta, & ſi vacat, lege paucula,
Multa vt reſciſcas, Tumulus iſte Graijs,
Nouem & ſororibus ſacratus, Fruterium
Tegit, illum amorem Gratiarum amabilem,
Nouem & ſororum. Brugis ipſum nobili
Beauit ortu, Ganda facilem vim ingeni
Dedit artibus madere liberalibus.
Louanium & Lutetia vſq; in vltima
Antiquitatis intima penetralia
Subire, & inde, quæ viri doctiſſimi
Quique adprobarent, arte ſumma expromere.
His tam auſpicatis initijs Fata impia,
Fata impia, inquam, inuiderunt: illa iuuenem
Quintum ante luſtrum fila ſecuêre aurea.
Quid obſtupeſcis? an nouum aut mirum id tibi?
Fuit Poëta. Sic ſuis lumina oculis

Xx *Reliquit*

meracenſem Archiepiſcopatum à CAROLO V. CAES. cui & ab eleemoſynis olim fuerat, oblatum conſtanter repudiauit. Erat comis & ſuauis in moribus, in lectione, ſcriptione, ac rerum ſacrarum meditatione aſſiduus. Scripta eius hæc ſunt,

Conſolatio Puſillaminium, ex antiquis Patribus collecta.
Margarita Spiritualis, Monile, atque huiuſmodi. Louanij.
Dominicæ Paſſionis Explicatio, ex Ioanne Thaulero.
Inſtitutiones Spirituales.
Farrago utiliſſimarum Inſtitutionum, ex Ioanne Ruyſbrochio
Expoſtulatio IESV CHRISTI *de ingratitudine philocanopoleos.* Antuerpiæ apud viduam Martini Nutij, anno 1562. 8.
Epitome vitæ Chriſti, ex Euangeliſtis concinnata.
Canon Vitæ Chriſtianæ, Euchologia, Preces ac meditationes diebus Hebdomadæ VII. accommodatæ.
Pſychagogia, ex D. Auguſtino Comment. in Pſalmos.
Conclaue animæ fidelis. Antuerp. typis Nutij, 1558.
Exercitia pia, in gratiam Nouitiorum cænobij ſui. Et alia.

Opera eius in vnum corpus redegit & edidit *Iac. Froius* ipſius diſcipulus. Coloniæ typis Bernardi Gualteri 1615. 4. qui & pleraque Gallicè reddidit.

Ex corporis vinculis, tanquam è carcere euolauit in beatorum ſedes, anno poſt miſericordiam humano generi per Chriſtum factam M. D. LXVI. VII. Id Ianuar. Ætatis LIX. Regiminis XXXV. Magno ſui deſiderio bonis omnibus relicto. Tumulum hoc carmine honorarunt:

Qui tres exactè linguas callebat ab ipſa
Ephebia, virtutum & omnium Narthecium
Bloſius, *heu cecidit, tumbaque reconditur iſta,*
Noſtri decus, miraculumq́; ſeculi.
Huic age fac Lector, felicia cuncta precare,
Et te para ad ſummi tribunal Iudicis.

LVDOVICVS BRESINIVS, Arienſis, Hiſtoriographus, ſcripſit *Chronicon Arteſiæ ac Flandriæ* III. *ingentibus Tom. ſermone patrio, & deduxit ad annum* M. D. LXX. additis paſſim Illuſtrium familiarum gentilitijs inſignibus, propediem lucem viſurum. vſus eo frequens *Ferreolus Locrius* in Chronico ſuo Belgico.

LVDOVICVS CARRIO, Brugenſis patria, ſed origine Hiſpanus I V. D. Philologus, vtriuſque linguæ doctiſſimus. Ob ciuiles patriæ turbas in Galliam ſe contulit, & *Iacobo Cuiacio* Iuriſconſulto noſtri æui primario, aliiſque viris magnis ſe probauit. Louanium regreſſus, & Iureconſultis Doctor adſcriptus, Canonicū ibidē, vt & Audomaropoli ſacerdotium poſſedit. ſcripſit
Antiquarum Lectionum lib. III. typis Plantini. 8. 1576.
Emendationum lib. II. Lutetiæ, apud AEgidium Bay. 4.
Epiſtolarum Selectarum libb. III.

Salluſtij Fragmenta congeſsit ac digeſsit cum Notu. Antuerpiæ, typis Plantini, 1583.8.

Cenſorium de die Natali recenſuit. Pariſijs, 1583. 8.

Magni Aurel. Caſsiodori de Orthographia libellum primus edidit. Antuerpiæ, typis Plantini, 1579.

Valerij Flacci Argonautica emendauit, & Emendationum libellum adiunxit. Ibid. & Lugduni.

Emiſit in lucē *Augerij Giſleni Buſbequij Itinerarium Conſtantinopol Amaſianum*.

E viuis exceſsit anno redemptionis noſtræ M. D. XCIV. die XVIII Iunij, beatam ſui memoriam relinquens.

LVDOVICVS FIDELIS, alij FIDELIVS, Neruius, Doctor Theologus Pariſienſis, & Canonicus Tornacenſis, Scripſit doctè

De Mundi ſtructura, ſeu de VI. dierum opificio libb. VII. Pariſijs, 1556. apud Guil. Morellum.

De militia ſpirituali libb. IV. qui aduerſus mundi huius tyrannidem & carnis pruritum arma ſuppeditat.

De Humana reſtauratione, ſeu Incarnatione Domini. Antuerp. apud Nutium, 1569.8.

Obdormiuit in Domino, & conditus in Noſocomio, cui præfuit.

LVDOVICVS GVICCIARDINVS Florentinus, Hiſtoriographus, ciuis Antuerpienſis, meritò Belgis adſcribendus. Belgium primus deſcripſit Etruſco ſermone, Tabuliſque illuſtrauit; in Belgio ſuauiter vixit & deuixit. *Franciſcus Belleforeſtius* Gallus ex lingua Italica in Gallicam feliciter vertit. *Regnerus Vitellius* Zirizæus ex Gallica Latinum dedit, & ante illum *Ioannes Brantius* Senator Antuerp. à *Vitellio* præuentus, Dedit præterea

Commentariorum de rebus memorabilibus quæ in Europa, maximè in Belgio ab vnde tricesimo vſque in annum M D. LX. *euenerint*, libb. III. P.P. Kerchouius Actiophanenſis Latinos fecit. Antuerpiæ, 1599. typis Guilielmi Siluij. 8.

Horas recreationis, Italicè idem Belleforeſtus Gallico ſermone vertit. Ibidem, & Pariſijs Gallicè 1573. 16.

Ab hominibus demigrauit Antuerpiæ, & ſepultus in æde primariâ ante Odeium, hoc epitaphio;

LVDOVICO GVICCIARDINO
FLORENTINO
NOBILIBVS MAIORIBVS ORTO
INTER QVOS PATRVVM HABVIT
FRANCISCVM
MAGNI NOMINIS HISTORICVM
CVIVS FAMAM ÆMVLATVS
VNIVERSAM BELGICAM
ELEGANTI STVDIO DESCRIPSIT
VIXIT ANN. LXVI.
OBIIT XI. KAL. APRIL. CIↃ. IↃ. LXXXIX.
S. P. Q. ANTVERP.
B. M. P. C.

LVDO-

LVDOVICVS HILLESSEMIVS, Andernacus diœceſis Colonienſis, vir Conſularis, ſcripſit

De conſolatione iuſtorum libb. III.

Elegiam de morte hominis iuſti conſolatoriam. Coloniæ, 1572.

Meditationes rerum diuinarum in Pſalmos XV.

Orationem gratulatoriam, ad Salentinum Archiepiſcopum Colonienſem. Coloniæ, 1568. typis Materni Cholini.

Sacrarum Antiquitatum monumenta, Patriarcharum, Regum, Prophetarum, & Virorum verè illuſtrium veteris Teſtamenti, Imaginibus & Elogijs apparata. Antuerp. typis Plantini. 1577.

TVMVLVS.

Hoc Virtus tumulo iacet.
Hoc paruo Pietas marmore clauditur.
Hoc ſaxo tegitur Fides.
Heu! Mors improba, quid ſidera deripis
Orbi? cur tenebræ placent?
Mors eſt ingenijs nulla perennibus

LVDOVICVS LAVTIVS Gandenſis, Poëta excellens & Preſbyter, ſcripſit *Notas in Pauli Oroſij Hiſtoriam.* Moguntiæ, typis Petri Cholini, 1615. 8.

Item in Varronem, Catullum, Tibullum, Propertium, teſte *Antonio Sandero.*

Poëmata ad amicos varia, breui edenda à Iuſto Ryckio in Delicijs Gandenſ. Poëtarũ.

LVDOVICVS MAKEBLIDIVS, Poperinganus, Flander, Societ. IESV Clericus, ſcripſit ſermone Flandrico

paradiſum XII. *Exercitiorum Spiritualium.*

precationum Theſaurum.

Theſaurum Doctrinæ Chriſtianæ, ſeu Catechiſmum Mechlinienſem.

Catechiſmum pro diœceſi Machlinienſi.

Conſolatorium ægrorum.

Montem ſpiritualium delitiarum. Aliaque.

LVDOVICVS MASVRIVS, Neruius, Poeta Gallicus, in Gallijs familiaris fuit *Carolo Lotharingio* S. R. E Cardinali. ſcripſit

Poemata varia. Baſileæ, 1554. & 1579. 16.

Æneidos Virgilij tranſtulit in linguam Gallicam. Pariſijs 1554. 8.

Extant huius carmina quædam inter *Schediaſmata Poetica Meliſſi.*

LVDOVICVS NONNIVS, Aluari Medici Luſitani Fil. natus Antuerpiæ, mihi à longo tempore amiciſſimus, Medicus elegans, Poeta clarus, Antiquarius ſollers, vtriuſque linguæ peritiſſimus, comis moribus. ſcripſit

Hiſpaniam, de fluminibus, Opidiſque, è Veteribus: hanc me præſente Lug. Bataorum

uorum mirificè commendabat *Ioſephus Scaliger*, Criticorum Princeps. Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſij, 1607. 8.

Ichthyophagiam, ſeu de piſcium eſu. Ibidem, typis Belleri 1616. 8.

Commentarium egregium in Huberti Goltzij Graciam, Inſulas & Aſiam Minorem. Typis Verduſſen, 1620. fol.

Commentarium ſuccinctum in Huberti Goltzij IVL. CAESAREM, AVGVSTVM, & TIBERIVM. Ibidem 1620. fol.

Poemata etiam varia & docta, ſparſim edita.

De re cibaria libb. IV. Antuerp. typis Belleri, 1627.

Breuis daturus *Elogia Hiſpanorum armis illuſtrium*.

LVDOVICVS DE LA TOVR, ſiue TVRRIANVS, Profeſſus Cartuſiæ Leodicenſis, ingenio & doctrina præſtantiſſimus.

Deſcripſit

Generales omnes Ord. Cartuſiani ab ipſo D. BRVNONE *ad ſua vſque tempora carmine chronographico*. Coloniæ, typis Lamberti Andreæ. 1597. & Wirceburgi apud Georgium Fleiſchmannum 1606. correctus & emendatius priori.

LVDOVICVS SOMBECHVS Abbas Gemblacenſis, ſcripſit libellum aſceticum, cui titulus: *Funiculus triplex, contra ſaculi huius tempeſtates atq́ calamitates*, in quo Paſſionis, Mortis, & Crucis Dominicæ myſteria & documentis SS. Patrum verbis exprimuntur. Bruxellis, typis Velpij, 1607. 8.

LVDOVICVS TALESIVS, Religioſus Claromarenſis, ſacris Virginibus in Viridario iuxta Oſyacum à Confeſſionibus, edidit

Exhortationem ad Pœnitentem recenſque confeſſum.

LVDOVICVS WOVERIVS Antuerpienſis, *Ioannis* ex *Maria Clariſſea* F. *Franciſci* frater, natus an. Chriſti M.DC.VIII. cùm vixiſſet annos XVI. M. VII. D. II. Madriti Regia in vrbe MDC. CXXIV. IV. Kal. Septemb. cæleſtibus dotibus inſtructam animam cœlo reddidit.

Oſtendêre terris hunc tantum Fata adoleſcentem indole, ingenioque, ſed mage morum modeſtia vitæque innocentia præſtantem. Puer Latinas Græcaſque litteras hauſerat; vix adoleſcentiæ prima ſpatia ingreſſus & verſa proſaque ſcriptione ad elegantiam eminebat. Tragici ſpiritus nulli ſæculi ſui ſe futurum ſecundum cultiſſimis verſibus iam approbauerat Sed eheu! in Hiſpaniam cum parente profectus, vt ſtudioſa peregrinatione ingenij iudicium exacueret, iam ſummis carus, paribus dilectus, omnibus mirifice adamatus, moriens pari ſuauitate vitam deſerere potuit, quâ illam adornauerat.

Extat

Applauſus amoris & fauoris ab amiciſsimis & doctiſsimis Viris Franciſco Wouerio *Ioan.* F. *ſcriptus, publicante Ludoico eius fratre*. Typis Plantinianis, 1623.

Apobaterion itineris ſui in Hiſpaniam narratio, ad Erycium Puteanum.

Piorum iamborum Mnemoſynon, iiſdem typis.

M.

M.

MAGDALIVS IACOBVS Batauus, patriâ Gaudanus (Poſſeuinus Gandauenſem ſcribit; ſed malè) Ord. S. Dominici, Theologus egregius, Hebræus & Græcus, ſcripſi

Correctorium Bibliorum, cum quarundam difficilium dictionum luculenta expoſitione. Coloniæ, typis Quentelij, 1500.

Compendium Bibliorum metricum. Ibidem.

MAILLARDVS VVLDERVS Furnenſis, I. V. Licentiatus, nobilis præſtantiſſimorum Bituricenſis ſcholæ antecesſorum *Franciſci Duareni* & *Iacobi Cuiacij*, Louanij autem *Gabrielis Mudai* diſcipulus. Vt primùm in patriam venit, cepit in Comitio Flandrico eloquentiæ præſidio confiſus, reorum periclitantium cauſas dubias defendere. Poſtea S. P. Q. Aldenardenſi à conſilijs extitit. Anno verò CIϽ. IϽ. LXXXVI. Concilij Flandrenſis Patronus fiſci creatus, omnibus admirationi fuit. Vbi quid in deliberationem cadebat, quod inextricabile videbatur, incredibilem in differendo ſubtilitatem manifeſtabat. Sexagenario minor, maximis exantlatis laboribus, phthiſicâ febre conſumptus, huius mortalis vitæ ſortem anno M. D. XCII. derelinquens, X. Martij, raptus eſt ad immortalem. Multa elucubrata habuit in Iure Ciuili, inter cetera *Volumen Reſponſorum, ſiue Conſiliorum,* quibus reconditarum materiarum nodos difficiles ſolerti ingenio, & exquiſito iudicio ſoluit. Dolendum extremam huic operi non impoſuiſſe.

MARCELLVS FRANCHEMIVS, Zutphanius, Gelder, I.V. Doctor, & ſcholæ Zutphanienſis Rector. Italiæ & Germaniæ Academias pleraſque luſtrauit, virorum eruditione principum familiaritate vſus. ſcripſit

Expeditionem Sicambro-Batauam, ad fidem & virtutem antiquorum. Moguntiæ, 1620. 4. typis Lippij.

Epiſtolam pro Iatro-Chymica. Franekeræ . 611. 8.

MARCVS CORNELIVS MARTINI, Antuerpienſis, & Philoſophiæ Profeſſor in Academia Iulia. Edidit

Diſputationem de ſubiecto & fine Logices, aduerſus Ramiſtas. Lemgouiæ, M. D. XCVII. 8.

MARCVS GVALTERVS, Campenſis ſcholæ Moderator, apud Tranſ-Iſelanos. Scripſit

Dialogos de Scholis, earum antiquitate, Vſu &c.

MARCVS LAVRINVS Brugenſis. Waterulieti Dominus, Guidonis frater, auitis fultus opibus, ſtudia ſecutus, humanioribus literis deditus, Græcas pariter & Romanas Antiquitates perſcrutatus eſt, lectiſſima Bibliotheca inſtructus, Inſcriptionibus marmoreis nummiſque omnis generis metalli refertiſſima. Huius ſubſidio, operâ, doctrinâ

 & im-

& impenſis *Hubertus Goltzius* inſignis ſcriptor & Typographus, ſed linguæ Latinæ rudis, in Italiam, Germaniam, Galliam miſſus, ad antiquitatis omne genus conquirendum, *Faſtos Conſulares*, *Iulium Cæſarem*, *Auguſtum*, & *magnam Græciam*. mirâ quadam elegantiâ digeſſit & typis ſuis excudit.

Iuſtus Lipſius lib II. epiſtola I. Epiſtolicarum Quæſtionum ita de *Laurinis* fratribus:

Fateri debemus, Brugæ veſtra Belgij noſtri ſidus ſunt, pariter vt olim Græciæ oculus Athenæ. Nuſquam à multis annis ingeniorum fælicior prouentus: nuſquam doctrinæ vberior ſeges. In qua eruditorum luce vos, Laurini *fratres, ſic eminetis,*

> *Vt pura nocturno renidet*
> *Luna mari Gnidiuſue Gyges.*

MARCVS LYCKLAMA à *Nieholt*, Friſius, I. C. & Anteceſſor Franekeræ Friſiorum, poſt inter Belgij fœderati Ordines Senator. Vir extra controuerſiam ſummus. Edidit

Membranarum, ſiue Opinionum ad ius Ciuile controuerſarum lib. VII. Amſtelodami, 1608 & 1609. 4.

Commentarium De ineunda rei debitæ æſtimatione, ad L. Vinum XXII. *De Rebus creditis & ſi certum petatur* Ibidem. 1610. 8.

Benedictorum lib. IV. aduerſus maledicta atque errores pragmaticorum, aliorumque. Lugduni Batauorum 1617. 8.

MARCVS NEVIANVS, Gerardimontanus, Flander, Medicus & Philoſophus eruditionis famâ nobiliſſimus. Non ſolùm ciuibus ſuis medendo profuit, ſed etiam Rempublicam prudentiâ iuuit, geſto ſæpius Conſulatu. Tandem Sacerdotium nactus, & Sacerdos Gandauum conceſſit, ibique reliquum vitæ in nobilis otij ſtudijs tranſegit. Scripſit

De plantarum viribus, carmine Louanij 1563. 8.

De morbis curandis lib. Gandaui.

MARCVS VARNEWICVS, Patritiâ Gandaui ſtirpe natus, Poeta & Hiſtoricus Belgicus: ſcripſit

Speculum Antiquitatis Belgicæ, ſiue Germaniæ *Inferioris*, in quo tanquam in ſpeculo apparent res mirabiles præſertim in Belgio geſtæ. In dedicatoria promittit ſe editurum XXVIII. lib *De Philoſophis popularibus*.

De Ethnicis illuminatis lib. III.

Margaritam Pudicitiæ & virtutis in modum Dialogi.

Paradoxa.

De Idolatria.

De VII. *peccatis mortalibus.*

Clypeum fidei Chriſtianæ.

Chronica ab orbe condito, rythmicè.

Parlamentum canum.

Itinerarium Romanum.

Speculum Anabaptiſtarum.

Cotem quadrangularem, De Infidelibus, Iudæis, Turcis, & Pſeudochriſtianis.

Deſcriptionem Comitatus Flandriæ *& Zelandiæ.*

De

De imaginibus & famoſis vrbibus & ædificiis totius mundi.

Multa quoque rythmicis Flandricis

De antiq. nobil. & Origine Flandriæ eleganter complexus eſt.

Antonius Sanderus lib. III. de Gandenſibus eruditione claris, conciuem ſuum hoc elogio honorare lubuit:

Hic erit, vt perhibent doctorum ſcripta virorum,
MARCVS *Gorduna primus in Hiſtoria.*

MARIA DENTIERES Tornacenſis, ſcripſit Gallicè

Epiſtolam contra Turcas, Iudeos, Infideles Pſeudochriſtianos, Anabaptiſtas & Lutheranos. anno 1539. quo floruit.

MARIVS IOAN. GOTSCALCANVS, Antuerpienſis, non Bruxellenſis vt malè *Valerius Andreas*, tertij inſtituti S. Franciſci, quos Bogardos vocamus. A prima ætate ſæculi vanitate relictâ, Deo optimo Maximo ſe dedit. Scripſit

De Repub. Chriſtiana nouiſſimorum temporum lib. III. Louanij typis Riuij, & Antuerpiæ apud Bellerum, 1600.

Commentarios in Epiſtolas D. Pauli.

Aureum precationum libellum, Antuerpiæ typis Keerbergij, 1587.

Euangelicas & Chriſtianas orationes, idiomate Belgico, 1590.

Naturæ debitum perſoluit Bruxellis apud ſuos, & ſepultus in ambitu monaſterij, hoc epitaphio & chronographico:

QVALIS HOMO TV NVNC EGO, TVNC, AT QVALIS EGO NVNC
TALIS TV TVNC, ET SI BENE DIVES ERIS.

MARTINVS BACCIVS, Tiletanus, Flander, S. Theol. Licent. Paſtor Aloſtanus, pòſt Eccleſiæ Iprenſis Theſaurarius, edidit vernaculo ſermone laudatas

Conciones per annum. Antuerpiæ typis Verduſſi, fol.

Laborauit quoque in caſtigando *Tomo I. D. Auguſtini* vnà cum Theologis Louanienſibus.

MARTINVS BALDVINI, *Rythonius*, à Campaniæ Brabantiæ municipio ſibi natali, nomen induit. Adoleſcens Louanij Philoſophiæ ſtudijs in gymnaſio Falconenſi ſatis imbutus, eidem mox præficitur. Inde ad Dilinganam apud Sueuos Academiam recens excitatam euocatus in ea aliquot annis Theologiam *Petro Soto* Hiſpano collega, explanauit. Louanium reuerſus ad D. Petri Decanus & Academiæ Cancellarius conſtituitur. *Antonio Card. Granuellano* Archiepiſcopo Machlinienſe abſente, Synodo I. prouinciali Machliniæ magna laude anno M. D. LXX. præfuit. Tandem à *Philippo II.* Hiſpp. Rege I. Iprenſibus in Flandria Præſul eſt datus Audomaropoli, quò ſe receperat Gandauo, lue epidemicâ ſeuiente, extinctus eſt. Ipris in Cathedrali *D. Martini* hoc viſitur epitaphium:

Si.

An Eccleſia Romana defecerit à fide.
De triplici Cœna, Caluiniſtarum Lutheranorum & Catholicorum.
De Communione ſub vtraque ſpecie, contra Huſſitas, Lutheranos & Caluiniſtas.
Epiſtola ad Franciſcum Balduinum, eiuſdem argumenti.
Refutatio Apologiæ Regis Angliæ de Primatu Eccleſiæ.
Refutatio Torturæ Torti, ſeu in Sacellanum Regis Angliæ, quod cauſſam ſui Regis negligenter egerit.
De Purgatorio Caluiniſtarum.
De triplici Sacrificio, Naturæ, Legis & Gratiæ.

TOMO III.

Examen plagæ Regiæ.
De fide DEO *ſeruanda.*
Priuilegia Caluiniſtarum, denuo cum acceſſionibus aucta.
Quæſtiones Batauicæ.
Diſſidium Anglicanum, de primatu Regis.
Duellum.
De Pontifice veteris Teſtamenti.

Nunc his demum ſeorſim acceſſerunt,

Controuerſia Anglicana, de Poteſtate Regis & Pontificis, contra *Lancelotum Andream* Sacellanum Regis, pro defenſione Illuſtriſſ. Cardinalis *Bellarmini*. Item.
Theologiæ Scholaſticæ pars prima.
De Deo & attributis diuinis.
De Trinitate.
De Angelis.
De operibus VI. dierum.
De ſtatu innocentiæ.
Theologiæ Scholaſticæ Pars ſecunda.
De Beatitudine.
De Actibus humanis.
De Peccatis. De Legibus. De Gratia.
Theologiæ Scholaſticæ Pars Tertia.
De Fide, Spe, Charitate. Seorſim Moguntiæ excuſa:
Epiſtola ad Georg. N. ex Caluiniano factum Catholicum, De Comparatione Eccleſiæ & Synagogæ.
Epiſtola ad Ioan. Sartorium Lutheranum, De inſtitutione & vſu SS. Euchariſtiæ.
De Inuocatione Sanctorum
De Iudice Controuerſiarum, ſiue ea Scriptura ſit, vt volunt hæretici, ſiue Eccleſia, vt docent Catholici. 1615. 8. Ibidem.
De Republica Eccleſiaſtica libb. IV. aduerſus Marcum Antonium de Dominis, Archiepiſcopum Spalatenſem, Apoſtatam, qui obiit Romæ in arce S. Angeli anno M. DC. XXIV. Eccleſiæ Catholicæ reſtitutus.
Analogia veteris ac noui Teſtamenti Ibidem 1620. 4. & Pariſijs apud Nicolaum Buon & Sebaſtianum Cappelet. 1620.
Manuale Controuerſiarum huius temporis lib. V. Ingolſtad, & typis Verduſ. 1624.
Vita ceſſit Viennæ Auſtriæ, an. relaxationis humanæ cIɔ. Iɔc. xxiv. ix. kal. Feb.

MARTINVS DVNCANVS in Vico Kempen, ditionis Colonienſis, naſcitur anno ſalutis M.D.V. prid. S. Martini, parentibus honeſtis. Neomagi apud Fratres vitæ communis ſtudiorum fundamenta iecit. Decurſo deinde apud Grudios in Standonico Gymnaſio Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudio, Goricomianæ apud Batauos Eccleſiæ præficitur, deinde Delphenſi; tum graſſanti Anabaptiſtico furori & inſaniæ, voce & ſtylo murum pro domo Dei ſeipſum obiecit, multaſque animas Chriſto lucrifecit. Hagæ Comitis *Guilelmo Lindano* in Decanatus dignitate ſuffectus, ſæpius Regium eius loci Senatum monuit, vt naſcenti ſeditioſæ ac peſtiferæ Caluiniſtarum ſectæ occurreret, atque in herba opprimeret. Scripſit

Dialogos Latini ſermonis, in ſcholarum vſum. typis Latij, 8.

Catechiſmum Catholicum, oppoſitum Cathechiſmo Deformatorum, vernaculo ſermone.

De origine condemnationis & iuſtificationis.

De Sacrificio Miſſæ. typis Verduſſij.

De vera Cœna Domini. De vera Chriſti in terris Eccleſia.

De fuga Paſtorum in perſecutione.

Confutationem Anabaptiſticæ hæreſios, contra Mennonis Simonis Blaſphemias de Baptiſmo. 1549. 8. apud Grauium.

Contra Aluearium Romanæ Eccleſiæ, ſeu Apiarium Philippi Marnixij Aldegondi, peſtilentiſſimum ſcriptum.

De Anglia Rege Eccleſiæ Capite.

Deceſſit Amerſfortij in exilio xvj. Kal. Maij, anno à Chriſto nato M.D.XC. ætatis LXXXV. ad D. Agathæ, quod monialium S. Auguſtini eſt cœnobium, conditus. Homo non doctrina tantùm, ſed etiam Chriſtianis virtutibus, ac præſertim modeſtiâ, temperantiâ & caritate in pauperes inſignis. Vitam deſcripſit *Ioannes Hezius* idiomate Belgico, typis Verduſſij 1594. 8.

MARTINVS EVERARDVS, alij EVERARTIVS Brugenſis, Medicus & Mathematicus euulgauit

Ephemerides Meteorologicas anni M.D. LXXIII. Antuerp. 1582.

Ephemerides Meteorologicas ad an. CIↃ. IↃCXV. *produxit.* typis Sommelini 1600. 4. Heydelbergæ.

MARTINVS GROENENSCHILT Lintrenſis, Canonicus Norbertinus in Tungerlo, & Præpoſitus Monialium Horti concluſi B. MARIAE Herentalij Ord. Præmonſtrat. vir pius & verè religioſus. Scripſit

Paradiſum Meditationum de Myſterijs Vitæ & Paſsionis CHRISTI. De IV. nouiſsimis. De votis monaſticis, aliiſq. Spiritualibus materijs. Antuerpiæ, typis Verduſſij. 1622.

MARTINVS HAMCONIVS Friſius, natus in pago Follega, vir ſingulari ingenio & eruditione præditus. Hic natus ad ſtudia, quo minus indulgere genio ſuo poſſet, ſacris factionibus impeditus fuit, ter in exilium eiectus, induſtria ſua ex neceſſitate (quod dici ſolet) virtutem fecit, nam præmij loco, ampliora quàm amiſerat, conſecutus eſt. In Chronologicis, Anagrammaticis, & Acroſtichis condendis vnicus. Scripſit

Certamen Catholicorum cum Caluiniſtis, heroico carmine continuo charactere conſcriptum. Adiecta ſunt *Anagrammata, Chronologica, & quædam alia.* Monaſterij, typis Lamberti Raſſelt 1607. 4.

Friſiam, ſeu De Viris rebusq; Friſiæ illuſtribus, lib. II. Ibidem. *Et Amſtelodami* apud Ioannem Janſſonium 4. 1624.

Theatrum Regum, Pontificum & Principum Friſiæ.

Kalendarium carmine Heroico.

Acroſtichiden de expeditione Ioannis Caſimiri, aduerſus Erneſtum Bauarum Archiepiſcopum Colonienſem, in qua ſingula verba incipiunt à litera C.

Abijt ad meliorem vitam ſeptuagenarius anno cIↄ. Iↄcxxi.

MARTINVS HAVWELIVS Flander Eeclonianus, veteri & prænobili ſtirpe oriũdus, Hebraicè, Grecè & Latinè non vulgariter doctus. Scripſit

Poëmata erudita ad Ianum Douzam, Carolum Vtenhouium, Lucam Fruterium, Garnetium Theologum, alioſque ſuæ ætatis Poëtas.

Moritur Veriæ in Walachria, Zelandicarum Inſular. maxima, florente adhuc ætate.

MARTINVS ILSTANVS, Friſius, Ord. Carmelitarum conuentus, qui olim Eloſti fuit. Scripſit

Elogia & Encomia Nobilium in Friſia.

Hiſtoriam factionum ſub Anarchia. M. S.

Vixit circa annum Domini M. CCCCC. teſte *Suffrido Petro.*

MARTINVS LEVRESIVS Brabantus, Traiectenſis cœnobij, Ordinis Dominicanorum alumnus, ſcripſit Librum. *Quo mulieres ab improperijs illis, quibus ſolent communiter affici, vendicat, earumq; præclara facta in vnum collegit ac recenſet.* Claruit anno Domini M. CCCC. LXXXV. teſte F. Ambroſio Gozzæo.

MARTINVS LIPSIVS Bruxellenſis, Canonicus Regularis S. Auguſtini Louanij in Valle Martiniana. *Iuſti Lipſi* patruus maior, & ob vtriuſque linguę peritiam, doctrinamque multiplicem, *Des. Eraſmo* familiaris. Ætate grauis, ſacris virginibus Cœnobiarcha datus, eximiâ morum innocentiâ, complures annos præfuit, ibidemque cum veteribus amicis, id eſt, libris aſſiduè verſatus, placidiſſimâ morte pius ſenex è vita exceſſit. Martiniani Sodales Louanij hoc illi monumentum poſſ.

MARTINVS LIPSIVS BRVXELLENSIS
VIR EGREGIE DOCTVS, ET QVI PERPETVO
STVDIIS, QVIBVS ET IMMORTVVS EST, INCVBVIT
IN CASTIGANDIS VETERIBVS AVCTORIBVS
VSQVE AD EXTREMVM SPIRITVM INSVDANS.
TESTANTVR ID OPERA HILARII, AVGVSTINI,
ET ALIORVM MVLTORVM
EX IPSIVS RECOGNITIONE EDITA
TESTIS EST ET MACROBIVS CVM SYMMACHO
AB ILLO CASTIGATVS
FVIT PRÆTEREA VIR ISTE ERASMI ROTEROD.

AMI-

AMICITIA ET SCRIPTIS EPIST. SATIS CLARVS:
PRAEFVIT MONASTERIO CRVCELENSICO
CVM MVLTO IPSIVS COENOBII FRVCTV
MORITVR ANNO CIↃ. IↃ. LV. MARTII XXIV.
IBI HONESTE SEPVLTVS.

Ioannis Cuſtodis Grammaticam retexuit, typis Plantini, 8.
Chromatij Homilias luce donauit. Louanij 8.

MARTINVS MICRONIVS Gandauenſis, Medicus, Scripſit
In pleroſque *Anatomicos Galeni libros.*
In libb. De Placitis Hippocratis, & Platonis Argumenta. Baſileæ, 1549. apud Frobenium.

MARTINVS MYRICANVS Louanienſis, *Seruatij* frater, Ord. S.Franciſci, Germaniæ Infer Miniſter, ex Latina in linguam Belgicam vertit libellum R.P. *Chriſtophori à Capite-fontium*, cui titulus: *Defenſio religionis auitæ.* Louanij 8.
Obijt Machliniæ anno M.DC.IV. die Iulij decimâ.

MARTINVS PETREMANNVS, cognomine ſuo, natale ſolum, nempe Louanium indicans. Canonicus Norbertinus in Cœnobio Parcenſi, ibidemque pauperum eleëmoſynarius. Scripſit
In Regulam S. Auguſtini.
Commentarium de Virtutibus, aliaq́, plura M.S. apud ſuos.

MARTINVS PILIVS, Septimontius, Batauus, Poëta lepidus, luſit
De Ambitione Carmen, typis Raphelengij. 1593. 8.
Obijt in flore ætatis, anno M.D.XCVIII.

MARTINVS RYTHOVIVS, vide MARTINVS BALDVINI.

MARTINVS ANTONIVS DEL-RIO, Ant. F. Antuerpianus, naſcitur anno ſalutis CIↃ. IↃ. LI. ipſo Pentecoſtes meridie. Liræ, rei literariè prima iecit fundamenta. Louanij & Duaci primum iuris ſtudia libauit. Anno M.D.XXC. ætatis vnde triceſimo, cùm Regis Brabantiæ Conſiliarius eſſet, nomen dedit Soc. IESV. Hebraicam linguam in Soc. profeſſus eſt, Philoſophiæ ſcientias expoſuit, Quæſtiones de moribus explicauit, & S. Scripturam varijs in locis interpretatus eſt. Dum ex Hiſpania valetudinis cauſſa in Belgium redijt, ex itineris fatigatione & continuis ſtudiorum laboribus in morbum incidit, & Louanij calculi doloribus excruciatus moritur XIX. Octob. anno Chriſti M.D.C.VIII. ætatis LVII. Vir fuit probitate, ingenio, Religione, omnium literarum genere ac morum ſuauitate excellens: IVSTO LIPSIO perfamiliaris, qui æui noſtri miraculum vocat. In hoc nihil non excelſum, exſultans, ſuaque denſitate nobile. Nulla hic pagana ſimplicitas, neque ſolus vrbanus lepos; ſed ter venerandæ antiquitatis ſcrinia tota. Tumulatus eſt in templo Soc. IESV Louanij ad dextrum latus ſacelli interioris. Nullo ſaxo grauantur innoxij Manes: ſolis piorum votis & lacrymis decorantur, ſi quis volet, hæc animo inſculpat:

Subſiſte, tangis Terminum: hîc Mors imperat.
Hoc DEL·RIONIS indicat tumulus tibi.
Marmor videre poſtulas? cælos vide.
Hoc marmor illi eſt, orbis eſt buſtum: Libri
Fauilla: fama publica, eſt inſcriptio.
Lege Hoſpes, & quod exprimas tibi ſelige.
Breui eſt eundum: nam Hoſpes es, quæras viam.

Vitam eius ab *Hermanno Languenellio*, nomine fictitio datam, Ioannes Moretus typis dedit 1609. 4. Sunt qui Nicolao Suſio Soc. IESV adſcribant.

Scripſit Iuuenis,

In Claudianum Poëtam & in Solinum notas. Antuerp. 1572.

In Senecæ Tragœdias aduerſaria. Ibidem typis Plantini, 1594.

Miſcellanea in totum Ius ciuile. Pariſijs, apud Sonnium.

Repetitiones in L. Tranſigere, C. Tranſact. &c.

Commentarium multiplicem in L. Contractus de reg. Iuris.

De principijs Iuris lib. II. In SOCIETATE autem:

Florida Mariana, ſiue De laudibus ſanctiſſ. Virginis Deiparæ Panegyricos. Antuerp. apud Moretum 1598. 8. & Lugduni 1607. 8.

Polemica Mariana, typis Plantini.

Diſquiſitionum Magicarum Tom. III. ſæpiùs locupletatos.

Tragœdiæ Latinæ Syntagma in III. partes diſtinctum, quarum vltima nouum complectitur Commentarium in X. Senecæ Tragœdias.

Commentaria in Cantica Canticorum. Ingolſtadij 1607. Fol.

In S. Orientij Epiſcopi Illiberitani Commonitorium Notas breues, & in D. Althelmi Ænigmata.

De difficilioribus & vtilioribus S. Scripturæ locis Tom. III.

Vindicias Areopagiticas, aduerſus Ioſephum Scaligerum. Antuerp. 1607. 8.

Commentarium litteralem in Threnos Ieremiæ. Lugd. 1608.

Pharum Sapientiæ, ſeu Commentarium in Geneſin. Ibid. 4.

Adagiorum Sacrorum Tom. I. & alter Adagiorum ac Phraſium S. Scripturæ poſtumi in lucem exierunt.

Promiſerat *Racemationes SS. Patrum, in Iſaiam, Iudith & Pſalmos*, quas vereor vt morte præuentus, abſoluere potuerit.

Commentarius rerum in Belgio geſtarum à Comite Fontano, auctore Rolando Mirteo Onatino, Madriti 1610. & Coloniæ 1611. qui MARTINVS ANTONIVS DEL-RIVS eſt.

MARTINVS SMETIVS, Weſtvvynkelanus, Flander, Antiquitatis imprimis amans & indagator ſolers. Inſcriptiones enim per ſexennium, ab anno videlicet XLV. ad annum vſque LI. cùm per vrbem Romanam (vbi tum agebat) tum per multa Italiæ loca, quæ cum hero ſuo *Rodolpho Pio* Card. Carpenſi, obiter perluſtrauit, tumultuariè primùm collegit. Opus profecto inſigne, in quo teſte *Lipſio*, COGNITIO ÆVI MORISQVE VETERIS ET FLORENTISSIMI ILLIVS IMPERII, CVI PAR NON EST, NON ERIT IN TERRIS, qui auctarium amicorum rogatu, velut limbum attexuit Smetianæ togæ. Perijt circa annum CIↃ. IↃ. LXXVIII. Nec fato ſuo. Suſpenſus enim eſt non longè Tene-

Teneræmunda in via deprehenſus & abreptus à furibunda militum Hiſpanorum manu, qui deformatæ Religionis miniſtrum eſſe putabant. Prodiit INSCRIPTIONVM ROMANARVM OPVS Lug. Batauorum typis Plantini, poſtea multo auctius opera Iani Gruteri, Scaligeri & Velſeri.

Eiuſdem Smetij exſtant quoque elegantia *Poëmata.*

MARTINVS DE SCHIEDAM, Batauus, ſcripſit
De Spiritualibus aſcenſionibus Tractatum. Vltraiecti M. S. in bibliotheca publica.

MARTINVS A TVRNHOVT, Brabantus, Ord. Minorum Theologus & Profeſſor Louanienſis, diſcipulus Theodorici à Monaſterio. Scripſit.

Commentarium in IV. libb. Sententiarum.
Sermones de Tempore & Sanctis. M.SS. Louanij, Vno Tomo.
Expoſitionem itinerarij mentis in Deum, D. Bonauenturæ per Sermones diſtributam.
Speculum Chriſtiani hominis.
Sermones de X. Præceptis.
Sermones De Sacramentis Eccleſiæ.
Sermones in Pauli epiſtolam ad Epheſios.
Arithmeticam diuinam. ſiue de numeris myſticis S. Scripturæ.
Commentaria in Eſaiam Prophetam. M.SS. Antuerp. apud ſuos.

Humano carcere liberatur, magno ſui deſiderio relicto, anno M.D.XI. Martij XIII.

MATTHÆVS A CASTRO, Inſulenſis, Flander, monachus Falempinienſis, & poſtea eiuſdem cœnobij Abbas. Scripſit
Noctes Hyemales & Æſtiuales.
Commentarium in Pſalmos.
Commentaria Cor. Ianſonij in Concordiam Euangelicam, redegit in compendium.

Moritur anno Chriſti M.DXCVII.

MATTHÆVS DORDRACENSIS Batauus, Ord. Minorum, ſcripſit vernaculo ſermone
Faſciculum myrrhæ, poſtea Latinè redditum.
Vixit anno M.D.XL.

MATTHÆVS GAIVS, Eccleſiæ S. Nicolai Gandenſis Paſtor in concionandi munere eximius, Scripſit idiomato Belgico
De conſeruatione Chriſtianorum aduerſus hæreſes. Item.
Quomodo vnuſquiſque ad Confeſſionem & Sacroſancti corporis & Sanguinis Domini noſtri Sacramenta accidere debeat.

MATTHÆVS GALENVS, Weſtcappellius, Zelandus, Theologus, qui in Belgio & alibi ſe virum præbuit. Louanij Theologiæ decurſo ſtadio, à *Ruardo Tappero* Dilingam Sueuorum, ad publicam diuinarum literarum profeſſionem eſt ablegatus, *Guilielmo Lindano* ſuffectus. Triennio hic exacto, à Se-

à Senatu Duaceno euocatus, Academiæ magnum lumen attulit. Rex Catholicus Præpoſitum in D. Amati, atque Academiæ Cancellarium eſſe iuſſit.

Cameracum ad Synodum prouincialem miſſus (vt & olim Tridentinæ interfuerat) vna cum alijs Patribus vtilia Eccleſiæ Belgicæ decreta conſtituit. Annos X. Duaci profeſſus migrauit ex humanis anno M.D.LXXIII. Funebri laudatione à *Thoma Stapletono* collega ornatus.

Petrus Colpinius domo Duacenſis, Theologus, hoc Epitaphium ſcripſit, grati in magiſtrum animi teſtimonium.

Fortè ſub vmbroſo reſidebat pallida cippo
Inuida naturæ Mors, inimica Deo.
Huc caro corruptrix morum ſcelerata, odioq́;
Feruens, & furijs exagitata venit,
Ac, inquit: perijt virtutis gloria noſtra,
Filia, ni matri fers properanter opem,
Eſt Sophiæ Antiſtes ſacræ, qua parte Duacum
Influit, & nigris Scarpus inundat aquis.
Protulit hunc diues quondam Zelandia natum,
Nomine Matthæum genſque Galena vocat.
Grammaticæ placitis rudibus formauit ab annis.
Gandauum doctis vrbs habitata viris.
Grandior aſt ætas Muſarum caſtra Louani
Tentare, & Sophiæ tecta ſubire iubet.
Accepit primos Sophiæ altercantis honores,
Excolit & meritum laurea ſacra caput.
Abdita linguarum myſteria doctus, Hebræis
Conſociat Græcos parte in vtraq́; potens.
Excepit primos Germania magna GALENI
Fœtus, in ſtudijs docta Dilinga tuis.
Germanis tantum ſed Belga inuidit alumnum,
Atque Duacenæ traxit ad arua ſcholæ.
Præſidet hic, doctos doctiſſimus expolit, atque
Doctoris ſacri ſtemmata clara tenet.
Nec tamen eximio geſtit petulanter honore,
Nec titulo clarus corda ſuperba gerit.
Corporeos premit affectus, ieiunia durè
Exercet, ſtudijs immoriturq́; ſacris.
Hunc pietas, hunc priſca fides, Aſtræa reuiſens
Terras hunc ornat, puraq́; relligio.
Nulla ſuperſtitio, nulla hæreſis occupat vrbem
Quam colit: has vitâ proterit ore, fide.
Quoque magis nobis noceat, iuuenilia formas
Ingenia, atque meos præuenit ante dolos.
Non patitur iuuenes choreas ductare: ſed odit
Queis furit exiliens ſtulta puella, modos.
Quid multis? niſi me vindex tua dextera ſeruet,
Filia, ſpes vitæ nulla relicta mihi.
Dixerat, & lacrymis faciem ſuffuderat; audax
Protinus aggreditur mors truculenta nefas.

Luſtra

Luſtra nomen ætatis nondum compleuerat, ecce,
Lurida terribilis Mors aconita parat.
Viribus extinctis in toto corpore, membra
Senſerunt properam debilitata necem.
Septembris tulit hunc vbi lux quindena, receptus
Spiritus excelſis, venerat vnde, polis.

Scripſit Matthæus, *De origine Monachorum totiſq; Monaſticis.* Dilingæ.
De Chriſtiano & Catholico Sacerdotio Commentarium.
De SS. Miſſæ Sacrificio. Antuerp. 1574. 8. apud Stelſium.
Opus catechiſticum, è SS. Patribus elaboratum. Duaci 1574.
In Epiſtolam D. Pauli ad Hebræos. Louanij.
De ſeculi noſtri Choreis. Ibid. Typis Lud. de VVinde. 4.
Orationes III. Funebres.
Homilias II. in quarum prima Clerum & Senatum de periculis in quibus verſantur, admonet. In ſecunda verò plebem hortatur vt ab hæreſibus gliſcentibus partim caueat, partim reſipiſcat. Coloniæ, 1563.
Alcuini, ad Carolum Magnum, Rethoricam è tenebris eruit, & Hilduinum de Vita Dionyſij Areopagitæ. Coloniæ 1563.

MATTHÆVS HERBENVS Brabantus, Traiecti ad Moſam naſcitur. Poëta & Theologus inſignis, & Seruatianæ ſcholæ Præfectus, cui maxima cum laude præfuit. Scripſit.
De Miraculis S. Seruatij, Carmine.
De Antiquitate Traiecti ad Moſam. M.SS. Ibidem, apud Ioannem Dillenum. I.C.
De Natura Vocis, ac Præcepta Muſicæ.
De Conceptione B. MARIAE Virginis, lib. 1.
De Inſtitutionibus Scholaſticis.
De inſtauratione Natalis ſoli Traiect. opidi.
Diaſyntheria lib. 1. Et alia.
Floruit anno M. CCCC. XCV. ſub Maxæmyliano Imp.

MATTHÆVS SCORNAIVS, Ord. Præmonſtratenſis, Abbas apud Niniuen Flandriæ opidum, *Ioannis Deſpauterij* natale ſolum, ſcripſit
Commentarios in Pſalmos Dauidicos.
In Eſaiæ Prophetiam.
Sermones varios, teſte Ioan. Bunderio.

MATTHÆVS WESENBECIVS Petri F. Antuerpiæ naſcitur anno partus Virginei M. D. XXXI. VIII. Kal. Nouembris, nobili & patriciâ familiâ: ſororum VI. & fratrum totidem, natu ferè minimus. Annum agens XIV. in patria perceptis litterarum rudimentis, cum fratre *Andrea* ſtudiorum ſocio, ſub *Gabriele Mudæo* Doctore Louanij, anno cIↃ. IↃ. L. XIV. Kal. Iulij, ſummum in vtroque Iure gradum conſecutus eſt. Scriptor Iuris valde peritus, & Anteceſſor Ienæ primò, deinde Witebergæ eloquens pariter ac doctus: quo in loco publicè præfuit annos XVII. magna cum Iuris Ciuilis intelligentia, maximaque gratia: Ingenium, laborem, fidem ſuam per æque promptam expeditamque, quamdiu vixit, præbens omnibus. Scripſit multa, quibus nomen

men immortalitati conſecrauit,ſuntque ſequentia:

Prolegomena Iuriſprudentiæ. Lipſiæ,1584. & 1585.

Iſagoge in libb. IV. Inſtit. Iuris Ciuilis.

Commentarium in eoſdem. Baſileę 1572.

Oeconomia Inſtitutionum, Digeſtorum, Codicis, Authenticarum, Decretorum & Decretalium. D. Baſileæ, 1571.

Tractatus & Reſponſa, quæ vulgò Conſilia Iuris appellantur, quibus grauiſſimę Iuris Vtriuſque controuerſiæ deciduntur. Baſileę, typis Epiſcopi, 1575.

Commentaria in Pandectas. Baſileæ, 1582. Coloniæ, 1600.

Tractatus breuis De Feudis. Coloniæ 1583.

Exempla Iuriſprudentiæ. Lipſiæ, 1584. 8.

In Codicem Iuſtiniani Commentarius vetus renouatus, Antuerpiæ, typis Keerbergij.

Quæſtiones de ſtudio Iuris inſtituendo. Lipſiæ, 1585.

Commentarij in libb. III. priores Codicis.

Prælectiones in III & IV. lib. Codicis. Witebergæ, 1616.

Commentarij in tit C. de Pactis & fide Inſtrument. Ibid. 1594.

Commentarij de Iure Emphiteutico, & De Interdictis atque Actionibus.

Subſcriptio ad Conſilium D. Chriſtophori Hardeſſiani. Notibergæ. 1568.

Oratio de Papiniano I.C. VVitebergæ dicta in Prælectionum ingreſſu. Ibidem 1570. & Francofurti, 1587.

Oratio de Gabrielis Mudæi I. C. Vita. Ibidem 1572.

Rebus humanis exceſſit Witebergæ anno ſalutis cIↃ. IↃ. XXCVI. ætat. LV. non. Iunij. Symbolum ei fuit PIE ET LÆTE. Epitaphium verò:

MATTHÆVS placida ſopitus pace quieſco
Iuſtitiæ & Iuris præco VVESENBECIVS.
Vita mihi ſtudium fuit, impenſique labores,
Et dolor & gemitus aſſiduaque preces.
Ioua Pater miſerere mei, miſerere meorum,
Nam prima in CRHISTI ſanguine noſtra ſalus.

WESENBECIVS paulò ante mortem hos verſus effudit:

In Belgis natus, Germanis hoſpes in oris,
Conficio ſpatium peregrinæ flebile vitæ:
Dum veram vocor in patriam, quæ ſanguine parta eſt
CHRISTE TVO: tu me poſt funera, magne Sacerdos,
Suſcipe, & extremæ ſubduc diſcrimine luctæ.
Mors tua, vita mea eſt: tu debita lytra parenti
Soluiſti moriens, vt per te viuere poſſim.
Hac ergo fretus ſpe non dubitante recondar
In mortem, dux CHRISTE, tuam, quæ ianua vitæ eſt:
Vt tecum moriens, tecum ô mea vita reſurgam.

MATTHIAS AQVENSIS, ſiue Aquiſgranenſis, Coloniæ Profeſſor Gymnaſij Montani, vir pietatis & doctrinæ laudibus inſignis, ſcripſit

Aſſertionem catholicæ Religionis aduerſus Lutherum. Colonię, typis Melchioris Noueſiani, 1542.

Aſſertionem Catholicæ fidei contra Bucerum, Ibidem, apud Maternum Cholinum, 1556. 8.

MATTHIAS BONERVS, Venlonianus, Gelder, I.C. titulum Louanij cepit, iuuenis rarâ eruditione, & ingenio eleganti, exſtat *Declamatio pro Sclopo, oppoſita Vituperio Sclopi Eryci. Puteani.* Louanij, typis Riuij. 1609.

Obijt in Vbijs, anno cIↄ. Iↄc. XIV.

MATTHIAS BOSSEMIVS, Amſtelodamus, Batauus, natus anno cIↄ. Iↄ. XXVII. Theologus & Cancellarius Academiæ Duacenæ. Alardum Crocum puer audiuit. Annos XXXIII. publicum profitendi munus cum laude ſuſtinuit. Ea fuit in homine iam inde à primis annis pietas & innocentiſſima ſanctitas morum, vt priſcorum Eccleſiæ Patrum eximium in eo ſpecimen eluceret. Mortis memor mortui cranium ante oculos in muſæo ponebat. Tam ſeuerus in Clerum cenſor, tantæque caſtitatis, vt extraneam in ædibus fœminam verſari paſſus non ſit, nec vnquam ſolus cum ſola, niſi in publico, fuerit locutus. Facultates quas amplas eſt conſecutus, Baſilicæ *D. Amati* Præpoſitus, alendæ in B.P. iuuentuti, teſtamento legauit Collegio Duaci ſub tutela Deiparæ Virginis inſtituto & vectigalib. aucto. Scripſit *Commentarium de domeſticâ mulierum ſocietate Sacerdoti vitandâ.* Duaci, typis Bogardi, 1577. Contra Ioannem Caluinum *De ſtupidiſſima & vera Idolatria, quæ quondam apud Ethnicos fuit hypocoriſtica interpretatione. De ſpeciali DEI auxilio.*

Orationem paraneticam, ad nouitios Theologiæ ſtudioſos. Ibidem, typis eiuſdem.

Ad meliorem vitam tranſijt anno ætat. LXXII. condituſque in Odeio *Diui Amati*, cui annos amplius XXVI. præfuerat, hoc epitaphio:

HOC MONVMENTVM
REVER. DOMINO MATTHIÆ BOSSEMIO
AMSTELODAMENSI,
PRESB. INSIGNIS HVIVS ECCLESIÆ PRÆPOSITO
S. THEOLOGIÆ DOCTORI
ET PRIMARIO IN VNIVERSITATE DVACENA
PROFESSORI,
EIVSDEMQVE VNIVERSITATIS CANCELLARIO
AMPLISSIMO,
AD DEI GLORIAM POSITVM.
OBIIT ANNO DOMINI M. D. XCIX.
MENS FEBR. DIE IV.
ORATE PRO EO.

MATTHIAS BREDENBACHIVS Karpenſis, qui vicus eſt Ducatus Montenſis, & Colonienſis diœceſis. In re literaria familiam duxit, inſignem auditorum manum Embricæ ad Rhenum collegit, & Gymnaſium, (cui præerat) longè celeberrimum reddidit. Illud mirum, virum aſſiduis ludiliterarij curis diſtrictum, tantum otij ſuffurari potuiſſe, vt tot tamque graues cùm de Sacris, tum de profanis rebus lucubrationes meditaretur. Nihil ſanctius habebat quàm tempus, idque ſcrupuloſè dimetiebatur. Scripſit

De

De diſſidijs Eccleſiæ componendis, quæ noſtra hac tempeſtate tanto cum terrore iactant Eccleſiæ nauem. Coloniæ 1557.

Apologiam, quod quibuſdam viſus eſt in ſuo de diſſidijs in Religione componendis libello, acerbius in Lutherum ſcripſiſſe. Ibid 1557. & Antuerpiæ typis Tilenij, 1576.

Hyperaſpiſten, pro vera componendorum diſſidiorum ratione, aduerſus Iacobi Andreæ conuitia. Coloniæ, 1567. apud Quentelios.

Commentarium doctiſſimum in Matthæum. Ibid. 1560.

Commentaria in Pſalmos vnde ſeptuaginta priores. Ibidem.

Epiſtolas II. De negotio Religionis. Ibid. 1567.

Monodiam heroicam in obitum Archiepiſcopi Treuerenſis,

Elegias in obitum Georgij à Petra Collegij Confluentini ad S. Caſtorem Decani. Ibidem, 1567. 8.

L. Feneſtellam de Sacerdotijs & Magiſtratibus Romanorum, correxit, reſtituit, ſcholijſque illuſtrauit. Coloniæ apud Ceruicornum, & Antuerpiæ typis Gymnici, 1557.

Fatis conceſſit Embricæ pius ſenex anno ſalutis humanæ M.D.LIX. ætat. LXX. Non. Iunij, relictis filiis *Theodorico* & *Tilmanno*, doctrinâ clariſſimis.

MATTHIAS DE CASTELEYN Aldenardenſis, Flander, Poëta Belgicus inſignis & ſuauis, qui primus inter ſuos Poëſin vernaculam ad normam & menſuram reduxit. Libro titulum fecit: **De Konſte van Rhetorijcke/** hoc eſt, *Artem Rhetoricæ.*

MATTHIAS COLONIENSIS, Carmelita, Theologus Pariſienſis, atque ignotæ (vt ſcribunt) ſedis Epiſcopus, ſcripſit

Sermones ad populum.

Commentaria in Pſalmos.

Epiſtolarum libb. II.

Obijſſe fertur Bruxellæ anno *M CCC. LIX.*

MATTHIAS FELISIVS (alijs Felſius) à Brouvvershauen, Zelandus, nobili gente Catziorum editus. Ord. Minorum, prouinciæ Infer. Germaniæ Miniſter, cui inſignis pietas & elegans morum forma, probatiſſimi viri nomen conciliauit. *P. Henricum Sedulium* ad ſacri Ordinis profeſſionem accepit. Scripſit

Elucidationem Decalogi Antuerpię, 1573. & 1576. typis Plantini.

Catholicam Elucidationem Inſtitutionis Chriſtianæ, ſeruata Methodo diſtinctionum à Magiſtro Sentent. in II. obſeruatarum. Antuerpiæ 1575. & auctam Pariſijs 1604. 8.

Commutauit vitam mortalem cum immortali anne M.D.LXXVI. 3. non. Martij, & ſepultus in Choro Monaſterij Louanienſis, quod ſuo funere cohoneſtauit.

MATTHIAS HOVIVS Machlinienſis, S. T. Licentiatus. Primùm ad S. Petrum in patria Paſtor, ſacrique eloquij præco celeberrimus. Poſt Eccleſiæ Metropolitanæ Archidiaconus, & ſedevacante Vicarius Generalis, dein III. Machlinienſium Archiepiſcopus deſignatus & conſecratus anno M.D.XCVI.

M.D.XCVI. annoſque XXIV. maxima cum laude præfuit. Anno M. DC. VII. tertiam Synodum prouincialem Machliniæ celebrauit, in cuius auſpicijs elegantem & doctam Orationem dixit de cauſis Synodi, deq; abuſibus Cleri & Eccleſiæ tollendis, quæ prodijt typis Plantini. Symbolum illi fuit: SVPERAT SAPIENTIA FORTEM. Ex corporis vinculis tanquam è carcere euolauit, anno à Chriſto nato, orbis terarum, Seruatore M. DC.XX. Laudatus pro funere Machliniæ à *Iacobo Ianſonio* Doct. Theologo, & Affligemij à *Laurentio Beyerlinck* Archipresbytero. Conditus in Metropolitana hoc Epitaphio:

En primus ille Belgij hic ſplendor iacet,
Quem ſacra Martis inter & mortis metus,
Varijs probatum munijs Pietas, huic
(Auſpice PHILIPPO) tertium Archiepiſcopum
Dedit eſſe Cathedra, deputante, Belgicas
Pontifice, turmas regere, concilio intimo
ALBERTO, adeſſe, Principe, MATTHIAS HOVIVS.
Suo hic relicto hærede Seminario,
VIrtVte fVLgens, DesIt AffLIgeMII. III. Kal. Iun.
Anno ſal. CIↃ.IↃC.XX. ætat. LXXVIII. Sacerdotij LIV.
Archiepiſcopatus XXV.

MATTHIAS LAMBRECHT è pago S. Laurentij, qui pars eſt territorij Maldeghemienſis, oriundus, S. Theol. Licentiatus, *Remigij Druitij* Epiſcopi Brugenſis Eccleſiæ ſucceſſor anno M. D. XCVI. vir ingenio, pietate, doctrina, cum præcipuis quibuſque ſui temporis Doctoribus meritò comparandus. Scripſit lingua Belgicâ volumen *De vita, morte & paſſione Sanctorum, cum longa & luculenta præfatione ad S.P.Q. Brugenſem,* cui adiunxit.
Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Chriſto nato ad ſua vſque tempora.

Æternitatis iter ingreſſus eſt, functione Epiſcopali ſumma cū laude geſta, ac de Repub. Chriſtiana optimè meritus anno ſalutis M. DC. II. & ſepultus in Cathedrali ad ſiniſtram tumuli *Ludouici* Flandriæ Comitis, tali epitaphio:

ÆTERNÆ MEMORIÆ
REVER. DOMINI D. MATTHIÆ LAMBRECHT
FRANCONATIS, THEOLOGI,
QVI POST FVNCTIONEM PRIMVM
POENITENTIARI,
DEINDE ARCHIPRESB. ET ARCHIDIACONI,
TANDEM III. FACTVS EST
BRVGARVM EPISCOPVS
FLANDRIÆ CANCELLARIVS PERPETVVS
SEDIT ANN. V. MENS IX. DIES XVII.
OBIIT VERO I. IVNII, M. DC. II. ÆT. LXIII.
ORATE PRO REFRIGERIO ANIMÆ IPSIVS.
EXECVTORES TESTAM. OPT. PRÆSVLI MOESTISS. POSS.

MATTHIAS LOBELIVS Ioan. Fil. I.C. Inſulenſis. Flander, naſci-

tu

Faſciculus Deuotionis complectens Horas nominis Iesv & B. Annæ. *Meditationes ac Orationes in Vitam Chriſti, ac Soliloquium animæ ad Sponſum.* Gandaui, typis Marij 1515. 8.

Cingulum militare, ſiue Speculum operum Iuſtitiæ Chriſtianæ, in quibus tractat de Inſtitutione Confraternitatum iv. Ord. Mendicantium.

Arbor vitæ xii. *fructus proferens, ſiue Meditationes* xii. *de Venerabili Euchariſtia* Ibidem Gandaui 1618.

Vita S. Nicolai Tollentinatis.

Proceſſionale, ſiue Itinera & peregrinationes Saluatoris noſtri, proponens eiuſdem præclaras virtutes ex proprietatibus candelæ. Ibid. 1619.

Hiſtoria Venerab. Sacramenti miraculoſi Herckenrodiani, Bruxellenſis, Louanienſis, & Gandenſis apud Auguſtinianos. Antuerpiæ, apud Gerardum Wolſchatium, 1620 8.

Officium S. Ioſephi, continens totum Pſalterium D. Auguſtini, quod ſcripſit matri ſuæ Monicæ. Latinè 1619. & Flandricè Gandaui, typis Cornelij Marij, 1621.

Speculum perfectionis, ad ſubſtructionem nobiliſſimæ cuiuſdam filiæ mundo valedicentis. Antuerpiæ, typis Gerardi Wolſchatij, 1623.

Threni, ſiue Lamentationes Chriſti, ſuper ingratitudine Iudæorum & malorum Chriſtianorum Louanij, Tomo II. typis Haſtenij. 8. 1624.

Manipulus precum, ſacer ſuauiſſimo puerulo Iesv, caſtiſſimæ Virgini Marri, eiuſque ſanctiſſimo ſponſo Iosepho, Latinè. Brugis, apud Guilielmum de Neue. 1624.

Teutonico ſermone tonat, quoq. molliter vrget:
Fecit idem Latio TVLLIVS eloquio.

MATTHIAS PVTZIVS patria Marcoduro (vulgo Duren) Menapiorum oppido ortus, Societ. Iesv nomen dedit anno Chriſtianæ ſalutis M. D. XXCVI. iv. Martij.

Vincentij Brunÿ lib. de B. Virgine, ex Italico latinum fecit.

Altare templi Moguntini carmine deſcripſit.

Vitam efflauit Moguntiæ phthiſi, magnus futurus niſi ad magna properantis curſum mors præpropera intercepiſſet.

MATTHIAS THEODORVS MELANELIVS, Antuerpienſium Medicus, è Græco vertit

De Melancholia auctoris anonymi libellum, ex Galeni, Rufi, Aëtÿ libris collectum.

Stephani Magiſtri Medici Collyrium Oculare, Latinè primus edidit. Antuerpiæ, 1540. typis Dumæi, 4.

Huius Symbolum: cadvca volvptas.

MAXÆMILIANVS AB EYNATTEN S. T. Licentiat. Scholaſticus & Canonicus Antuerpienſis, in æde ptimaria D. Virgini & Matri ſacra, verè pietatis cultor ardentiſſimus, collegit

Manuale Exorciſmorum, in quo Inſtructiones ſunt ad eijciendos è corporibus obſeſſis malignos ſpiritus &c. Antuerpiæ. typis Moreti, 1619.

MAXIMILIANVS SANDÆVS Batauus, naſcitur Amſtelodami anno reparatæ ſalutis M. D. LXXVIII. Studia tractauit Groningæ, Coloniæ, Muſſiponti, Romæ; Humanitatis, Philoſophiæ, Iuriſprudentiæ, Theologiæ. Societatem IESV ingreſſus Romæ, quæ Domina terrarum anno M. D. XCVII. vir acri iudicio, multæ lectionis, labore indefeſſo, Caluinianæ ſectæ parum amicus. Herbipoli in Franconatu Theologiæ Profeſſor. Viuit valetque anno M. DC. XXVIII. vt Deus Opt. Max. diu ſoſpitem ſeruet, ex animo rogamus. Eius hæc ſunt ſcripta:

Epiſtola de diſſidio Proteſtantium Hollandorum in negotio Religionis, Herbipoli apud Corn. Schwindlauff.

Demonſtratio ad controuerſias Hollandicas protroma, quod in fide Proteſtantium Hollandorum non ſit ſalus, ad ordines Hollandiæ. Herbipoli apud Steph. Fleiſchman.

Hydrus Hollandicus, ſeu fidei Chriſtianæ apud Hollandos controuerſa IV. libb. comprehenſa. Ibidem typis Ioannis Volmaz.

Caſtigatio conſcientiæ Ieſuiticæ canteriatæ, confictæ in Hollandia. Ibid. apud Conr. Schwindlauff.

Admonitio de Cauteriata Ieſuitarum conſcientia, ad examinatorem Caſtigationis Sanbaanæ Batauum Caluiniſtam. Ibidem apud Ioannem Volmaz.

Hyperbole & caſtigatio prodigæ Ieſuitarum liberalitatis, in vocibus vniuerſalibus confictæ in Hollandia. Moguntiæ, apud Ioannem Albinum.

Thema ſeculare de Synagoga proteſtantica. Ibidem.

Conſiderationes de Synodi Dordrechtanæ emolumentis. Herbip. apud Ioannem Volmaz.

Anacephalæoſis doctrinæ de Prædeſtinatione, ſenſu Catholicorum, Gomariſtarum, Arminiarorumque. Ibidem apud Stephanum Fleiſchman.

Commentatio Academica de Donario cordis Epiſcopi IVLI *Herbipolenſis*. Ibidem.

Commentatio de Iubilæo Clericali canonicorum. Bambergæ apud Auguſtinum Crineſium.

Opuſculum de omni præſentia eſſentiali DEI, *litigioſa inter Caluiniſtas Hollandiæ*, Herbipoli apud Conradum Schwindlauff.

Opuſculum de libro Dei, VITAE, MORTIS, MONVMENTI. Ibidem,

Commentationum Academicarum volumen I. GRAMMATICVS PROFANVS. Herbip. apud Ioannem Volmaz.

Conciones de ſymbolis Mortis, ſeu PLATO CHRISTIANVS. Moguntiæ apud Hermannum Mylium.

Tomus I. Theologiæ. THEOLOGIA VARIA, Ibidem.

Tomus II. Theologia SYMBOLICA, Ibidem.

Tomus III. THEOLOGIA MYSTICA. Ibidem apud Theobaldum Schonvvetter.

Symbola vitæ humanæ. Ibidem apud eundem.

Auiarium Marianum, ſeu Orationes ad Sodales in feſtiuitatibus DEIPARAE habita. Ibidem.

MAXIMILIANVS VIGNACVRTIVS, Patricius Atrebatenſis, & Palarinus Regius, mihi familiaris. Vtriuſque linguæ doctiſs. multæ lectionis, in Hiſtorijs bene verſatus, & Poëta, Scripſit

De

De cauſis, calamitatibus, & remedijs tumultuum Belgicorum, anno M. D.XCIII. Atrebati. Gallicè, typis Guilielmi Riuij.

De ſtatu Belgico. Antuerpiæ 1598. 4.

Iuſta Funebria in obitum IVSTI LIPSI, Louanij, 1606. typis Maſij.

Parentalia in obitum Illuſtriſs. Principis Caroli Ducis Croy & Areſchotani, Louanij typis Flauij, 1612.

Poëmata varia, ſparſim edita.

Deceſſit Louanij anno cIↃ. IↃc.xx. die xxi. Nouemb. & ſepultus in æde primaria, ante altare B. Mariæ.

MAXÆMILIANVS VRIENTIVS, mihi amiciſſimus, natus anno M. D. LIX. prid. Kal. Februarij, Zandenburgi in aula *Maæmiliani Verani* Principis, à quo nomen accepit. S.P.Q. Gandauenſi à Secretis. Poëtæ nomen adeptus inter primos Belgarum, lepidus & feſtiuus, & in Heroicis verò heroicus: verùm in Satyras morſuſque pronior: hunc podagræ dolores nobis abſtulerunt. Gandaui ſepultus apud Dominicanos, hoc epitaphio, humi in paruo quadrato ſaxo albo.

MAXÆMILIANI VRIENTII
QVOD CONDI POTERAT
SPE RESVRRECTIONIS HIC IACET.
OBIIT XXVII. DECEMBRIS,
cIↃ. IↃc. XIV.

Iacobus Zenecotius conciui ſuo ſequens luſit:

Quem Charites viduaq́, gemunt cum Pallade Muſæ,
VRIENTIVS hoc ſurdo conditur in tumulo.

Scripſit *Epigrammatum* libb. IX. typis Trognæſij, 1603. 8. & Ingolſtadij 1607.

Vrbes Brabantiæ & Flandriæ, Louanij, 1614. 8. apud Riuium.

Carminum Sacrorum, lib. II.

Elegiarum lib. ſingularem, Ibidem apud Flauium.

Deſcriptionem Pompæ & gratulationis publicæ ALBERTI ET ISABELLAE. Belg. Princip. ad inaugurationem à S.P.Q. Gand. decretam cum Franciſco Harduyno deſcripſit. Antuerpiæ, typis Moreti, 1602. fol.

Panegyricum in aduentum Caroli Maſij IV. Gandenſium Epiſcopi. Gandaui 1610. typis Marij, 4.

Epitaphia eius varia & elegiæ apud heredes latent, ſperamus breui lucem videbunt operâ & diligentia *Iuſti Rycquij* Gandenſis.

MAXÆMILIANVS WITTEBORT Montenſis, I. V. Doctor, vir vita & moribus elegans, in patria Concilio Hannoniæ ab Audientijs. Scripſit

Orationem Panegyricam de Aſſumptione Virginis Matris, dictam Louanij. typis Dormalij, 1619. 4.

Orationem funebrem in exequijs PETRI GVDELINI, I. C. Antuerpiæ, typis Verduſſij, 1620.

MELCHIOR BARLÆVS Antuerpianus, vena poëtica felix & Orator egregius. Scripſit

Brabantiados lib. V. carmine heroico. Antuerpiæ 1562. 8.

Antuerpiæ encomium Ibid. typis Plantini.

De raptu Ganymedis. Ibidem.

De Dijs Gentium, verſu Elegiaco.

Bucolica.

Orationem de Vitæ humanæ felicitate. 1566. 8. Ibidem.

De rerum humanarum viciſſitudine Carmen, ad Caſparem fratrem.

Huic Symbolum: RARA IVVANT.

MELCHIOR DAELHEMIVS Haſſelenſis Eburo, mihi amiciſſimus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Prior Iprenſis, inde Prouinciali Belgico luſtrandæ prouinciæ collega datus: bonam ætatis partem erudiendæ iuuentuti dedit in Gymnaſijs Bruxellenſi & Louanienſi. Vena illi facilis, amœna, florida, ſiue libero graditur pede, ſiue ſtricto paſſu ambulat. Cum *Erycio Puteano*, æui noſtri LIPSIO, magna illi familiaritas ac ſtudiorum iucunda communicatio. Illius eſt hoc de Daelhemio Polluce ſuo carmen:

Hic nouus eſt Vates veteris DAELHEMIVS æui;
Sed pius ingenio: ſic nouus & vetus eſt.

Scripſit *Panegyrin duplicem, primam pro Gymnaſio Bruxellenſi*, ad eiuſdem vrbis Senatum. *Alteram ad CL. V. Folcardum van Achelen*, Concilij ſanctioris Aſſeſſorem.

Iacobi Armini Icti cùm Batauis ſuper præſenti rerum in Hollandia ſtatu, mutuisque diſſidiis & homicidijs Expoſtulationem poſthumam. Lugd. Batauor. ſub ſigno libertatis, 1621.

Tragœdias ſiue Comœdias XXXVI. partim Alberto & Iſabellæ Sereniſſ. Belgii Princip. partim Bruxellenſi & Louanienſi Magiſtratui, magno cum applauſu exhibuit: vbi ijs manus ſecunda acceſſerit, lucem quoque cernere occipient, cum innumeris Poëmatijs.

Epicedium in obitum Mariæ Deckheræ CL. V. Ioannis van Pede in Brabantico Senatu Conſiliarij ex filia neptis. Louanij typis Haſtenij, 1624. 4.

MELCHIOR MANDEMAKERS Longauius, quia natus Jnde Langheſtraete / in territorio Ramſdoncano. Hic anno M. DC. VII. in Præmonſtrati Ord. Michaelitico aſceterio candidum habitum ſumpſit, in quo ita pietati bonarum artium ſtudium coniunxit, vt non ſolum ibidem cum laude & applauſu Stagiriticam Philoſophiam publicè propugnauerit, ſed & eandem cum fructu alijs tradiderit: quin & quod magis mireris, priuato ſuo & indefeſſo ſtudio (quo nihil vnquam delectabilius habuit) in tantum in Theologica palæſtra perfecit vt eandem publicè in dicto cœnobio pluribus annis profeſſus fuerit, Græcè ac Hebraicè non parum peritus: ſcripſit de eadem

Syntagmata varia, vt & illa quæ ſolenni & publica diſputatione ventilauit, *De incarnatione Verbi, & Euchariſtico Sacramento ac Sacrificio.*

Panegyricos in natalitijs SS. ex Præmonſtratenſi ordine, à ſe declamatos.

Opus vaſtum, quod meritò *Syluā Theologicā* appellaueris, omnibus tā poſitiuæ quam ſcholaſticæ Theologiæ Profeſſoribus futurum vtiliſſimum, vt & diuini verbi

verbi præconibus, qui & ipſe pluribus annis egregium & doctum Eccleſiaſten egit, vt & nunc agit ingenti auditorum accurſu in Halterenſi pago Bergizomio vicino.

Viuit etiam floretque hoc anno ſacro, M. DC. XXV.

MELCHIOR NEIPEIVS Bredanus, Brabantus, collegit *Adagia aliquot poſt Eraſ. Roterod. Iunium, aliosque* Pariſijs 1571. fol. cum Eraſmi Chiliadibus, & Antuerpię cum ijs quæ *Victor Giſelinus* collegit.

MICHAEL ANGLICVS Bellimontenſis, Hanno, IV. Profeſſor & Poëta non infelix, ſcripſit

De mutatione ſtudiorum. lib 1.

Eclogarum libb. IV. ad Epiſcopum Pariſien.

Eclogarum libb. II. ad Lud. Villerium.

Elegiam deprecatoriam Et alia, Pariſijs edita.

MICHAL BAIVS Melini in territorio Athenſi naſcitur anno Incarnationis DEI M. D. XIII. quo nihil doctius, aut nihil etiam humilius ſæculum iſtud habuit, quod de illo elogium Card. *Toletus* aliquando tulit. S. Theologiæ in Louanienſi Academia Doctor, & per annos XL. Profeſſor Regius, eximiæ virtutis ac maturi conſilij fuit. Ad Oecumenicam Synodum Tridentinam (cuius & finem ſpectauit) vna cum *Cornelio Ianſſenio & Ioanne Heſſelio* à PHILIPPO Hiſpp. Rege miſſus, egregiam ingenij, doctrinæ ac pietatis, in celeberrimo illo Chriſtiani orbis Theatro, reſtificationem dedit. Facultates ſuas moriens pauperibus legauit, Collegio Louanij excitato, ſub patrocinio B. AVGVSTINI, cuius Opera cum nonies perlegiſſet, inuenit tamen quod ruminaretur. *Ioannes Bernartius* Machlinienſis I. C. reliquas eius virtutes funebri Oratione eſt proſecutus. *Iacobus Baius* fratris Fil. Doctor itidem Theologus, illi monumentum in æde ſacra Collegij Pontificij, cui annis multis præfuerat, poſuit, ex quo varias præſtantiſſimi viri functiones licet cognoſcere. Siquidem virtutum eius & omnigenæ eruditionis decora nulla ætas conticeſſet, vt quæ in nepotes ſuos ſingulari DEI prouidentia transfudit, & eandem Academiam per illos etiam hodie ſuſtentat, dum paulò antè in *Iacobo* nepote, modò in *AEgidio* abnepote videndum ſe & imitandum exhibet. Monumentum verò quod ei obtigit, eſt tale:

HIC IACET SEPVLTVS EGREGIVS VIR D. AC M. N.
MICHAEL DE BAY, ATHENSIS
ECCLESIÆ COLLEGIATÆ D. PETRI DECANVS,
VNIVERSITATIS CANCELLARIVS ET CONSERVATOR,
GENERALIS PER BELGIVM INQVISITOR,
REGIVS S. THEOLOGIÆ PROFESSOR
ET COLLEGII PONTIFICIS PRÆSES.
DECESSIT XVI. SEPTEMB.
ANNO M. D. LXXXIX.
DECANATVS ANNO XIV.
PROFESSIONIS XL.
PRÆSIDENTIÆ IXL.
ÆTATIS ANNVM AGENS LXXVII.
Animæ quietem lector precare.

Itaque errat *Valerius Andreas* dum v. annos ſeniorem facit.

Scripſit

De prima hominis Iuſtitia & Virtutibus impiorum, lib. II.

De meritis Operum, lib. II.

De Sacramentis in genere, contra Caluinum, Louanij, 1565.

De verbis Baptiſmi Tractatum, Louanij 1565. typis Ioannis Bogardi.

De Indulgentijs, lib. I. Ibidem.

De Sacrificio, lib. I.

De libero hominis arbitrio, lib. I.

De charitate, Iuſtitia & Iuſtificatione, lib. III.

De oratione pro Defunctis, lib. I.

De peccato originali, lib. I. Ibidem, 1566. typis eiuſdem.

De ciuili Magiſtratu.

Reſponſionem ad Quæſtiones Philippi Marnixij, De Eccleſia Chriſti, & Sacramento Altaris.

Apologiam pro Reſponſione, contra Obiectiones eiuſdem De veritate corporis Chriſti in Euchariſtia. Louanij, 1581.

Epiſtolam ad Abbatem Parcenſem de Statuum Inferioris Germaniæ vnione, cum ijs, qui ſe Deſertores Romanæ Eccleſiæ vocant, & de Iuramento, quod eorum iuſſu à Clero & Monachis exigitur. Louanij 1579.

Epiſtolam ad Doctorem P. Caſtillo, de Iuramento, iuſſu Ducis Alençonij, Antuerpiæ in Prætorio concepto & approbato.

Defunctum laudarunt *Ioannes Bernartius* & *Iacobus Bayus* Theologus.

MICHAEL BLOEMAERT ſiue BLOEMARDVS, Brugenſis, Ord. Carmelitarum, Philoſophus acutus & Theologus Scripſit teſte *Arnoldo Boſtio*,

De futuris contingentibus, lib. I.

Sermones per annum.

MICHAEL COIGNETVS Antuerpianus, mihi amicus, vir priſci æui, Principi ALBERTO AVSTRIACO, & Marchioni SPINOLÆ mirè carus, tum ob viri modeſtiam, tum ob ſingularem Matheſeos notitiam. In concinnandis Horologijs, ac Geometricis, Aſtronomicíſque inſtrumentis non eſt inuentus ſimilis illi. Ex magno illo ORTELII Theatro quaſi Coloniam duxit, id eſt, Epitomen ſcripſit peregrinantibus, & iucundam & neceſſariam. Antuerpiæ, typis Moreti. Scripſit præterea *Arithmetica, Geometrica, Aſtronomica*, varijs linguis, multa edita, & quædam inedita, quę latent apud viduam: immortale nomen, & decus adeptus ſempiternum.

Obijt anno redditæ ſalutis M. DC. XXIII. XXIV. Decembris, horâ X. ante mediam noctem morte ſubitaneâ & in D. Iacobi Antuerpiæ ſepultus hoc Epitaphio:

D. O. M.

ET MEMORIÆ

DOCTISSIMI VIRI MICHAELIS COIGNETI

ANTVERPIENSIS,

MA-

MICHAEL DESNÆVS, nobili loco natus, & quondam Betencuriæ Dynaſta. Philippi II. Hiſpp. Regis ephebus honorarius. Grauia Cameraci pro patriæ libertate tolerauit, quo tempore caſtrum & ciuitas in Ordinum Belgij poteſtatem venêre. Duacum tandem delegit, vbi vitam in quiete & cultu numinis traduceret. Cùm eſſet apprimè virtutum ſtudioſus, ac inter libros, expers nuptiarum, iucundiſſimè conquieſceret, plurimis Duacenſium inſigni ad ſtudium virtutis, & amorem literarum ſtimulandis, exemplo fuit. Pangendis verſibus Gallicis delectabatur vehementer, nullumque nactus eſt è Franciæ Poëtis, quem nõ diligentiſſimè legerit, vbi poſtea floridam poſuit veſtem, & ſacris ordinibus initiatus eſt, tunc animum præcipuè ad diuinarum ſtudia rerum conuertit, & ad pias ſacraſque hiſtorias Gallicâ veſte donandas ocium contulit. In eum tandem oculos coniecit magnus ille Rex Regum Philippus, ac illis, quibus inſigniter fulgebat, virtutum luminibus præſtrictus, Tornacenſem Epiſcopum nuncupauit XIX. Nouemb. M. D. XCVI. Huius labore prodijt in lucem

Vitarum S. Patris Ignatij, P. Iacobi Laynez, & P. Franciſci Borgiæ trium ex Ordine priorum Soc. IESV Præpoſitorum Generalium fideliſſima traductio.

MICHAEL FRANCISCI Inſulenſis, Flander, Ord. S. Dominici, Theologiæ Doctor Colonienſis, & Philippo I. Auſtriaco à Confeſſionibus, & Conſilijs ante mortem deſignatus Epiſcopus Salubrienſis. Nihil Conciliorum, nihil Hiſtoriarum, nihil veterum Theologorum non excuſſit: nihil habuit arrogantiæ, nihil bilis, nihil ſupercilij. Scripſit

Tract. de VII. Doloribus Deiparæ Virginis, Antuerpiæ, typis Theodori Aloſtenſis.

Confraternitatem dolorum B. MARIAE, à Philippo Auſtriaco Burgundiæ, Brabantiæque Duce erectam.

Quodlibetum de Veritate Confraternitatis B. MARIAE, Coloniæ, 1476.

De Abuſibus Aulicorum, quo aulam reformaret ab ijs vitijs, quibus communiter Aulici fœdantur.

Mortuus in patria, anno Redemptionis noſtræ M. D. II. IV. Non. Iun.

Eius quoque eſt Opus, cui nomen inditum Clauis Cellarij diuinæ & humanæ ſapientiæ, quod nuper euulgauit *Guilielmus Conſelius* Dominicanus.

MICHAEL INSVLENSIS, Ord. S. Dominici, teſte Gazæo, Scripſit

Poſtillam ſuper Cantica Canticorum.

In Danielem Prophetam, & alia quædam. Ego eundem exiſtimo cum *Michaele Franciſci*, Inſulenſi & Dominicano.

MICHAEL AB ISSELT, Doccomienſis, Friſus, Ioann. Medici cla-

clariſſ. Fil. Amorſuordiæ educatus, vnde & parens originem duxit, malè à quibuſdam ignaris (*Suffrido* teſte) inter Hollandiæ Scriptores numeratur. Louanij in Gymnaſio Porcenſi Philoſophicis operam dedit, poſt ad Theologiam animum applicuit. Vir non modo diuerſarum linguarum peritus, ſed & concionibus ad populum, & in ſcriptis apud eruditos omne tulit punctum. A Caluiniſtis in exilium miſſus, Coloniæ aliquot annos vixit. Coloniâ Nouiomagum, Nouiomago poſt à perduellibus occupato, Hamburgum conceſſit, vbi Parochum Catholicorum Hamburgenſ. agebat, & vitæ diem clauſit extremum anno M. D. XCVII. XVI. Kal. Nouemb. in monaſterio veteri iuxta Hamburgum, quod eſt Monialium, conditus, abſque vllo monumento. Scripſit

De bello Colonienſi, lib. IV. Coloniæ, 1584. 8.

Hiſtoriam ſui temporis, res geſtas maximè in Belgio ſub Philippo II. ab anno cIↄ. Iↄ. LXVI. *vſque ad annum* cIↄ. Iↄ. XCVII. Coloniæ 8. A capta Antuerpia. deduxit deinde, inſcripſitque Mercurium Gallo-Belgicum, fictitio nomine *Iacobi Doccomienſis*.

Cornelij Muſſi Epiſcopi Bitontini ex Italico Latino ſermone reddidit. Item. *Breuem introductionem ad corroborandos ac iuuandos morituros, eos præſertim qui ob flagitia iudicum ſententia morti addicti ſuat.*

Ex Hiſpanico verò Ludouici Granatenſis Opuſcula:

De frequenti Communione.

De Oratione & Meditatione, lib. IV.

De excellentia Orationis. Coloniæ, 1598. & 1600.

Exercitia in VII. Meditationes matutinas.

De Euchariſtia, lib. III.

Paradiſum Precum ex Lud. Granatenſis ſpiritualibus Opuſculis, aliorumque SS. Patrum concinnatum. Coloniæ, 1589.

MICHAEL VANDER HAGHEN Antuerpienſis, amicus noſter, V. N. & Poëta, Meliſſo, Aurato, Grutero & Bochio carus. Vixit & ſcripſit in otio varia Poëmata, quorum pars aliqua apud *Franciſcum Svvertium*, altera apud proles aſſeruatur. Ea omnia Poëmata ad prælum iam concinnarat, & inuidia mortis huc vſque lucem non viderunt. Ex vngue diſce leonem, ex vno Epigrammate cognoſce Poëtam. Sic aliquando in Gallos & Flandros luſit:

Gallica gens nuper ſcenalibus edere ludis
Auſa fuit Flandros cordis habere nihil;
Et ſit ob id Flandri Chirurgica ſectio, nec cor
Repperit, hinc Flander fabula totus erat.
Commota his Nemeſis, quid Galli plauditis? inquit,
Reſtat adhuc Flandro fabula agenda ſua.
Parua mora eſt ſine corde viri, quingenta animosè
Corpora Gallorum & mille dedere neci.
Europæ emporium æterno id teſtabitur æuo.
I Galle, & Flandros nunc cor habere nega.

LIPSIVM coluit, & ab eo quoque cultus non vulgariter. Amicitiæ mutuæ ſymbolum ab eo ſcriptum, apponere viſum eſt:

AMI-

AMICVS ANIMO POSSIDENDVS EST,
AIT OLIM SENECA:
EGO APVD TE IDEM MI
VANDER-HAGHI,
ET TESTOR FIDE ADVOCATA,
TE HVIC ANIMO INFIXVM HÆRERE,
HÆSVRVMQ. PORRO
DONEC IN ME IPSA ANIMA
ITA IVNXERVNT NOS VIRTVS ET
DOCTRINA MELIOR QVAM AMAMVS,
HEV, QVAM INTER ÆMVLOS PAVCOS
ET RIVALES!
SED TAMEN EX NOSTRO SCITO
MORIBVS ANTIQVIS RES STAT ROMANA VIRISQ.

I. LIPSIVS hæc ſcripſi ex animi mei
ſententia, Bruxellæ II. Idus
Octob. cIɔ. Iɔ. XCIII.

Obijt in patria plenus dierum, à nato Saluatore cIɔ. IɔCXVII. XXVII. Aug. Et ad D. Georgium tumulatur. Huic ſymbolum: DVRANT CONNEXA.

MICHAEL MALCORPIVS, Helliſſemienſis, Ord. D. Norberti in Brabantia Religioſus, Poëta non inelegans, deſcripſit

Vitam S. Norberti, eleganti carmine Elegiaco. Leodici 1599. Plura pollicetur, fauentibus Superis.

MICHAEL PALVDANVS Gandenſis, Ord. Eremit. D. Auguſtini, S. Theologiæ Doctor & Profeſſor. In concionandi munere eximius. Primi ſubſellij Philoſophus, & literis humanis non parum excultus, vt non immeritò de eo ſcripſerit *Daelhemius* noſter:

Nulla tuo ingenio non tacta ſcientia manſit:
Te bona diſcendi tantus aduſſit amor.

Ab eo profecta eſt *Iſagoge, ſiue Introductio Dialectica* ſcholis Auguſtinianis ſcripta. Antuerp. typis Verduſſij, 1621. 8. Varios quoque compoſuit verſus. Mirum eſt tam fœcundum ingenium non plura parturire.

MICHAEL VOSMERVS, Delphus, Batauus, Adami Sasboldi è ſorore Nep. Scripſit

Vitam Nepotis Adami, Ord. Minorum.

Reſponſionem aduerſus calumniam cuiuſdam de Sasboldi ſcriptis, Coloniæ, 1613. 4. cum Sasboldi Homilijs, & Voſmeri Argumentis.

Miracula B. MARIAE Delphenſis, & de Patria Antiquitatibus. M.SS.

Obijt anno gratiæ cIɔ. IɔC. XVI. Kal. Octob.

MILO Elnonenſis Monachus, ad S. Amandum, Ord. S. Benedict

auuncu

auunculus & Magiſter Hucbaldi Elnonenſis: Oraror, Poëta, & Muſicus Inſignis. Scripſit

Vitam S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis, & Fundatoris cœnobij Elnonenſis, carmine & proſa.

De ſobrietate, ad Carolum Caluum Imp.

De S. Cruce Carmen Hexametron duplex, in modum ſphera ingenioſiſſimè compoſitum.

De conflictu Veris & Hyemis, carmine Hexametro, M. S.

Obijt anno Incarnationis Dei D. CCC. LXXI. apud ſuos conditus, tali Epitaphio:

MILO Poëta Sophus cubat hoc ſub marmore clauſus,
Carmine dulciloquus, qui Librum SOBRIETATIS
Edidit, & ſanctum pulcrè depinxit AMANDVM,
Floribus exornans metro proſaq; venuſtans,
Tanti Pontificis palmam capit atque coronam.

N.

NANNO Staurienſis, Friſo, Philoſophus ſuo tempore doctiſſimus, & Præceptor Radbodi XIV. Epiſcopi Vltraiectini: in literis humanioribus feliciter quoque exercitatus. Scripſit

Commentarium in Ariſtot. de Cælo & Mundo.

In Ethicam vniuerſam.

In Platonem de Legibus, & de Repub. Et alia, quæ temporum iniuria perierunt.

Floruit circa annum Domini D. CCC. LXXX.

NICASIVS BAXIVS Antuerpianus. Ioan. Senatoris F. Ord. Eremit. S. Auguſtini, Antuerpiæ Vicarius, *Andream Schottum* in Græcis Præceptorem habuit, Studiorum apud ſuos Bruxellæ atque Antuerpiæ annos multos Præfectus, & XIX. annos Supprior. Vir calami & laboris indefeſſi, Poëta ſuauis, Orator purus & elegans, & bonus Religioſus, mihi familiaris.

Cornelij Valerij Rhetoricam verſibus interſtinxit.

Grammaticam, Syntaxin, & Proſodiam Græcam è diuerſis concinnauit. Item *Theſaurum quoque Elegantiarum* ex Manutio, Vladeracco, Morello, alijſque. Antuerpiæ, typis Verdulſij, 1617.

Poëmatum Syluam dedit Græcè, & Latinè, à Daniele Heiſio, Baudio & Lernutio mirum in modum laudatam. Ibid. 1614.

Synopſin, ſiue breuem conſpectum Vitæ & Miraculorum Beati Thomæ Villanouani Archiepiſcopi Valentini, Ord. S. Auguſtini, Ibidem 1622. Latinè & Belgicè.

Orationes & Logidia Pathetica. Ibidem 1618.

Epitomen Conſtitutionum ſui Ordinis.

Vitam B. Ioannis Sahaguntini Auguſtiniani è Gallico, Latinè reddidit. Antuerpiæ, apud Hieronymum Verduſſium.

Digitized by Google

Græcia cùm Latio parili illum voce ſalutant,
Nempe queunt ciuem dicere iure ſuum.

NICASIVS ELLEBODIVS Flander, Caſſetanus, Medicus & Canonicus Poſſonienſis in Hungaria, Græcè doctiſſimus. Diu vixit in contubernio *Antonij Cardinalis Granuellani.* Poſt *Ioanni Vincentio Pinello Liguri* nobiliſs. iuxta ac doctiſſimo adhæſit (Græcis abundanti exemplaribus in Græcia coëmptis) tantoſque in Philoſophia ac Medicina fecit progreſſus, vt ab Italicis Medicis, aliiſque per Europam viris eruditis apprimè laudaretur.

Nemeſium Epiſcopum & Philoſophum, De natura hominis è Græco Latinum fecit, veroque auctori librum illum aſſeruit, falsò hactenus *Gregorio Nyſſeno* adſcriptum. Antuerpiæ, typis Plantini, 1565. 8.

Obdormiuit in Domino Poſſonij, quod oppidum eſt Danubio adſitum.

IOANNES POSTHIVS hoc illi Epitaphium ſcripſit:

Iſtâ NICASIVS Medicus requieſcit in vrnâ,
Cui genus & cunas Belgica terra dedit,
Ingenium Pallas rarum, Cyllenius artes
Ingenuas: iuuenem Pannonia, heu, rapuit.
Extincti Charites & Muſæ, & Phœbus alumni
Manſuro famam Carmine ad aſtra vehunt.

NICASIVS A VOERDA, ſiue Voerdanus, Machliniâ oriundus, iam inde à tertio ætatis anno oculis captus, Louanij Theologiæ lauream adeptus, & Rom. Pontificis indulgentia Sacerdos factus, publicè ad populum de verbo DEI doctiſſimè diſſeruit, ac cætera ferè Sacerdotis munia dexrrè admodum obiuit. Coloniam profectus, cùm Iuriſprudentiæ ſtudio ſe totum dediſſet, Leges, quas nunquam legerat, ſed auditu tantùm perceperat, ſic mente tenuit, & ore priuatim ac palam recitauit, vt communibus Academiæ ſenatus ſuffragijs, Doctor ſit renuntiatus. Scripſit

Commentarios in lib. IV. Inſtitutionum Iuris Ciuilis. Coloniæ 1493. Lugduni 1566. fol.

In lib. IV. Magiſtri Sententiarum.

Lecturam III. Arborum, Conſanguinitatis, Affinitatis & Cognationis ſpiritualis.

Sermones elegantes & doctos.

Deceſſit Coloniæ, anno gratiæ M. CCCC. XCII. Kal. Septembris, in æde primaria conditus cum magna funeris pompâ.

NICOLAVS BAZELIVS, Medicus Winocibergæ in Flandria, dedit *Deſcriptionem cometæ, qui apparuit ann.* CIƆ. IƆ. LXXVII. XIV. Nouemb. Antuerp. 1578. 4.

NICOLAVS BIESIVS, Gandauenſis, Philoſophus, Poëta, ac Doctor Medicus Louanienſis, naſcitur CIƆ. IƆ. XVI. VI. Kal. Aprilis. Iactis in patria ſtudiorum fundamentis, & libatâ medicinâ, in Hiſpanias proficiſcitur, & Valentiæ Editanorum Philoſophiæ ac eloquentiæ operam dedit. Loua-

Louanium redux, ibidem medicinam docuit annos aliquot. Poſt à Maxæmiliano II. Imperatori tuendæ valetudinis cauſſa accitus, ipſi eiuſque libetis gratus acceptuſque fuit: tandem in Aula Imperiali (cuius vna plures tunc eruditos habebat, quàm aliorum ferè regna, nempe *Busbequium, Cratonem, Lipſium, Sambucum Stephanum Pighium*, alioſque) fatis conceſſit, anno redditæ ſalutis cIɔ. Iɔ LXXII. x. April. non ſine ſuſpicione poculi venenati ab æmulis propinati. Scripſit

De Natura lib. V. Antuerpiæ typis Philippi Nutij, 1573. 8. ad Maximilianum Imperatorem.

Orationem de laudibus literarum.

De dicendi arte lib. II. Antuerpiæ, 1577. 8.

De Vniuerſitate, ſiue De Phyſica atque Vniuerſa Natura Philoſophia lib. III. cum proſa tum carmine 1556. 4. Ibid.

De Republica, ſiue De Vniuerſa morum Philoſophia libb. IV. Ibidem.

De Opinionum Varietate libellum. Louanij, typis Saſſeni, 1567.

Medicinæ Methodum. Ibid. 1564. 8.

Theoricam Medicinæ, lib. VI. ad Philippum Hiſpp. Regem. 1558.

Commentarios eruditos in Galeni artem Medicam. Antuerpiæ, typis Martini Nutij, 1560.

NICOLAVS BODIVS Flander, Ord. Minorum, Guardianus Dixmudenſis, vir in Sanctarum Scripturarum lectione & meditatione aſſiduus. Scripſit

Apologiam aduerſus Epiſtolam non ſobriam M. Franciſci Amelrici, de regreſſu Spirituum, qua ſe & veteris lectionis ſtudioſiſſimum, & veræ pacis cultorem demonſtrat.

NICOLAVS BOONARTIVS, Bruxellenſis, Soc. IESV Presbyter, mihi familiaris. Philoſophiam Duaci, Theologiam Louanij docuit, acumine, iudicio, memoria pari, rara dote, in tanta ingenij ſublimitate, vt neſciã an vlli ætate ſua ceſſerit. Edi permiſit habitam à ſe Bruxellis coram Belgarum Princip. ALBERTO & ISABELLA

Orationem funebrem in exequijs GREGORIAE Max. Caroli Archid. Auſtriæ, F. Philippo III. Hiſp. Regi deſponſæ.

Scripſit dum in Hiſpanijs verſaretur, elegans & doctum opus in duas partes diuiſum, in quo ſe non minus Iuriſconſultum quàm Theologum, & in omnĩ Hiſtoria ac litteratura varium oſtendit. Inſcripſit MARE NON LIBERVM, ſiue *Iuris Luſitanici ad Oceanum, & commercium Indiacum, contra Batauicam H. Grotij aſſertionem.*

Breuem *Apologiam Gallicè ac vernaculè pro Virgine Aſpricollis*, preſſo tamen vtrobique nomine.

Ex huius vitæ ſtatione euocatus fuit Pinciæ anno ab inſtaurata ſalute M. DC. X. dum in patriam rediret & pararet in vniuerſum *D. Thomam Commentarium.*

NICOLAVS DE BOVSVIT, Artium & Medicinæ Doctor Louanij, edidit *Orationes Quodlibeticas.*

I. An habitabilis ſit plaga Zona torrida?

II. Quæ-

II. Quomodo apud Scythas Neuri in lupos mutentur.

III. Quomodo Turbith complexione calidum & ſiccum attrahat, & educat phlegma. Louanij, 1528. apud Gill. Maſium.

NICOLAVS LE BORGNE, Arteſienſis, ſingulari eruditione, virtute & doctrina præſtans, ſcripſit *Ferreolo Locrio* teſte:

Tractatum de duplici Nobilitate, Generis & Virtutis.

Hiſtoriam ſui temporis IV. Voluminibus, quam auſpicatur vbi deſinit Paulus Iouius, eamque perducit ad tempora Ducis *Albani*.

Epicedium in obitum CAROLI *Comitis Lalani, Præfecti Hannoniæ.*

Poemata varia & erudita.

NICOLAVS BRENTIVS Duacenus, Iuriſconſultus, Poëta & Philoſophus, edidit

Harmoniam de vtilitate artium liberalium, cum Iuriſprudentia, ad Carolum Croyum Principem Chimacenſem, Antuerpiæ, 1541.

De ratione adipiſcendæ Virtutis, & parandarum litterarum.

De Methodo ſtudendo iuri.

De bello in Turcas ſuſcipiendo Poema, ad CAROLVM V. Imp.

Poemata III. ad Hannones, quorum poſtremum eſt, de Laudibus Hannoniæ. Ibidem typis Antonij Goini. 1541.

NICOLAVS A BRVXELLA, alias NICOLAVS HEEMS DE CAPELLA, I. V. D. Louanij renuntiatus an. M. D. III. Anteceſſor Iuris ciuilis primarius, *Iodocum Damhouderium* diſcipulum habuit. Scripſit

Compendium in IV. lib. Inſtitutionum Imperialium. Louanij, typis Saſſeni, 1552. 8.

Iuris Reſponſa varia adhuc latent apud *Valerium Andream*, quæ aliquando foro atque vſui publico ſe daturum promittit.

Deceſſit Louanij, anno à nato humani generis Saluatore, M. D. XXXII. XI. Kal. Iulij, & ſepultus apud Auguſtinianos.

NICOLAVS BVRGVNDVS, è ſtirpe Burgundiaca, à Ioanne Baſtardo trahens originem. Patrem habuit *Nicolaum* Franciæ Regi à Conſilijs, & à Quæſtura in territorio Angienſi, vbi & Burgundus ille noſter educatus & natus eſt anno M. D. LXXXVI. Ipſo *Michaelis* Archangeli feſto. *Gerardo Corſelio & Erycio Puteano* ſe in diſciplinam dedit, quibus æquè charus, tum ob ingenium: ab altero eorum Rudimenta Iuriſprudentiæ, ab altero Literarum arcana accepit. His armis inſtructus Gandanum ad forum ſe contulit, optimis quibuſque acceptus, & inprimis *Maxæmyliano Vrientio*, cuius funus *Oratione* proſecutus eſt. Hoc anno M. DC. XXVII. euocatus eſt magno honorario in Academiam Ingolſtadienſem, ad primariam Iuris lectionem, à Sereniſſimo Bauariæ Duce MAXÆMILIANO, ſuccenturiatus in locum clariſſ. Iuriſconſ. & inter alios VICLI ZVICHEMI, qui deinde Præſes ſecreti Concilij in Belgio, Cancellarius Aurei Velleris, & Præpoſitus D. Ioannis Gandaui. Edidit

Tractatus Controuerſiarum ad Conſuetudines Flandriæ. Antuerpiæ, 1621. 8.

Poëmata, in quibus Elegiæ, Silua & Heroicorum lib. Ibid. 1621. 16. typis Guilielmi Leſteeni.

Orationem de Gradibus ad eloquentiam, dictam & editam Louanij.
Hiſtoriam Belgicam paratam habet.

NICOLAVS BVLIVS Hornanus, Batauus, & ibidem Prætor & Medicus, edidit

Epigrammata aliquot egregia & lepida.
Obijt anno Chriſti M. D C. X V. ætatis LXV.

NICOLAVS BVSIVS Gertrudimontanus, apud Becanos in Brabantiæ Campinia Decanus, præclaræ eruditionis & inſignis eloquentiæ vir, nobiliumque aliquot puerorum formator, collegit & breuibus ſcholijs illuſtrauit, & Simon Verepæus euulgauit

Selectiores Sermonis latini Phraſes, Antuerp. typis Ioan. Moreti, M D. XCVII. 8.

NICOLAVS Cathedralis Eccleſiæ Leodicenſis Canonicus & Scolaſticus, Scripſit

Vitam, Martyrium, Miracula & Tranſlationem S. Lamberti Epiſcopi Leodicenſis.
Victoriam ac Triumphum S. Lamberti in expeditione Bullonienſi, anno CIↃ. C. XLI. *contra Rainaldum I. Barrenſem Comitem. M. S.*

Floruit circa annum Domini M. C. XLVIII. quæ omnia ex M. SS. codicibus breui cum notis edenda à R. V. Daniele Raimondo, auidè expectamus.

NICOLAVS CANNIVS Amſtelodamenſis, florenti re & fama apud ſuos, in vrbe natali præfecturam adminiſtrauit virginum Vrſulenſium, vt indicat Dedicatio, quam Colloquijs ſuis præfixit *Cornelius Crocus*. Amœnum & Poeticum fuit illi ingenium. *Eraſmus Roterodamus* probauit eius indolem, & plurimum vſus eiuſdem operâ in deſcribendis Græcis, anno M. D. XXVII. Scripſit

Epigrammata & Poemata quadam.

NICOLAVS CLENARDVS, Dieſtemius, Brabantus, Græcis Hebraicíſque literis imbutus, eas Louanij maxima cum laude docuit. Præceptorem habuit *Iacobum Latomum* III. linguarum peritiſſimum: Galliam luſtrauit cum Ioanne Vaſæo Brugenſi: hinc in Hiſpaniam venit, & Salmanticæ ſuſcepit linguarum Græcæ & Hebraicæ Profeſſionem; paulò poſt à Luſitaniæ Rege Eboram euocatus eſt, qui *Clenardo* hortante, Bracaræ ſcholam inſtituit, eique præfecit *Vaſæum*. Linguæ Arabicæ addiſcendæ ſtudio, in Africam traiecit anno CIↃ. IↃ. XL. Feſſæ menſes XV. deſedit, libroſque Arabicos coemit. Ex Africa rediens, Belgium cogitans, Illiberi (quæ hodie Granata eſt) anno ferè CIↃ. IↃ. XLII. moritur, & conditus in Alhambra, loco editiore. Scripſit

Epiſtolarum lib. II. peregrinationis eius indices, Louanij 1551. typis Saſſeni, & Antuerpiæ apud Plantinum. 1566. 8.
Inſtitutiones lingua Graca, varijs in locis editas. Pariſijs 1564. Francofurti, 1562. Antuerpiæ typis Plantini.
Meditationes in linguam Gracam.
Tabulam in Grammaticam Hebraam. Louanij, 1529. 4.

Gram-

Grammaticam Latinam & de modo docendi pueros Analphabeticos. Francofurti, typis Baſſei, 1576.

Grammaticam Arabicam & Hebræam, Pariſijs, typis Ioannis Wecheli.

Item *Tabulas in linguam Arabicam.*

NICOLAVS CVRTIVS, Poeta, ſcripſit

Encomium Vrbis & Vniuerſitatis Louanienſis, carmine Elegiaco, inſcripſitque *Viglio Zuichemo* Præſidi. Louanij, 8.

NICOLAVS CRVSENIVS Traiecti ad Moſam naſcitur, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, S. Theologiæ Doctor, ac demum per Bohemiam, Auſtriam & Styriam Viſitator generalis, & S. Cæſareæ Maieſtati Ferdinando à Conſilijs: nuper titulum Hiſtoriographi Cæſarei, & ſtipendium accepit, hiſtoriamque huius temporis ſcribere aggreditur. Varijs in Ordine officijs laudabiliter functus, rerumque gerendarum prudentia clarus. Scripſit

Monaſticon Auguſtinianum, in quo omniũ Ordinum ſub regula *S. Auguſtini* militantium, præcipuè tamen Eremitarum, Canon. Regularium, Præmonſtratenſ. Dominicanor. Seruorum B MARIÆ *&c.* Origines atque incrementa III. partibus explicantur, Monachij, typis Ioannis Hertzroy, 1623. fol.

NICOLAVS DESPARIVS Brugenſis, vir Conſularis, ſcripſit teſte Marchantio, in deſcriptione Flandriæ

Diaria rerum Flandricarum.

NICOLAVS DRVMÆVS Brugenſis, ſcripſit

Poemata Græca & Latina, teſte Harduyno, in ſuo eruditorum Flandriæ virorum M. S. Catalogo.

NICOLAVS ESCHIVS, Ooſtervvycanus, Brabantus, Dieſtemij Beginarum Paſtor. Vir fuit & eruditione & pietate conſpicuus, ad humanitatem factus; omnibur carus ac gratus. Scripſit

Exercitia pia. Antuerpiæ, typis Plantini, 1569. 16. & typis Philippi Nutij, cum *Exercitijs Ioannis Thauleri. 1565. 8.*

Margarita Euangelica lib. IV. è Germanicis Latinos fecit, Coloniæ, 1545. apud Melch. Noueſianum.

Deceſſit Dieſtemij, anno redempti à Filio DEI orbis CIↃ.IↃ.LXXVIII. Vitam conſcripſit *Arnoldus Ioannis,* Dieſtenſis. M.S.

NICOLAVS EVERARDI Amſtelodamenſis, vir & eruditiſſimus, & ſuo quo Iuriſconſultus clariſſimus, qui patria procul quinque, & XXX. annos Ingolſtadij ius publicè interpretatus eſt, *Guilielmo IV.* eiuſque filio *Alberto V.* Bauariæ Ducibus à Conſilijs. Inde à *Carolo V.* Imp. ad ampliorem honoris gradum euocatus, annos IV. Spiræ Nemetum Senator, in communi Germaniæ Prætorio, iuridicundo ſanctiſſimè præfuit. Inſignem famam exiguo quidem, ſed pereruditio ſcripto meruit, quod ISAGOGEN AD IVRISPRVDENTIAM inſcripſit.

De teſtibus & fide instrumentorum.

Diſputationem iuridicam, De Regalibus. Ingolſtadij, typis Sartorij.

Centum argumentandi modos. Lugduni, 1547. apud Rouillium.

Theſes de prohibitione alienationis facta per teſtatorem in vltima voluntate Monachij.

Nicolaus eius filius, in Bauaria natus, paternis inſiſtens veſtigijs, XXVIII. ann. Ius Pontificium Ingolſtadij explanauit. Obijt ferè quinquagenarius, anno Chriſti, M. D. LXXXVI.

NICOLAVS EVERARDI F. Zelandus, Iuriſconſultus, Doctor Louanij renuntiatus, Batauis Præſes à Principe datus, præfuitque annos XVIII. ſumma cum laude, donec ad Summi Senatus Belgici præfecturam à CAROLO V. IMP. Machliniam accerſitur, vbi in viuis eſſe deſijt, ſi tamen ille deſijſſe cenſendus eſt, qui liberos IV. *Euerardum Nicolaium*, *Nic. Grudium*, *Adrianum Marium*, *& Io. Secundum*, partim Iuris ciuilis, partim Poëticæ tractationis claros, poſt ſe reliquit. Conditus Machliniæ in D. Virginis MARIÆ templo hac Epigraphe:

D. O. M. S.

CLARISSIMO D. NICOLAO EVERARDO MIDDELBVRGENSI,
SVMMI CONCILII PRÆSIDI
MARITO CARISS. PATRIQ. PIENTISS.
VXOR LIBERIQ. CVM LACRYMIS POSS.
VIXIT ANN. LXX.
OBIIT ANNO A SALVTE RESTITVTA
CIↃ. IↃ. XXXII. V. IDVS AVG.

Parte ſui meliore æui ſatur, aſtra petiuit:
Deterior quadro hoc marmore preſſa latet.

Scripſit *Conſilia & Topica Legalia.* Louanij 1516. & 1552. apud Saſſenum, & Francofurti.

NICOLAVS DE FORMANOIR Presbyter, Toparcha in Merlino Neruiorum.

Catholicæ fidei Confeſſionem, ſiue Catechiſmi Romani compendium contexuit Pſalmorum inſtar, inſcripſitque magnis Belgarum Principibus ALBERTO & ISABELLÆ. Antuerpiæ, apud Keerbergium, 1605. 8.

NICOLAVS GAZÆVS Atrebas, Ord. S. Franciſci, & Theol. ſcripſit

Chronica Ordinis Virginum Annuntiaturum.
Speculum viduarum.
Palatium Miſericordiæ.
De felicitate & infelicitate Adam & Euæ.
Hiſtoriam Sacram, patrio idiomate.
Huic Symbolum: MENS INTENTA DEO.

NICOLAVS GODINVS, Medicus Atrebatenſis, ſcripſit Gallicè *Tractatum de Chirurgia Militari.*

NI-

NICOLAVS GORRANVS Tornacenſis, Ord. Prædicatorum Theologus non contemnendus,& Regi Gallorum à Confeſſionibus, Scripſit

Scholaſticam poſtillam in omnes D. Pauli Epiſtolas.

In Pentateuchum, Pſalmos, Eccleſiaſten & Eccleſiaſticum.

In Threnos, in Cantica, & IV. Euangeliſtas.

NICOLAVS GOSSONVS, Atrebas, I. C. maiorum ſanguine & doctrinâ nobilis. Scripſit

Commentarium ad xxv. Priores Articulos Conſuetudinum Atrebatenſium. Antuerp. 1592. 4.

Deceſſit anno M. D. LXXXVIII. XII. Octob. Anno ætatis LXXII.

NICOLAVS GRVDIVS, vide NICOLAVS NICOLAIVS.

NICOLAVS GRVCHIVS Flander, Scholijs erudiriſſimis ornauit *Ariſtotelis Metaphyſicorum*, lib. x. Pariſijs, 1578.

NICOLAVS GVISIVS, Montenſis Hanno, Iuriſconſultus & Canonicus Cameracenſis, in æde Metropolitana, Scripſit

Montes, Hannoniæ Metropolim, cum Chronologia breui, atque Hiſtorica deſcriptione Comitum Hannoniæ. Cameraci, 1621. 4.

NICOLAVS HARLEMENSIS, teſte Balæo, Scripſit

Chronicon temporum.

NICOLAVS HAVPASIVS, Atrebatenſis, Medicus, vtriuſque linguæ doctiſſimus, vertit è Græco

Aphoriſmos Hippocratis, luculentiſſimiſque Annotationibus illuſtrauit.

NICOLAVS HERBORNVS, Theologus Colonienſis, Eccleſiaſticæ venerandæ antiquitatis peritiſſimus. Scripſit

Methodum prædicandi Euangelium.

Commentarium in Pſalmum LXXXVIII.

De Notis veræ & adulterinæ Eccleſiæ.

Locos communes aduerſus hæreſes.

Aduerſus aſſertiones Franciſci Lamberti.

NICOLAVS IANSSENIVS Zirixæenſis, Zelandus, mihi amiciſſimus, Theologus, cum III. fratribus ſuis *Leonardo, Cornelio & Dominico*, S. DOMINICI Ordini nomen dedit. A paucis annis in Comitatu *Iacobi de Brouvver* eiuſdem Ord. Religioſi, Illuſtriſſ. Nuntio D. Ioanne Franciſco è Comitibus Guideis à Balneo, Archiepiſcopo Patrenſi, iubente, Daniam, Lutheranæ lue infamem, peragrauit, ibidemque Catholicæ fidei ſemina iacere cepit. Ex eo regno redux, Romam profectus, de fructu in ea miſſione facto, deque maioris boni ſpe Purpuratos Patres docuit, à quibus ruſus cum fratre Dominico in Daniam abire iubetur. Soſpitet illum bonus DEVS, gratiamque conferat, quâ fretus, lumen Cimmerijs illis tenebris inferat. Scripſit

Panegyricum in laudem Doctoris Angelici.

Vitam S. Dominici, Ord. Prædicat. Fundatoris.

Animaduerſiones & Scholia in Apologia pro Ioanne Duns Scoto. Coloniæ, 1623. 8.

Instructionem Sacerdotum Antonij de Molina, Ord. Carthuſianor. ex Hiſpanico in Latinum tranſtulit. Antuerpiæ, typis Nutij.

Item *Summam caſuum Petri de Ledeſma, Ord. Prædicatorum Cathedratici Salmantini.*

NICOLAVS VANDER HOOCHIVS, I.V.D. Harlemenſis, Batauus, vir ingenio ſingulari, in Concilio Belgico Machliniæ cauſſarum patronus. Scripſit

Singularia Iuris, ſeu Doctorum dicta memorabilia, Antuerpiæ, typis Guil. à Tongris, 1520. 8.

NICOLAVS IAQVERIVS, Ord. S. Dominici Inſulenſis in Flandria, candidi vir ingenij, multæque eruditionis: in Concilio Conſtantienſi publicè diſputauit contra Ioannem Hus, ſub nominibus N. & I. Scripſit

Dialogum contra Huſſitas.

Flagellum hæreticorum Faſcinariorum.

NICOLAVS KINSCHOTIVS, Delphus, Iuriſconſultus Batauus, Caſparis F. Theſaurarij Principis *Mauritij Naſſouij*, ſcripſit, dixitque anno ætatis XVI. in Athenæo Lugdunenſi Batauo *Orationem Panegyricam* de rebus à MAVRITIO fortiter geſtis. Hagæ Comitis, 4. typis Alberti Henrici, 1600.

NICOLAVS DE LAINE Abbas S. Gerardi, Ord. Benedictini in Comitatu Namurcenſi, Scripſit

De Tranſlatione ſalutiferæ Crucis.

Deceſſit anno redditæ ſalutis M. CCCC. XLVIII.

NICOLAVS MAMERANVS Lucemburgenſis Orator, & Poeta, Laureatus, ſed vulgaris. Sine laurea in publicum nunquam prodibat, ſeque mammam Matonis vocabat. Floruit in Aula Cæſaris Caroli V. Senex, delirare cœpit, vt omnibus ludus eſſet. Scripſit

De Confeſſione priuata ad aures Sacerdotis, 1546.

De Venatione, carmen heroicum, in quo omnes dictiones à C. incipiunt, Baſileæ 8.

Hiſtoriam de electione CAROLI V.

De bello Saxonico.

Iter Cæſaris ſexennale per Germaniam.

Catalogum Aulæ Cæſareæ, & Ordinum in Comitijs Auguſtanis, Coloniæ, typis Henrici Mamerani, 1550. 8.

Catalogum Tribunorum, Ducum, Primorumq́; CAROLI V. *Caſ & Ferdinandi Regis Romanor.*

Catalogus expeditionis rebellium Principum, ac ciuitatum Germaniæ.

Deſcriptionem vrbium Auguſtæ & VVitenbergæ.

Formulam auſpicandi, finiendiq́; diem certis Precatiunculis. Antuerp. 1553. apud Ioannem Latium.

De Memoria, aduerſus eos qui de ſcripto recitant, leguntque Bruxellæ, 4. apud Michaelem Hamontanum.
De Hyeme anni cIↃ. IↃ. LXIV.
Epiſtolam de eo, Quod S. Petrus Romæ fuerit.
Carmen De bezo las manos. Coloniæ, typis Henrici Artopæi, 1550.
Gratulatorium in Philippi Regis Hiſpp. in Belgium an. 1555. aduentum.
Epithalamium nuptiarum eiuſdem cum Maria Regina Angliæ.
In eiuſdem in Angliam aduentum.
Epithalamium in nuptijs Alexandri Farneſij, Parmæ Principis. Antuerpiæ, typis Chriſtohpori Plantini, 4.
Strenam anno cIc. IↃ. LX. *De aſino S. Maximini Archiepiſcopi Treuerenſis, cum S. Martino Archiepiſcopo Turonenſi Romam euntis ab vrſo deuorato.* Antuerpiæ. 4.
Paſchaſium de Sacramentis emendatiorem edidit.

NICOLAVS A MONTIGNY Abbas Caſtelli S. Martini, ad Scarpum fl. Ord. Præmonſtratenſis, Scripſit
Hiſtoriam Martyris & Translationis vndecim millium virginum.
Annales Cœnobij Viconienſis.
Memoriale Reliquiarum Eccleſiæ Viconienſis.
De Miraculis S. Blaſij, lib. 1. Omnia M.SS. Viconiæ.

NICOLAVS MONTMORENCY, Comes Stegriæ in Flandria, Baro Haueskercke, Toparcha Vendigij Pameliæ, &c. Sereniſſ. Belgij Principibus in Concilio Status, & Financiarum Præfectus, Scripſit librum, cui titulus:
Flos campi, in quo Exercitia & Meditationes quotidianæ, Louanij, typis Riuij, 8. 1604.
Manna abſconditum, Ibidem Tom. II. & Coloniæ 1617.
Solemne conuiuium bipartitum de præcipuis ſolemnitatis D. N. Ieſu Chriſti, B. Mariæ & Sanctorum. Antuerpiæ, apud Caſparum Bellerum, 1617. 8.
Diurnale Pietatis, Ibidem 8. 1616.
Manuale Principis, Duaci, typis Balthaſ. Belleri.
Corona Spiritualis, Gallico ſermone, Bruxellis.
Fons amoris, Ibidem, & alia.
Naturæ conceſſit Gandaui anno M.DC.XVII. XVI. Maij, Inteſtina ſepulta Gandaui in D. Michaelis, corpus Inſulis in monaſterio Brigittarum, Cor verò Stegriæ in monumento maiorum.

NICOLAVS MVLERIVS Med. Doctor & Profeſſor in Academia Groningana nuper ab Ordinibus erecta, Scripſit
Inſtitutionum Aſtronomicarum lib. II. Amſtelodami: 1616. 8.
Iſagogen ad Kalendarium Romanum. Item extat.
Διατριβὴ *De Anno Arabico & Turcico*, Groningæ, 1619.

NICOLAVS NEELSIVS à Campenhout, Brabantus, Ordinis S. Dominici in Belgio Prouincialis, Doctor Theol. Duacenus, vir candidi ingenij, priſcæ fidei, & ſacrarũ Scripturarum ſcientia probè inſtructus, ſcripſit
Commentarios in Cantica Canticorum eruditos.
In Apocalypſin Ioannis, M.SS. Gandaui apud ſuos.

Deceſſit Gandaui anno redemptionis noſtræ cIɔ.Iɔc. I. IV.Kal.Februarij, & ſepultus in ambitu apud ſuos hoc epitaphio:

AD IMAGINEM CRVCIFIXI.

Siſte parum, inſontemq́ tuo pro crimine paſſum
Reſpice me, me conde animo, me in pectore ſerua.
Ille ego qui caſus hominum miſeratus acerbos,
Huc veni.

D. O. M.

Morte obitâ, & varijs duri languoribus æui
Heic NICOLAVS NEELSIVS,
Ordinis Antiſtes huius, quàm Belgica latè
De finibus tendit ſuis;
Compoſitus placidâ requieſco in pace ſepultus,
Votis iuuate poſteri,
Præcipuè fratres, vt vobiſcum hinc aliquando
Ad cælitem vitam vocer.

NICOLAVS NICOLAIVS, Grudius, ſiue Louanienſis, Nicolai Euerardi Præſidis Fil. Eques & Poëta. *Gerardo Groesbequio* S. R. E. Card. atque Eburonum Principi longè gratiſſimus extitit. Poſt PHILIPPO II. Hiſp. Regi Belgarumque Principi à Conſilijs, atque illuſtri Velleris aurei Ordini ab actis fuit. Magna illi familiaritas cum *Hieronymo Vida* Cremonenſe, Poëtarum ſui æui Principe. Scripſit

Piorum Poëmatum libb. II. quos *Negotia* inſcribi volebat. Antuerpiæ, apud Siluium, 1566. 8.

Epigrammatum lib. III.

Elegiarum libb. III. Funerum libb. II.

Hendecaſyllaborum lib. I. Siluas & Epiſtolas.

Exomologeſin, iambico carmine, Antuerp. typis Siluij 1566.

Epigrammata Arcuum triumphalium, à Valentianis CAROLO V. in eius aduentum exhibitorum, Louanij, 1540. apud Saſſinum.

Apotheoſin in obitum Maxamiliani ab Egmonda, Comitis Burani, Louanij apud eundem, 1549.

Carmen ſepulchrale in funus Margaretæ Auſtriacæ. Obijt Venetijs anno cIɔ.Iɔ.LXXI. cò profectus Reipub. cauſſa.

NICOLAVS ORANVS Ord. S. Franciſci, Conuentus Aueſnenſis Guardianus, Eccleſiaſtes eloquentiſſimus, Scripſit

Conciones de Aduentu, quibus titulum dedit *Exilium generis humani feliciſſimum,*

mum, concionibus explicatum: *de miſericordia* DEI *erga primos parentes eorumque poſteros.* Montibus Hannoniæ. 1615. 8.
De Iuda proditoris Apoſtaſia, Ibid. 1611. 8.

NICOLAVS OVDARTVS Bruxellenſis & Officialis Machlinienſis, I.C. & Canonicus in æde Metropolitana, *Iuſto Lipſio*, & mihi familiariſſimus, Poëta non inuenuſtus, vir ſincerus paciſque amantiſſimus. Scripſit carmine

Ephemerides Eccleſiaſticas, ſeu Faſtos ſacros. Antuerpiæ, typis Plantini, 1600. 12.
Poëmata varia, quæ aliquando videbunt lucem.

Ab hominibus demigrauit anno gratiæ cIↄ.Iↄc. VIII. & ſepultus in D. Rumoldi æde primaria, ad templi ingreſſum, ſub turri, hoc epitaphio:

Mole ſub excelſa iacet hac tumulatus ODARDVS
Cui ſtudium ſacras cudere EPHEMERIDES.
Ex adyto templi prudens deſcendit ad imum,
Aptior ex humili quo ſit ad aſtra via.
Qui tua vt alta videt Machlinia culmina turris,
Aut legit hæc, dicat, ſit bene, ODARDE, *tibi.*

IVS LAVDE CORONAT.

Viuere deſijt anno cIↄ.Iↄc. IIX. menſe Iunio.

Alluſio ad anagramma defuncti.

IVS LAVDE CORONANS.

Hic ſitus OVDARTVS, *nil vltra quære Viator,*
Sit ſatis hunc titulum ſignificaſſe tibi.
Cætera quis neſcit? Phœbum & IVS LAVDE CORONANS
Ille hominum decus & prima corona fuit.

AD NOMEN ET MENSEM FATALEM.

OVDARTVM *extinxit Iunij flagrantior æſtus,*
Sic vrgent iuuenes ad ſua buſta ſenes.

NICOLAVS REBBIVS Athenſis, Hanno, S. Theologiæ Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, & Canonicus Inſulis ad D. Petrum, naſcitur anno 1565. 10 Octobris. Habuit & edidit.

Orationem De Annuntiatione B. Virginis Mariæ.
Orationem de Conceptione immaculata Virginis Deiparæ. Bruxellis, 1588. 4. typis Mommartij.
De Homicidio lib. II. Ibid. 1612. 4.
De Dignitatibus & Officijs Eccleſiaſticis. Duaci. 1612. 4. typis Belleri.

NICOLAVS ROMÆVS Brugenſis, Soc. IESV Theologus, vir ingenij ſolidi, memoriæ felicis, & magnæ doctrinæ. dedit

Ioannis

Ioannis Caluini Nouiodunenſis nouam effigiem, centum coloribus ad viuum expreſſam: qua Caluinus mendax, Blaſphemus, Sycophanta, Sophiſta exprimitur, cum Digreſſione:

De Prædeſtinatione & Iuſtificatione, Antuerpiæ, rypis Verduſſij, 1622. fol.

NICOLAVS SIMONIS Barauus, Carmelita, & ſui Ordinis Prouincialis, I. C. Theologus & Hiſtoriograpus, ingenio, memoria, iudicio valens, Scripſit

Sermones de Tempore & Sanctis, quas inſcripſit VADE MECVM.

Repetitiones & Diſputationes. Venetijs, 1497.

De poteſtate Papæ, Imp. & Concilij, libb. IV.

Vitas Sanctorum Patrum.

De ſacris mulieribus lib. I.

Chronicon Temporum.

Hiſtoriam Ordinis ſui.

D. Cyrilli vitam.

Farraginem Fragmentorum.

Epiſtolas & alia.

Obijt Harlemi annis grauis, ab inſtaurata ſalute CIↃ. IↃ. XI. Petrus Lucius vixiſſe vſque ad annum CIↃ. CCCC. XCV. ſcribit.

NICOLAVS STOCHIVS Lugd. Bat. humaniores litteras docuit, & ex præclariſſimis omniumque temporum immortalitate digniſſimis IVSTI LIPSI monumentis confecit

Mellificium duplex ex media Philoſophia petitum. Alterum continens elegantiſſima Similia: alterum verò grauiſſimos Aphoriſmos ſeu Sententias Lugd. Batauor. ex Officina Plantiniana, apud Franciſcum Raphelengium, 1591. 16.

Hiſtoriam cuiuſdam Lucretij F. carmine Elegiaco, Ibidem.

NICOLAVS STOPIVS Aloſtanus, Flander, Poëta bonus, Scripſit

Panegyricum elegantem De laudibus D. Ioannæ Arragoniæ.

Poëmata varia, Florentiæ, 1555. 8.

Elegiam ad Richardum Vitum Anglum, ſuper Epitaphio, quod viſitur extra portam Bononienſem, ÆLIA, LÆLIA, CRISPIS, &c.

Obijt Venetijs anno CIↃ. IↃ. LXVIII. VIII. Id. Maij.

NICOLAVS SVSIVS, Brugenſis. Soc. IESV Clericus, non contemnendos eruditionis, & ingenij ſui fructus poſteris communicauit, qui ſunt:

Lima Ciceroniana ad ſtylum accuratè perpoliendum.

Diſceptatio Quodlibetica de Pulchritudine B. Virginis Mariæ.

Elegia Mariana.

Anacreontai luſus.

Drama Comicum PENDVLARIA. Antuerpiæ apud Hæredes Martini Nutij, 1620.

Commentarium in Florum, à doctis deſideratum. M. S. Ingreſſus viam vniuerſæ carnis M. DC. XIX. VIII. Iunij.

NICO-

NICOLAVS LE SVEVR, I.C. Atrebas, ſcripſit

Notas ad Leges XII. *Tabularum.*

NICOLAVS TORNACENSIS Flander Theologus, Poſſenino teſte, ſcripſit

Lectiones in D. Lucæ Euangelium, lib. I.

NICOLAVS TRAIECTINVS, ſiue *De Traiecto*, Ord. S. Dominici, vir in Philoſophia doctiſſimus, & in S. Scriptura ſtudioſus & eruditus, ſcripſit in lib. *Boetij de Conſolatione*, quo Commentario D. Antoninus III. Hiſtoriarum parte ſcribit nullum melius aut doctius ſe reperiſſe. Sunt qui Nicolaum Triuelum Anglum Dominicanum auctorem ſuſpicantur, qui viuebat anno M.CCC.LX.

NICOLAVS TRIGAVLTIVS, patria Duacenſis, Socier. IESV Presbyter, cùm Oratoriam Gandaui docuiſſet, addiſceretque linguas peregrinas, & Coſmographiam calleret, profectionem in orientis Solis Indiam à Generali Præpoſito tandem obtinuit, vnde ſaluus & incolumis per Terram Sanctam pedeſtri itinere Antuerpiam venit, & ſecundò eò profectus. Scripſit Latinè

Vitam Gaſparis Barcæi Zelandi, comitis S. *Franciſci Xauerij*, lib. III. è Luſitanica lingua ſchediſque conuerſam Antuerp. typis Trognæſij, Coloniæ, 1610.

Epiſtolas varias Goâ ſcripſit in Europam ad Franciſcum Florentinum, Belgij tum Prouincialem Præpoſitum, de rebus à Socijs in India geſtis pro Fidei & regni DEI incremento, aduerſus idolatras.

De Expeditione Chriſtiana apud Chinas ſuſcepta: De legibus, Inſtitutis, & noua Eccleſiæ primordiis, ex Matthæi Riccij Commentarijs. Auguſtæ Vindelicor. 1615. fol.

De Chriſtianis apud Iaponios triumphis, ſiue de grauiſſima ibidem contra Chriſti fideles, perſecutione exortâ anno CIↃ.IↃC.XII. vſque ad annum CIↃ.IↃC.XX. libb. V. Monachij, apud Raphaelem Sadeler, 1623. 4.

NICOLAVS TVLDENVS, Syluæducenſis, Louanij Iuriſprudentiæ ſe totum dedit, vſus Doctore doctiſſimo *Ioanne VVameſio.* In patriam reuerſus, in Senatorij ordinis viros cooptatus eſt. Vir doctrina inſigni, modeſtia, comitate & candore ſingulari præditus.

Locos communes Parium ac Similium Iuris Iodoci Damhouderi Annotationibus auxit. Antuerpiæ, 1601. 4. apud Bellerum.

Praxin Rerum Ciuilium eiuſdem Damhouderi Annotationibus illuſtrauit. Ibidem 1617. 4.

Obijt in patria anno gratiæ M.DC.IX. Octob. VI. ſepultus apud Franciſcanos.

NICOLAVS VERNVLÆVS Luxemburgenſis, natus eſt in vico cui nomen Robermontium, patre *Petro de Vernulz*, quondam in exercitu Catholicæ Maieſtatis in Belgio Centurione. Humaniorum literarum & Philoſophiæ ſtudia Treueris inchoata in Academia Colonienſi abſoluit, primam magiſterij lauream conſecutus. Venit deinde Louanium, ibiq; confecto S. Theologiæ ſtudio, Licentiæ gradum adeptus eſt. Intereà verò in celeberrimo Collegio Porcenſi Rhetoricam per annos XVI. profeſſus eſt, factuſque publicus & Academicus Eloquentiæ Profeſſor, iam ab ann. XII. in eo munere verſatus eſt,

&

& etiamnum verſatur anno cIↄ. Iↄc. xxviii. Vir ſcribēdi quàm dicendi gratiâ præſtantior. Ingenio politus & elegans, maximique iudicij. Anno M.DC. XIX. Kal. Octob. factus eſt primus Præſes Collegij Myliani Luxemburgenſis. Scripto tradidit

Coſmographiam & Vniuerſam mundi Hiſtoriam, per Monarchias diſtinctam, & Epitomen omnium Antiquitatum.

De Arte dicendi libb. III. vna cum Praxi Rhetoricæ accommodata ad vſum noſtrorum temporum. Louanij, typis Dormalij.

Orationum II. Tomos, nomine diſcipulorum ſuorum.

Tomum alium Orationum à ſe habitarum. Coloniæ 1620. typis Bernardi Gualteri, 16.

Diuerſas Tragœdias, Martyres Gorcomienſes, Staniſlaum, Euſtachium, Theodoricum, typis Haſtenij Louanij 1623.

Politicas Diſſertationes, De potentia Monarcharum totius Orbis. De vna & diuerſa Religione. De gloria militari præcipuorum Europæ populorum. Louanij.

Iuſta ALBERTO PIO Belgarum Principi facta. Ibid.

Laudem Poſthumam. Comitis BVCQVOY. Ibid. 1622.

Inſtitutionum Politicarum, ſeu Elementorum ciuilis Doctrinæ libb. IV. Ibid. 1623.

Certamen oratorium de militari gloria inter VII. *milites, Hiſp. Germ. Francum, Italum, Polonum, Belgam & Hungarum.* Coloniæ, typis Burgenij, 1623. 12.

Diſſertationem Oratoriam de Peregrinatione in Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam. Louanij, typis Philippi Dormalij, 1624. 4.

NICOLAVS IOANNIS WASSENARIVS Amſtelodamenſis, Batauus edidit

Obſidionem vrbis Harlemenſis, Græco carmine.

NICOLAVS VTENHOVIVS, Caroli Vtenhouij, viri doctiſſ. Pater & ipſe doctiſſimus, Concilij Prouincialis in Flandria Præſes. Scripſit *Varias eaſq; elegantes ad Eraſmum Roterodamum,* alioſque ſui æui viros doctrinâ præcellentes EPISTOLAS: multæ viciſſim ad hunc *Eraſmi* extant, qui illi hoc epitaphium ſcripſit:

Hoc ſaxo tegitur celebris Heros
VTENHOVIVS *ille* NICOLAVS,
Quo ſub Præſide, Flandriæ Senatus
Multos floruit vnicè per annos.
Hoc patri orphana turba liberorum
Μνημεῖον poſuit pio quidem illa
Sed caſſo officio. Quid attinebat
Hac illi monumenta comparare,
Cuius ſcilicet adprobata virtus
Hæret mentibus omnium, nec vlla
Illam vis abolebit aut vetuſtas.

Obijt anno M.D.XXVII. XI. Menſ. Februarij.

NICOLAVS WINGHIVS, ſiue DE WINGHE, Louanienſis Canonicus Reg. S. Auguſt. ad S. Martinum, in patrio ſolo ſcripſit vernaculè

De dignitate & profunditate S. Scripturæ, & quomodo ea legenda, Antuerp. 1593. 8.

Eadem linguâ dedit *Biblia Sacrâ.* Louanij, apud Grauium, 1548. fol.

Item

Item *aureum Thomæ Kempenſis libellum, De imitatione Chriſti tranſtulit in ſermonem Belgicum.* Item

Flauij Ioſephi libb. De antiquitate Iudaica, & de bello Iudaico, Deceſſit in Mishagenſi Virginum cœnobio, anno Incarnationis Dei, cIↃ. IↃ. LII.

NIVERIVS LANGIVS, Prior S. Bauonis Gandaui, Scripſit

Sermones varios de S. Bauone.

De Aſſumptione Virginis Deiparæ.

Tractatum de vitio Simoniæ, quæ omnia M. S. latent in Bibliotheca Eccleſiæ Cathedralis Gandaui.

Floruit circa annum Domini cIↃ. CCCC. XLI. teſte *Antonio Sandero.*

NICOLAVS ZOESIVS Amersfortius, I.C. primùm domeſticus & à Secretis *Ioän. Venduillio,* Epiſc. Tornacenſi: hinc magni Concilij apud Machlinienſes Senator, demum IV. Syluæducenſium Antiſtes. Scripſit

Vitam Ioannis Vendeuillij, I. V. D. Louanienſis, & Epiſcopi Tornacenſis, qui receſſit anno à nato humani generis Seruatore M. D. XCII. Ibid. Octob. Duaci apud Bogardum.

Moritur Louanij ex febri, quæ eũ vix aliquot dies tenuit, anno 1625. 22. Auguſt. & corpus Syluamducis tranſlatum, & ſepultum in D. Ioannis primario templo, hoc epitaphio:

D. O. M.

D. NICOLAVS ZOES EPISCOPVS BVSCODVCENSIS
MAGISTER LIBELLOR. SVPPLICVM,
ET CONSILIARIVS MAGNI CONCILII,
FREQVENTIORIBVS CLERI POPVLIQVE AC
DEVOTI FOEMINEI SEXVS PRECIBVS
SE COMMENDATVM CVPIENS,
HOC LOCO VIVENS SIBI MONVMENT. ELEGIT.
VIXIT ANN. LXI. ET DIES XVII.
PRÆFVIT ECCLESIÆ BVSCODVCENSI
AN. X. M. III. ET DIES XII.
OBIIT ANNO M DC.XXV. DIE XXII. MEN. AVG.

NOE FAIGNIENT, claruit inter Muſicos ſui temporis: Antuerpiæ aliquot annos iuuentutem Muſicam docuit. Compoſuitque *Cantiones ſacras & profanas, item Madrigalas.* 3. 4. 5. & 6. Vocum, apud peritos in magno pretio.

S. NORBERTVS, candidiſſimi Præmonſtratenſ. Ord. auctor & fundator, naſcitur Sanctis in Cliuia. Vir planè Apoſtolicus, qui impiam hæreſin Tanchelinam Antuerpiæ, magno Zelo & animi fortitudine expugnauit. Legimus fuiſſe formâ decorum, aſpectu hilarem, vultu ſereuum, ſermone iucundum, conuerſatione placidum: eloquio excultum, ſcientia inſtructum, animo generoſum, raræ affabilitatis, & elegantiæ morum, qui verè cum Salomone dicere potuit: *Puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam.* Vitam varij deſcripſerunt, ipſe verò ſcripſit

De Viſionibus ſuis libb. III.

Sermones de obitu Sanctorum.

Sermonem vtiliſſimum ad fratres ordinis ſui habitum, qui impreſſus ſubiungitur Diurnali Præmonſtrat.

Quieſcendi locum accepit Magdeburgi, loci illius Archiepiſcopus, & Germaniæ Primas, anno Epiſcopus VIII. Chriſti 1541. 8. Id. Iunij, relatuſque in numerum Sanctorum à Gregorio XIII. Ponr. Max. anno 1582. Eius reliquias anno 1627. 6. Non. Maias Magdeburgo Imp. Ferdinand. clem. & inuictiſ. regno Bohemiæ intulit, collocauirque cum ingentis triumphi gloria in ipſo regali Pragæ montis Sion cœnobio. Lege *Ioan. Chryſoſt. vander Sterren*, D. Michaelis Antuerpiæ Priorem.

NORBERTVS VAN COVWERVEN Antuerpiæ naſcitur, & probè educatus, à teneris annis ſuaue Chriſti iugum in Canonica S. NORBERTI diſciplina amplexus, Michaeliticum Cœnobium ingreſſus eſt, in quo illam de ſe tam doctrina quàm pietate ſpem excitauit, vt maioris exercitationis gratia Louanium ablegatus ſit, ibidemque vniuerſam Philoſophiam adeò diligenter hauſit, vt eandem non ſolum publicè, cum magno applauſu propugnauerit, ſed & in Cœnobio ſuo magna perſpicuitate docuerit. Scripſit

Obſeruationes doctiſſimas & ſubtiliſſimas in vniuerſam Stagyriticam Philoſophiam.

Velitationes etiam nonnullas Theologicas.

Concionum ſuarum, quas magno cum ſtudio & labore exornat Tomos III.

Viuit etiamnum vigetque anno M. DC. XXVIII. & Cœnobij ſui Suppriorem agens, ac Eccleſiaſtem ordinarium, adeò ingenti cum fructu & populi accurſu vt non capiente omnes templo, tot ſubinde recedere viſi ſunt, quot alibi iuſtum auditorum numerum conſtituerent.

NOTGERVS, Epiſcopus Leodicenſis, cum HERIGERO, Lobienſi Abbate, ſcripſiſſe putatur

Geſta Epiſcoporum Tungrenſium, Traiectenſ. & Leodicenſ. à tempore S. Materni, vſque ad obitum S. Remacli, edita nuper cum cæteris Leodicenſium Scriptorib. à *Ioanne Chapeauillio*, Vicario Leodicenſi, anno 1613. 4.

Hiſtoriam Tranſlationis S. Landoaldi & Sociorum.

Ab hominibus demigrauit *Notgerus* Leodici anno poſt aduentum Meſſiæ in carne 1107. 5. Idus Aprilis, & conditus in S. Ioannis baſilica, à ſe erecta.

O.

OBERTVS ſiue HVBERTVS GIFANIVS Barauus, I.V.D. Philoſophus, Philologus, & linguæ vtriuſque peritia clarus. Iuuenis operam dedit Louanij & Pariſijs politioribus ſtudiis. Aurelijs ad Ligerim Bibliothecam publicam nationis Germanicæ inſtituit. Argentorati Philoſophiam docuit, Iuriſprudentiam verò Ingolſtadij XV. ann. & hæreſi omni abiuratâ, rediit ad matris Eccleſiæ Catholicæ gremium. Scripſit

Scholia in Homeri opera, à ſe emendata. Argentorati typis Theodoſij Rihelij, 1572. 2. Tom. II.

Commentarios in Politica Ariſtoteles Ibid. 1602. apud Zeznerum.

Commentar. in Ethica Ariſtot. ad Nicomachum. Ibidem.

Commentarium de Imp. Iuſtiniano, cui ſubiecit.

Indicem Hiſtoricum rerum Romanarum.

Conlectanea in T. Lucretij Cari de rerum Natura libb. & Lucretij vitam. Antuerp. 1566. typis Plantini, & Raphelengij 1595. 8.

Com-

Digitized by Google

Commentarium ad Inſtitutiones Iuris Ciuilis, Ingolſtadij 1596.
Antinomias Iuris Ciuilis, ſiue Diſputationes ad eaſdem, Francof.
Antinomias Iuris Feudalis, Ibidem, 1606. 4.
Tractatum De Renuntiationibus. Ibid.
Tract. De Iure Feudorum. Francofurti.
Diſputationem de actionibus Empti & venditi.
Lecturas Altorphinas in aliquot Tit. Dig & Cod.
Explanationem difficiliorum materiarum Iuris.
Notas in Corpus Iuris Ciuilis, Ingolſtadij, 1595:
Theſes de Sponſalibus, Teſtamentis ordinandis, &c. Argentorati.
Oeconomiam Iuris.
Commentarium ad Tit. de diuerſis Reg. Iuris. Ibid. 1606.
Obſeruationes ſingulares in linguam Latinam. Hanouiæ, 1614. 8.
Pragæ extremum claudit diem, Cæſari Rudolpho à Conſiliis, ſeptuagenario maior, anno gratiæ cIↄ. Iↄc. IX. VII. Kal. Aug.

OCCO Friſius, SCARLENSIS, inde dictus quod in pago Scarle dicto, natus ſit. Scripſit
Hiſtoriam rerum in Friſia geſtarum, quam *Ioannes Vlieterpius*, & eum ſecutus *Andreas Cornelius* Belgicâ linguâ interpretati ſunt & ampliarunt.
Vixit circa annum Saluatoris D. CCCC.LXX. Vlieterpius verò obijt an. ſalutis reſtauratæ M. CCC.LXX.

ODO Scholaſticus Tornacenſis, non Aurelianenſis, vt hallucinatur *Valerius Andreas*, dein Abbas & inſtaurator Monaſterij S. Martini Tornacenſis, Ord. S. Benedicti, poſt Epiſcopus Cameracenſis XXXVI. & ſede ſua pulſus eſt, quod virgam & annulum, quę conſecratus ab Eccleſia acceperat ab Imp. *Henrico* IV. iteratò accipere nollet. Scripſit
De blaſphemia in Spiritum Sanctum. M. S. Leodici & Tornaci.
De Canone Euangeliorum & Miſſæ lib. II.
Canonem Miſſæ primus Commentarijs illuſtrauit.
De peccato Originali lib. III. ad Amandum Priorem Aquicinctinum.
De Aduentu & Incarnatione Chriſti, contra Leonem Iudæum, M. S. Tournaci & Leodici apud Dominicanos.
Homilias aliquot, quarum vna eſt *De Villico iniquitatis*, M. S.
Dialogorum librum.
Librum Collationum, M. S. Gandaui in Cartuſia.
Parabolas M. S. olim Antuerpiæ in S. Michaële, Ord. Præmonſtrat.
Aquicincti, quod eſt monaſterium Benedictinum, ſecundo lapide à Duaco ſitum, in exſilio obijt anno ſalutis communis M. C. XIII.

ODO MALCOTIVS Bruxellenſis, Soc. IESV Presbyt. Mathematicus expertus, Romæ cum laude ſumma Matheſin docuit. Scripſit
Mathematicum Problema, à *Chriſtophoro Clauio*, Mathematicor. hodiè Principe laudatum lib. VII. Geometriæ Practicæ. Item
Aſtrolabij à ſe digeſti vſum, quod Æquinoctiale vocat, inciſum Coloniæ & Lugduni, preſſo tamen auctoris nomine.

ODVLPHVS Brabantus, Orſchotij in Campinia natus, ſingulari zelo flagrauit in Friſijs à gentili Idolatria ad Dei cultum conuertendis. Scripſit

Antidotum ſiue Amuletum aduerſus ſtriges, incubos, ſuccubos & ſimiles dæmonum præſtigias.

Vixit tempore Ludoici Pij Franciæ Reg. anno D.CCC.XXXVI.

OLBERTVS, alias OBBERTVS & ALBERTVS, ex monacho Lobienſi. IV. Gemblacenſis, ac primus S. Iacobi apud Eburones Abbas. Vir moribus, religione, gemina ſcientia, bonis doctiſque viris aut conferendus aut præferendus, teſte *Sigeberto*. Natus eſt in Lederna villa, Sambrenſis pagi confinio. Pariſijs audiuit *Fulbertum* Carnotenſem Epiſcopum, & Lobijs in Sacris literis ipſe erudijt *Burchardum*, Wormatienſem Epiſcopum, Scripſit

Decretorum & Canonum libb. XX.

Vitas aliquot Sanctorum, & Canticum Eccleſiaſticum de eorundem rebus geſtis.

Hiſtoriam Veteris & noui Teſtamenti.

Vitam S. Veroni Confeſſoris. M.S. Montibus Hannoniæ, apud fratres Franciſcanos.

Obdormiuit in Domino Leodici. M.D.XLVIII. Id. Iulij in S. Iacobi monaſterio ſepultus, hoc epitaphio:

Hic iacet Abbatum ſpeculum, decus & monachorum,
Abbas OLBERTVS, *flos, paradiſe, tuus.*
Præfuit Eccleſiis normali tramite binis:
LEGIA *corpus habet*, GEMBLA *carendo dolet.*

OLIVARIVS alij OLIVERIVS Scholaſticus Colonienſis. Scripſit

De expeditione Hieroſolymitana. Louanij M.S. ad S. Martinum.

OLIVERIVS LONGVS, Prior ad S. Bauonem Gandaui, Ordinis S. Benedicti, vir ingenij magni, nec minoris ſedulitatis & induſtriæ. ſcripſit

De Sacramento Euchariſtiæ M.S. in Cartuſia Gandenſi.

De tenendis ac credendis circa Euchariſtiæ Sacramentum, M.S. Louanij, apud S. Martinum.

De Reditibus ad vitam, M.S. Ibidem in Collegio Theologorum.

De defectibus circa Miſſam, Ibidem M.S. ad S. Martinum.

De vitio Simoniæ in Religione, M.S. Gandaui ad S. Bauonem.

Vitam B. Coletæ, Virginis Gandauenſis. Vide Molanum in Natalibus SS. Belgij. Floruit circa annum M.CCCC.XLIX.

OLIVERIVS ſiue OLIVARIVS MARCANVS, vulgo *De la Marche*, nobili domo è Burgundia oriundus, domeſticus *Philippi Boni*, *Caroli Audacis*, *Maximiliani*, eiuſque filij *Philippi*, quibus omnibus virtutis ergò, carus extitit. In funeſto illo ad Nanceium prælio captus, tantum non perijt. Scripſit Gallico idiomate

Memorabilia, ſiue Memorias, quæ auticorum maximè palato ſeruiunt, quod publicas epulas, ludorumq́; ſpectacula potiſſimum repræſentent.

Animam Deo reddidit Bruxellis, altero, quam Carolus V. natus eſt an. Kal. Februar. ſepultus cum vxore in D. Iacobi, vulgo Couvvenberge, ante altare D.V. MARIÆ. Tumulum peſtifera Caluiniana natio, noſtrâ memoriâ violauit.

OLIVERIVS AB HATTEM, V.N. Medicus Vltraiectinus, qui in hæreſi Caluiniana educatus, & Verbi Miniſter extitit annos XIV. diuinâ tandem gratia præuentus, cum tota familia, vxore nempe & IX. liberis in ſinum matris Eccleſiæ Romanæ ſe recepit atque dedit. Scripſit vernaculo ſermone

Apologiam contra deformatæ religionis Miniſtros.

Iuſtificationem ſolidam, cur à Caluiniſtis defecerit, deſumptam ex Signis Eccleſiæ DEI, *quibus dignoſcitur vera Eccleſia ex Synagoga hæretica.* Louanij apud Ioannem Maſium, anno 1610. Inſcripſitque S.P.Q. Antuerp.

Tertio conuerſionis ſuæ anno Antuerpiæ quietis locum accepit, ætatis 38. Chriſti vero M.DC.X. XXIII. Decemb. & ſepultus apud Minoritas.

ORTWINVS GRATIVS, Dauentrienſis cognominatus, quod Dauentriæ ſub *Alexandro Hegio* enutritus ſit, & bonis literis inſtructus: ſe Weſtphalum in diœceſi Monaſterienſi natum ſcribit. Coloniæ Agrippinæ aliquot annos in Burſa iuuentutem humaniores literas docuit non ſine emolumento. Scripſit

Faſciculum rerum expetendarum & fugiendarum, Coloniæ, 1535. fol.

Apologiam aduerſus Reuchlinum, virum doctiſſimum.

Lamentationes obſcurorum virorum, Ibidem 1518. 4.

Criticomaſtix Peregrinationis Petri Rauennatis IV. Coloniæ Doctoris. Lugduni 1511. 8.

Mortalitatem expleuit Coloniæ, an. Meſſiæ nati CIↃ.IↃ.XLII. II. kal. Iunij.

ORLANDVS LASSVS, montibus Hannoniæ naſcitur an. M.D XX. quo CAROL. V. Aquiſgrani eſt inauguratus. Sæculi ſui Muſicorum Princeps. *Hic ille* ORLANDVS *laſſum qui recreat orbem.* Italiam vidit cum *Ferdinando Gonzaga* pro Rege Siciliæ. Neapoli III. circiter annis vixit, deinde Romam venit, & ad S. Ioannem Lateranenſem vniuerſo muſico ſacello præficitur. Cum nobili viro Cæſare Brancacio Neapol. Angliam & Galliam luſtrauit, adamatus, honoratuſque. Anno M.D.LVII. vocatur ab Alberto Bauaro, vt ſacello Muſico plus ſua arte ornamenti adferret. Obijt Monachij, anno reparatæ ſalutis M.D. XCIII. Ibid. Iunij, ante mortem nobilitate donatus à MAXÆMILIANO II. Imper. Compoſuit

Theatrum Muſicum.

Patrocinium Muſices.

Motetarum & Madrigalium, lib. III. IV. V. VI. & VIII. vocum, Neapoli, Venetijs, Monachij, Louanij & Antuerpiæ excuſos.

Librum Miſſarum. Norimbergæ. *Et alia multa.*

OTHO HEVRNIVS Ioan. F. Vltraiectinus naſcitur anno gratiæ M. D.LXXVII. VI. Id. Sept. Lugd. Batauor. prima ſtudiorum fundamenta poſuit ſub *Nicolao Stochio*, anno CIↃ.IↃC. I. VII. Iulij, Medicinæ Doctor Lugd. renunciatur: Cumque eodem anno XI. Aug. pater ipſius mortalitatē expleuiſſet, ad Medicinæ Profeſſionem promotus eſt. Edidit viuente parente, ætatis XXIII.

De Barbarica Philoſophia, lib. II quorum prior Chaldaicus, alter Indicus, typis Raphelengij, 1600. 12.

Iam editioni adornat in praxi *Medica & Theoria* diuerſa, ac quædam *Anatomica*, nonnulla etiam *ad Philoſophiam Literaſque* humaniores ſpectantia.

OTHO VÆNIVS Batauus, amicus meus, naſcitur anno M. D. LVI. patre *Cornelio*, I. V. D. viro Conſulari & nobili. Conſulatum Lug. Batauor. quamuis inuitus reluctanſque ſæpiſſimè geſſit. Matrem habuit *Gertrudem Neckiam*, & illam è patritijs Amſtelodamenſib. oriundam. Omnino iuuenis anno ſcilicet XV. ætat. religionis intuitu patria diſceſſit. Leodici Principi Leodicenſi Cardin. Groesbequio nonnullos annos adhæſit. Romam profectus annos omnino V. apud Card. *Madruttium* conuerſatus eſt, ibidemq; animi cauſſa artem Pictoriam exercuit. *Iuſto Lipſio* per carus. qui tale Symbolum eius Amicorum Albo inſcripſit:

Moribus antiquis res ſtat Romana Viriſque.

HOC MONVMENTVM
CANÆ FIDEI SACRAMVS
QVAM PRÆESSE
AMORI ET AMICITIÆ
HVIC VOLVMVS
QVA TE
OTHO VENI
CVLTISSIÆ MENTIS
ET MANVS ADOLESCENS
PROSEQVOR,
ET AD EXTREMVM
PROSECVTVRVS SVM,
QVOCVNQVE TE,
QVOCVNQVE ME DEVS TRAHET.
SCRIPSI EGO
IVSTVS LIPSIVS
LVGDVNI BATAVOR KAL. IVNI.
M. IↃ. LXXXIV.

Ex Italia redux, Antuerpiam ſibi domicilij ſedem delegit, in qua ann. pluſquam XX. ædes ſacras Tabellis ſuis curioſè elaboratis, exornauit. *Petrum Paulum Rubenium* vrbis noſtræ, pœne dixeram Orbis Apellem diſcipulum habuit. Poſt liminio Bruxellam euocatus à Seren. Princ. ALBERTO & ISABELLA, Præfectus Monetæ præficitur. *Gertrudem* filiam habet ingenuam & venuſtã, quæ quodammodo Patris in pingendo æmula, omnibus eſt admirationi. Edidit

Emblemata Horatiana. Antuerpiæ, typis Verduſſi.

Emblemata Amoris diuini atq; humani.

Bellum Batauorum cum Romanis ex Cornelio Tacito. lib. IV. *&* V. *cum Iconibus.*

Hiſtoriam Hiſp. VII. *Infantum Laræ, cum Iconibus.*

CC. *Emblemata Principibus, viris Eccleſiaſticis, Militaribus alijſque vſurpanda.* Bruxellis typis Huberti Antonij. 1624. 4.

Concluſiones Phyſicas & Theologicas Notis & figuris diſpoſitas ac demonſtratas De primarijs Fidei capitibus, atque in primis de Prædeſtinatione, quomodo effectus illius operetur à libero arbitrio. Lugduni Batauor. ipſo inſcio prodierunt.

Perfecta ſed nondum edita cum figuris.

Fundamenta & Principia Chriſtiana & Catholica religionis, in VII. currus triumphales diſpartita.

De

De Arte Pictoria & ſculptoria noua & vera præcepta.
De Phyſiognomia noua præcepta.
Emblemata Amicitiæ.

Cæterum obſeruet Lector turpiter hic hallucinatum eſſe *Valerium Andream*, qui nobis dederit alium *Othonem Vaniū*, apud Batauos commorantem. *Concluſiones enim Theologicæ de Prædeſtinatione, cæteriſq. Primarijs Fidei Capitibus,* non alterius alicuius, ſed huius de quo agimus VÆNII ſunt, illaſque vt ſuas agnoſcit, doctas ſolidas ac Catholicas. Habent ſanè Leydenſes ſuos Pſeudo-Theologos (Valerio teſte) ſed *Othonem Vanium* non habent, nec illud nomen agnoſcunt. Vnus ergo *Otho Vanius*, pictor celebris, inuentor nobilis, & in fidei Myſterijs non ineruditus.

Viuit valetque Antuerpiæ, anno M. DC. XXVII. nunquam otioſus.

P.

PANAGIVS SALIVS, Audomarenſis, vir felicis ingenij, memoriæ ſingularis, Poëta elegans, magni iudicij, & Hiſtoricus non contemnendus. Scripſit

Vedaſtiados lib. v. in laudem S. Vedaſti, Carmine Heroico, & Ioanni Sarraceno Abbati Vedaſtino inſcripſit. Duaci, apud Ioannem Bogardum, 1591. 4.

Telanthropiam lib. II. ſiue De fine Hominis, verſu Heroico.

Elegiarum lib. IV. Syluarum lib. I.

Parodiam ad Catulli Epithalamium.

Naſſouium Tragœdiam.

Orationes varias.

Deceſſit anno à nato humani generis Saluatore CIↃ. IↃ. XCV. V. Kal. Februarii.

Huic Symbolum: SIT SINE LABE FIDES.

PANCRATIVS A CASTRICVM Alcmarianus, Batauus, vrbis Groeningenſis Syndicus, de patria optimè meritus, Scripſit

De Scriptoribus Hollandiæ, Zelandiæ & Vltraiect. Opus nondum editum, ſeruatur ab hæredibus.

Abijt è vita Amſtelodami, anno Redemptionis humanæ. M. D. C. XIX.

PARSEVALDVS BELLIGENIVS Brugenſis, à natiuitate cęcus, Lutetiæ magna nominis fama floruit anno M. D. XXX. & iuuentutem Bogardicam in Gymnaſio Geruaiano docuit. Scripſit

Notas & Scholia in Quinctiliani Declamat pro cæco contra Nouercam.

Symbolo vtebatur: DOMINVS ILLVMINAT CÆCOS.

PASCHASIVS BALDVINVS, Falempinienſis, in agro Inſulano, Ord. S. Auguſtini Canonicus, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ Linguæ peritiſſimus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copioſus, Scripſit

Epiſtolam doctiſſimam De Hebraicis Gemmarum nominibus, ac viribus, ad Franciſcum Ruëum Inſulenſem Medicum.

De Ponderibus & menſuris }
De Kalendarij reformatione } M.SS.in monaſterio Phanopinenſi.

PASCHASIVS D'ORANGIVS, Ord. S. Franciſci regularis Obſeruantiæ, Conuentus Iuſulenſis, vertit in linguam Gallicam *Sophronij Patriarchæ Pratum Spirituale.* Louanij, 1599.

PASCHASIVS IVSTVS, Ecoloonianus, Flander, Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor, ſcripſit

De Alea, ſeu De curanda ludendi in pecuniam cupiditate, lib. II. eleganti ſtylo. Priore medica, planaque Methodo omnis grauiſſimæ & ignotæ vſque ad hoc tempus affectionis natura, cauſſæ & effectus, tanquam immanis & ſæui alicuius morbi explicantur. Altero, qua potiſſimum curatione adhibita, inſatiabilis flagitioſaque cupiditas euelli ex grauiter ægrotantium animis poſſit, explanatio. Tum ſi contumax erit, qua ratione edomari & comprimi queat, edocetur. Baſil. & Antuerpiæ Inſcripſit Maxæmytiano à Burgundia, Belgici maris & Claſſis Præfecto.

PASCHASIVS ZOVTERIVS, Cynopagita, Flander, Ipris ludum litterarium aperuit, vir ſubtilis & acuti ingenij, edidit.

Miſcellanea Grammatices. Antuerpiæ, 1524. 8. Item

Adoleſcentiam, carmine Elegiaco de contemnenda voluptate & amplexanda virtute. Antuerpiæ, typis Michaelis Hillenij, 1521.

PAVLVS BOVDOTIVS, S. Theologiæ Doctor Sorbonicus, Archidiaconus Eccleſiæ Atrebatenſis, & ſuarum celſitudinum ALBERTI & ISABELLÆ, CLARÆ, EVGENIÆ Eccleſiaſtes ordinarius. Scripſit

De Sacramento Pœnitentiæ opus tripartitum.

Orationem funebrem in exequijs RVDOLPHI II. Imp. Bruxellis habitam.

Egregiam quoque operam nauauit in *B. Thomæ Aquinatis Summam.* Atrebat. typis Guilielmi Riuerij.

PAVLVS BVSIVS, Ioan. F. Swollanus, Trans-Iſelanus, Iuriſconſultus, Coloniæ Agrippinæ aliquot annos egit, & Iuriſprudentiæ ſe totum dedit. Hinc Swollæ praxin Forenſem theoriæ adiecit, paulloque poſt Franekeram euocatus eſt vt Iuris anteceſſor. Scripſit

De Officio Iudicis librum ſingularem Lugduni excuſum, cum *Antonio Maſſa Galleſio Romano, de exercitatione Iuriſperitorum.* 1610.

Commentarios in Pandectas Iuſtiniani, cum differentijs Iuris Canonici, & Conſuetudinum communium, &c. Tom. V. Arnhemij & Amſtelodami.

Quæſtiones controuerſas ad lib. IV. Inſtit. Iuris. Leouardiæ, 1615. 4.

De annuis Reditibus lib. II. Coloniæ 1601. 8.

Subtilitatum Iuris, ſiue Diſſertationum Academicarum lib. VII. Coloniæ 1604. & Franekeræ 1612. 8.

Politicorum Libros.

De Iure Feudali & Emphyteutico.

De Republica lib. III. Baſileæ, typis Ludouici Konig. 8. 1626.

PAVLVS CHRISTINÆVS, ſiue DE CHRISTYNEN Machlinienſis, I.V. Doctor, & S.P.Q. Machlinienſ. Syndicus. Vir prudens, eruditus, bonarumque litterarum fautor ac promotor ſingularis. Primus euulgauit
Arreſta ſiue Deciſiones rerum iudicatarum ſupremi Concilij Machlinienſis. Antuerpiæ, typis Nutij, 1623.
Commentationes in Statuta Machlinienſia, cum Conferentijs aliorum Statutorum & Conſuetudinum. Ibidem, typis Verduſſij, 1625. 4.

PAVLVS CROONENDALIVS, Commiſſarius Financiarum in Belgio, Scripſit *De Comitibus Namurcenſibus.* M.S. apud filium *Henricum*, Graphiarium eiuſdem Concilij.

PAVLVS DVMONTIVS Duacenus, à ſecretis patriæ ſuæ, feliciſſimus aliarum linguarum in Gallicam interpres. Vertit
Confeſſiones D. Auguſtini.
Thomam à Kempis, de Imitatione Chriſti.
Dionyſij Carthuſiani Sententias bene viuendi, & alia eiuſdem.
Ludouici Granatenſis, Antonij Gueuaræ, Marci Maruli, Dorothei Sermones è Græco, Italico, Hiſpanico. Scripſit
Commentarium in Orationem Dominicam, Gallicè è varijs Auctoribus. Omnia Duaci edita, ibidemque viuere deſijt anno M. D. C. II. IV. Kal. Nouemb. ætatis LXXII.

PAVLVS LEOPARDVS Iſemburgenſis Furnij in Flandria, Græcè doctiſſimus, Louanij iuuenis præceptoribus *Nicolao Clenardo*, ac *Rutgero Reſcio* vſus. *Franciſcum Nanſium* diſcipulum habuit, aliosque viros doctos. Ludum litterarium aperuit Hondiſcotæ primùm, reliquum vitæ egit Bergis S. Winoci. Scripſit
Emendationum ac Miſcellaneorum lib. XX.
in quibus plurima, tum in Græcis, tum Latinis auctoribus explicantur. typis Plantini X. libb. prodiere anno 1568. 4. & *Ianus Gruterus* Tom. III. *Lampadis criticæ* X. poſteriores euulgauit. Francofurti. 1604. 8.
Vitas & Chrias Ariſtippi, Diogenis, Demonactis, Stratonis, Demoſthenis, & Aſpaſiæ Latio donauit. Antuerpiæ, 1556. 8. typis Belleri.
Bergis S. Winoci viuendi & ſcribendi finem fecit anno gratiæ CIƆ. IƆ. LXVII. & ſepultus ad S. Martinum. *Ioannes Macarius* Canonicus Aërienſis mortuo præceptori oculos clauſit.

PAVLVS MERVLA Dordracenus, Iuriſconſultus & Hiſtoriographus, iactis præclaræ eruditionis fundamentis, peregrinandi ſtudio ductus, in Galliam ſe contulit, vbi VIII. totos annos literarum & Iuris Ciuilis ſtudio impendit. Inde Italiam adijt, hinc in Germaniam reuerſus, & Argentinę diu commoratus, peragratâ mox reliqua Germaniâ, in Angliam ſe tranſtulit, vt illam quoque videret Inſularum maximam. In patriam redux, ad forum animum applicuit. Sed cùm Lugduno diſceſſiſſet IVSTVS LIPSIVS, ille accerſitus vacantem Hiſtoriarum profeſſionem ſuſcepit.
Denaſcitur XIX. Iulij, CIƆ. IƆCVII. cùm vixiſſet XLIX. Sepulto hæc inſcriptio poſita:

Tibi

TIBI
PAVLE MERVLA
QVI
DVM DEVS TE NOBIS SVPERSTITEM VOLEBAT
OB SINGVLAREM TVAM ERVDITIONEM
MAGNAQ. ET MVLTA IN OMNES BENEFICIA
DOCTISSIMORVM AVDIISTI HVMANISS.
HVMANISSIMOR. DOCTISSIMVS
HOC QVALECVNQVE MONVMENTVM
MOERENS BENE MERITO
F. P. Q.
P. D. I. F. EX A. A. D. VIII. KAL. AVG.
CIƆ. IƆC. XIII.
AVE ET SALVE VIR PAVCIS COMPARANDE
Edi[illegible]ab eo.

Praxis Ciuilis Prouincialis Curiæ apud Batauos, Belgicè.
Ennij fragmenta cum Commentarijs.
Eutropius.
Coſmographia generalis lib. III typis Raphelengij.
Coſmographia ſpecialis, lib. 4. IV. typis eiuſdem.
Cynigetica, idiomate Belgico.
Vita D. Eraſmi Roterodami ab Eraſmo ſcripta. Lugdun. Batauor.
Epiſtolæ poſtumæ eiuſdem Eraſmi, Lugd. typis Thomæ Baſſon. 1607. 4.
Vita Franciſci Iunij. Ibidem typis Plantini, 1595.
Angeli Merulæ Hiſtoria Tragica.
Hiſtoria Politica & Eccleſiaſtica M. CC. annorum. Reliquos CCCC. adiecit Guilielmus Merula Fil.
VVilleramus Abbas in Cantica Canticorum cum Commentarijs.
De natura Reipub. Batauicæ Oratio poſtuma, hanc *Ioachimus Meurſius* ex auctoris ſchedis deſcripſit & vulgauit. Lugd. Batauor. 1618. 4. typis Iacobi Marci.

EDENDA RESTANT.

Hiſtoria Belgica & Gelrica.
Synchroniſmus eorum, quæ proximè elapſo Seculò in Orbe Chriſtiano contigerunt.
Hiſtoria ſiue Faſti rerum à Romanis geſtarum.
Faſti Dordraceni.
Deſcriptio Romæ.
Deſcriptio Batauiæ Belgicè.
Belgica vnita, idiomate Gallico.
Status Belgij, idiomate Belgico.
Diſcurſus Politicus in Donationem ſiue Ceſſionem, quâ Philip. Hiſp. Rex in infantem ISABELLAM *ius tranſcribit Prouinciarum, Belgicarum, Burgundiæq́; Comitatum & Caroleſij*, an. 1598.
Praxis Latina.
Praxis Criminalis Prouincialis Curiæ apud Batauos.
Commentarij in IV. Inſtitut. Iuſtinani lib.

Tra-

Tractatus de Dotibus.
Antinomiæ Iuris.
De linguis varijs.
Diatriba, de lingua Gallica Antiquitate, Imitatione, & dialectis.
Nomenclator Cynegeticus.
Fragmenta Vett. Poetarum cum Annotationibus.
Tabulæ Antiquitatum Romanarum.
Hiſtoria de Dijs Veterum.
Hiſtoria Magiſtratuum Romanorum.
De Comitijs, Legibus, Sacerdotibus Romanorum.
De Sacrificiorum ritibus apud veteres Romanos.
De diebus Feſtis apud Romanos.
Lectiones in Iulium & Auguſtum SVETONI.
Lectiones in I. & II. lib. Flori.
Lectiones in Taciti Germaniam.
Orationes quædam & Poemata.
Chronologia in Lucanum, Caſ. de bello Ciuili, & Dionyſium Halicarnaſſeum.

PAVLVS MIDDELBVRGENSIS ſiue MIDDELBVRGIVS, familiæ nomine carens, à natali ſolo Middelburgo in Zelandia cognomen mutuatus eſt, Louanij adoleſcens in ſtudijs multos annos verſatus eſt. In Italiam tranſgreſſus, ob eximiam Phyſices reique Medicæ peritiam, magnum auctoritatis & gratiæ locum obtinuit apud Ducem Vrbinatium. Cumque Mathematicis etiam artibus (*Iulius Cæſar Scaliger* omnium ſui temporis Mathematicorum ex nationis prærogatiua facilè Principem nuncupat) excelleret, à Iulio II. & Leone X. Pont. Max. Romam euocatus fuit. Scripſit

De Paſchali obſeruatione. lib. XIV. ad Leonem X. P. M.
De Paſſionis Dominicæ die, lib. XIX. ad Maxamil. Cæſarem, 1513.
Epiſtolam de Paſchate obſeruando, & de die Paſſionis, ad Vniuerſit. Louan.
Prognoſticon ad Maxamilianum Auſtriacum, Louanij, typis Weſtphali.
Prognoſtici defenſionem, contra Ioan. Barbum, Vrbini, 1484.
Inuectiuam in ſuperſtitioſum Vatem.

Naturæ debitum Romæ ſoluit, & ſepultus ad S. MARIAM animæ Germanorum hoc Epitaphio:

PAVLO ANTISTITI FORO-SEMPRONIENSI
A MIDDELBVRGO
INSIGNI INFERIORIS GERMAN. OPIDO
VIRO LIBERALIVM ARTIVM DISCIPLINIS
PIETATE ANIMIQ. MODERATIONE
LONGE OMNIBVS ANTEFERENDO.
AB IVLIO II. ET LEONE X. PONT. MAX.
AD PRÆSIDENDVM LATERANENSI CONCILIO
ELECTO ET EVOCATO
VITÆ SVÆ CVRRICVLO ANNOR. LXXXIX.
IN GLORIA EXACTO RESTITVTAQ. DEO ROMÆ
INTER CÆREMONIAS ECCLESIASTICAS DIVINA SVI PARTE
PETRVS VORSTIVS EPISCOP. AQVENSIS

REFERENDARIVS ET S. ROTÆ LOCVM TENENS,
ET FREDERICVS CALVARIVS VTRIVSQVE CENSVRÆ
DOCTOR ET EQVES
EXECVTORES POSS.
OBIIT XIX. KALEND. IANVARI,
AN. SALVTIS CIϽ. IϽ. XXXIV.

PAVLVS MONTANVS Vltraiectenſis, naſcitur anno ſalutis M. D. XXX. v. Id. Septemb. Prima literarum rudimenta in patria accepit: Iuriſprudentiæ initia Louanij, & Lauream Iuris Andegani in Gallia, anno Domini M. D. L. VII. Id. Iulias. In patriam redux, à Philippo II. Hiſp. Rege in Senatum Prouinciæ Vltraiectinæ adſcitus eſt, & ann. ferè XIX. ſententiam duxit. Vir comis & humanus, ab ambitione alienus, omnibus benè volens. Vixit vſque ad annum M. D. LXXXVII. Scripſit

Commentarium de tutelis, à liberis poſt mortem editum. Lugdun. Batauor. 1595. fol. & Francofurti, 1607.

PAVLVS MONTIVS Duacenus, patriæ ſuæ à Secretis, vir literarum ſcientia, morumque probitate valde conſpituus. Varias calluit linguas, & præ cæteris Hiſpanicam; & quo magis religionem hominis ſuſpicias, interpretatus eſt libros, qui pietatem ac virtutis ſtudium vehementer promouent. Scripſit idiomate Gallico

Commentarios in Orationem Dominicam. Duaci.

Bellum Chriſtianum. Hiſpanicè & Gallicè. Ibidem.

Et Latina in linguam Gallicam vertit

Confeſſiones D. Auguſtini.

Thomam à Kempis de Imitatione Chriſti.

Dionyſij Carthuſiani Sententiam benè viuendi, & alia.

Animam cœlo reddidit Duaci, anno ſalutis CIϽ. IϽC. II. IV. Kal. Nou. ætatis LXXII.

PAVLVS RVSTIVS, Antuerpianus, Ord. S. Dominici, Theologus Louanienſis, in Hebraicis non infeliciter verſatus. Concionator facundus & vehemens, acris ingenij, & incredibilis induſtriæ, edidit

Monomachiam hominis & ſerpentis. lib. III. Antuerpiæ, typis Guilielmi à Tongris.

PEREGRINVS PVLLENIVS naſcitur in Venroo pago Campiniæ. Ruremundæ aliquando Paſtorem egit; auſteritate ac paupertate eximius fuit, pietate præclarus, experientia maximus: quin etiã dono diſcretionis Spirituum omnes ſui æui anteceſſit. Teſtes fuere Reuerendiſſ. viri *Guilielmus Lindanus*, Epiſcopus Gandenſis, *Gisbertus Maſius*, Epiſcopus Syluæducenſis, *Henricus Kuyckius*, Epiſcopus Ruremundenſis, & *Gisbertus Coeuerinx*, deſignatus Epiſcopus Dauentrienſis, alijque quamplurimi: Cùm hunc nomino, immenſum omnium bonarum rerum mundum complector. Multa ſcripſit doctiſſima ac profundiſſima, vtpote

In Cantica Canticorum.

In Apocalypſin.

De Paupertate Apoſtolica.
De nuptijs ſpiritualibus.
De via compendioſa ad ſalutem.
De modo incipiendi Deo ſeruire, & alia, quæ omnia, breui lucem videbunt cutâ atque opera R.D. *Ioannis Beukelij* Helmontani, Paſtotis ad *S. Gaugericū* Bruxel. Bonorum omnium luctu piè & ſanctè in Domino obdormiuit Syluæducis anno ab incarnato DEO M.DC. VIII. xx. Iulij, quietiſque locum accepit apud Clariſſas.

PETREIVS TIARA Friſius, Vorcomij naſcitur, anno ſalutis cIↃ IↃ. xvi. Idib. Iulij. Non ſolùm Philoſophus ac Medicus, ſed & litteratum periſſimus. Græcas in Duacena ptimùm, & Louanienſi Academia docuit. Deinde cùm Lugd. Batauor. noua Academia erigeretur, in ptimotdijs opetam egregiam nauaturus huc ſe contulit, adeoque gratus fuit, vt ptimus in ea Rector magnificus crearetur. Inrerpres Græcarum fideliſſimus ac feliciſſimus. Franekeræ tandem Græcas aliquandiu publico ſtipendio literas profeſſus eſt, vbi & mortuus anno Domini M.D.LXXXVIII. vi. Id Feb. ætatis LXXII. ſepultus ibidem cum carmine Epitaphio inſcripto tabulæ ad columnam appenſæ, tali, *Ioanne Arcerio* auctore.

Heus quicunque teris ſacri huius limina templi,
Suſpice pauliſper, verbaq; pauca lege.
Sortem diſce tuam, & quæ te quoque fata manebunt,
Ocius aut ſerò corde reconde tuo.
Hoc ſaxo tegitur PETREIVS, ille TIARA,
Ingens Doctorum, pieridumq; decus.
VVoudrichem ei patria eſt Friſiorum in littore claro,
Quæque rudimentis nobilitata viri eſt.
Artibus Harlemium poſt pluribus imbuit, atque
Linguis ornauit vim facilem ingenij.
Inde Machaoniam naturâ ductus ad artem,
Louanium vix dum factus ephebus adit.
Tandem Pergameo, Cooque alijſq; magiſtris,
Artis honos ceſſit ſummus in Italia.
Hanc deinceps toto coluit fœliciter æuo
Muſamq;, Graiamq;, Auſoniamq; ſimul.
Scilicet inſignis Medicus, ſummuſq; Poeta,
Audijt, & linguâ Philoſophus geminâ.
Louanium expertum eſt Doctorem, ipſumq; Duacum,
Lugdunum in Batauis, atque Franekra ſuum.
Hæc poſtquam ciuem, quem multos fouerat annos,
Gratè complexa eſt, & Schola docta ſenem.
Grandæuum & vita ſaturum Mors abripit atrox,
Aggregat & ciuem ciuibus inde ſuis.
Diſcito trigeminas non vlli parcere Parcas,
Nec quid in hoc magno ſtare perenne ſolo.
Nam pariter doctos rapit indoctoſq;, bonumq;
Vnâ falce virum Mors metit atque malum.

Vertit fœliciter Latino carmine

Euripidis Medeam. Vltraiecti,1543.8.

Pythagoræ, Phocylidis & Theognidis Sententias. Francofurti,1590.

Platonis Sophiſten, ſiue *De eo, quod verè eſſe dicitur.* Louanij,1552. apud Rotarium.

Paraphraſin in Aphoriſmos & Prognoſtica Hippocratis, quam ſe vidiſſe ſcribit Suffridus Petri M.S. in Bibliotheca Card. Geanuellani.

Poemation de Nobilitate & diſciplina militari veterum Friſiorum. Franekeræ, 1597.8.

Quædam adhuc M. SS. ſuo tempore lucem viſura, ſuperſunt, vt *Homeri Hymni.*

Platonis Eutyphro, & Alcibiades, atque alia nonnulla.

PETRVS ÆGIDIVS, ſiue GILLIVS, I. C.S.P.Q. Antu.ab Actis & Poëta, *Eraſmi Roterodami* ſtudiorum ſocius, quem nobis ita depingit Angliæ Martyr THOMAS MORVS in ſua Vtopia lib.1. *Antuerpiam me confero, ibi dum verſor, ſæpe me inter alios, ſed quo non alius gratior, inuiſit PETRVS AEGIDIVS Antuerpiæ natus, magnâ fide & loco apud ſuos honeſto, dignus honeſtiſſimo, quippe iuuenis haud ſcio doctior, ne an moratior: eſt enim optimus & litteratiſſimus, ad hæc animo in omnes candido, in amicos verò tam propenſo pectore, amore, fide, adfectu tam ſincero, vt vix vnum aut alterum vſquam inuenias, quem illi ſentias omnibus amicitiæ numeris eſſe conferendum. Rara illi modeſtia, nemini longius abeſt fucus, nulli ſimplicitas ineſt prudentior. Porrò ſermone tam lepidus, & tam innoxiè facetus, vt patriæ deſiderium ac laris domeſtici, magna ex parte mihi dulciſſima conſuetudine ſua, & melliſſima confabulatione leuauerit.* &c. edidit

Threnodiam in funus Maxæmyliani Cæſaris, cum Epitaphijs aliquot & Epigrammatis. Antuerpiæ, 1519.4. typis Hillenij.

Hypotheſes, ſiue Spectacula CAROLO V. Cæſ. à S. P. Q. Antuerpienſi exhibita. Ibidem.

Enchiridion Principis ac Magiſtratus Chriſtiani cum Cornelio Graphæo, è vet. libb. collegit. Coloniæ.

Dictionarium Catholicum Ioannis Genuenſis auxit. Lugd.1506. teſte Geſnero.

Valerius Andreas parum conſideratè huic *Petro Ægidio* Græcum Lexicon attribuit. Certè hic, vti alias ſæpiuſculè hallucinatus eſt. Fuit apud Gallos vir magni nominis & linguæ Græcæ comprimis gnarus *Petrus Gyllus* qui augendo Lexico emendandoque non infelicem operam poſuit: itaque pro *Gyllo* legit *Gillius*, ſiue Ægidius, verùm vt dixi non ſat conſideratè.

PETRVS DE ALIACO ex oppido de Compeigne in Gallia, S.R.E. Card. Tit. Chryſogoni, Epiſcopus Anicienſis & Cameracenſis, Legatuſque à latere per Gallias. Cancellarius Academiæ Pariſienſis, & Doctor Sorbonicus, quem Belgis addendum cenſui, quod diu apud illos in honore vixerit, & ſepultus fuerit, Ioannem Gerſonem auditorem aliquando habuit. Scripſit

Quæſtiones in Sphæram Ioannis de Sacroboſco. Pariſijs 1498.

In libros Meteororum Ariſtotelis, Viennæ, 1509.

In IV. libb. Sententiarum. Pariſijs.

Sacramentale. Louanii, 1487. typis Heerſtratij.

De emendatione Eccleſiæ. Coloniæ.

De

De poteſtate Eccleſiaſtica.
Commentaria in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.
In Salutationem Angelicam.
De laude S.Scripturæ.
In principium MARCI.
De Stabilitate Eccleſiæ.
Speculum Conſiderationis. lib. III.
Compendium contemplationis. lib. III.
De ſpiritali Scala.
In Pſalterium Dauidicum.
Meditationes in Pſalmos XLII. & LXX.
De Legibus & ſectis.
De Concilio generali.
De Interdicto.
De permutatione beneficiorum.
In Cantica Canticorum.
In Orationem Dominicam,& ſuper eadem anagogicè,lib. II.
In Canticum Zachariæ & Simeonis.
De electione Papæ.
De exercitio ſpirituali.
De XII. honoribus S. Ioſephi.
De anima & accidentibus eius.
Concordiam Theologiæ cum Aſtronomia & Hiſtoria.
De Sacramentis Eccleſiæ.
De vita S. Petri Cæleſtini,lib.II. edente Surio Carthuſiano.
Reſponſionem contra Fr.Matthæi.Concluſiones pro Flagellantium ſecta.
Sermones varios, Epiſtolasq́ plures.

Ex hac vita emigrauit, Auenione anno à Chriſto nato, Orbis terrarum ſeruatore CIↃ. CCCC. XXV. Corpus Cameracum eſt relatum, iacetq́ue in Cathedrali cum hoc Epitaphio:

HIC IACET REVERENDVS PATER
DOMINVS PETRVS DE ALIACO,
THEOLOGIÆ DOCTOR,
QVONDAM EPISCOPVS CAMERACENSIS.
ORATE PRO EO.

Mors rapuit PETRVM, petram ſubijt putre corpus:
Sed petram Chriſtum ſpiritus ipſe petit.
Quiſquis ades precibus fer opem, ſemperq́, memento,
Quod præter mores, omnia morte cadunt.
Nam quid amor Regum, quid opes, quid gloria durent,
Aſpicis; hæc aderant tunc mihi,nunc abeunt.

PETRVS APHERDIANVS, Wageningenſis,Gelder, (ſunt qui Amſtelodamenſem ſcribunt) Amſtelodami maximam ætatis partem in erudienda iuuentute poſuit. Scripſit
Tyrocinium latinæ linguæ ex opt.auctoribus. Col.apud Gymnicum.
Methodum diſcendi formulas linguæ Latinæ. Ibidem.8.

Epigrammatum Moralium lib. II. Antuerpiæ, 1560. & Coloniæ 1580.
Inſtitutionem puerorum. Antuerpiæ, 1560.
Diſticha Moralia. Ibidem 1578. 8.
Similia Eraſmi, & Apotphegmata per locos communes digeſſit. Dauentriæ, typis Theodorici Bornij, 1557. 8.

PETRVS AVRATVS, vide PETRVS DORE.

PETRVS A S. AVDOMARO, vide PETRVS WALLOCAPELLVS.

PETRVS BACHERIVS Gandenſis, Dominicanus, Theologus, Doctor Louanienſis, Poeta elegans & fluidus, Eccleſiaſtes eximius, ingenio excellens, Græcè, Latinè doctus. Hæreticorum commenta & ſomnia Bruxellis, Antuerpiæ, Gandaui, Hagæ Comitis, Dordraci, Calcariæ, Cliuorum, alijſque in locis annos ferè LX. retudit de ſuperiore loco. Prior ſuis varijs in locis præfuit. Scripſit

Speculum Militiæ Chriſtianæ, in quo non ſolùm Impp. verùm etiam caſtrorum Præfecti rectè viuendi normam cum fructu intueri poſſunt, Colon. 1592.
Apologeticum pro defunctis. Antuerp. typis Plantini, 1586. 8.
Spongiam in Ebrioſos. Embricæ, 1592.
Tumultum Panicum, ſiue Belgicum, in noſtræ tempeſtatis hæreticos, carmine Heroico. Apud Plantinum. 8.
Tabulam Sacrorum Carminum, ex CXX. *Poetis.* Duaci, typis Bogardi. *1579.*
Homilias & Commentarios in Epiſtolas Quadrageſimales. Louanij 1571. Ibid.
Homilias in Euangelia Dominicalia totius anni. Ibidem, apud Velpium, 1579.
Enchiridion Sacrorum Carminum & piarum precum lib. III.
De tribus partibus Pœnitentiæ, Contritione, Confeſſione & Satisfactione, Belgicè. Item *Hortulum precum Louanij,* typis Bogardi.
Tractatum breuem ſuper Oratione Dominica, ſermone vernaculo.
Concionem de Oratione. 1599. apud Manilium, Belgicè.
In Miſoliturgos, ſeu Miſſæ Oſores, lib. II. Ibidem 8.
Iurgium coniugale, duobus dialogis comprehenſum. Ibidem.
De tribus votis vitæ Monaſticæ, M.S.
De Chriſtiani Principis vita, moribus, officio, M.S.
Dialogum inter Cenophilum & coniugem Eulaliam, in quo Caluiniſtarum ſecta, *Chriſti pellex*, Eccleſia verò Romana *Chriſti ſponſa* appellatur. Gandaui, apud Ioannem Paludanum.
Eo iam demortuo in lucem venit
Enchiridion Theologiæ Paſtoralis, Item
Clangor pœnitentiæ, ſiue Concionum ſuper Epiſtolas Quadrageſimales, ſpecioſus Theſaurus.

Exceſſit Gandaui vir pius, anno ætatis IV. & LXXX. prid. Id. Februar. anno Redemptionis noſtræ CIↃ. IↃCI. Hoc ſibi Epitaphium in extremis decantauit:

Si

Si canitur niueis ſub mortem nania cygnis,
Dum premit innocuum longa ſenecta caput;
Cur mihi non liceat triplices mea fata ſorores,
Dum truncant proprias concinere exequias?
Intempeſtiuis albeſcunt tempora canis,
Vtraque quin frontem ruga ſenilis arat.
Caligant oculi, ſunt hac praludia mortis:
Torpent officio, peſq; manuſq; ſuo.
GANDA vale, fratreſq; valete, valete propinqui,
Liber ab exilio regna paterna ſequor.
Conſequar hæc meritis Chriſti, rogo: ſubleuat agram
Spes mentem, trepidis anchora firma viris.
Sæpè per infeſtos ſcopulos & naufraga ſaxa,
Noſtra eſt inſanus cymba rotata nothis:
Non tamen à vero me deuius abſtulit error,
Dogmate tentata eſt non temerata fides.
Sape (fatebor enim) peccati nectare captus,
Neglexi aterni iuſſa verenda DEI.
Da veniam feſſo, pauidaq; illabere menti:
Vulnera vulneribus dilue, Chriſte, tuis.
Diſcute mortales nebulas Dominator Olympi,
Migrantemq; animam qua potes arte iuua.
Lux perit, interea mors vrget, corporis huius
Exuuias viridi ſuſcipe terra ſinu.
Sic placuit Cyro viridanti in gramine condi,
Rex tantus tumuli ſaxo operoſa fugit.
Hic locus arridet, maiorum hic oſſa quieſcunt;
BVNDERII cineres, GRVTERIIq; patris.
Iungo RIGERMANNVM, SYLVANVM, VVINCHVSIVMq;,
AEtate & meritis, eloquioq; pares.
Nonego COTANVM, non te RVFELARDE ſilebo,
Olim nam impenſè fauit vterque mihi.

PETRVS CHRISTOPHORVS BALENVS, deſcripſit, teſte Ioann. Bapt. Grameye in Taxandria
Vrbem Syluaducenſem, affirmatque ad M.M. pulcherrimarum ædium intra muros concludi, non venientibus in numerum caſis, & ſecundi ordinis proletariorum habitaculis.

PETRVS BARBERIVS Theologus, Ordinis Dominicanorum, & Prior Louanienſis, vir fuit & piè doctus, & doctè pius. Scripſit
Hortulum precationum. Louanij, 1571.
Conciones, quæ temporum iniuria perierunt.

PETRVS BEAVSARDVS Louanienſis, Doctor Medicus, & Mathematicus egregius, linguæ Græcæ peritiſſimus, edidit
Arithmetices praxin, Louanij, 1573. apud Grauium.
Annulum Aſtronomicum. Ibidem 8.

PETRVS BERINGENSIS, ab oppido ſibi cognomine, ditione Leodicenſis ſic dictus, ſcripſit Opuſcula varia, atque inter reliqua,

Speculum Amoris diuini.

De humilitate.

De mundana varietate.

Tacendi Antidotarium puſillanimorum.

Ex Catalogo Bibliothecæ celeberrimæ Tungerloenſis, Ord. Præmonſtratenſis.

PETRVS BERTIVS, Beueris Flandriæ occiduæ pago naſcitur anno redempti à Filio DEI orbis M. D. LXV. XVIII. Kal. Decemb. In ſuburbio Londinenſi prima linguarum Latinæ, Græcæ, Gallicæ tyrocinia poſuit ſub *Chriſtiano Richio*, & priuigna eius virgine eruditiſſima *Petronia Lansbergia.* Lugd. Batauorum Hebræam linguam guſtauit, & humaniores literas ſub *Lipſio & Vulcanio*, & Theologiæ principia ſub Lamberto Danæo, aliiſque. Quum peregrinationis quoque ſtudio caperetur, ductus exemplo ſuorum æqualium cum *Lipſio*, *Canteris* & *Grauio* Germaniam petijt, & Heidelbergæ, tum propter Bibliothecam, tum propter *Iunium, Meliſſum, Treberum* decreuit ſubſiſtere. Argentorati florentiſſimam iuuentutem docuit. Quum nondum peregrinandi animum expleſſet, abijt ad Noricos, atque ab ijs per Bohemiam, Sileſiã, Poloniam, Ruſſiam, ac poſtea prono amni per Muſcouiam & Boruſſiam Daniſcum vectus, Lugd. Batauorum redijt, & Collegij Theologici Regens factus. anno M. DC. VI. Rex Chriſtianiſſimus in Coſmographorum ſuorum numerum cooptauit, vt Galliam ſuam deſcriberet. Tandem Hollandicę Pſeudo-Synodi fulminibus adactus, Pariſios profectus, poſt vitam in hæreſi & ſchiſmate diu peractam in Eccleſiam Catholicam eſt receptus admiſſusque. Sic ex barathro illo ad limpidos fontes Iſraelis, ex tenebris ad lucem Eccleſiæ, ex ſchiſmate ad vnitatem Catholicam, ab hæreticis ad Orthodoxos, à nouitiolis ad antiquæ fidei defenſores, atque adſertores DEI virtute emerſit.

Hortator & ad vitam religionemque meliorem LIPSIVS fuit, qui ita ad eum aliquando in albo Amicorum:

TE
PETRE BERTI,
OB ANIMI DOTES
VIRTVTESQ. MIHI CARVM ESSE
ET FORE EX ANIMO FATEOR.
INGENIVM IN TE, DOCTRINA, PROBITAS,
QVÆ ALIVS QVOQVE AMABIT,
QVISQVIS NOSCET.
TV PARA TE ET ASSERE, NON TAM
AD FAMAM, QVAM AD TVAM
PVBLICAMQ. SALVTEM.
IVSTVS LIPSIVS,
SCRIBO ET VOVEO.
XVII. KAL. MART. M.IↃ.XCI.

EDITA AB IPSO:

Oratio de modeſtia in appetenda gloria. Argentorati.

Orationes variæ & Carmina ſparſim, Lugd. Bat.& Altorphij.

Logica Peripatetica lib. VI. Lugd. Batauorum.

Tabularum Geographicarum contractarum libb. VIII. Amſtelodami,1616.

Commentarij Rerum Germanicarum libb. III. *videl. de Germania priſca & noua, deque præcipuis vrbibus,* Ibid. 4.

Ptolemæi Geographiam Græcè & Latinè euulgauit cum tabulis. 1620.fol.

Abrahami Gorlæi Theſaurus Numiſmatum Romanor. aureorum, argenteorum, æreorum, ad familias eius vrbis ſpectantium, vſque ad obitum AVGVSTI. Acceſsêre *Paralipomena, ſiue typi nummorum Romanor. quos Fuluius Vrſinus non edidit.*

Oratio, qua rationem reddit, cur relicto Lugduno Batauorum Pariſios commigrarit, & hæreſi repudiata Romanorũ Catholicam fidem ſit amplexus. Habita ibidem in Collegio *Becodiano* VI Non. Octob. CIↃ. IↃC. XX. Pariſijs, & Antuerpiæ typis Ioannis Cnobbart Latinè, Gallicè & Belgicè. Anno 1623. prodijt Noribergæ Ioannis Corberi P.L. *Anti-Bertius.*

PETRVS BLOMEVENNA, Batauus, Leydenſis, Cartuſiæ Colonienſi nomen dedit anno ſalutis 1449. in qua ferè annos L. vixit, præfuitque eidem Prior ac Viſitator prouinciæ Rheni ann. 29. Ob vitæ innocentiam, morumque integritatem omnibus erat carus. Quærebat ante omnia regnum Dei & iuſtitiam eius. In diuinis litteris non vulgariter eruditus. Fallitur *Antonius Poſſeuinus,* dum hunc *Petrum Blomeuennam* putat eſſe diuerſum à *Petro Leydenſi,* hoc quippe patriæ, illud familiæ nomen. Litterarum monumenta ad poſteros tranſmiſſa hæc ſunt:

De bonitate diuina libb. IV. Coloniæ, 1538.

De Authoritate Eccleſiæ.

Expoſitio in Pſalmum CXXVI.

Contra Anabaptiſtas.

De effuſione cordis Tractatus.

Candela Euangelica.

Enchiridion Sacerdotum.

De Inuocatione Sanctorum.

Directorium paruum, contemplari inchoantium.

Aſſertio Purgatorij.

Contra abuſus filiorum Eccleſiæ.

Vita S. Brunonis. Sermo de eodem.

Exhortatio ad iuuenes.

De natura DEI, teſte Poſſeuino.

De vera Religione, & quinam appellandi veri Religioſi.

Informatio de diuerſa ratione adorandi DEVM, *Sanctos & homines.*

Epiſtola ad Doctorem Arnoldum Tungrenſem.

Directorium aureum Contemplatiuorum Henrici Herpij Latinè reddidit.

Huius vitam ſanctitate plenam placidiſſima mors ſuſcepit, Coloniæ, anno gratiæ per Chriſtum reſtitutæ 1536. prid. Kal. Octob. ætat. 70. Profeſſionis 49.

PETRVS BOLSVARDIENSIS Iacobi F. Bolſuardiæ natus, fuit Regularis Laicus S. Auguſtini in Thabor Friſiæ monaſterio *iuxta Snecam,* Ma-

thematicus inſignis, & Geometriæ peritus, Scripſit
Hiſtoriam Friſiorum, ab anno DCC. LXXXXI. *vſque ad annum* M. D. L.
Vixit circa annum cIↃ. IↃ. LII.

PETRVS BORRÆVS Batauus credo, vel Vltraiectinus, ſcripſit ſermone vernaculo, *Hiſtoriam tumultuum Belgicorum ex actis publicis*, quæ & verbo tenus edidit cum Diplomatibus vtriuſque partis.

PETRVS A BROWERSHAVEN Zelandus, Theologus, vir pius & eruditus, & ſupra quàm dici poteſt bonarum litterarum ſtudijs delectatus. Scripſit
De ſanctiſſ. Miſſæ ſacrificio.
De meritorum Chriſti & Sanctorum conſenſu.
Quæſtiones Paſtorales.
Admonitionem de cælibatu Sacerdotum. Louanij, 1572.

PETRVS BRVHESIVS, Medicus, ſcripſit
Epiſtolas II. De viribus Thermarum Aquiſgranenſium. Antuerp. 1555. 8.

PETRVS de BRVXELLIS, cognomento CROCARTIVS, Ord. S. Dominici, S. Theol. Profeſſor, vir non minori obſeruantia dignus ob vitam probatiſſimam, quàm propter eruditionem ſingularem. Scripſit
Commentarium in Logicam Ariſtotelis.
Annotatiunculas in Petrum Hiſpanum. Pariſijs 1509
Commentaria & Quæſtiones in Phyſicam Ariſtot.
Commentaria & Quæſtiones in libb. De Anima.
In D. Thomam de Ente & Eſſentia.
Viuere deſijt bonus Pater Machliniæ, anno à plenitudine temporis cIↃ. IↃ. LIII. ætat. LXXXIII.
Huic Symbolum; AD SYDERA VVLTVS.

PETRVS BVCCIVS Gandenſis, teſte Sandero, Artium & Medicinæ Doctor, & Mathematicus inſignis, ſcripſit carmine
Prognoſticon futuri temporis.
Ephemerides varias, ad longitudinem LI. *gradum*, XVI. *minutorum, latitudinem* XVI. *graduum*, VII. *minutorum.*

PETRVS BVRRVS Brugenſis Flander, Canonicus Ambianus, diuinis & humanis literis clarus, Pariſijs ſub CAROLO VIII. Gallorum Rege floruit. Vnus inter paucos ſua ætate Eloquentiam, Poëſim, cæteraſque artes bonas cum ſapientia iunxit, docuitque. Sunt hæc fœcundiſſimi illius ingenij monumenta.
Odarum lib. IV.
Apologorum lib. I.
Epigrammatum & Elegiarum, lib. II.
Hexametrorum, lib. I. *Moralium lib. I.*
De Aduentu Domini.
De vigilia & natiuitate Domini.

De

De Epiphania.
De circumciſione Domini.
De Ieiunio.
De ingreſſu in Ieruſalem.
De Confeſſione & Euchariſtia.
De cœna Dominica.
De Paſsione Dominica.
De laude Crucis.
De Communione Paſchali.
De Reſurrectione Dominica.
De Inuentione crucis.
De Aſcenſione Domini.
De Pentecoſte & Trinitate.
De Corpore Domini.
De facie Dominica.
De exaltatione Crucis.
De feſtis B. MARIÆ.
Hymni de omnibus Sanctis, cum commmentarijs Badij.
Epiſtolæ & Orationes non pauca.

Extremum vitæ ſpiritum Ambiani edidit anno gratiæ per Chriſtum reſtitutæ M.D.VII.

PETRVS BVSÆVS, patria Nouiomagenſis, Ieſuitarum ſodalitio nomen dedit, vir excellenter doctus, & S.Theol. Profeſſor eruditus.

Opus Catechiſticum, ſiue *Summam doctrinæ Chriſtianæ* PETRI CANISI *eiuſdem Societatis, præclaris diuinæ Scripturæ teſtimonijs Sanctorumque Patrum Sententijs illuſtrauit locupletauitque magna cum Reipubl. vtilitate.*

PETRVS CAMERACENSIS, Canonicus S. Auberti in patria Scripſit *Vitam & Martyrium S. Dympnæ*, edente *Laurentio Surio* Cartuſiano.

PETRVS CANISIVS, patria Nouiomagenſis, primus omnium Tranſalpinorum in Societatem IESV, opera *Petri Fabri*, cooptatus fuit, quam exemplo, doctrina & præſtantis ingenij Monumentis mirum in modum illuſtrauit. Germaniam Superiorem primus Præpoſitus Prouincialis rexit. Epiſcopatum Viennenſem à FERDINANDO Roman. Rege ſibi oblatum, conſtanter repudiauit, pietati animi, candore, priſcis atque ſanctiſſimis Chriſtiani ordinis Patribus comparandus. Scripſit

Catechiſmum, ſiue Summam doctrinæ Chriſtianæ, breuem quidem illam, ſed præclariſſimam, & quæ copioſæ Bibliothecæ inſtar ſit, quam *Petrus Buſæus* locupletauit & illuſtrauit.

Aduerſus Magdeburgenſes centuriatores Commentariorum De Verbi corruptelis. Tom. II. quorum prior eſt

De venerando Chriſti Domini præcurſore Ioanne Bapt. Poſterior

De Sanctiſsima Virgine MARIA *Deipara.* Ingolſtadij, 1583. fol.

Martyrologium. Dilingæ. 1574.

Concionum lib. II. Seu Notas aureas in Euangelia Dominicorum & Feſtorum per totum annum dierum. Friburgi. 1591.

Exer

COLLEGII SOCIETATIS FVNDAMENTA IECIT
MVLTA PRÆCLARA DOCVMENTA DEDIT
ET QVASI QVIDAM FRIBVRGENSIVM PATRONVS
ECCLESIÆ PER HELVETIAM PATRIARCHA
RELIGIONIS CATHOLICÆ SVI TEMPORIS COLVMNA
TOTO CHRISTIANO ORBE NOTISSIMVS
FIDE PRVDENTIA INDEFESTO SCRIBENDI LABORE
ABSTINENTIA, PERENNI GRAVITATE
ANIMI PVRITATE
FLAGRANTISSIMO DEI AMORE
MVLTAQ. SANCTITATE CLARISSIMVS
MIGRAVIT AD CHRISTVM
FESTO S. THOMÆ APOSTOLI
M. D. XCVII. ANNO ÆTATIS LXXVII.

PETRVS CASTELLANVS, Gerardimontanus, Flander, prima ſtudiorum fundamenta Gandaui iecit. Philoſophiam Duaci didicit, Græcas literas Aurelijs in Gallia: In Collegio trilingui eaſdem profeſſus, Medici titulo auctus eſt, atque anno cIↄ. Iↄc. xviii. x. Kal. Nouembris, Doctoris inſignia accepit, Vir doctrinæ elegantis, multæ lectionis, & Antiquitatum ſedulus inueſtigator. Eius ſunt:

Vitæ illuſtrium Medicorum, veterum ac recentium. Antuerpiæ, 1618. 8. apud Guilielmum à Tongris.

Ludus, ſiue conuiuium Saturnale. Louanij, 1616. 8.

Εορτολόγιον ſiue De Græcorum feſtis Syntagma. Antuerpiæ, 1617. 8. apud Verduſſium.

Laudatio funebris ALBERTI PII, Belgarum Principis, Louanij, 1624. 4. apud Haſtenium.

Commentarij De eſu Carnium, lib. IV. & De legibus Atticis, Antuerpiæ typis Hieronymi Verduſſij, & apud Belleros, 8. 1626.

PETRVS CELLARIVS Flander, Iſenbergæ, natus in agro Furnenſi, Scripſit

Orationem contra mendicitatem, pro noua pauperum ſubuentione. Antuerp. typis Henrici Petri, 1531. 8.

PETRVS CLASSENIVS, Louanienſis, I.C. naſcitur anno M. D. LXXXVIII. VI. Kal. April. Ob doctrinam ſingularem Doctoris titulum meritus, anno ſalutis M. DC. XXI. Scripſit

Tractatum de Seruitutibus, Concluſionibus aliquot diſtinctum. Louanij, apud Dormalium, 1620. 4.

Obſeruationes Iuris, aliaque illius generis breui lucem videbunt.

PETRVS KLOBARDVS, Schoondyckius, linguæ vtriuſque ornamentum.

Demoſthenis Orationes Olynthicas III. Latinas fecit. Antuerpiæ, 1539. apud Gregor. Bontium.

PETRVS COECKE, Aloſtanus, Pictor celebris, *Bernardi Bruxellenſis* diſcipulus: luſtratâ Italiâ, Conſtantinopolin profectus, Turcico Imp. ob artis ſuæ elegantiam placuit. Diſcipulum habuit *Petrum Breughelium* Pictorem, cui filiam in vxorem dedit. Edidit.

De Architectura & Geometria libb.

Sebaſtiani Serlij libb. Italicos, Belgicè vertit.

Bruxellis in D. Gaugerici requieſcit, hoc epitaphio.

Siſte pedem Lector, ſanctam huic optato quietem.

PETRO COECKE, COGNOMENTO AB ALOSTO
CAROLO V. CÆS., AC MARIÆ
HVNGARIÆ REGINÆ PICTORI ORDINARIO,
INGENIO, ARTE, INDVSTRIA INCOMPARABILI,
MARIA CONIVX MOESTISS.
PIENTISSIMO CONIVGI POSVIT.
VIXIT ANN. XLVIII. M. IV. D. II.
DECESSIT BRVXELLIS VI. DEC. ANNO. M. D. L.
NATVS ALOSTI XIV. AVG. AN. M. D. II.
Virtus morte ſuperior.

PETRVS COLPINVS, Duacenus S. Theologiæ Doctor, & Catechiſta regius, vir ingenij ſolidi, memoriæ felicis, nec minoris in fide zeli. Edidit librum, cui titulus:

Liturgica inſtitutio complectens Miſſæ naturam.

De modo concionandi, Duaci, typis Boſcerdi, 1577.

PETRVS COLVIVS Brugenſis, magni ingenij doctrinæque iuuenis, Antiquitatum mirus amator. Dedit

Notas eruditas in Lucium Apuleium Afrum Madaurenſem, De Aſino Aureo, cum M. SS. collatum. Typis Raphelengij 8.

Notas nondum adfectas in Sidonium Apollinarem, quas à morte *Colui Ioannes à VVouvveren* Hamburgenſis, amicus noſter euulgauit. *Poëmata aliquot.*

Mortuus Lutetiæ, cum nondum XXVII. ætatis annum attigiſſet; inter ipſa virtutum incrementa. *Ianus Douza* egregio iuueni hoc illi Epitaphium ſcripſit:

COLVIVS hic ſitus eſt, Flandris generatus Athenis,
Illecebris peſſum quem dedit Aula ſuis.
Quippe hanc dum ſequitur, primo vagus excidit æuo,
Crudaque Auernali vulnera lauit aquâ.
Ah miſer & demens: ad nutum viuere quiſquam
Suſtinet alterius, qui ſuus eſſe poteſt?
Doctrinæq́ domi ſperatos carpere fructus!
COLVIO & hoc licitum, ſi libuiſſet, erat.
Noluit, obſequio graſſari & Regibus vti
Maluit, & pompis addere ſe comitem.
Auctor mula necis, iuuenem quæ calce peremit;
Heu ſcelus, heu dirâ beſtia cæde nocens.
I nunc LVCI ASINO natiuum redde nitorem,
Nata aſino rumpat vt tibi Mula caput.

PE-

PETRVS CORNELISSONIVS BOCKENBERGIVS, Batauus, Gaudanus, *Pauli Leopardi* apud Louanienſes diſcipulus. Hollandiæ Hiſtoricus, æmulus & inimicus *Iani Douzæ*, qui illum aliquando verſibus iocoſis ſolebat impetere. Edidit

Hiſtoriam & Genealogiam Brederodiorum. Lugd. Batauor. typis Ioannis Paetſij, 1587. 8.

Adnonnulla Iani Douzæ aſpera ſcripta extemporal. reſponſ. Delphis Batauor. 1601. 8. typis Schinckelij.

Pro Annalibus ſuis & priſcis patriæ Chronicis conſeruandis, contra Iani Douzæ nefarias calumnias. Ibidem, 1603.

Priſci Batauiæ & Friſiæ Reges. Item Lugduni Batauorum, & VVaſſenaræ Heroum, vetuſtiſſimarum Hollandiæ gentium Hiſtoriam & Genealogiam. Lugd. Batauor. typis Paetſij, 1589. 8.

Catalogum & breuem Hiſtoriam Pontificum Vltraiectenſium, & Antiſtitum Egmondanorum.

Egmondanorum, potentiſſimæ Hollandiæ gentis Hiſtoriam & Genealogiam, Ibid. typis Paetſij, 1589. 8.

PETRVS CORETVS Tornacenſis Canonicus & ciuis Theologus, Scripſit *Defenſionem veritatis aduerſus Aſſertiones Catholicæ fidei repugnantes, libro Philippi de la Noue, de Politicis & militaribus rebus aſperſas.* Antuerpiæ, typis Plantini, 1591. 8. Vide centuriam II. Iuſti Lipſii ad Belgas epiſtolas XXXIV.

Henricus d'Oultremannus vrbi Valentianæ apud Hannones Præfectus epitaphium cum Anagrammate illi poſuit in Sacello, vbi inter VI. viros à Confeſſionibus audiendis erat, in ſumma æde. Ipſe iuxta patris cineres in cœmiterio condi voluit.

D. O. M. S.

ET MEMORIÆ
D. PETRI CORETI, S. THEOLOGIÆ LICENT.
ECCLESIASTÆ ET CANONICI
PETRVS CORETVS, PORTVS ERECTVS.

Ille Dei interpres, Chriſti Mariæque ſacerdos,
Hic ſua feſſa PETRVS *membra* CORETVS *habet.*
Qui ſiue è Cathedra cælorum arcana recludit,
Seu calami hæreticos detegit arte dolos,
Certa Pharus, dubio PORTVSq. ERECTVS *in æſtu,*
Gens pia naufragium ne pateretur, erat.

Obijt CIↃ. IↃC. II.
ANIMÆ PAX ET QVIES.

PETRVS CORNELIVS BREDERODIVS, Hagæ-Comitanus, Batauus, I. C. Dedit

Theſaurum Dictionum & Sententiarum Iuris Ciuilis, ex vniuerſo Iuris corpore. Lugd. Batauor. 1582.

Tractatum de appellationibus, Francofurti, 1592. fol.

Euematicon, ſiue Cautelarum libb. III. Baſileæ, 1590. 8

Schneidevvini Commentarios ad Inſtitut. Iuris recenſuit, & Annotationibus auxit.

PETRVS COVDEBERGIVS Pharmacopæus Antuerpienſis *Valerij Cordi Diſpenſatorium*, ſeu Pharmacorum conficiendorum rationem *emendauit & ſcholijs illuſtrauit, adiecto eiuſdem* CORDI *nouo libello, alijſque paucis.* Antuerpiæ, typis Chriſtophori Plantini, 1568. 16.

PETRVS CRABBIVS Machlinienſis, ord. Minorum, ſæpe in diuerſis locis Guardianus, vir eruditionis non contemnendæ, variæ lectionis, qui licet in rebus Theologicis potiſſimum verſaretur, alia tamen ſtudia nequaquam neglexit. Collegit primus

Concilia ab Apoſtolorum temporibus in hæc vſque tempora, ex vetuſtiſſimis diuerſarum Regionum bibliothecis in Tom. III. Coloniæ, 1538. Quartum *Surius* Cartuſianus adiecit.

Hallucinatur *I. Bap Gramaye*, qui in Antiquitatibus & Hiſtoria Machlinienſi hunc noſtrum CRABBIVM, SCABBIVM vocat.

Obijt in patria anno à ſalute generi humano parta M.D.LIV. Auguſt. xxx. ætatis LXXXIII.

PETRVS CRATEPOLIVS, ſiue PETRVS MERSSÆVS CRATEPOLIVS, Iuliacenſis, alijs Colonienſis, Ord. S. Franciſci fratrum Conuentualium, quos Gaudentes vocant, Theologus & Hiſtoricus, huic pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt. Scripſit.

Catalogum Academiarum orbis Chriſtiani, Coloniæ, 1593. 8.

Catalogum Archiepiſcopor. Colonienſium, ac Treuirenſium, Leodicenſium, Vltraiectenſium, Monaſterienſium, Oſnaburg. & Mindenſium, additis Moguntinenſ. Princip. Elector.

Catechiſmum Catholicum in compendium redegit, Coloniæ 1592. 12.

De Reſurrectione corporum & Animæ immortalitate. Ibid. 1598.

De Schiſmaticis ac Pſeudo doctoribus, & quàm plena periculi res ſit ab Eccleſia Catholica recedere.

Lectiones ad Romanum Breuiarum, de patriæ Colonienſis Sanctis, quæ in Romano deſiderantur.

Ludouici Granatenſis Conciones in epitomen redegit, idem præſtitum à *Ioanne Svveertio*, Cartuſiano, ſed multo elegantius accuratiuſque, teſte *Theodoro Petreio* Cartuſiano.

PETRVS CROCARTIVS, vide PETRVS DE BRVXELLIS.

PETRVS DE CRVCE, alias *De Croix*, Paulinas, Ordin. S. Dominici, Theologus, vir in diuini verbi prædicatione inexhauſti planè laboris, ſcripſit Gallico ſermone

De vſu, virtute, Miraculis & ſignis Crucis lib. III. Atrebati, 1604. 8.

PETRVS CVDSEMIVS, Cliuo-Veſalienſis, Theologus, ſcripſit

Tractatum breuem De deſperata Caluini cauſſa, in gratiam Euangelicorum Proteſtantium. Coloniæ, typis Gualteri, 1610. 8.

Hyper-

Hyperaſpiſten apologeticum pro eodem, Ibid. 1611. 8.

Speculum vivum Eccleſiæ Apoſtolicæ, è triplici teſtimonio, Pontificiorum, Lutheranorum & Caluiniſtarum, de veteri Rom. Eccleſia pura & orthodoxa. Ibidem, 1610. 8. typis Milij.

PETRVS CVRIVS, Bergis ad S. Winocum maximam ætatis partem in erudienda iuuenture poſuit. Scripſit

Grammaticam Græcam & Latinam, Antuerp. 1530.

Dictionarium Græcè, Latinè & Belgicè, typis Ioan. Loëij.

PETRVS CVNÆVS, naſcitur Fliſſingæ Zelandorum, anno gratiæ cIↃ.IↃ. LXXXVI. patre mercatore. Lugd. Batauor. annos natus XIV. adijt, ibi pro animi libidine, modò ad Medicinam, modò ad Iuriſprudentiam, plurimū verò ad Hebræas & Græcas literas animum applicuit. Tandem anno M. DC. XI. ab Academiæ Curatoribus mandata illi eſt Latinè linguæ primùm, ac dehinc Politica profeſſio, cuius auſpicia fecit ab Interpretatione COR. TACITI. Edidit

Animaduerſionum lib. in Nonni Dionyſiaca, in quo errores & inſcitiam illius auctoris perſecutus eſt.

Satyram Menippæam, in ſui ſæculi homines ineptè eruditos.

Iuliani Imp Caſaris è Græco vertit, typis Raphelengij.

De Republica Iudæorum, lib. III. Ibid. 1607. 8.

Exercitationum Oratoriarum Inaugurationem, Ibid. 1621. apud Elzeuirium.

Commentarium de cauſſis Iuris & facti, earumq́ differentijs. Item, *De pactis, deque rebus creditis.*

Commentarios in F. Ioſephum promittit.

Laudationem funebrem recitatam in exequijs Aelij Euerardi Vorſtij, Medicinæ Profeſſoris primarij Lugd. Batauor. apud Elzeuirium, anno 1624. 4.

PETRVS CVRTIVS Brugenſis, S. Theologiæ Doctor, & in celeberrima Academia Louanienſi Profeſſor, & ibidem in D. Petri æde primaria Paſtor, primus Brugenſium Epiſcopus, ſucceſſoremque habuit *Remigium Druitiū*, ſcripſit, teſte *Dionyſio Harduyno*, in ſuo Eruditorum Flandriæ virorum M.S. Catalogo Homilias quaſdam ineditas, apud hæredes latentes. Fati munus impleuit Brugis, & ſepultus in *D. Donatiano*, hoc Epitaphio:

REVER. DNO. D. PETRO CVRTIO BRVGENSI,
PRIMO HVIVS CIVITATIS INSTITVTO
EPISCOPO,
PERPETVO FLANDRIÆ CANCELLARIO,
QVONDAM APVD LOVANIENSES S. THEOLOGIÆ
PROFESSORI ORDINARIO,
HOC MONVMENTVM EXTREMÆ VOLVNTATIS
DESIDERIO POSITVM EST.
SEDIT IN EPISCOPATV ANN. V. M. VIII. D. IX.
VIXIT ANN. LXXVI.
OBIIT XVI. KAL. NOVEMB. cIↃ. IↃ. LXVII.

PETRVS DIVÆVS Louanienſis, Hiſtoricus,fidus & accuratus,vir multę lectionis,& paris induſtriæ,cuius ſcriptis vſus *Iuſtus Lipſius* in LOVANIO ſuo. Scripſit

De Antiquitatibus Galliæ Belgicæ, qualis ſub Imperio Romano, Antuerpiæ, apud Plantinum,1566. & 1584.

De Antiquitatibus eiuſdem,qualis ſub Francis. M.S. Louanij apud filium.

Rerum Louanienſium, M.S. Ibidem, lib IV.

De Antiquitatibus Brabantiæ & rerum Brabanticarum lib. XIX. ſtudio *Auberti Miræi* Decani Antuerp. editos. Antuerp. apud Verduſſium,1610.4. *Valerius Andreas* in ſua Bibliotheca tantùm XVIII. libb mentionem facit.

Migrauit ex hac vita Machliniæ M. D. LXXXI. & ſepultus in æde primaria.

PETRVS DORE, alias AVRATVS, Paulinas,teſte *Locrio*, Ord. S. Dominici, Doctor Sorbonicus, & Pariſijs diu Theologiæ Profeſſor. Prioratum à Valle-collium adeptus,ſanctè direxit. Scripta eius præter doctrinam, ſpirant pietatem eximiam, Illius hæc ſunt,partim Latinè, partim vernaculo ſermone.

Virtutis imago.
Turtur viduitatis.
Collegium Sapientiæ.
De Solitudine.
Piſcina patientiæ.
Dialogus Chriſtianorum.
B. Virginis vitæ ſeries.
Paſcuum ouis Chriſtianæ.
Spes ſecura.
Triumphus Regis ſine compare.
Arbor vitæ.
Propugnaculum gratiæ.
Sulphurata, ſiue Incentiua ignis diuini, Gallicè, *Les allumettes du feu diuin.*
Dialogus Dei cum Samaritano.
Meditationes de SS. Miſſæ ſacrificio.
Querimonia de vita humana.
Aſylum peccatoris.
Ceruus ſpiritualis.
Collationes regiæ.
Mens cælica.
Teſtamentum amoris.
Omnium Tribulationum victoria.
Oratio Dauidis Prophetæ ex Pſalmo LXXXVI.
Anti-Caluinus. Pariſijs,1568. typis Sebaſt. Niuellij.
Paradoxa.
De vita & morte Chriſtiana, Tractatus.

Floruit Pariſijs HENRICO II. regnante, & Gallicè penè omnia ſcripſit, vt Galliæ populos hæreſi Caluinianâ obſeſſos, ad ſanitatem redigeret.

Digitized by Google

PETRVS DORLANDVS Cartuſiæ Dieſtenſis ex profeſſo monachus ac Prior, multa fuit & vitæ integritate & eruditionis laude conſpicuus, magnuſque ſui acrerum mundanarum contemptor. Mirandum apud *Petrum Sutorium*, vbi Cartuſianorum Scriptores commemorat, huius Patris eſſe ſilentium: imò nec *Poſſeuinus* quidquam illius lucubrationum enumerat, præterquam *Dialogum de Paſſione Chriſti, vitam S. Annæ, ac Violam animæ*.

Opera ab eo ſcripta hæc ſunt:

Corona de viris Cartuſienſis Ord. illuſtribus, ſiue Chronicon Cartuſianum. Coloniæ, 1608. typis Petri Cholini, cum *Notis Theodori Petreij*, Cartuſ. Col.
Explicatio myſtica habitus Cartuſienſis, Louanij, 1514. 8.
De vitio proprietatis Monachorum, Ibid. typis Theod. Aloſtenſis.
De perſeuerantia Nouitiorum.
De ſtabilitate Monachorum.
Quomodo ſancta Religio ſit inſtituta, corrupta & reformata.
De vera Amicitia.
Dialogus de remedio amoris practicus.
Dialogus de remedio amoris heroicus.
De opere amoris, & paſſione Chriſti.
De myſterijs paſſionis Chriſti.
De extremis hominum calamitatibus.
De dominatu virtutum & vitiorum.
De vnione.
De vera hominis ſapientia.
De vera hominis beatitudine.
De laude & claritate veræ Iuſtitiæ.
Dialogi VI. ex Theologia naturali Raymundi.
De vera Patientia, ex Chryſoſtomo, ad Stagirium Monachum obſeſſum.
Dialogus inter Sapientem & Inſulſum.
Dialogus inter Dieſtemium & Seruatium, De cognitione ſui.
De Inſtitutione optimi Paſtoris.
Sermones III De pugna ſeu militia ſpirituali.
De S. Cæcilia, cur Phœnici comparetur.
De S. Vrſula & Sodalibus eius.
De inuentione & Paſſione S. Laurentij Martyris.
Sermones de S. Laurentio.
De S. Vincentio Ferrarienſi, Ord. Dominicanorum.
De varijs S. Antonij Abbatis tentationibus.
De vita & conuerſatione B. Catharinæ Virg. ac Martyris.
De paſſione eiuſdem, ex Bap. Mantuano Carmelita.
De VII. B. Mariæ gladijs.
Dua corona roſacea B. Mariæ, carmine Heroico.
Pſalterium B. Virginis.
Diadema S. Annæ, verſu Elegiaco.
Vita ac res geſta B. Annæ lib. V. Antu. apud Kerbergium, 1617.
De laudibus S. Ioannis Euangeliſtæ.
Liber Epiſtolarum.

Orationes ad SS. Trinitatem.
De pane ſalutifero vitæ.
De laude meditationis.
Speculum Humanæ vitæ.
Diſputatio IESV *duodennus cum Doctorib. in templo.*
De laudibus Spiritus ſancti.
Sermones de Tempore & Sanctis.
Sermones ex Sermonibus B. Leonis Papæ, de Paſſione Domini.
De tribus Cartuſianorum votis. Coloniæ M.S. in Cartuſia.
Dialogus de duabus vijs. Ibidem M.S.
Collationes de militia ſpirituali. Ibidem. M.S.
De ſacerdotum dignitate, Ibidem M.S.
Nonnulla ad Moniales lingua vernaculâ.

Viuere deſijt in Cartuſia Zelemenſi, apud Dieſtemium Brabantiæ opidum, anno redempti à filio Dei orbis CIↃ. IↃ. VII. XXV. Aug. ætat. LIII. Ipſa Die S. Geneſij.

PETRVS EVLARDVS, Soc. IESV Clericus & Theologus, edidit *Exercitium Chriſtianæ Pietatis.* Louanij, apud Maſium in 12. & Coloniæ, apud Burgenium, 1622.

PETRVS FABER, Nouiomagus, Ordinis Dominicanorum Theologus & Philoſophus, qui ingenij acumine ad ſoluendos difficillimarum quæſtionum nodos multum valuit, feliciter etiam in ſacrarum literarum lectione verſatus. Dedit
Supplementum ad tertiam partem D. Thomæ Aquinatis.

Terram reliquit anno CIↃ. IↃ. XXV. VIII. Kal. Auguſti in ſuburbio Romano, veneno abſumptus.

PETRVS FORESTIVS Alcmariæ naſcitur anno ſalutis CIↃ.D.XXII. Louanij Præceptores habuit *Petrum Nannium & Hieremiam Brachelium* Philoſophum ac Medicum inſignem. Tandem Italiam acceſſit, & Bononiæ Doctoratus inſignia conſequutus eſt. Relictâ Italiâ in Galliam venit, gratus *Vido. Vidio* Florentino Med. & Philoſopho, ac tunc temporis Regis Galliæ Phyſico. Non minus fuit gratus *Iacobo Syluio* Profeſſori Regio. Alcmariam reuerſus, patre & amicis crebrò per literas ipſum reuocantibus, ciuibus ſuis curandis operam magna diligentia per XII. ann. impendit; deinde Reipub. Delphenſi annos ferè XL. publicus Medicus fideliſſimè inſeruiuit. Summâ demum ſenectute domicilium in patriam tranſtulit, non ſine magno Delphenſium dolore. Scripſit
Obſeruationum & Curationum Medicinalium, lib. XXXII. Antuerp. Francof. & & Lugduni Batauor. editos.
De incerta vrinarum indicio, lib. III. Ibidem, 1589. 8.
De Chirurgia libb. IX.

Deuixit anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem M. D. XCVII. ætat. LXXV. *Petrus Hogerbetius* Medicus Hornanus Præceptori & amico veteri moriens hoc poſuit Epitaphium.

Noris vt hoſpes, oſſa quanti marmore
Sub hoc repoſta ſint viri, ſic accipe.

Sunt

Sunt illa PETRI, *è gente quem Foreſtia*
Cæli benignior, bono mortalium,
Magni beârat aura mente Hippocratis.
Hâc, artis vſu fontibuſq; Iatricæ.
Orbi retectis, ſeu perenni lumine,
Iam maior annis ſeptuagenario,
Nil mente fractus, hos vt artus exuit:
Deſiderat, lugetq; ciuem patria,
Æther recepit, quo fide tetenderat
Famâ relictâ poſteris induſtriæ.
Nunc Hoſpes i, quo fata te vocant tua,
Sua gratulatus optimo FORESTIO.

PETSVS FRARINVS Antuerpienſis, I.V. Licentiatus elegantis homo ingenij ac iudicij, Louanij in Quod libeticis Quæſtionibus habuit

Orationem, quod malè Reformanda religionis nomine arma ſumpſerint ſectarij noſtri temporis. Louanij, 1566. 8.

PETRVS GALANDIVS Aëtenſis, Arteſius, Lutetiæ Pariſiorum Boncurtianum Gymnaſium inſtaurauit, præfuitque multos annos Regius Latinarum literarum Profeſſor, & virtutis ergo Canonicâ dignitate in S. MARIÆ auctus: liberales diſciplinas in Gallia iacentes primos inter illuſtrauit. familiaris vixit *Guilielmo Budæo, Iac. Tuſano, Franc. Vatablo, Bartholomæo Latomo* alijſque. Scripſit. *In Fab. Quinctilianum Argumenta*, quem accuratè emendauit. Pariſijs. 4.

Orationem de laudibus Franciſci I Galliarum Regis.

Alteram aduerſus Petrum Ramum ſeditioſum Oratorem & Philoſophum *pro Ariſtotele & Pariſienſi ſchola* Ibid. 1552. & 1581. 8.

Commentarios de Agrorum conditionibus & Conſtitutionibus. Ibid. 4.

Obijt Pariſijs ſenio laboribuſque confectus, anno ab inſtaurata ſalute M.D.LIX. *Adrianus Turnebus* tumulum poſ. hoſque verſus inſculpendos curauit:

Debueras fuluo, mi frater, ſtare metallo,
Ob meritum grato cultus ab orbe tuum.
Hic tua ſed ſaxo, frater, tego membra rigenti,
Proq; meis opibus te pietate colo:
Immemor accepti dum ceſſat muneris orbis,
Nec conferre tibi debita buſta parat.

Fredericus Iamotius, Doctor Medicus, linguæ vtriuſque peritiſſimus, hoc illi carmen ex temporaneum ſcripſit:

Qualem perempto Diua mater Mennone,
Denſis amicta nubibus,
Pallente mæſtum & languido vultu diem
AEgris tulit mortalibus:
Talis recurrit axe nuper Gallico
Sol aurei Dux luminis.

 Cum

PETRVS GODEFRIDVS, tertij inſtituti S. Franciſci, quos Bogardos vocant. Miniſter generalis Capituli Zoperenſis, & Pater Conuentus Antuerpienſis, deſignatus Suffraganeus Archiepiſcopatus Cameracenſis. Incredibile quanta animi verecundia & humilitate onus illud recuſarit. Opus enim illud erat planè indoli ſuæ, & innato ſibi pudori, contrarium. Bis Romam vidit in negotio Ordinis. Multa prudenter conſtituit, multa tum ad domeſticos, tum ad exteros vtilia excogitauit, dixit, fecit, & ab alijs fieri curauit. Fratribus integritate vitæ erat exemplo, alienis admirationi, omnibus adiumento. Scripſit

Concionem de Reſurrectione ſaluatoris noſtri. Antuerpiæ, 1551.

Chlamydem ſponſi, de interiore imitatione vitæ ac Crucis Chriſti. Ibidē 1563.

Deſertum, ſiue Eremum Domini, Vernaculo idiomate, quo probat, quomodo Chriſtianus debeat ſequi Chriſtum lumen veritatis, in hoc tenebricoſo mundo. Ibidem.

Sanctiſſimè diem ſuum obiit Antuerpiæ, & ſepultus in ſummo choro ante templi ab Iconoclaſtis deuaſtationem, hoc epitaphio.

Cuius in hoc templo, Lector, venerabile buſtum
Aſpicias, monitis certior eſto meis.
Nempe Pater tumulo requieſcit PETRVS *in iſto,*
Cui cognomentum gens GODEFRIDA *dedit.*
Cuique fuit genitor Cornelius iſtius vrbis
Indigena, at gnatus Cœnobiarcha domus,
In qua Franciſci reſidet ſpecioſa propago
Sancti, cognomen tertius Ordo facit.
Vixit in hac luſtris, ſanctiſſima Vota profeſſus,
Bis quinque, haud multo, pluſue, minuſue pius.
Diuorum factus Myſtes, Chriſtiq; Sacerdos,
Quattuor æſtates, deinde quaterque decem
Exegit, facto numquam reprehenſus in vllo,
Integer vſque adeo morigeruſq; fuit.
Ergo illum Probitas, ne non dotata maneret,
Præcipuo ornauit ſemper honore DEVS.
Principio hanc ædem iuſto moderamine rexit,
Præfectus ſancti bis tria luſtra loci.
Hocq; gradu aſcenſo, meritis poſcentibus, idem
Ordinis Antiſtes totius inde fuit;
In quo ſic pietas cunctis innotuit illis,
Conſilij ditio quos Zeperenſis habet,
Vt ſibi non alium optarent habuiſſe Miniſtrum,
Præfuit annos ſex, quinque, quaterq; quibus
Expletis, donec vitæ feliciter annis
Septem, ſex decies addidit vſq; bonus,
Cùm Deus æterni moderator & arbiter orbis
Euocat ad grati præmia certa poli:
Sol ter quingentos ferè ab orto vt voluerat annos
Iam Chriſto, & decies quinq; quaterq; duos,
Dena pruinoſi nam lux erat orta Nouembris
Quarta. Nunc animæ fauſta precatus, ABI

PE-

PETRVS HALLOSIVS, ſiue *Halloix*, Soc. IESV Clericus, linguæ vtriuſque iuxta peritus, ſummâ & ingenij acrimonia, & iudicij præditus, Scripſit

Translationem SS. Terentiani & Socij Martyrum Atrebato Duacum in Soc. IESV templum. Duaci, 1615. 8.

Anthologiam item Poeticam Græcolat. Synonymis Poeticis. Antuerpiæ, apud Nutium. 1617. 8.

PETRVS HASSARDVS Armenterius, Flander, Medicus & Mathematicus elegans, vir eruditionis non contemnendæ. Dedit

Curationem morbi Gallici. Louanij, 1554.

Clypeum Aſtrologicum, contra flagellum Aſtrologorum Franciſci Rapardi. Ibidem.

De Cometa anni cIↃ. IↃ. LXXVII. VII. *Nouemb.* Belgicè.

Commentarium in Præcepta valetudinis tuendæ Eobani Heſſi. Francofurti, 1568. 8. apud Egenolphi hæredes. Tranſtulit

Theophraſti libellum, de Peſte.

PETRVS HERENDALIVS Brabantus, Prior Monaſterij Floreffienſis, Ord. Præmonſtratenſis, concinniauit ex SS. Patribus

Catenam in Pſalmos. Coloniæ 1453. Rotomagi 1504.

In VII. Pſalmos Pœnitentiales.

Collectaneum in IV. Euangelia. Tom. II.

In XV. Cantica Graduum, lib. I.

Catalogum ac res geſtas Abbatum Floreffenſium. Ibidem M. S.

Chronicorum volumen ingens, ab Orbe condito, ad ſua tempora, M. CCC. LXXXV. Epiſcopo Leodicenſi Ioanne Bauaro, Filio Alberti Hollandiæ, & Zelandiæ Comitis gubernacula tenente.

PETRVS HEYNS Antuerpienſis, & ibidem Gymnaſiarcha diligens ac pereruditus ſcripſit verſibus Gallicis eleganter

Vitam & Paſſionem IESV CHRISTI Ibid. 1573.

Speculum mundi, rythmis Belgicis, ſiue *Epitomen Theatri Orteliani*, cui familiariſſimus erat, typis Plantini, 1579. 4.

Vide *Ludoicum Guicciardinum* in deſcriptione Belgij.

PETRVS HOLTZEMIVS, Dauentrienſis, Colonienſium Medicus, Græcis Latiniſque literis pereruditus, deſcripſit

Fontem medicatum S. Antonij, vulgo Tillerborn dictum, propè Andernacum. Coloniæ typis, Mylij, 1620. 8.

PETRVS HONTOIVS Namurcenſis alijs, Luxemburgenſis, Ord. S. Franciſci, Theologus & Eccleſiaſtes diſertus, litterarum & pacis amantiſſimus, omnium horarum homo, Scripſit

Concionum per totum annum. Tom. VI.

Menſam Apoſtolicam, hoc eſt, Commentarios ex genuino ſenſu Epiſtolarum Apoſtolicarum per totum annum. Moguntiæ, typis Albini, & Coloniæ apud Mylium 1604.

Viue-

Viuebat auctor Montibus Hannoniæ in Conuentu Clariſſarum anno, M. D.XCVIII.

PETRVS HOGERBETIVS, Hornanus Batauus, Medicinæ Doctor, *Petrum Foreſtium* Præceptorem habuit cui & Epitaphiũ ſcripſit, cõpoſuit

Poëmata varia, quæ poſt mortem in lucem prodierunt.

Obijt anno M.D.XCIX. Ætatis LVII.

PETRVS HVMBECANVS, naſcitur in tractu Bruxellenſi, Carmelita, in diuinis ſcripturis eruditus, ingenij ac eloquio clarus, ac non minus honeſtâ conuerſatione venerabilis. Scripſit

Conciones exactiſſimas in Euangelia, quæ tam Dominicis, quàm diebus ſanctorum feſtis ſolent recitari. *Tractatum De vſuris.*

Vitam terminauit Bruxellis, anno M.D.XCVIII. XXIX. Maij, ætatis LIV. & ſepultus apud ſuos hoc epitaphio:

PETRVS AB HVMBECA *Carmeli montis alumnus*
Quem quondam ſophia ſtudium & ſacra pagina pictis
Doctorum ornarunt redimitum tempora ſertis,
Conditur hoc tumulo, repetit mens candida cælos.
Sic morimur ſenſim & momento extinguimur vno,
Vt rutilans lampas oleo ceſſante perimus.

PETRVS INSVLANVS Flander, cecinit carmine Gallico

Vitas Bartholomæi Apoſtoli, Sulpitij Epiſcopi, & VII. fratrum Martyrum.

De terra ſancta, lib. 3.

PETRVS INSVLENSIS, Flander, Ordinis S. Franciſci, vulgò dictus *Doctor notabilis*, ſcripſit Gazæo teſte

In lib. IV. Sententiarum.

Commentarios in Pſalmos Dauidis.

Sermones, De tempore & Sanctis.

Huic Symbolum. ALTIORA NE QVÆSIVERIS.

PETRVS PAVLVS KERCKHOVIVS, Actiophanenſis, ſiue Dunkerkanus, vertit Latinè ex Italico

Ludouici Guicciardini Commentarios de rebus in Europa, maximè vero in Belgio, memorabilibus. Antuerp. typis Syluij. 1566. 8.

PETRVS KÆRIVS Coſmographus, euulgauit

Tabulas Geographicas XVII. Prouinciarum Belgicarum, ſiue Infer. Germaniæ, cum luculentis ſingularum deſcriptionibus, auctore Petro Montano. Amſtelodami, typis Henrici Laurentij. fol. 1617.

PETRVS LANGENIVS, Scholæ Weertenſis moderator, edidit

Exhortationes ad virtutem, ex præclariſſimis Philoſophis, carmine Elegiaco.

Admonitorias aliquot Præceptiunculas ad pietatem, ex ſacris & prophanis ſcriptoribus.

Dialogum, in quo pijſſima fit de mundi cupidine aſpernanda concertatio, verſu Elegiaco. Antuerpiæ, typis Loei, 1556. 8.

PE-

PETRVS LANSBERGIVS, Limburgenſis, Scripſit

Commendationem ſimplicitatis. Antuerpiæ, 1580. 8.

Incitamentum, ſiue adhortationem ad pietatem, carmine Elegiaco. Heydelbergæ, & Antuerpiæ 1577.

PETRVS LANSELIVS Grauelinganus, Flander, Soc. Ieſu Presbyter, vtriuſque linguæ doctus, & in SS. Patribus linguiſque Orientalibus bene verſatus, reddidit Latinè

Pachymenum in Dionyſium Areopagitam, additis doctiſſimis notis Pariſijs, fol.

Meditatur *Editionem nouam Bibliorum Regiorum poſt Benedictum Arriam Montanum*, quæ prodibit iterum typis Plantini.

PETRVS LEIDENSIS, vide PETRVS BLOMEVENNA.

PETRVS LIGNEVS Grauelinganus, Flander, I.C. ſcripſit

Annotationes in lib. I. & II. & in primam partem tertij Inſtitut. Iuris, quas Louanij docuit. Antuerpiæ 1556 & 1558. 8.

Didonem Tragœdiam, ex IV. prioribus lib. Æneidos Virgilij publicè Louanij exhibitam, prid. non. Maij, 1550. cum ſummo frequentiſſimi auditorij applauſu, Antuerp. typis Withagij, 1559.

Annotationes in IV. priores lib. Æneidos Virgily. Ibidem.

PETRVS LOKEMAN Brabantus, Paſtor in *Raſmalen* diligentiſſimus, Poeta mediocris, ſcripſit carmine Elegiaco librum in quarto, cui titulus *DEVS OMNIA TRINVS*. Syluæducis, apud Ioannem à Turnhout, 1622.

PETRVS LOVWIVS Syluæducenſis, Gymnaſiarcha ſcholæ Ruræmundenſis, Medicus, Hiſtoricus, Hebraicè, Græcè ac Latinè imprimis peritus. Scripſit

Notas ad Hiſtoriam Ioannis Molani, de ſacra Ducum Brabantiæ militia. typis Plantini. 1592.

Eiuſdem *Natales Sanctorum Belgij prælo adornauit*, edente *Henrico Cuyckio*, Epiſcopo Ruræmondenſi. Louan. 1598.

Poemata Græca & Latina ſparſim edita.

Moritur Ruremundæ præproperè, peſte ſublatus.

PETRVS LVCIVS Bruxellenſis, Carmelita, vir in diuini verbi prædicatione inexhauſti planè laboris, pius & eruditus, ſcripſit ſui Ordinis

Bibliothecam, quæ prodijt Florentij, 1593.

PETRVS LVPVS, Carmelita, Conuentus Machlinenſis, natus Godſenhouæ, propè Thenas in Brabantia, vir in S. Scriptura iugi ſtudio exercitatus, eloquentiſſimus Eccleſiaſtes, Theologiæ Doctor, populum ſibi commiſſum incredibili pietate, Zelo, & ſedulitate docuit. Habuit *Conciones diſertas & pias*, quæ ab ore eius exceptæ prodierunt in lucem, teſte *Petro Lucio* Carmelita.

Machlinæ anno M.D.LXXX. à Caluiniſtis occiſus in ſeditione populari, animam Deo creatori ſuo reddidit.

Digitized by Google

PETRVS MALPÆVS Bruxellenſis, Louanij operam dedit Philoſophiæ & Theologiæ. Annũ agens XXIV. in patria Ordini S. Dominici adſcribitur, in quo & Priorem diligentiſſimum egit. Vir optimi iudicij, multæque lectionis, breui daturus, ſuperis fauentibus

De Scriptoribus Ordinis FF. Prædicatorum, quam materiam quidam eiuſdem ordinis, in Hiſpania infeliciter ſatis tractarunt.

Viuit, valetque Bruxellis, anno 1628.

PETRVS MASSENVS Gandauenſis, Chori Muſici Bruxellis apud *Carolum V.* Imp Præfectus, edidit

Declarationes Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ. Antuerpiæ, typis Guilielmi Simonis, 1559. 12.

PETRVS MEGANGVS Comineus Flander, teſte *Marchantio*, rerum Flandricarum ſcriptore non vulgari: *Valerius Andreas*, Niniuitam facit, neſcio quo auctore. Teſtatur idem in patria Scholarcham celebrem fuiſſe. Scripſit carmine ſatis feliciter

Tabulas Grammatices. Pariſijs, 1549. typis Wecheli.

PETRVS MEMMIVS Herendalius, Brabantus, Medicus & Mathematicus, vir eruditionis non contemnendæ, ſcripſit

De recto Medicinæ vſu. teſte Geſnero.

PETRVS MERSSÆVS, vide PETRVS CRATEPOLIVS.

PETRVS MICHAEL, cognomento Bril-maecker / patria Colonienſis, Soc. IESV Presb. cum eloquentia coniunctam habuit prudentiam, & quoddam exceſſum animi robur. Itaque multis Germaniæ Princip. familiaris & charus fuit, & legationibus ipſorum nomine præclarè functus. Rectorem egit Spiræ annos VI. totidem Monaſterij Weſtphaliæ. Huius iuſtitutione & opera multi hæretici ad Eccleſiam Catholicam & Orthodoxam redierunt. Scripſit Germanicè, partim Latinè

De communione ſub altera tantum ſpecie.

Sertum precatorium.

De Euchariſtia lib. V.

Catechiſmum.

Chriſtianam & ſolidam detectionem errorum Ioannis à Munſter.

Epiſtolam ad amicum, qua tanquam ſpongia deterguntur, calumniæ Stephani Iſaaci, ex Iudæo Pſeudochriſtiani.

Quiddiothecam, hoc eſt, libellum qui multorum loco de omnibus Chriſtianę fidei dogmatibus ita tractat, vt facilè agnoſci poſſit, vbi eſt vera fides.

Moguntiæ ab hæreticis per ſpeciem amicitiæ ad menſam inuitatus, ſemel atque iterum venenum hauſit, quo extinctus eſt XXV. Auguſti, anno ſalutis M. D. XCV. ætatis LIII.

PETRVS MONTANVS, Flander Gandenſis, dedit luculentam *Deſcriptionem Belgij, ſiue XVII. Prouinciarum Germaniæ Infer.* extat cum Tabulis Geographicis Petri Kærij, 1617. fol.

PE-

PETRVS MONTANVS Batauus, Amorsfortiæ priuatus aliquot annos vixit, luſit

Satyras, Swollis, 1606. 8.

PETRVS MONTANVS, ord. Minor. Guardianus Antuerp.& Louanienſis, Paruuetanus(quod eſt celebre municipium Gallo-Brabantię,iuxta Comitatum Namurcenſem. Philoſophus eximius, & Theologiæ Licent. de quo celebratur,cùm Academiæ Louanienſis Rectorem ageret, pallio honorario indutum,eâ pompâ, qua ſolent illius Præfecturæ viri,ad ſolemnes Conuentus deduci,præeuntibus de more ſigniferis,ſiue(vt vocant) *Bedellis*, Franciſcanam ædem petijſſe, atque in ipſius limine ſigillum dignitatis inſigne, vni illorum ad primores Academiæ referendum commiſiſſe, illoſque vt abirent, iuſſiſſe,his eos compellans: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi.* Habuit fratrem eloquentiſſimum Eccleſiaſten, Epiſcopum Dauentrienſem, eiuſdem ſecum vt generis,ita & profeſſionis Franciſcanæ, R. D. ÆGIDIVM MONTANVM. claruit hic dicendi, ille ſcribendi ornamento, reliquitque

Commentaria in VII. Pſalmos Pœnitentiales. Antuerpiæ, 1569. typis Steelſij, 12.

Enarrationem Dominicæ Paſsionis, ſecundum IV. Euangeliſtas, ex vett. Doctorum Cõmentarijs concinnatam, ibidem,1555.1566. & 1571 8.

Migrauit ex humanis Louanij,anno gratiæ M.D.LXXVIII.xx. Aprilis,peſtilenti febre, Antuerpiâ pulſus, quod iuſiurandum contra Catholicam fidem recuſaret, & ſepultus ante fores Chori ſub Odeio.

PETRVS non PAVLVS MORBECA, vt vult *Valerius Andreas*, Poeta & Philiater Antuerpianus,ſcripſit

Proximi Prognoſtica, partimque pene totius ſæculi, prope mundi exitium vſque, à Chriſto nato, M. D. XLV.

De veriſſimo intelligendi veteris Teſtamenti cum nouo ac cuiuſcunque ſacræ paginæ modo.

De mundi quinta ætate flammea vltima inclinatione fatali. ad Hubertum à Barlandia medicum Namurcenſem.

Exhortationem contra Turcas,ad Max.Archid. Auſtriæ.

De Petri fluitantis nauiculæ vorticibus perturbatæ illuſtrandaq; conſolationis mundi quintæ ætatis flammeæ.

Epigrammata varia. Omnia excuſa Antuerpiæ, 1546. typis Henrici Petri 8.

PETRVS NANNIVS Alcmariâ oriundus, quod oppidum eſt maritimum Hollandiæ ſuperioris,quæ Friſiam inferiorem ſpectat. Scholæ patriæ præfuit, poſtquam Louauii ſtudiorum encyclopædiam abſoluiſſet. Louanium reuerſus, in Collegio Hieronymiano nobiles aliquot docuit adoleſcentes, donec in Trilingui, *Conrado Goclenio* humanis erepto, NANNIVS vnus qui ſuccederet dignus doctorum omnium calculis eſt iudicatus, cæpitque docere XIX. Kal. Febr. anno M. D. XXXIX. ſũpto ab arte Poëtica Flacci exordio. Fuit Græcè Latinèque peritiſſimus,ingenio facili ad quoduis promptum, & ad humanitatem omnem ac feſtiuitatem facto. Viris in Belgio, & extra, magnis carus ac gratus: quos inter in oculis tulit ANTONIVM

PERRENOTTVM, Attrebatenſem tum Antiſtitem, à quo Canonicum ibidem ſacerdotium merito ſuo nactus fuit. Lucubrationes, quæ ab ipſo literis mandatæ prodierunt in lucem hæc ſunt:

Commentarii ac notæ.

Miſcellaneorum, ſiue Συμμίκτων lib. x.
In M. Tullij Ciceronis Verrinam IV. *&* V. *Caſtigationes.*
In P. Virgilij Bucolica Commentarius.
In IV. *Aeneidos Deuterologia ſiue Specilegia.*
In Horatij artem Poeticam Commentarius.
Annotationes breues in Inſtitutiones Iuris Ciuilis, Græcè à Theophilo verſa.
Apologia pro iiſdem, contra Iacobum Curtium.
Notæ breues in Symmachi Relationem: & Epiſtolam Ambroſij aduerſus eandem, Antuerp. typis Plantini.
De claris Romæ Cornelijs libellus, ad Cornelium Muſium.
Paraphraſis & Scholia in Cantica Canticorum. Louanij, 1554.
Scholia in Sapientiam Salomonis, interprete Nannio. Baſil.

Orationes.

De laudibus	*Eloquentiæ*	in	Oratorem Ciceronis.
	Hiſtoriæ		T. Liuium.
	Agriculturæ		Georgica Virgilij.

Oratio in Funere CONR. GOCLENI, typis Saſſeni, 1542.
De obſidione Louanienſi, ad Academiam. Ibid. 1548.
De mundi æternitate, Quodlibetica Oratio.
De bello Turcis inferendo, Declamatio Quodlibetica.
Gratulatoria III. *in aduentu* CAROLI V. *Imp. in Belgium.*
Somnium, ſiue Paralipomena Virgilij, res inſeræ à Virgilio relictæ: Oratio dicta in media enarratione VI. *Aeneidos.*
Somnium alterum: Præfatio in lib. II. *Lucretij: vtrumque à morte editum,* typis Dormalij.

Dialogismi.

Lucretia, apud Liuium.
Gamma, apud Plutarchum.
Suſanna & Iudith, in veteri Teſtamento.
SS. Agathæ, Agnetis & Luciæ, Virginum & Martyrum.
Dialogus de milite peregrino.

De Græcis Latine facta.

M. Catonis & Phocionis vitæ è Plutarcho.
Demoſthenis oratio de immunitate contra Leptinem.
Demoſthenis & Aeſchinis Epiſtolæ.
Syneſij Epiſcopi & Apollonij Epiſtolæ aliquot.

Athe-

Athenagoras de reſurrectione mortuorum. Pariſijs, & Louanij.
Athanaſij Epiſcopi Alexandrini opera ferè omnia. Baſil. apud Frolenium.
S. Baſilij magni Homiliæ III. *in illud Lucæ* XII Diruam horrea mea, *& de* Auaritia. II. aduerſus diuites III. *in ſiccitate & fame habita.*
S. Baſilij magni Epiſtolæ III. I. *ad Maximum Philoſophum.* II. *ad S. Ambroſium.* III. *ad Epiſcopos.*
S. Ioannis Chryſoſtomi Homiliæ III. I. de ſimultate ſiue ira, & iureiurando fugiendis. II. Cur hebdomada magna vocetur. III. In parabolam x. millium debitoris, *Matth.* XVIII.
Leges Municipales Machlinienſium Latinas fecit.
Pſalmos aliquot Dauidicos paraphraſi Poeticâ reddidit, quorum pars edita, Latomianis inſerta, plures M SS. Louanij.
Enarrationes, ſiue Scholia in Oratorem Ciceronis, & in Manilianam eiuſdem, ex ore dicentis excepta M. SS. in Collegio Trilingui.
Epiſtola de obſidione Louanienſi per Martinum Roſſemium, quæ eſt Tornaci Neruiorum apud *Nicolaum Micaultium* cum alijs epiſtolis.
Oratio purgatoria, in qua multa de Eraſmi ſtylo.
Præfationes in aduerſarias Orationes Demoſthenis & Aeſchinis.
Præfatio in Homerum.
Ecloga & Apodemia, interlocutoribus Faleſo & Mylace.
Oratio de Amore in lib. IV. *Aeneidos.* quæ fuit Lugdun. Batauor. apud *Bonauenturam Vulcanium,* NANNI manu ſcripta.
Gratulatio ad MARIAM Angliæ Reginam, pro felici connubio, ac reſtauratâ maiorum religione, M.S. in Collegio Buſlidiano, ſed mutila.
Vitam efflauit, continenti febris æſtu oppreſſus, anno ſalutis M. D. LVII. pro funere laudatus à *Cornelio Valerio,* quem profeſſionis hæredem nominarat, ſepultus in *D. Petri,* cum hoc elogio:

PETRO NANNIO
ALCMARIANO
PRESBYTERO ET CANONICO ATREBATENSI,
VIRO DOCTISSIMO,
LITTERAS HVMANIORES IN CELEBERRIMO
COLLEGIO BVSLIDIANO
XVIII. ANNOS PROFESSO,
SIGISMVNDVS FRIDERICVS FVGGERVS,
BARO ET D. IN KIRCHBERG ET VIANA,
B. M. ET AMICO PATERNO,
MEMORIÆ ET VIRTVTIS ERGO
IVSSV PARENTIS OPT. POS.
VIXIT ANNOS LVII.
OBIIT AN. CIↃ. IↃ. LVII. DIE XXXI. IVLII.

NANNI, *Caſtalidum decus ſororum,*
Quiſquis te videat, tuoſq́; fœtus,
Haud Nanum vocitet, ſed ò Gigantem.

PETRVS NOVIOMAGVS Vide PETRVS FABER.

Hic vſurarum maſtyx immitis, & idem
Mitis amor Charitum Iuſtitiæq; iacet.
Tantum læta virum felici Belgica partu
Extulit, ereptum Batica terra rapit.
VBIQVE MORS, ET VITA VBIQVE.

PETRVS PANTINVS Tileranus Flander, vtriuſque linguæ peritiſſimus, Bruxellæ ad D. Gudulæ Decanus, & Principibus *Alberto & Iſabella* à ſacris Orarorij, Poëta elegans Gandaui ſtudiorum fundamina poſuit. Galliam & Hiſpaniam vidit, comeſque fuit peregrinationis *Andreæ Schotti*, cui etiam Græcas Toleti literas profitenri in Cathedra ſucceſſit. Omnibus ſui temporis viris doctis gratus & acceptus. Scripſit

Commentarium de dignitatibus & officiis Gothorum.

In exoptatam D. LEOCADIÆ *è Belgica ad priſtinos auitoſq; lares reuerſionem varij generis verſus*, rypis Plantini, 1587. 4.

Homilias IV. SS. Patrum, Methodij, Athanaſij, Amphilochij, & Chryſoſtomi è Græco vertit. typis Trogneſij, 1604.

B. Theclæ vitam per Baſilium Epiſcopum Seleucienſem Græcè ſcriptam, veſte Romana donauit cum Notis rypis Plantini.

Themiſtij Euphradæ Orationes aliquot Græco-Latinæ à morte eius prodierunt. Lugd. Batauor. 1614. 8.

Michaelis Apoſtolij Paroemia cum verſione ac Notis Pantino, anno *1619.* curante *Andrea Schotto* lucem viderunt.

Sacros quoq; Hymnos, & varij generis verſus euulgauit.

Bruxellis, anno M. DC. XI. ipſo narali Dominico, ætatis LVI. dum ſpiritu deficit, ſpiritus in Chriſto concepit liberiores, in D. Gudulę ante chori Odêum conditus, hoc epitaphio ſibi ſcripto anno eodem:

D. O. M. S.

Mortalis es, mortalitatis ſis memor,
Amice Lector, ſi ſapis.
Quid vita noſtra? Bulla, ventus, ſomnium,
Omniáq; inani inanior.
Putes vigere, labitur: manere, abit;
Apponere annos, detrahit.
Fallax fugaxq; tota. Qui ſcis hæc legens,
Viſurus an ſis craſtinum?
Nulli hora certa: ſtat tamen certo gradu
Mors faſce ſternens omnia.
Vis non timere tam rapacem ac horridam?
Mori ante mortem ſit labor.

 HOC

HOC MONVMENTVM
PETRVS PANTINVS
MORTALITATIS MEMOR
IPSE SIBI VIVENS POS.
Obijt XXV. Decemb. ann. cIↄ.Iↄc.XI.

DE PANTINO ET HOMERO
MAXÆM. VRIENTIVS:

Pene fuit, fieret PANTINVS *vt alter* HOMERVS,
Luminis à vitio, carminis ingenio.
Sed nimis hic mendax, verax nimis iſte Poëta eſt,
Et nimis hic pauper, diues & iſte nimis.
PANTINO *minuantur opes, mendacia* HOMERO,
Lis ſit, an hic fuerit maior, an ille minor.

PETRVS PAPÆVS, Flander, Menenij Gymnaſiarcham egit, tertio ab Inſulis & ſecundo à Cortraco lapide, ex cuius ſchola tanquam ex equo Troiano, innumerabilis præſtantiſſimorum ingeniorum prodijt ſoboles in Europam vniuerſam: erat non ſolum elegans Poëta, verum etiam Rhetor diſertus. Scripſit

Samariten Comœdiam, ex parabola Euangelica, in quam Commentariũ ſcripſit *Alexius Vanegas* Toletanus. Toleti 1542.

Elegiarum lib. II. Priore mendicabulum publicum tuetur: altero tollendum docet.

PETRVS PAVWIVS Amſtelodamenſis, naſcitur anno M. D. LXIV. patritiâ familiâ. Prima rudimenta Amersfortij iecit. Tantos in Latina pariter ac Græca lingua progreſſus fecit, vt ſuperiorem haberet neminem. Adultâ mox ætate, Medicinæ animum applicuit, præceptoribus vſus *Bontio, Heurnio ac Dodonæo.* Lutetiæ Pariſiorum aliquamdiu egit, ibique in Medicina & Anatomia ſe exercuit. Exortis tumultibus Gallicis in Daniam abijt, & Roſtochij publicè ſummum in Medicina Doctoris gradum eſt adeptus, anno M.D. LXXXVII. Roſtochio relicto Italiam petijt, qua vix per trimeſtre inſpectâ, morte parentis ſubitò reuocatus in patriam redijt. Profeſſionem Medicam Lugd. Batauor. accepit anno M.D.LXXXIX. inſtructo etiam Horto publico, cuius Præfecturam ſuſtinuit. Dedit

Ichnographiam, Deſcriptionem & vſum horti publici Academiæ Leidenſis, typis Raphelengij. 8.

Notas in Epitomen Anatomiæ Andreæ Veſalij. Ibidem, 4.

Primitias Anatomicas de humani corporis oſſibus. Amſtel. 1615. 4.

Notas in Galenum de cibis boni & mali ſucci.

Tractatus aliquot De Exercitijs, Lacticinijs, Bellarijs, &c.

Obijt Lugd. Batauor. M.DC.XVII. ætatis LIII.

PETRVS PECQVIVS Zelandus, Ziriziæus, I.C. Louanienſis, & Senator Regius Machlinienſis. Scripta eius mirificè laudat DIDACVS COVARRVVIAS illuſtris Hiſpaniæ Præſes, & alij plerique ſcriptores Iuriſconſulti. Louanij annos plus minus XXX. docuit magno auditorum concurſu. Forma fuit

corpo-

corporis eleganti ac dignitate heroica, Pietatis ac Religionis Catholicæ retinentiſſimus. Reliquit filium vt cognominem ſibi, ſic & tituli doctrinæq; heredem, qui apud HENRICVM IV. Galliar. Regem & Imp. MATTHIAM Belgij Principum nomine Legatum egit, iijque emerito Cancellarij Ducatus Brabantiæ dignitatem vltro detulerunt. Succeſſiuis horis multa vena vbere luſit: vnicum eius pro *ſtudijs Humanitatis votum* in manibus omnium eſt, & cum voluptate legitur. Is parentis ſui corpus Machlinia Louanium vt iuſſerat, tranſtulit, & ad D. Michaelis condidit hoc epitaphio:

D. S.

PETRO PECKIO
REGIO IN MAGNO SENATV BELG. CONSILIARIO
ET SVPP. LIBELL. MAG.
ZIRIZÆÆ NATO, MACHLINIÆ, XVII. KALEND.
AVG. CIↃ. IↃ. LXXXIX. DENATO,
LOVANI, VBI MVLTIS ANN. IVS ENARRARAT
APVD SVOS DEPOSITO
INQ; HOC, INQ. ILLO MVNERE PVBLICE B. M.
SCRIPTVRIS CLARO, PIETATIS COLENTISS.
OMNIBVS BONIS AMICO, CLERI STVDIOSISS.
CATHARINA GILLIS VID. ET LIBERI POSS.
VIXIT ANN. LIX. D. I.
BENE QVIESCAT IN DOMINO IESV.

Scripſit *De Iure ſiſtendi & manuum iniectione*, vulgò Arreſtationem vocant. Duaci, 1564. Antuerpiæ, 1589 8.

De Amortizatione bonorum à Principe impetranda, Col. 1582. 8.

De reſtaurandis atque reparandis Eccleſijs per Belgium ab Iconomachis profanatis. Duaci, typis Bogardi, Coloniæ, 1608. 8.

Commentarios ad leges de re Nautica, Louanij, 1556. 8.

Paraphraſin de tota Legatorum materia. Ibid. 1553. 4.

De Teſtamentis Coniugum lib. V. Ibidem 1564. Coloniæ, 1599.

Commentarium ad Regulas Iuris Canonici, lib. VI. Decretalium. Louanij, 1564.

Obſeruationes & Illuſtrationes Inſtit. Iuris. Antuerp. 1560. 16. curante *Ioanne Richardoto*, poſtea ſecretioris Concilij Præſides in Belgio.

Notas ad Titt. XXIX. Vlpiani. Coloniæ apud Gymnicum. 1584.

Aliaque non pauca digna prælo apud filium, Brab. Cancellarium.

PETRVS PHILICINVS, alias CAMPSONVS, Atrebas, Poeta, vtriuſque linguæ doctus, & Decanus Binchinenſis in Hannonia, Familiaris vixit *Lud. Bloſio* Lætienſi Abbati, Scripſit

Dialogum De immolatione Iſaaci. Antuerpiæ, 1544. 8.

Tragœdiam Magdalenam, Ibidem 1544. 8.

Item alteram *Eſther*, Ibidem, 1564. 8.

PETRVS POMERANVS Caſſetanus, Flander, Theologus, Scripſit

De ratione inſtituendi pueros.

De ſtudijs Sapientiæ. Mediolani, 1542. 8.

PE.

PETRVS PONETVS Flander Iprenſis, Carmelita, huius pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt. Concionator facundus, diſputator ſubtilis, feliciter etiam in SS. literarum lectione verſatus. Scripſit

Propugnaculum Chriſtiani dogmatis, de vera & corporali præſentia corporis Chriſti, in SS. Sacramento Euchariſtiæ, Antuerp. typis Ioannis Belleri, 1565. 8.

PETRVS PONTANVS Brugenſis, Flander, CÆCVS dictus ob oculorum vitium, Pariſijs clarus, in media ſæculi ſui barbarie. clarum nomen fecit. Scripſit

Artem Grammaticam, Pariſijs, 1528.

Scholia in Lucanum, Ibidem 1512.

Carmen de abitu & reditu pacis. Ibidem apud Badium.

Apologiam in eos qui pleraque diuini Sacrificij vocabula & ſenſa perperam vſurpantes, obſtinatis ſuis erroribus pertinaciter inhærent. Ibid. typis Ioan. Lamberti.

Eruditionem ſalutiferæ ac veræ Confeſſionis, Carmine & proſa. Ibidem, apud Ioannem Parium.

Genoueſeon lib. IX. carmine, ibid. 1512.

Eclogas x. Hecatoſticas, Ibid. typis Dionyſ. Roce.

PETRVS REGIS, totius Sodalitij Franciſcani, maximè Prouinciæ Flandriæ, (in qua S. *Franciſco* nomen dedit) decus, diuinis humaniſque eruditus, Eccleſiaſtes eximius, annis XI. continuis Conuentui Audomarenſi præfuit, & bis Flandriæ Prouinciam rexit: Reginis Franciæ & Hungariæ *Leonoræ,* ſcilicet & *Mariæ* triennio Bruxellis à Confeſſionibus & Concionibus cùm fuiſſet, eaſdem Hiſpanias repetentes comitatus eſt. Ad ſuos rediens, verbũ DEI ann. XV. toto potiſſimum ſeculo ferreo, quo ſeditioſi Caluiniſtæ virus ſuum in hoc Belgium effundebant, ad vltimum vſque ſpiritum zelo diſſeminauit. Scripſit patrio ſermone

Dialogos de reali corporis Chriſti, in S. Synaxi præſentia.

Tract. de voluntate DEI.

Conciones aureas.

Difertum illud os obmutuit anno ſalutis CIↃ.D.LXXIII. XIII. Kal. Febr. ætat. LXIV. & corpus Niuellæ conditum, hoc epitaphio:

Monte ſub hoc tegitur frater, ſed nomine PETRVS
REGIS, *& hic noſtræ gloria prima domus.*
Ille fuit quondam Reginæ clarus alumnus
Hungariæ, & noſtræ religionis honos.

PETRVS A RIVO, ſeu RIVIVS, Aloſtenſis, Doctor Theol. Louan. & in D. PETRI Paſtor, vir in S. Scriptura eruditiſſimus, & concionibus habendis inſignem nauauit operam.

Scripſit *De Anno, die & Feria Dominicæ Paſſionis lib. III.* Louanij, 1492. fol. typis Ioan. de VVeſtphalia.

Dialogum, quomodo omnia in meliorem partem ſint interpretanda, interlocutoribus homine & Ratione. Lugd. Barauor. 1509. apud Ioan. Seuerinum.

Oratio-

Orationem in aduentu Maxæmyliani Archiducis,anno M.CCCC.LXXVII. Louanij M.S.apud Martinianos,& alia quædam.

PETRVS RYCQVIVS I.C. Gandenſis,Concilij Prouincialis Middelburgi in Zelandia Præſes,Scripſit
In Tit.de Appellationibus.

PETRVS SANTOMERIVS WALLOCAPELLVS, Cœnobita Benedictinus Bergis ad S. Winocum,nobilitate ſtemmatis doctrinaque *Car. Argentæo* Abbati ſuo non abſimilis. Frater illi fuit *Franciſcus* II. Namurcenſium Epiſcopus,& Louanij *Ioannes Heſſelius* Præceptor Doctor Theologus.Scripſit
De Inſtitutionibus Monaſticis, lib. III.
Tract. De Hoſpitalitate Monachorum.
De caſibus monachorum Abbati reſeruatis lib. I. Louanij,1572.
De cauſis tumultuum Belgicorum,& Remedijs, 1582.
Catalogum Abbatum S.VVinnoci M.S. apud ſuos, additis rerum geſtarum Annalibus.

PETRVS SCHENCKELIVS Antonij Medici celeberrimi F. Ord.Eremit.S.Auguſtini,naſcitur Hagæ Comitis anno à Chriſto nato M.D.XCIV. eruditionis nomine mihi percarus.Spiræ apud ſuos Priorem egit: Diuini verbi præco egregius, vtriuſque litteraturæ peritiſſimus. Ingenium promptum,lingua feliciſſima,mores faciles,candidique.Habet multa parata, quorum quædam ſub prælo, nempe
Directorium iuridicum & explanationes terminorum iuris in Franciſco Toleto occurrentium. typis Belleri.1628.
Elucidationes locorum difficilium Senecæ Tragœdi & Horatij, & alia.
Philomela myſtica.

PETRVS SCHOLIERIVS Dauidis F. Antuerpienſis, in qua vrbe non ſemel Senatorem egit.In Iuriſprudentia clarus, mihique carus. Poeta elegans & vrbanus. Doctorum virorum ſui temporis ac maximè *Erycij Puteani* admirator & cultor. Italiam vidit, nunc patrij ſoli delicijs fruitur. Edidit
*Sermones familiares carmine heroico,*quibus ſe oſtendit non ſcholarem,ſed verè Magiſtrum eſſe. Hos legens videris ipſum Horatium audire. Aliud neſcio quod opus meditatur. Malè incepit,ſi hic deſinat. Antuerpiæ typis Plantini 1623. 4. & 1626.

PETRVS SCRIVERIVS Henrici F.Harlemi in Batauia naſcitur anno cIↃ.IↃ.LXXVI. Prid.Id.Ianuar. Prima eius rudimenta fuerunt apud *Corneliū Schonæum*, non infimi ſpiritus Poetam. Inter alia Poeſi mirificè delectatus & literis humanioribus; ad quarum vberiorem cognitionem Lugd.Batau. anno cIↃ.IↃ.XCIII. miſſus eſt. Hic irretitus amœnioribus illis Philologiæ ſtudiis. Ius Ciuile, ad quod perdiſcendum potiſſimum venerat,negligenter tractauit. Cum III. IANIS æqualibus ſuis familiariſſimè vixit & ſtudia communicauit *Ioan.VVouvverio I. Meurſio, & I. Iſaacio Pontano. Iuſto Lipſio, Vulcanio, Merula,* innotuit quoque familiariter & amicè, Amicitiæ fores ei quoque aperuerunt *I. Douza Scaliger, Baudius, Heynſius, &* HVGO GROTIVS pottentum illud ſæculi ac Batauiæ æternum decus.Hactenus in literis ab eo præſtita ſunt, partim edita,partim edenda.

Flauij

Digitized by Google

Flauij Vegeti de re militari lib. ad M. SS codicum fidem emendati, anno 1607. Subditque *Commentarij Steuvechij, ab ipſo recogniti & expoliti.* quibus inter alios rei militaris Scriptores additus

Iulij Hygini Gromaticus, ſiue de Caſtrametatione lib. ex antiquiſſimis membranis primùm editus.

Sex. Iulij Frontini Strategemata, collatis exemplaribus ſcriptis meliora & caſtigatiora.

Eiuſdem *Commentarius de Aquaductibus Romæ*, emendatior concinniorque. Item.

De Agrorum controuerſiis, cum Agenni Vrbici Commentario, nec non *De limitibus & Coloniis eiuſdem,* eruti partim ex M.SS. & luculentâ acceſſione auctâ.

Antiquitatum Batauicarum Tabularium.

Additamenta & Obſeruationes ad Henrici Aquilij Chronicon Geldriæ:

Batauia illuſtrata ſiue De Batauorum Inſula, Hollandia, Zelandia, Friſia, Territorio Traiectenſi & Geldria, Scriptores varij, iunctim ex ipſius muſæo editi, an. 1609.

Varia Carmina Latinè & Belgicè in amicorum gratiam ſcripta.

Georgij Benedicti VVaterloi, municipis ſui, nouorum Poematum poſthuma editio.

Iani Douſæ Poemata cum iudicio ſelecta.

Anthologiam Epigrammatum Martialis Græcè, Ioſepho Scaligero auctore, publicauit primitias cum eiuſdem iuuenilibus quibuſdam Poematijs Græcis, anno 1603.

Batauiæ Comitumque omnium Hiſtoria, linguâ vernacula.

Debentur huic, quod ære ſuo redemit & vindicauit, *Pauli Leopardi Emendationum & Miſcellaneorum ex xx. libb. decem poſteriores.* Item

Iacobi Nicolai Loenſis Miſcellaneorum Epiphyllidum libb. IX. cum fragmento X, & Lucæ Fruterij Coniectaneorum veriſimilium lib. III. cum eiuſdem, & Adriani Iunij Epiſtolis quibuſdam Philologicis.

M Val. Martialis noua editio cum Notis.

Commentarius ad Martialis Epigrammata de Spectaculis.

De locis dubijs apud Martialem Epiſtolicæ quæſtiones.

Miſcellanea Philologica, quibus optimi quique Auctores, Poetæ, Oratores, Hiſtorici, Iuriſconſulti, Patres, à turpiſſimis mendis hactenus inanimaduerſis, vindicantur & emaculantur.

Animaduerſiones Hiſtoricæ in Adriani Iunij Batauiam.

VVilhelmi Hedæ Alſinij, emendatior auctiorque Diplomatis multis Editio, & Annotationibus illuſtrata.

Hollandicarum rerum Scriptores veteres è M. SS. cum Notis, & uberioribus Collectaneis.

Apuleius Madaurenſis Platonicus ſeriò caſtigatus. Amſtelodami, typis Guil. Cæſij, 1624.

Populare Hollandiæ Chronicon, Opus magnum, nec minimi ſanè momenti, conſcriptum idiomate Belgico.

Collectanea veterum Tragicorum, T. Liuij Andronici, Q. Ennij, Cn. Neuij, M. Pacuuij, L. Attij, aliorumque Fragmenta, & circa ipſa Notæ breues. Lugd. Batauor. 1620. 8.

Manes Erpeniani, quibus accedunt Epicedia variorum. Ibidem 1625. ex typographia Erpeniana.

PETRVS SILVIVS Aloſtanus, vulgo Buſchere, apud Brugenſes Gymnaſiarcha, deinde Furnis anno M.D.L. iuuentutem quoque docuit, Scripſit

Prima Grammaticæ inſtitutionis Rudimenta.

Stichologiam, ſiue de Arte verſificatoria. Antuerpiæ, apud Ioandem Loeum, 1550. 8.

PETRVS SILVIVS, natus in Houtem S. Lœuini in Flandria, Louanij ad Soc. IESV aggregatus eſt anno gratiæ M.D.LXXI. XXVI. Ianuar, Moguntiæ clarus Theologiæ Doctor. Scripſit.

Diſputationes de Deo ac de Sacramento Pœnitentiæ.

Diem clauſit extremum Moguntiæ M.D.XCII. VI. Id. Iulij, bonorum omnium cum luctu.

PETRVS SILVIVS, Guilielmitarum Aloſtenſium in Flandria Prior, & S. Theol. Baccal. formatus, vir in diuinis Scripturis & Hiſtoria Eccleſiaſtica benè verſatus, Scripſit

Vitam S. Guilielmi Eremitæ & Confeſſoris, nec non Primicerij Ordinis GVILIELMITARVM. Bruxellis, apud Meerbecum, 8. 1627.

PETRVS SIMONIVS Tiletanus, Flander, Theologus, vir prudentiâ ſingulari præditus, omnique virtutum laude excellens. Primùm Corraei Curio, poſt Gandaui Archipresbyter, & tandem Iprenſium II. Epiſcopus anno M.D.LXXXV. XXVII. Ianuar. Scripta à morte euulgauit amicus noſter *Ioannes Dauid* Soc. IESV, typis Plantinianis. Eius eruditionis fœtus hi ſunt:

De veritate libb. VII.

Apologia contra Caluinum Pro veritate Catholica.

Tractatus de Epiphania Domini.

Diſſertatio de puero IESV cum Doctoribus in templo diſputante.

Tractatus de IESV Chriſti in monte Thabor cum Moyſe & Elia colloquio.

De hæreſeos hæreticorumq; natura.

Oratio quodlibetica, an aliqua ſit idonea & iuſta cauſa deficiendi ab Eccleſia Romana.

Oratio in prima Synodo Prouinciali Machlinienſi anno 1570. habita.

Oratio in prima Synodo diœceſana Gandenſi, ſub Cornelio Ianſenio, anno 1571.

Oratio Funebris in exequijs Cornelij Ianſenij I. Gand. Epiſcopi.

Concio in feſto omnium Sanctorum.

Exhortatio de ſtudio literarum ſacrarum amplectendo, ad Paſtores.

De Caſtitate, gulæ vitio, auaritia vitanda, ad eoſdem.

De Pœnitentia, Oleo Sacro, cineribus, ad Clerum Iprenſem.

De Conceptione B. Virginis MARIAE.

De differentia partus Euæ & MARIAE Virginis.

Exhortatio de timore Domini, ad iuuentutem.

De Aſſumptione B. Mariæ Virg.

Confecit egregium *Indicem in Commentarios Ianſenij*, Epiſcop. Gand. *in Pſalmos, Prouerbia & Eccleſiaſticum.* Huius opera & diligentia *Ianſenij* opera in lucem prodierunt limatiora, ſicut & Lucubrationes *Iudoci Tiletani.*

PETRVS SIMONIS TILETANVS
II. EPISCOP. IPRENSIS,
PRÆDECESSORIS VESTIGIA GNAVITER SEQVENS,
ECCLESIA HAC ANN. XXI. ADMINISTRATA,
SEMINARIO SCRIPTO HEREDE
IN DOMINO OBDORMIVIT
V. OCTOB. M. DC. V.

PETRVS SLVPICK, Ord.Minorum,Batauus,olim Delfis in Hollandia religioſis Clariſſis à Confeſſionibus,vir totus pius,edidit

Praxin ſpiritualem Orationis Dominicæ,quâ agitur *De Sacramentis*, quotidiana pœnitentia, de VII.horis,aliiſque ad Orationem pertinentibus,Antuerp.1561.

PETRVS PIERIVS A SMENGA Henrici F. Friſius, Doctor Medicus, honeſto loco natus, III. linguarum præſidio ad omnium artium penetralia facilè peruenit. Linguam ſacram Louanij VIII. annos docuit in Collegio Trilingui. Ductâ vxore,relictoq; Collegio,Medicinâ profiteri cœpit. Scripſit

Commentarios omnis priſcæ Antiquitatis.

Annotationes in Galenum & emendationum chiliadas contulit.

Notas & Emendationes in Natur. Plinij Hiſtor.

Et alia multa inedita. Vide *Suffridum Petrum*, de Scriptorib. Friſiæ, Decad. XVII. cap.II. & *Valerium Andreâ* in Collegi Trilinguis Buslidiani Deſcriptione.

PETRVS STÆVARTIVS Leodicenſis, S.Theologiæ Doctor, & Profeſſor Academiæ Ingolſtadienſis,& Procancellarius, ad *D.Lambertum* Leodici Canonicus,ad *D.Dionyſium* Præpoſitus,& Vicarius Reuerendiſſimi.Scripſit

Commentarium in Canonicam D.Iacobi Epiſtolam. Ingolſtadij, typis Ioannis Hertzroy,1610. 4.

Explicationem VIII.*priorum Capitum Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos*.Ibid.1586.4.

Commentarium in Epiſtolas ad Theſſalonicenſes,Ibid.1600. 4

In Epiſtolam ad Philippenſes, Ibid.1595. 4.

In Epiſtolam ad Corinthios,& ad Timotheum, Ibid. 1612.

Apologiam pro Soc.IESV, Coloniæ, 1594. 4.

Orationem de Colloquio Ratisbonenſi, Ibid. 1601.4.

Eruit præterea à tenebris

Emanuelis Calecæ aduerſus Græcorum errores lib. IV. è Bibliotheca Bauarica. Ibid.1608. Notiſque illuſtrauit.

Commentarium De vita & rebus geſtis S. VValpurgæ Abbatiſſæ Ord. S. Benedicti, auct.VVolfrado Haſeurietano,Presb. Aug.Vindel.1616.4.

S.Eucherium Epiſcopum Lugdunenſem, De vita D. Mauritij, Thebeæ legionis Ducis, 1618. 4.

PETRVS TALPA Friſius,Stellinus. Snecæ primùm,deinde Leouardiæ & alibi Medicinam exercuit,magno cum fructu & ſolatio ægrotantium. Scripſit contra vulgus Medicorum librum, cui titulum fecit: PETRI TALPÆ STELLINI VICERNIO EMPIRICVS, ſiue *Indoctus Medicus, per Dialogum.*

Exilium empiricorum,breui Elogiâ,Satyrico ſale conditâ. Viuebat & florebat anno CHRISTI CIↃ. IↃ. XC.

PETRVS TECTORINVS Poeta non inelegans, *Epitaphiorum* ſcriptor. *Ivvano* Comiti Aloſtano epitaphium poſuit, quod olim in Abbatia Trunchinienſi ante Iconoclaſtiam legebatur. Conſule *Meyerum* in Annalibus ad annum M.C.LIV.

PETRVS A THIMO, vulgò *vander Heyden*, Brabantus, è municipio Ghierlenſi iuxta Turnhoutum oriundus, I.C. annos fere LVIII. Bruxellis cauſarum patronus, & in D Gudulæ Canonicus & Theſaurarius. Scripſit

Hiſtoriam Brabantiæ III. Tom. M.S. in archiuis Bruxell.

Martyrologium.

Ad Superos emigrauit Bruxellis, & ſepultus in æde primaria, hoc epitaphio:

D. O. M.

HIC LAPIS NON EST SVPER LAPIDE
VIATOR,
SED SVPRA VIRVM SACERDOTIO CLARVM.
INOPIA FERME LABORABAT,
ALIOS INOPIA SVBLEVANS
DOMVS EIVS OMNIVM GENTIVM
ATQ. RELIGIOSORVM
(QVOS PIETAS SIBI PARES FECERAT)
ERAT RECEPTACVLVM.
DEVS TANDEM A SOLO AD CÆLVM
EVOCAVIT
CIↃ. CCCCLXXIII. IV. KAL. MARTI.
ÆTATIS LXXX.

PETRVS TIDRICHVS Friſo, Groningæ Scholarcha celebris, ſcripſit *Compendium Dialectices.* Argentinæ, 1556. 8.

PETRVS TYRÆVS, patria Noueſienſis, diœceſis Colonienſis, Soc. IESV Presbyter, vir in quo virtus cum doctrina, ingenium cum aſſidua legendi auiditate certauit. In Academijs Treuerenſi, Moguntina & Herbipolenſi publicus per XXVII. annos continuos Profeſſor. Scripſit præclarum librum cum titulo:

Loca infeſta, hoc eſt, De infeſtis ob moleſtantes dæmoniorum & defunctorum hominum ſpiritus locis.

De terrificationibus nocturniſque tumultibus libellum, quæ hominum mortes prætendere ſolent.

De Apparitionibus Spirituum, Tractat. II.

Diuinarum noui Teſtamenti, ſiue Chriſti filij DEI noui Teſtamenti mediatoris Apparitionum, lib. III. typis Cholini.

De Sacrorum hominum continentia.

De nouo & falſo Antichriſto.

De iure vocationis & miſſionis Miniſtrorum in Pſeudo-euangelicorum Eccleſijs.

Diſputationem de vera fide duplicem, in quibus ſimul demonſtratur eam non eſſe in Proteſtantium Eccleſijs.

Diſputationes de poteſtate Eccleſiæ.
De feſto corporis Chriſti, & DEO in Sacram. Euchariſtia adorando.
De Sacramentali Confeſſione.
De clandeſtinis matrimonijs.
Examen Apologeticum Theseôn Danielis Toſſani Caluiniani Theologi, in Academia Heydelbergenſi.
De legitimo Sanctor. cultu, deque imaginum conſecratione.
De multiplicibus ſuffragijs, quibus piè defunctorum Spiritus iuuantur à viuentibus.

Herbipoli fatalem compleuit diem, IX. menſium tabe, anno redemptionis humanæ, CIↃ.IↃC.L. III. Non. Decemb.

PETRVS VANDER-ANVS Louanienſis, Eques, I. V. Doctor, & Louanij Profeſſor. FERDINANDO Imp. à Secretis, CAROL. V. Imp. à Conſilijs, ac demum Ducatus Lucemburgenſis Præſes. Scripſit
De Creditorum Priuilegijs, iure & Origine. Antuerp. typis Belleri, 1560.
Prochiron, ſiue Enchiridion iudiciarium, libb. IV. Louanij, 1558.
De iudicijs veterum.
Lucemburgi ſpiritum virtute ac eruditione nobilem, miſericordi patri, reliquias corpuſculi magnæ matri reddidit.
Huic Symbolum: SIBIMET PVLCHERRIMA MERCES.

PETRVS VESALIVS Andreæ Abauus, Medicus præclarus, ſcripſit
Commentaria in Auicennam, quorum mentionem facit noſter *Andreas.*

PETRVS VAN VVAESBERGHE I. C. Gandauenſis, vir eruditionis non contemnendæ, pariſque induſtriæ, ſcripſit
Vitas Comitum Flandriæ.
Initia tumultuum Belgicorum.
Analecta Familiarum illuſtriorum Belgij.
De concordia iuris municipalis Flandriæ, cum legibus Romanis. Omnia M. S. latent apud nepotem *Ioannem van VVaesberghe.*

PETRVS VLADERACCVS, *Chriſtophori F.* Syluæducenſis, iuuentutis Fraternæ Rector, ſcripſit
Diarium rerum per ſingulos dies in obſidione Syluaducenſi per Principem Mauritium Naſſouium geſtarum Louanij, 1602.
Carmen heroicum in Natalem Domini.
Aliud, deſcribens *Exequias ſolennes* PHILIPPI II. *Hiſp. Regis, Brabantiæ Ducis, in vrbe Syluaducenſi.* M. DC.
Tobiam Comœdiam, Syluæducis, apud Ioannem à Turnhout, 1598. 8.

PETRVS WALLOCAPELLVS, vide PETRVS SANTOMERIVS.

PETRVS WASTELIVS Flander, Aloſtanus, Carmelita, Theologus, vir omni literarum genere cumulatus, & in antiquitate Eccleſiaſtica optimè verſatus, Scripſit
Apologeticum pro Ioannis Ieroſolymitani monachiſmo in Carmelo, & pro libro eiuſdem De Inſtitutione primorum Monachorum. Bruxellis, 1161. 8. typis Ioan. Mommartij.

Promontorium Carmeli, quod eſt de Ordinis Carmelitani Antiquitate, lucem ſpero breui videbit.

PETRVS VVINELLIVS Harderwicenſis, Philoſophus inſignis, Diſputator ſubtilis, & qui acumine ingenij ad ſoluendos difficillimarum quæſtionum nodos multum valuit, Scripſit

Commentar. de Doctrina demõſtrandi. Nouiomagi, apud Petrũ Elzeniũ, 1554. 8.

PHILIBERTVS BRVSSELIVS ſiue DE BRVXELLA, Rodolphi Equitis. F. Machlinienſis, CAROLO V. & PHILIPPO II. à Conſilijs in Brabantiæ magno Senatu, Cuſtoſque archiuorum Arteſiæ. Vir pietate & doctrina conſpicuus, omnibus gratus, nulli moleſtus. Scripſit eruditè

De Conditionibus libb. xv, Louanij, 1560. apud Colonæum. 4.

Antuerpiæ in Ocello Vrbium migrauit ad Deum anno ſalutis humanæ M. D. LXX. xii. Kal. Nouemb. Bruxellis, apud Carmelitas in monumento paterno depoſitus.

PHILIPPVS ALBERTI, patria Noueſienſis, diœceſis Colonienſis. Carmelita, Prouincialis Inferioris Germaniæ, vir vtì religione, modeſtia, candore, morum comitate, ac alijs animi corporiſque ornamentis à Deo egregiè dotatus, ita quoque doctrinæ ac ſacræ præſertim litteraturæ laudem ſummam eſt prometitus. Scripſit

In Canticum Canticorum.

Commentarium in IX lib. Sententiarum.

Pro puriſſima Conceptione B. Virginis.

Sermones per annum lib I.

Epiſtolas ad diuerſos lib. I.

Viuebat anno M. CCCC. XCV.

PHILIPPVS BELVALETIVS, Paulinas, apud Bethunienſes ad D. Bartholomæum Canonicus, candidi vir ingenij, multæque eruditionis, *Pſalmos Dauidicos L. Paraphraſi Poëtica illuſtrauit, verſibus Lyricis.*

PHILIPPVS BERLAIMONTIVS, Soc. IESV Clericus, ſcripſit *Paradiſum Puerorum*, in quo primæuæ honeſtatis, totiuſque pueritiæ rectè informatæ exempla refert. Opus Eccleſiaſticis vtiliſſimum. Coloniæ, typis Ioan. Kinchij, 1618. 8.

PHILIPPVS BOESTIVS Helmondanus, Brabantus, S. Theol. Licentiatus, & Epiſcopi Dauentrienſis (antequam ea gens hæreſin hauſiſſet) Vicarius. Proſcriptus in patriam venit, populumque illum doctiſſimis ſuauiſſimiſque Concionibus demulſit. Scripſit.

Libellum Precum, multam pietatem ſpirantem. Syluæducis.

PHILIPPVS BOSQVIERVS Hanno, natus Montibus Hannoniæ, Ordinis Minorum de Obſeruantia, conuentus Lucemburgenſis, ad bene dicendum propenſus, ad ſcribendum Latinè & vernaculè, verſu, & oratione libera promptus, Eccleſiaſtes celeberrimus, populum incredibili pietate, zelo, & ſedulitate docuit. Euulgauit

Tomos IV. *quibus Parabolam filij prodigi vernaculè explicat*, concionatoribus copioſam dicendi marteriam præbens. Montibus Hannoniæ, 1596.

Notas in monomachiam Chriſti & Luciferi incruentam. Atrebati, 1598.

Concionum de finibus bonorum & malorum libb. 11 quibus titulus: *Orbis terror*. Duaci apud Bellerum 1603. & Coloniæ, 1610.

Oratorem Terræ Sanctæ & Hungariæ, ſeu Sacrarum Philippicarum in Turcarum Barbariem & Chriſtianor. diſcordias Notas. Duaci 1606.

Vegetium Chriſtianum. Coloniæ, 1615.

Aram Cœli, ſeu Conciones de honorario à Magis Orientis IESV *infanti oblato*. Coloniæ, & Antuerpiæ typis Belleri 1607.

Cedrum Euangelicum, Conciones XL. de Paſſione Domini.

Legatum Apoſtolicum, Concionum Notas de Ioan. Bapt. Coloniæ 1607.

Carcerem laureatum, de rebus à Ioan. Bapt. in carcere geſtis. Ibidem. 1618. 8. & 1624.

Christiados lib. 12. *auct. Ioanne Houdemio, illuſtrauit*.

Cornelij Muſſi Epiſcopi Bitontini Conciones VI. *in Canticum B. Virginis Magnificas, in Latinum vertit*.

Tragœdiam nouam, dictam Nouaculam cultus mundani. Gallicè.

Academiam Peccatorum. Montib. 8

Tabulam Naufragij, de Dominicis ac Feſtis. Coloniæ.

Sobria tentacula Chriſti & Samaritanæ, Ibidem 1619. 8.

Orationes funebres III. in Obitum Philippi II. Reg. Catholici, R. P. Iac. L'Eſcailleti, & Ducis Arſchotani.

Speculum vitæ S. FRANCISCI *& Sociorum eius*.

Paradoxa Euangelica, & alia nonnulla.

PHILIPPVS BROIDÆVS, Aërienſis, I. C Duaci & Orchiarum Præfectus.

Franciſci Polleti generi ſui Hiſtoriam Fori Romani auxit, Notiſque illuſtrauit. Duaci, typis Bogardi. 1572. & 1576.

PHILIPPVS CAVERELLIVS Abbas D. Vedaſti Atrebatenſis, vir cui valde cordi fuit regularis diſciplina, & cœleſtium rerum contemplatio, nec inter hæc neglexit vnquam ſactar. litterarum ſtudium, & antiquarum Eccleſiæ Doctorum lectionem, Scripſit

Vitam & res geſtas Abbatum D. Vedaſti Atrebatenſis, ſuorum prædeceſſorum, ſed nondum lucem viderunt.

PHILIPPVS COMINÆVS Flander, Eques, Hiſtoricorum Princeps, Vir forma eleganti & procera corporis dignitate. In aula CAROLI AVDACIS annos VIII. verſatus, eidem perfamiliaris fuit. Poſt, neſcio qua re offenſus, ad LVDOVICVM XI. Galliarum Regem tranſijt. Plurimas eius & CAROLI VIII. filij nomine ad ſummos Principes legationes obijt. *Iuſtus Lipſius* magnus ingeniorum æſtimator in *Notis Politicis Cominæum* cum quouis veterum Hiſtoricorum conferre non dubitat, licet litterarum nullum vſum haberet. Scripſit

Hiſtoriam IV. & XXX. annorum, qua LVDOVICI XI. & CAROLI VIII. Gall. Regum, itemque PHILIPPI BONI & CAROLI AVDACIS Burgundiæ Ducum

cum res geſtas complexus eſt idiomate Gallico, quam in linguam Latinam vertit *Ioannes Sleidanus*, Baſil. typis Henrici Petri & Argentinæ 1548. & *Cornelius Kilianus* I. linguam Belgicam, Antuerpiæ, typis Plantini 1578.8

Commentaria de Bello Neapolitano & de Carolo VIII. Gall. Rege, eodem Sleidano interprete.

Migrauit ex humanis anno Chriſti M. D. IX. XVI. Kal. Septembris, Ætat. LXIV. & ſepultus apud Auguſtianos Pariijs in ſacello quod viuens exſtruendum curarat.

Hoc illi Epitaphium ſcripſit S. P. GALLVS.

Gallorum & noſtræ laus vna & gloria gentis,
Hic COMINÆE *iaces, ſi modò fortè iaces:*
Hiſtoria vitam potuiſti reddere viuus,
Extinčto vitam reddidit HISTORIA.

PHILIPPVS AB ELEEMOSYNA vulgò dictus, cognomine AB HARVENG, Abbas II. monaſterij bonæ Spei, Ord. Præmonſtratenſis, apud *Binchium* Hannoniæ opidum, inter ſæculi ſui primos viros diſertos meritò adnumerandus. *B. Bernardo* Abbati Claræuallenſi familiariſſimus. Scripſit

Vitas S. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis, S. Amandi, Giſleni Epiſcopi. SS. Quirici & Iulitæ Martyrum, Landelini Abbatis, aliorumque.

Commentarium in Cantica Canticorum.

De damnatione Salomonis.

De Obedientia.

De Silentio.

De Clericorum dignitate, ſcientia, Iuſticia, Continentia.

Epiſtolas & Poemata aliquot. Duaci omnia, typis Ioannis Keſlami, 1620.

PHILIPPVS EPISCOPIVS, vulgò *De Biſchop*, Patricius Gandenſis, Poeta felix & ſuauis, luſit fauente Muſarum choro

De laudibus Alexandri Farneſi, Parmæ & Placentiæ Ducis, M. S. in Bibliotheca *Iuſti Rycquij*, Canonici Gandenſis.

Poemata varia in amicorum gratiam, breui edenda.

MAXÆMYLIANVS VRIENTIVS Conciui & amico Opt. Max. hoc Epitaphium ſcripſit:

Verus & hic nullus compoſitus Epiſcopus, illi
Sit ſine lite quies, ſit ſine nocte dies,
Quâ caruit viuus, cœlo ferat ille tiaram,
Vita damna breuis fama rependat anus.
AMEN.

Dum ſtabunt magna ſublimia mœnia Ganda,
Viuet iucundi nomen EPISCOPII.

PHILIPPVS GALLÆVS Batauus, Harlemenſis, Calcographus inſignis, de Repub. literaria, & arte pictoria opt. meritus, mihi familiariſſimus. *B. Ariam Montanum, Ortelium, Plantinum, Moretum* vnicè coluit. Præcipua artis eius monumenta hæc ſunt:

Epitome Theatri Orteliani, Antuerp. typis Plantini 1590.

Effigies CL. *virorum*, verſibus Ariæ Montani ornatæ.

Effigies CL. *virorum Belgarum*, in quas carmine luſit Franciſc. Rapheleng.

Illuſtrium Galliæ Belgicæ Scriptorum Icones ex Muſæo Auberti Miræi. 1604.

XII. *Cardd. pietate, doctrina rerumq́, geſtis maximè illuſtrium imagines & Elogia.* 1598. *Icones illuſtrium fæminarum Veteris Teſtamenti, verſibus breuiter à Cornelio Kiliano explanatæ.*

Icones illuſtrium fæminarum noui Teſtamenti, per eundem Kilianum.

Semideorum marinorum, amnicorumq́, imagines.

Icones Prophetarum Maiorum & Minorum veteris Teſtamenti, per eundem.

Mediceæ familiæ rerum feliciter geſtarum victoriæ & triumphi. 1583.

Septem orbis miracula.

Vermis Sericeus, quem Ioannes Stradanus Brugenſis figurauit.

Proſopographia virtutum, animi corporis, bonorum externorum, vitiorum & affectuum variorum delineatio, diſtichis illuſtrata per Kilianum.

Venationes ferarum, Auium, Piſcium, depictæ à Ioanne Stradano, editæ à Philippo Gallæo, & carmine illuſtratæ à Corn. Kiliano.

Equile Ioannis Auſtriaci, CAROLI V. *Imp. F.* in quo omnis generis generoſiſſimorum equorum ex varijs Orbis partibus inſignis delectus, ad viuum delineati à celeberrimo Pictore *Ioanne Stradano*, & à *Philippo Gallæo* editi.

Migrauit ex hac miſeriarum valle, Antuerpiæ, annos natus LXXV. III. Id. Martij, M. D. XII. & ſepultus ante ſacellum D. LVCÆ ſacr. in templo primario.

PHILIPPVS GÆRINGVS, Trudonopolitanus, Medicus Leodic. ſcripſit *De Spadanis Fontibus & Fontis Ferrati Tungrenſis*, Gallico ſermone, & Latinè vertit *Thomas Rictius* Leodici, 1592. 8. apud Henricum Houium.

Vitam terminauit Leodici, an. CIƆ. IƆ. C. IV. III. Id. Nouemb.

PHILIPPVS GRVTERVS, à Diderixlant, Batauus, edidit *Orationem de priſca Batauorum virtute.* Lugd. Batauor. 1618.

PHILIPPVS GVALTERVS DE CASTELLIONE, Inſulis oriundus, Theologus & Poeta, Epiſcopus Magalonenſis, non Magolenſis, vt hallucinantur Trithemius & *Valerius Andreas*, cùm Magallonæ inſula ſit Mediterranei maris è conſpectu Galliæ, vbi olim ciuitas fuit, & templum Canonicorum *S. Auguſtini*, cum Epiſcopatu Narbonenſi Archiepiſcopo ſubiecti, cuius denique ſedes in Montis Peſſulani vrbem tranſlata eſt PAVLI III. Rom. Pontif. voluntate, anno Chriſti M. D. XXXVI. Magalæ contrà in Palæſtina, vel Magalis in Hiſpania nullum adſcribit Epiſcopatum. Scripſit *Gualterus* verſu Heroico,

Alexandriados, ſiue *Alexandri Magni Geſta, libb. X.* Argentinæ 1513. Ingolſtadij, 1554. Lugduni, 1558. 4.

In Pſalterium Epiſtolas.

Morale

Morale dogma Philoſophorum, M S. Gandaui, apud Cartuſianos.
De Mahumeto, M. S. in Monaſterio Afflıgemienſi.
Obijſſe putatur Caſtellione, vt teſtatur diſtichon:

Inſula me genuit, rapuit Caſtellio nomen,
Perſtrepuit modulis Gallia tota meis.

Claruit circa annum Domini CIↃ. CC. LV. Vide *Valerium Andream*, & *Henricum de Gandauo*, cap. xix. qui *VValterum* vocat, *Trithemius* vero *Galterum*. *Gandauenſis*, & cum eo in Bibliotheca *Sixtus*, item *Ioannes Buſelinus*, Soc. IESV Clericus, lib. I. Gallo-Flandriæ, binos recenſent GALTEROS, Inſulis oriundos, cum idem fuerit & vnus.

PHILIPPVS HARTZIVS Medicus, raræ modeſtiæ vir, edidit librum *De cauſis contemptæ Medicinæ*. Montib. Hannoniæ, 8.

PHILIPPVS KERSBELIVS Gandenſis, Ord. Carmelitarum Theologus, vir exquiſitæ, doctrinæ, omnibuſque ingenita quadam animi lenitate & affabilitate cariſſimus. Scripſit opus

Pro puriſſima B. Virginis Conceptione, contra Vincentium de Nouo Caſtro, à Carlo Fernando correctum, qui eandem tractauit materiam. Sunt qui adſcribunt, ſed malè, *Iuliano Haſarto* Carmelitæ.
Ex Holcot Anglo, Item ex VValdeno compendium, lib. I.
Compendium ex Petro Pelaton. & alia.
De poteſtate Papæ, & alia.
Diem clauſit extremum Pariſijs ex peſte, anno à plenitudine temporis M.CCCC. LXXXV. alij M. CCCC. LXXXIX. & apud ſuos ſepultus.

PHILIPPVS Abbas Elnonenſis, ſcripſit teſte *Geſnero*,
Vitam S. Amandi.

PHILIPPVS DE LATRE, Sub-Prior Cœnobij Vedaſtini. Multis cùm viueret, virtutibus claruit, & non ſine ſanctitatis opinione in Vedaſtino Atrebatum cœnobio, vbi ſtrenuum religionis pugilem ſe præbuit, è viuis ſublatus eſt. Scripſit

In Regulam S. Benedicti, quam eruditis & pijs lucubrationibus illuſtrauit.
Stadium ſpirituale, ſiue Diurnum Monachi, lib. II.
Sacrarum Meditationum volumen egregium.

PHILIPPVS DE L'ESPINOY Flander, Dominus Capellæ, V.N. & eruditus, Hiſtoriarum & antiquitatum inueſtigator diligentiſſimus. Ad patriæ potiſſimum gloriam & laudem Hiſtoricas ſuas Lucubrationes refert, quæ dum aliquando lucem videbunt, patriæ conciliabit honorem, poſteris ſcientiæ ſuæ relinquet fructum, ſibique tandem nominis famam acquiret nullis ſeculis interituram. Adfecta habet ſequentia:

De origine & Principijs Equitum.
Sylloge plurium fundationum monaſteriorum Brabantiæ & Flandriæ, &c.
De matrimonijs quorundam Principum vtriuſque Prouinciæ.

Farrago continens connubia, partitiones hæreditarias & teſtamenta illuſtrium aliquot Familiarum Flandriæ, è monumentis, & actis publicis Senatus Gandenſis ab anno M.CCC.XLIX. ad annum vſque M. CCCC. VIII.

Farrago altera ſimilium contractuum, ab anno M. CCC. XXXIX. *vſque ad annum* M. CCCC. XVI.

Hortus nobilitatis Flandriæ.

De Baronatibus, aliiſq; nobilibus muniis.

Hiſtoria Comitum Flandriæ, cum Indice Familiarum connubio ſtirpi Flandricæ iunctarum in hodiernum vſq; diem.

Genealogia Dominorum & Baronum Gauerenſium, cum eiuſdem familiæ poſteris eadem ſtirpe natis, Toparchis de Lidekercke, de Breda, de Boulers, de Freſin, de Traſenies, &c.

Hiſtoria Genealogica Comitum & Vicecomitum Gandenſium, Aloſtanorum, &c. Conſule *Antonium Sanderum*, lib. III. de Gandauenſibus eruditionis famâ claris.

PHILIPPVS DE LEYDIS Batauus, Equeſtri familiâ oriundus, I. C. celeberrimus, Aurelijs Doctoris laurea donatus, & Iuris Canonici Lutetiæ Profeſſor anno ſalutis CIↃ. CCC. LXIX. renuntiatur. Pontificum Decreta annos aliquot explanauit, obtinuitque Canonicatum Eccleſiæ S. Mariæ Condatenſis. Poſt Sacerdos & Conſiliarius domeſticus *Guilielmi Bauari*, Hollandiæ Comitis, & tandem *Arnoldi Hornani* Vltraiectenſium Epiſcopi Vicarius. Demum Romam profectus iuſſu *Alberti Bauari* Canonicatu Vltraiectenſi & Leidenſi donatus eſt à GREGORIO XI. Pontif. Max. Scripſit.

De Republica cura & ſorte Principantium. Leidæ 1516. fol. typis Ioannis Seuerini.

Lecturam in lib. III. Decretalium.

Obijt circa annum M. CCC. LXXX. & Leydæ ſepultus. *Ioannes Franconius* edidit omnia eius ſcripta, eaque doctâ præfatione ornauit.

PHILIPPVS DE MALDEGHEM, veteri patriciâ apud Brugas familia natus, quæ multos celebres non eruditione tantùm, ſed & artibus militaribus viros produxit. Tranſtulit ex Italico in Gallicum ſermonem

Franciſci Petrarchæ opera Poëtica, & inſcripſit Sereniſſ. Principi *Maxamyliano* Comiti Palatino Rheni, Duci vtriuſque Bauariæ. Bruxellis, apud Rutgerum Velpium, 1600.

PHILIPPVS de MEYERE Antuerpienſis, ſcripſit carmine Iambico

De extrema cœnatione filij Dei IESV CHRISTI, ad Philippum Rhodoanum, Epiſcopum Brugenſem. Louanij typis Maſi.

PHILIPPVS MEYERVS Poëta, *Antonij F. Iacobi* Nep. Atrebas, in patria iuuentutem cum laude magna docuit. Scripſit teſte *Locrio*

Appendicem ad Annales Flandriæ Iacobi Meyeri, ſiue commentarium rerum in Belgio geſtarum ab anno M.CCCC.LXXVII. ad *annum* M.DCXII. *libb.* VIII.

Elegiarum libb. VIII. *Epigrammat. lib.* I.

Encomium Caluitij.

Miſ-

Miſcellaneorum lib. I.
De caſibus illuſtrium virorum.
Mahometi Pſeudopropheta vitam, carmine Heroico.
Epicedium Alexandri Farneſij Parma & Placentia Ducis, & Belgij Proregis. Atrebati, 1594. typis Guil. Riuerij.
Panegyricum ad ALBERTVM *Archid. De Caleto expugnato.*
Epinicium de Atrebato ab HENRICO IV. *Galliarum Rege fruſtra tentato.*
Tragœdias, Valeſium & Phaetontem.
Elogia aliquot Princip. bellica laude illuſtrium, aliaque.

PHILIPPVS MONTANVS Armenterius, Doctor Theologus Pariſienſis, *Eraſmo Roterodamo & Cornelio Schepperio* familiariſſimus: linguæ vtriuſque peritiſſimus. Sexagenario maior Duacum venit, ad excitatam recens à Rege Catholico PHILIPPO II. Academiam. Primus in Collegio Marchianenſi III. Burſas reliquit pauperibus ſtudioſis alendis. Nepotem *Chriſtophorum Montanum* habuit, Viennæ in D. Stephani Canonicum, FERDINANDO Imp. ab eleemoſynis, RODOLPHVS Imp. præceptorem habuit. Recognouit & reſtituit ex vetuſto Græco Codice, quo diu vſus fuerat *Eraſmus Roterodamus.*
D. Ioann. Chryſoſtomi Opera, & Tranſlationem Latinam. Pariſijs,
Item *Enarrationes Theophylacti Archiepiſcopi Bulgariæ.*
In Euangelia, Epiſtolas Pauli, & Prophetas aliquot Minores. Baſileæ, typis Heruagij 1554. & 1570.
Duaci, cum omnium bonorum luctu in Domino obdormiuit, octogenario maior, anno relaxationis humanæ, M. D. LXXVI. XI. Kal. Iunij, & conditus in D. Iacobi.

PHILIPPVS MONTANVS, Ord. Ciſtercienſis Monachus, Cœnobij Molinenſis, in Comitatu Namurcenſi, Scripſit
Speculum Orthodoxæ fidei & Hæreticæ prauitatis, opus prælo digniſſimum, dedicauitque *Rob. Henriono* Abbati Villarienſi.

PHILIPPVS DE MONTE, ſic dictus, quia montibus Hannoniæ natus. Inter ptimos noſtræ ætatis Muſicos fuit. *Maximiliano II. & Rudolpho II.* Imp. chori Muſici præfectus. Metropolitanæ Eccleſiæ Cameracenſis Canonicus, & Theſaurarius. Compoſuit & euulgauit
Cantiones prophanas & Sacras, vulgo Moteta vocant, 4. 5. 6. 8. vocum, Antuerpiæ, Venetijs, & Ingolſtadij impreſſ.
Effigiem eius ſculpram dedêre Sadelerij, hoc verſiculo:

Cernimus excelſum mente, arte & nomine MONTEM,
Quo Muſa Charites conſtituere domum.

Eius ſymbolum, ABSQVE LABORE NIHIL.

PHILIPPVS NIGRIVS I. V. Doctor, Morinus, Boloniæ natus. Bruxellis in D. Gudulæ Decanus, Cancellarius Ordinis Aurei Velleris. Primus Antuerpienſium nominatus Epiſcopus, in eiuſque præmaturè mortui locum *Franciſcus Sonnius* ſuffectus.
Obdormiuit in Chriſto, anno à plenitudine temporis CIƆ. IƆ. LXII. & ſepultus in *D. Gudulæ*, hoc Epitaphio:

CAN-

Candida de nigris. *Iſaiæ 1.*

Extinctum luget tum plebs, tum Curia NIGRVM,
Conſilium hac eius, altera ſenſit opem.
Si quid erat nigri, famâ amplius omne repoſtum eſt
Hoc iſthac tumulo, cætera candor habet.
Viue precor ſummi candore, PHILIPPE, beatus,
Candida dum fiant, quæ modo nigra iacent.

Obijt anno CIↃ. IↃ. LXII. ſtylo Brabantiæ, IV. Ianuarij.

Scripſit *De exemptione Canonica* lib. Antuerp. fol. 1593.

PHILIPPVS NVMANNVS Bruxellenſis, S.P.Q. Bruxell. à Secretis, vir candidi ingenij, multæque eruditionis & lectionis. Poeta non infelix. Scripſit

Deſcriptionem publicæ gratulationis, Spectaculorum, & ludorum in aduentu Sereniſs. Principis ERNESTI Archiducis Auſtriæ, Bruxellæ editorum, typis Moreti, 1595. fol.

Panegyricum in aduentum Sereniſs. Principis Alberti & Isabellæ *in vrbem Bruxellenſem.* Antuerp. typis eiuſdem 1602. fol.

Poëmata varia ſparſim edita.

Tractatus aliquot Belgicè.

Iuſti Lipsi B. Virginem Hallenſem in vernaculum ſermonem tranſtulit. Bruxellis, typis Rutgeri Velpij, 1607.

Item *Miracula Virginis Deiparæ in Colle acuto.*

Bruxellis vitæ curſum abrupit anno à nato Chriſto, M.D.C.XVII.XX. Feb. & ſepultus ad Minoritas iuxta altare Priuilegiatum.

PHILIPPVS ROVENIVS Dauentrienſis, Archiepiſcopus Philippenſis, ac Vicarius Apoſtolicus per Batauiam. Vir pius & litteratus, Catholicæque religionis ſtrenuus aſſertor. Hæreticorum mendacia animosè contempſit, in eo exultans, quod pro nomine IESV dignus habitus ſit, cum Apoſtolis contumeliam pati. Probè enim nouit, & tacita conſcientia gauiſus eſt ab improbis vituperari, quoniam hoc verò laudari eſt. Scripſit

Tractat. de Miſsionibus, lib. IV. Louanij 8.

Thus cælum penetrans, Belgico idiomate, Bruxellis, typis Pepermanni.

PHILIPPVS RVBENIVS, Ioannis Senatoris Antuerp. F. Coloniæ naſcitur anno gratiæ CIↃ. IↃ. LXXIV V. Kalendas Maias, quem parens, prout ipſe doctiſſimus erat, domi erudijt ad annum ætatis XII. Ætate maturior *Ioannes Richardotus* Præſes ſanctioris Concilij, eum ſibi ab Epiſtolis eſſe voluit, commiſitque filios *Guilielmum & Antonium*, cum quibus poſtea in contubernium IVSTI LIPSI. Magnus Etruriæ Dux Piſas euocauit, vt bonas literas de ſuperiori loco profiteri vellet. At S.P.Q. Antuerp. famâ viri impulſus Roma euocauit, vt illi eſſet à ſecretis. Româ Antuerpiam venit, & *Ioanni Bochio* viro ſolidè in vtraque lingua docto ſuccenturiatur, anno CIↃ. IↃC. IX. XIX. Kalend. Februarij. Quantus autem ille fuit, qualisque ſi vixiſ-

ſet,

ſet, futurus erat, diſce Lector, à magno LIPSIO, cuius hoc eſt de eo ampliſſ. encomium:

OMNIS ORDO,
QVISQVIS HÆC LEGES.

Ex fide & vero ſcies ſcripta. PHILIPPVM RVBENIVM *domo Antuerpiâ, annos P.M. quatuor in domo & contubernio meo egiſſe, menſæ participem, ſermonis & diſciplinæ. Probitatem à natura & modeſtiam attuliſſe, item ſemina aliqua doctrinæ, quæ immane quantum in ſpatio illo breui auxit: Latinâ & Græcâ Litteraturâ promptus, vtrauis oratione ſiue ſcriptione diſertus, ſolutâ & nexâ. Hiſtorias & antiquitatem addidit, & quicquid boni bonitate & celeritate ingenij hauſit, iudicio direxit. Adeò ſuprà rem nihil adſtruo, vt pro re non dicam. vis fidem? experire, & ſub modeſtia illo velo, ſed paulatim, retege quæ dixi, & quæ non dixi. O vos, quibus VIRTVS & HONOR cara, carum hunc habete; producite, applaudite: ita vtraque illa vos reſpiciant, & hunc Fortuna, quæ pro meritis nondum riſit. Scripſi & ſignaui*

IVSTVS LIPSIVS Profeſſor & Hiſtoriographus Regius. Louanij xv. Kal. Oct. x, Iↄc. I.

Scripſit *Electorum lib. II.* Antuerp. typis Moreti.
Poemata varia ad Iuſtum Lipſium, Doctorem ſuum, alioſque. Ibidem.
Epiſtolas. B. Aſterij, Amaſeæ Epiſcopi Homilias ex Græco Latinas fecit.

Deceſſit Antuerpiæ ipſo *S. Auguſtini* feſto, me præſente (erat enim familiariſſimus. Fratrem reliquit *Petrum Paulum Rubenium*, qui pingendi arte ita excellit, vt ſiue admirabilem inuentionem & varietatem ſpectes, ſiue formandi & delineandi ſcientiam conſideres, ſiue artem in colorando contemplere, eum eſſe illum ſtatuas, quo hac in arte nihil fieri poſſit abſolutius, cum ne fingendi quidem laude careat: cuiuſque tabulæ ad veritatem ita adductæ ſint, vt non ad naturam imitando proximè accedere, ſed naturam ipſam ſpirando, & geſtum agendo exprimere videantur. Vitam *Philippi* deſcripſit *Ioannes Brantius* S.P.Q. Ant. ab Actis, & Senator poſtea: Vxor marito monumentum ex marmore poſuit in æde ſacra *S. Michaelis* Præmonſtrat. Abbatia, cum Epitaphiâ hac inſcriptione:

PHILIPPO RVBENIO I. C.
IOANNIS CIVIS ET SENATORIS ANTVERP. F.
MAGNI LIPSI DISCIPVLO ET ALVMNO,
CVIVS DOCTRINAM PÆNE ASSECVTVS
MODESTIAM FELICITER ADÆQVAVIT:
BRVXELLÆ PRÆSIDI RICHARDOTO
ROMÆ ASCANIO CARDINALI COLVMNÆ
AB EPISTOLIS ET STVDIIS;
S. P. Q. ANTVERPIENSI A SECRETIS,
ABIIT NON OBIIT VIRTVTE ET SCRIPTIS SIBI SVPERSTES
V. KAL. SEPT. ANN. CHRISTI CIↃ. IↃC. XI. ÆTATIS XXXIIX.
MARITO BENE MERENTI MARIA DE MOY
DVM EX ILLO LIBERORVM CLARÆ ET PHILIPPI MATER,
PROPTER ILLIVS EIVSQ. MATRIS
MARIÆ PYPELINCX SEPVLCHRVM

HOC MOERORIS ET AMORIS SVI MONVMENTVM P. C.
BONIS VIATOR, BENE PRECARE MANIBVS,
ET COGITA, PRÆIVIT ILLE, MOX SEQVAR.

PHILIPPVS SVEVEZELIVS, ex agro Brugenſi, Soc. IESV Presbyter, linguæ vtriuſque Græcæ ac Latinæ (quas annos plurimos in Societ. docuit) apprimè doctus. Huius intuere pectus, quod, quoties aliquid abditum quæres, tibi theſaurus erit. *Antonium Sanderum* Gandaui diſcipulum habuit, alioſque præclaros, vertit è Græco, acceptam ab *Andrea Schotto* eiuſdem Soc.

Anaſtaſij Synaitæ in Pſalmum VI. Dauidis explanationem. Patrio vero ſermone dedit, ſuppreſſo tamen nomine

Rectam viam ad pietatem.

PHILIPPVS DV TRIEV Hanno, Soc. IESV Doctor, Theologus Duacenſis. Philoſophiam annos plures Duaci cum laude docuit, diſcipulumq; habuit *Valerium Andream* per biennium, vt teſtatur in Bibliotheca ſua Belgica.

Edidit Duaci *Manuductionem ad Logicam*. 1614. 1616. typis Belleri 8.

PHILIPPVS VEVSELIVS Bruxellenſis, Brabantiæ Cancellarius, vir eruditionis non contemnendæ, Scripſit

Epiſtolam ad nouæ religionis ſectatores, in qua peruerſæ Miniſtrorum fraudes explicantur, typis Guilielmi Syluij, 1567. 8.

PHILIPPVS WANNEMAKERVS Gandenſis, Dominicanus, mihi amiciſſimus, SS. Theologiæ Lector. Vir omnibus præſtantioribus animi dotibus, omnibus virtutibus præditus, & multiplici doctrinæ varietate inſtructus.

Scripſit *Triumphum Litteratorum*, in quo Bortomeianæ virtutis imago. Mediolani. 1611. 8.

Conſolationem in funere nobilis Matronæ IVSTAE VRIENTIAE MAXAEMILIANI. F. Louanij, 1614. Typis Flauij.

Orationem de optimo Reipub. Rectore eligendo. Ipris, typis Frãciſci Belletti. *1623.*

Orationem de Sanctitate D Thomæ Aquinatis, Angelici Doctoris. Ibid. 1620.

Meditatur *Admiranda Matris Virginis ſacratiſſ. Roſarij.* Item

Apologiam pro Fratre Hieronymo Sananarola, Florentiæ exuſto, tempore Alexandri VI. Pont. Max.

PHILIPPVS WIELANDVS I.C. Eques, veteri & nobili Gandaui familia natus, eam laudem conſecutus eſt, quam C. *Plinius* eximiam exiſtimat: beatos quippe facit, quibus DEORVM munere datum eſt, vel facere ſcribenda, vel ſcribere legenda, & beatiſſimos, quibus vtrumque. Horum in numero hic noſter eſt, qui varijs functus Magiſtratibus, in ijs multa fecit digniſſima, quæ in Commentarios relata, cum æternitate coniungantur. Conſiliarij dignitatem in Cõcilio Flandriæ geſſit, deinde aſſumptus ad magnum Concilium ſiue Parlamentum Machliniæ, quam dignitatem adminiſtrauit ſumma cum laude & gloria ad vltimum vſque vitæ finem, qui fuit annus M. D. XIX. Scripſit

Practicam Ciuilem, ab Antonio Sexagio I. V. L. recognitam.

De Iure Feudorum Flandriæ, vernaculo idiomate.

Conſuetudines Generales Flandriæ in iuſtos Titt. & Claſſes redegit.

Hiſtoriam Brabantiæ & Flandriæ ac Cameracenſium Epiſcop. M.S. ſe vidiſſe penes *Guido-*

Guidonem Laurinum ſcribit *Dionyſius Harduynus.* Certum eſt huius tanti viri induſtriam plurimùm profuiſſe, *Meyero, Oudegherſto ac Marchantio,* Rerum Flandricarum Hiſtoricis.

POLYCARPVS DE HERTOGHE vrbem Antuerpienſem natalitiam habuit; nomen illi in Sacro Baptiſmatis Sacramento *Cornelij* inditum fuit, verùm in candidæ militiæ profeſſionis in *Polycarpi,* bono omine mutauit, ingenio ſubtili & facili prædıtus. Literas humaniores egregiè perdidicit, ſed & Philoſophicas diſciplinas Louanij hauſit, eaſdemque Præmonſtratenſi ordini anno M. DC. XIV. adſcriptus, in Antuerpienſi *S. Michaelis* cœnobio publicè cum laude profitetur. Scripſit hactenus ſolutâ oratione

Panegyricos varios, quibus Beatorum ex Præmonſtratenſi ordine natales exornauit, vitamque *S. Norberti* XXXIV. Epigrammatis.

Tragœdiam de vita & Martyrio S. Cornelij.

Comœdiam de conuerſione S. NORBERTI *Premonſt. Patriarchæ.* varijs præterea *Epigrammatis & Anagrammatis Sanctos ex Præmonſtratenſi ordine illuſtrauit.*

Collegit inſuper ex probatiſſimis aliquot Scholaſticis Theologiæ Profeſſoribus *totius Sacræ Theologiæ Compendium,* quod merito *medullam Theologicam* appellaueris.

Affectent alij, tituloſq; & nomina honorum,
Naſcentem voluit te Deus eſſe DVCEM.

Viuit etiamnum vigetque hoc anno ſacro, in Cathedra S. PETRI, ſedente VRBANO VIII.

POMPONIVS ELLAMA, Friſo, vir, teſte *Suffrido Petro,* omnium virtutum ac literarum genere inſtructiſſimus, emendauit, collegit, atque in ordinem redegit opera

Felini Sandai, I.C. Baſilææ, typis Epiſcopij.

Vixit in Germania ad annum M. D. XCII.

PONTVS HEVTERVS *Ioannis F.* ciuitatis Delphēſis Prætoris, naſcitur an. ſalutis M.D.XXXV. x. Kal. Sept. Hiſtoricus, Philoſophus, Theologus, & in Principum ac nobilium virorum familijs atque Genealogijs eruendis ac diſponendis induſtrius. Magna illi familiaritas interceſſit cum *Chriſtophoro Aſſonleuillio,* ex cuius ore & muſæo multa hauſit pro Hiſtoria *Tumultuum Belgicorum,* quæ nondum vidit lucem. Scripſit & edidit

De vetere & nouo Belgio, lib. II. apud Keerbergium 4. Adhæret

De Numiſmatum veterum valore, ac ſui ſeculi in Belgio. De Notis & Spurijs, Ibid.

De Menſuris Longitudinum vett. in faciendis itineribus. Ibid.

De rebus geſtis Ducum ac Comitum vtriuſque Burgundiæ, typis Plantini, lib. VI. cum Genealogijs eiuſdem, 1583. fol.

Rerum Belgicarum lib. XV. Ibid. apud Nutium, 1598. 4.

De vetuſtate & Nobilitate familiæ Habſpurgicæ. Ibidem.

De Orthographia Belgica. typis Plantini, 8.

Hiſtoriolam rythmicam de Martyribus Gorcomienſibus.

Obdormiuit in Domino Trudonopoli, in Eburonibus, ibidem Canonicus, Eccleſiaſticis Sacramentis deuotiſſimè ſuſceptis, ann. reparatæ ſalutis M.DC. II. VIII Id. Aug. *Nicolaus Oudartus* Officialis Machlinienſ. amico Opt. Max. hoc ſcripſit Epitaphium:

HEVTERO tribuunt Batavi cunabula Delphi,
Et ſtudijs CHRISTI *Pieridumq́ dicant.*
Hæreſis extorrem ſedagit, laqueo ante necatum
Tantum non: furias ſic moderante DEO.
Belgica conſcripſit, rigat oſſa CISINDRIA functi,
Diue vbi Sarchinij mœnia TRVDO foues.

POTHO Presbyter Prumienſis, Scripſit
De Statu Domus Dei, lib. v.
De magna domo Sapientiæ, lib. 1. Haganoæ, 1532. 8.
Floruit anno Chriſti, M. C. LII.

PROSPER STELLARTIVS Neruius, Eremita Auguſtinianus, Prior in patria; poſt Hiſpaniam, Galliam & Italiam luſtrauit: Bruxellis Rhetoricam apud ſuos docuit maximo cum fructu. Vir acri iudicio, omnis antiquitatis peritus, vtrauis oratione ſiue ſcriptione diſertus & elegans, quo ob morum ſuauitatem atque peritiam familiariſſimè vſus ſum. Scripſit

Nucleum Hiſtoricum Regulæ magni P. AVGVSTINI, *ad Seruos Dei.* Tornaci, typis Caroli Martini, 1618. 8.

Auguſtonomachiam, id eſt, pro S. AVGVSTINO *& Auguſtinianis Vindicias tutelares, in lib. 11. Diſſertationum diſcretas*, Lugduni in Gallijs, 1613. apud Iac. Rouſſinum.

Parellelos LXXII. Auguſtini Catholici, & Auguſtinomaſtigis hæretici Valerius Andreas Stellartio affingit, verùm ille fœtum hunc ſuum non agnoſcit, ita mihi candidè profeſſus eſt, dum ſimul in Muſæo confabularemur.

De Coronis & Tonſuris paganorum, Iudæorum & Chriſtianorum, lib. III. Duaci, apud Balth. Bellerum, 1625. 8.

Fundamina & Regulas omnium Ordinum Monaſticorum & Militarium, quibus Aſceticæ religionis ſtatus à Chriſto inſtitutus, ad quartum vſque ſeculum producitur, Apud Belleros, 1626. 4.

Rutilij Benzonij Romani Lauretani & Recanatenſis Epiſcopi Diſſertationes & Commentaria in B. Virginis Canticum, Magnificat, Salutationem Angelicam & Pſalmum LXXXVI. correctiora edidit. In fol. typis Belleri 1625.

Moritur Caietæ CIↃ. IↃ. CXXVI. x. Auguſti, dum patriam cogitat.

Naſcantur Veneris Martiſq́ hic & ille ſub aſtro,
Te, munde & nobis Proſpera Stella dedit.

R.

SAnctus RADBODVS, alij RATBODVS, Regis Regia Friſiorum ac Francorum ſtirpe oriundus, auunculum habuit *Gūtarium* Archiepiſcopum Colonienſem, & Præceptorem *Nannonem Staurienſem* Philoſophum: ipſe literatum ac virtutum genere cumulatiſſimè ornatus, & Spiritu Prophetico clarus, Vltraiectinorum Epiſcopus fuit XIV. Scripſit teſte *Suffrido,*

De laudibus S. Martini. De laudibus Amelbergæ Virginis. lib. 1.
De S. VVillibrordo.
De laudibus S. Bonifacij Archiep. Moguntini.

Homi-

Homiliarum & Sermonum, lib. I.
Varios Cantus in honorem Sanctorum.
Officium de Translatione S. Martini, quo Eccleſia hodie vtitur.
Eclogam Eccleſiaſticam de virtutibus S. Lebuini Presb. Extat Tomo VI. apud *Laurentium Surium* Cartuſianum.
Ingreſſus viam vniuerſæ carnis anno à partu Virgineo, D.CCCC.XVII. XV. Kal. Decemb. Indict. V. Verſatur in magno errore magnus ille *Poſſeuinus*, qui anno. DC. VII. vixiſſe ſcribit. Sepultus Dauentriæ in primario vrbis templo, annuis ſacris vſque adhæc noſtra tempora honoratus. Conſule *Ioannem de Beka.*

RADVLPHVS, Abbas S.Trudonis, Ordinis S.Benedicti, Scripſit *Annales cænobij ſui.* Ibidem M.SS.

RADVLPHVS Monachus Villarienſis, in Brabantia, Ordinis Ciſtercienſis, reliquit
Epiſtolam ad Guibertum, Abbatem Gemblacenſem. Louanij M.S. ad Martinum, cum Reſponſo *Guiberti.*

RADVLPHVS A RIVO Bredanus, Brabantus, Decanus Tungrenſis, Hiſtoriographus, Theologus & Poëta. Scripſit
De Canonum Obſeruantia Propoſitiones XXIII. quæ eò ſpectant, vt Canonicam vitam profeſſi, in Canonicis officijs Canones ſeruent, & Canonicos bonos mores.
Martyrologium Carmine.
Calendarium Eccleſiaſticum, Louanij editũ, *Iacobi Pamelij* opera, typis Wellæi.
Hiſtoriam Epiſcoporum Leodicenſium, ab anno CIↃ. CCC. XLVII. *vſque ad annum* M. CCC. LXXXVI. Louanij apud Gerardum Corſelium M.S.
Vixit Romæ, & mortuus CIↃ. CCCC. III. X. April.

RAPHAEL SADELER, vide ÆGIDIVS SADELER.

RATHERIVS, Monachus Lobienſis, cum Abbate ſuo *Hilduino*, in Italiam ad *Hugonem* Regem profectus, Veronæ datus eſt Epiſcopus, Mediolano verò *Hilduinus*. Vide *Sigebertum Gemblacenſem*. Scripſit *Ratherius* in exilio
Agonoſticon, ſiue Praloquiorum lib. VI.
Vitam S. Vrſmari, Abbatis Lobienſis. M. S.
De arte Grammatica, quem librum SPARADORSVM inſcripſit, quod puerorum dorſum à flagris ſeruet.
Phreneſin, eo quod vt phreneticus reijceretur, Inuectiuam contra Leodie.
Perpendiculum & Sirmam.
Synodicam ad Diocæſanos Presbyteros.
Coniecturam vitæ ſuæ. *De prædeſtinatione*, contra ſui temporis hæreticos.
Itinerarium Romanum.
Sermones de Paſchate, Cœna Domini, Aſcenſione & Pentecoſte.
Confeſſionum. lib. I. Apologeticon, quod inſcripſit INEFFICAX.
De Corpore & Sanguine Domini, lib. I.
Chronographiam. M.S. Gemblaci, & alia.

Namurci receſſit, anno à partu Virginis Matris M CCCC.LXXIV. Corpus Lobias delatum, & in Eccleſia *S. Vrſmari* conditum, iuſtorum reſurrectionem præſtolatur.

REGINALDVS DE ALNA Ord. Ciſtercienſis, in Alnenſi Cœnobio, ditionis Leodicenſis, Scripſit

Commentarium in Sapientiam Salomonis, qui vulgo nomine *Roberti Holcot* circumfertur.

REGNERVS BRVITSMA Sneca-Friſo, Medicus ordinarius Machlinienſis, optimus & Philoſophus. Scripſit & euulgauit librum, cui titulus: *Iatricum votum*, in publicæ ſalutis, & Medicinæ ſanctioris tutelam, ad S.P.Q.M. typis Henrici Iaey, 1617. 4.

REGNERVS TEGNAGELIVS, Arnhemius, Gelder, Louanienſis Iuris Profeſſor, vir eruditionis non contemnendæ, pariſque induſtriæ, Scripſit

De Gelliorum Principum ſeu Ducum origine, ſucceſſione & rebus geſtis, vſque ad CAROLVM V. Imp.

Deſcriptionem vrbium præcipuarum, ac locorum, M.SS. Affligemij.

Deceſſit Louanij, anno à partu Virginis Matris clↃ. IↃ. LXXXV. VI. Id. Iulij, & ſepultus in D. Gertrudis.

REGNERVS VITELLIVS, Zirixæus, Zelandus, vir per omnia moderatus, atque excellenter doctus. Scripſit

Deſcriptionem Regionum Belgij, ſiue Germaniæ Inferioris, Lud. Guicciardino Florentino auctore, ex Italica & Gallica Latinam fecit feliciter. Amſtelodami 1612. fol.

REGNERVS de WAEL, Poeta feſtiuus, ſcripſit

Carmen Elegiacum, de Vacca Dordracenſi.

De tribus, qui anſeris auidi in foueam ceciderunt.

De Barta & marito eius per ſtudioſum Pariſienſem deceptis. Lugd. Batauor. 1509. 4. typis Ioannis Seuerini.

REINERVS, cœnobij S. Iacobi Leodicenſis Prior, ab anno M. C. XCVI. vſque ad ad annum M. CC. XXX. Scripſit

Hiſtoriam Leodicenſem, M.S. in Abbatia D. Iacobi.

REINERVS Monachus, Leodici ad S. Laurentium, deſcripſit

Vitam S. VVolbodonis, ibidem M.S.

REGNERVS PRÆDINIVS Friſo, naſcitur in pago *Vinſemo*, qui Gruningâ non longè diſtat. *Prædinius* vocari voluit, quod ruri, & in prædijs natus eſſet. Iactis in patria vtriuſque linguæ fundamentis, Louanium ſe contulit, & Philoſophiæ primùm, deinde etiam maioribus facultatibus operam ſtrenuam impendit. Gruningæ ſcholæ publicæ adminiſtrationem ſuſcepit, quam Spartam ſic ornauit, vt vicinas ſcholas famâ ſuâ longè latèque obſcurauerit. Scripſit

De

De Precatione Chriſtiana lib. III.

De Iure litigandi lib. I.

De Inuocatione Sanctorum lib. I.

Commentarium in Epiſtolam Pauli ad Corinthios priorem.

In Epiſtolam Pauli ad Romanos Annotationes.

Locorum difficilium ad IV. Euangeliſtas breuem Elucidationem.

De excommunicatione Eccleſiaſtica, & alia. Baſileæ, apud Ioannem Oporinum 1563. fol.

Deceſſit Gruningæ, & ſepultus propè templum *S. VValburga*, hoc epitaphio lapidi inſigni inſcriptum:

H. S. E.

REGNERVS PRÆDINIVS
IN CHRISTO IESV MORTVVS,
ANNO SVÆ ÆTATIS LI.
DOMINI VERO M. D. LIX.
DIE XVIII. APRILIS.

REINERVS SNOYVS Batauus, honeſta Goudæ familia natus. Puer non præcocis, ſed rari ingenij & abſconditi fuit. Primùm ita prorſus hebes & alienus à literis, vt nulla quantumuis etiam diligentis præceptoris inſtitutio, torpentis paruuli acumen potuerit excitare. Septennis primas literarum notulas vix perceperat. Factus grandiuſculus, adeò in literis promouit, vt ſuæ ætatis omnes facilè anteiret. Bononiæ Medica Laurea donatus eſt. *Eraſ. Roterod. alterum litterarum Hollandicarum decus* vocat. In patriam reuerſus, cariſſimus fuit *Adolpho* à Burgundia, Verorum in Zelandia Toparchæ. Legatione functus ad *Iacobum* Scotiæ Regem eius nominis IV. aliam quoque confecit ad Chriſtiernum II. Danæ Regem regno pulſum tyrannide. Lucubrationes quæ ab ipſo literis mandatæ, hæ ſunt.

Anti-Lutherus, in quo *Morologum* ac *Orthodoxum*, Platonicorum more introducit loquentes de Fide & operibus, animo medendi vim veſanæ plebis, liberum ex homine arbitrium tollentis, & fidenter aſſeuerantis, ſolam fidem ſufficere ad ſalutem.

Paraphraſis perſpicua in omnes Dauidis Propheta Pſalmos. Coloniæ.

De eſſentia Anima, liber valde eruditus.

De Potentijs Anima lib. I.

De Paſſionibus Anima lib. I. quem non abſoluit.

De Fato.

De ſummo Bono.

Sophologia, nondum quod ſciam reperta, cuius meminit libro Hiſtoriarum ſuarum VII.

De Arte Poëtica.

De arte Alchymiſtica.

Acolaſtus oratione ſolutâ.

Volumina duo ſua Praxis.

Libri de Rebus Batauicis XIII. *ante annos* C. *& pluſculos peculiariter collecti.* Emendati & recogniti operâ ac ſtudio *Iacobi Braſſica*, Francofurti, typis Aubriorum. 1620. fol.

Scrutinium Hiſtoricæ veritatis, ad hos accommodatum per VI. ætates mundi, quatuorque Monarchias.

Laus Deiparæ virginis, carmine Sapphico.

Paræneticon ad Imp. CAROL. V. carmine Elegiaco.

Poemata Sacra, quæ alicubi recenſet *Alardus Amſtelodamus.*

Præparatio ad ſumendam dignè Euchariſtiam.

Concio ſacra De Publicano & Phariſæo in templo orantibus, cùm lectulo æger decumberet.

Exceſſit vitâ Kal. Auguſti, anno Incarnationis Dei CIƆ IƆ. XXXVII. annum agens plus minus ſexageſimum. Conditus Gaudæ in D. Ioannis, *Alardus Amſtelodamus*, hoc illi Epitaphium ſcripſit:

Ecquid in omnigenis naturæ dotibus vſquam eſt,
Ingenij præſes, quidue Minerua parit,
Quod non ingenio SNOYVS ſtudioque frequenti
Prendit, & abſoluit non ſine iudicio?
Quicquid habent nitidi diuina Poëmata cultus,
Exprimit hoc doctus vndique carminibus.
Inſtar apis, varijs ex libris plurima carpſit,
Melleus hinc blando manat ab ore liquor.
Sciuit inurbanum lepido ſeponere dicto,
Pluſquam ciuili præditus ingenio.
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuique,
Et quod Iuſtitiæ eſt, ius dare cuique ſuum.
Omnia Rhetorici tenuit præcepta nitoris,
Aſtrorum motus, commeminitque ſitus.
Nouit Atlantiaci metiri pondus Olympi,
Quæque ſub ambobus tenditur ara polis.
Quicquid ab expertis Medicus aliquando repertum eſt,
In numerato habuit, ſi quis habere poteſt.
Nemo vir hoc Medico fuit experientior vno,
Et plures medicâ nemo leuauit ope.
Quicquid in Hiſtorijs ſacris iuxtaq; profanis
Scriptum eſt, excuſſit, callut, edidicit.
Abdita Scripturæ penetrans myſteria ſacræ,
Obſcurum verbis explicat omne tribus.
Ornandus ſtudijs natus, natuſque iuuandis
Pauperibus, ſummo quos fouet obſequio.
Lætus vti ſemper vixit, ſic lætus obiuit,
Quod bene confidit de bonitate DEI.
Vt cinis & puluis terræque eſt reddita terra,
In cælos redijt ſpiritus, vnde venit.

REMACLVS ARDVENNAS Luxemburgius, Poeta, Scripſit *Palameden & alia Poemata ſacra.* Pariſijs in 4.

REMACLVS FLORENAS, Poeta, dedit *Epigrammatum libb. III.* 1507. 4.

REMACLVS FVSCHIVS Limburgenſis, Canonicus ad S. Paulum Leodiei

Leodici & Medicus, *Gilberti Philareti*, *Limburgi* cognomento apud exteros maximè notus: Vir ſtirpium, eorumque quæ terra ex ſe fundit, ſcientia præſtans, ſcripſit

Methodum curandi morbi Hiſpanici ſiue Gallici per lignum Guayaci decoctum. Pariſijs, typis Wecheli.

Dialogum de Herbarum notitia. Antuerp. typis Nutij, 1544. 8.

De Aquis, Stirpibus & Aromatibus. Venetijs & Lutetiæ.

Vitas illuſtrium Medicorum. Pariſ. 1540. cum *Symphoriani Campeſij Catalogo Neotericorum Medicorum*.

De ſimplicium medicamentorum Delectu Tabellam.

Pharmacaporum omnium quæ in communi ſunt practicantium vſu, Tabulas X. Pariſijs 1541 Venetijs 1542.

Vitæ finem fecit anno à Chriſto nato M. D. LXXXVII. XII. Kal. Ianuarij, ſepultus cum fratre *Gilberto* in *S. Annæ* monialium Haſſelenſium, cœnobio, quod eſt Leodici, inter Paulini Canonicorum collegij ſepta.

REMBERTVS DODONÆVS Medicus Machlinienſis Dionyſij F. naſcitur anno Incarnationis Dei M. D. XVIII. III. kal. Iulias. Nomen eius nunquam moriturum, ob maximam medicæ & Herbariæ cognitionem. De eo hoc fatendum in ſua arte illi pares paucos ſuæ ætate, ſuperiorem neminem vſquam extitiſſe. Duobus max. Impp. commendatus MAXÆMILIANO (*Nicolao Bieſio* vitâ functo) eiuſque filio RVDOLPHO II. ab vtroque in aulam adſcriptus, ac curandæ valetudini præpoſitus fuit. Academiam Lugdunenſem Batauor. Lectionibus ſcriptiſque exornauit donec tandem viuere deſijt (quæ meta laborum) anno gratiæ CIƆ. IƆ. LXXXV. ætatis LXVIII. mortuo hoc epitaphium poſitum eſt:

D. O. M.

REMBERTO DODONÆO MACHLIN.
D. MAXIMILIANI II. ET RVDOLPHI II. IMPP.
MEDICO ET CONSILIARIO,
CVIVS IN RE ASTRON. HERB. MEDIC.
ERVDITIO SCRIPTIS INCLARVIT
QVI IAM SENEX IN ACADEMIA LVGDVNENSI
APVD BATAVOS PVBLICVS
MEDICINÆ PROFESSOR FELICITER OBIIT
AN. M. D. LXXXV. AD VI ID. MART.
ÆTATIS SVÆ LXVIII.
REMBERTVS DODONÆVS F.
M. P.

Scripſit *De Sphæra, ſiue de Aſtronomiæ & Geographiæ principijs*. Antuerp. 1584. 8.

Stirpium Hiſtoriam, Belgicè primùm, & poſtea Latinè, Pemptadibus VI. & XXX. lib. comprehenſam, fol. typis Plantini

Medicinalium Obſeruationum exempla rara & Annotationes.

In Antonij Roninenij eiuſdem argumenti libellum. Coloniæ 1581. 8.

Curationem omnium morborum, quam diſcipulis ſuis dictauit, nondum, quod ſciam, editam.

Hiſto-

Hiſtoriam Florum, odoratarumque Herbarum. Apud Plantinum.

Hiſtoriam Frumentorum, Leguminum, paluſtrium & aquatilium Herbarum, cum Iconibus. Ibid. 1568. 8.

Epiſtolā de Alce animali, Colon. 1581.

Epiſtolam de Zytho & Cereuiſia, ad Balduinum Ronſſæum. vide Miſcellanea Ronſſæi, Epiſtola XXXIX.

Paulum Æginetam à Ioanne Gunterio Latinè conuerſum, ad Græcum textum accuratè contulit ac recenſuit, an. CIϽ. D. XLVI.

REMACLVS MOHYVS, à Rotundo Campo, Eburo, Grammaticus, & Paſtor Geldernaci in Gallo-Brabantia, edidit librum, cui titulus

Vſus Scholaris, in quo Dialogi aliquot & Epiſtolæ pueriles, & Nomenclatura vocabulorum quorundam. Leodici, 1609. 4.

Epiſtolarum ſuaſoriarum libellum, 8.

S. REMBERTVS Friſius, *S. Anſcharij* Bremenſis primi Epiſcopi cognatus, Diſcipulus & Succeſſor, pari zelo flagrauit in propaganda Religione Chriſtiana, ſcripſit teſte Alb. Crantzio.

Epiſtolas plures ad diuerſos. Vnam præcipuè ad virgines de virginitate.

Floruit circa annum Chriſti M. CCC. LXXXIV.

RENATVS HENSÆVS ex Ducatu Iuliæ oriundus, Cartuſianus, primùm ad S. Panthaleonem Benedictinorum amplexus inſtitutum, cùm aliquandò Prioris officium bene & laudabiliter adminiſtraſſet, maiorem adijt Cartuſiam. Edidit

Tyrocinium militiæ ſacræ ac religioſæ in III. partes diſtributum. I. Agit de modo veſperi incumbendi, noctè ac mane ſurgendi, examinandi conſcientiam. Altera, de ratione ſeu diſciplina, qua Religioſus carnem edomare, mores componere, & prauas animi affectiones corrigere ac refrænare queat. III. De vitijs extirpandis. Coloniæ, typis Gualteri, 1609. In Morauia viuebat anno ſalutis M.DC.VIII.

RENERVS BVDELIVS Ruræmondanus, Gelder, I.C. ſcripſit

Tractatum de Moneta & re nummaria.

RENICVS FRESINGA Friſius, Franekerenſis, ſcripſit Belgicè ſeu linguâ populari

Memorias, ſiue Ephemerides rerum per Friſiam, Tranſiſalaniam, & finitimas terras memorabilium, ab anno M D.LXXVI. vſque ad annum M.D.LXXXIV. Dauentriæ 1589. 8. typis Fridzerdi Campenſis.

RHEGINO Abbas Prumienſis, Ord. *S. Benedicti*, in ſilua Arduenna, Scripſit

Chronicon Francorum & Germanorum res geſtas continens, à natali Domini ad annum DCCCC.VIII. Moguntiæ, 1521 fol.

De Doctrina Eccleſiaſtica libri ex SS. Patrum & Conciliorum generalium Decretis. M.SS. Viennæ in Bibliotheca Imp.

RICHARDVS ESIVS Soc. Iesv Clericus, Scripſit
Inſtitutiones Grammaticæ linguæ Lat. & Græcæ.

RICHARDVS HALLVS Canonicus Audomarenſis, S. Theologiæ Doctor, Scripſit
Contra proprietatem Religioſorum.
De Conſcientia in partes V. diuiſa.
Orationes varias.

RICHARDVS A CAPELLA I.C. eximius, Capellæ Toparcha, & Præpoſitus Eccleſiæ B. Mariæ Brugenſis, huic pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt, Scripſit
Tractatum de Reſcriptis.
Moritur anno ab apparitione Chriſti in carne M. CCCC. XLVII. tempore Nicolai V. Pont. Max. à quo impetrauit ſibi ſuiſque ſucceſſoribus Præpoſitis, Collationes omnium Sacellorum eius Eccleſiæ, teſte *Meyero* in Philippo Bono Burgundo.

RICHARDVS POTTELSBERGIVS Gandauenſis, nobili ſtirpe natus, politiarum literarum ac ciuilis diſciplinæ peritiâ clarus, Scripſit
Epicedion in obitum N.V. Ioannis Blaſerij, Equitis Hieroſolymitani, Patritij inter Gandauenſes primarij.
In auſpicatiſſimum aduentum generoſiſſimi Herois Caroli à Burgundia. Item *in deiaculationem pſittaci fiſtulâ tormentariâ, ab eodem Heroe Carolo factam.*
Comœdiam de tribus quæ in orbe fortiſſima, Vino, Rege, Veritate.
Encomiū Gymnaſij Regij eruditioni publicæ nuper Neapoli à Rege Catholico excitati.

ROBERTVS BRITANNVS Atrebas, Profeſſor Eloquentiæ, Burdigalæ, Lutetiæ & Toloſæ, vir multæ lectionis, totus deditus in profliganda barbarie. Scripſit
Encomium Agriculturæ, Pariſijs, typis Wecheli, 1539. 4.
Notas ad Quinctilianum & Quæſtiones Tuſculanas.
Epiſtolarum volumen, ſtylo Ciceroniano. Ibid. 1540. 4.
Orationes II. de Pace & Philoſophia. 1538. apud VVechelium. 8.
De Parſimonia, Ibidem, typis Colinæi.
De optimo Reipub. ſtatu, Ibidem, 1534. apud Wechelium.
Rationem conſcribendarum Epiſtolarum. Pariſijs, 1545.
De puerorum inſtitutione Dialogum. Ibidem.
Ioannes Pitſeus Anglus de Scriptoribus Angliæ plurimum errat dum *Agriculturæ Encomium* adſcribat *Roberto Britanno* Anglo: pari modo qui detrahunt *Roberto Britanno Plutarchi Conſolationem ad vxorem, Vitasq. X. Græciæ Oratorum Latinè reddita*, & adſcribunt noſtro Atrebatenſi.

ROBERTVS CROPETIVS Atrebas Medicus, ſcripſit
Regimen Sanitatis. Pariſijs & Gandaui, typis Dionyſij Ianotij. Malè in Bibliotheca Tigurina ſcribitur Rob. Geopretius.

ROBERTVS DV TRIEZ Inſulenſis,ſcripſit Gallico ſermone *De Impoſturis malignorum ſpirituum.* Cameraci 1563.4.

ROBERTVS FVSANVS Paſtor Eccleſiæ Gilirenſis in diœceſi Namurcenſi,vir eximiâ pietate,dedit
Conciones Catecheticas, Antuerp.typis Gaſp.Belleri,1619.4.

ROBERTVS GAGVINVS, Duaci in Flandria honeſtis parentib. naſcitur. *Ferreolus Locrius* in vico Callona,iuxta Atracum natum ſcribit. Adoleſcens in Nipenſi Morinorum Cœnobio, S. Trinitatis inſtitutum amplectitur. Inde Lutetiam ſtudiorum cauſſa miſſus in *D. Maturini* apud ſodales ſuos perpetuò hæſit. Iuris Pontificij Doctor renunriatus vniuerſis ſodalibus ſuis ſupremus Præfectus datur anno M.CCCC.LXXIII. Sæpe Regum Galliarum nomine in Italia, Germania ac Britannia publicas legationes obijt: LVDOVICO XII. imprimis carus,qui illum ſuæ Bibliothecæ præfecit. Vir certè non in Hiſtoria modò,ſed in Oratoria quoque ac Poetica facultate, omnique politiori literatura egregiè verſatus. Scripſit

Annales Franciæ libb. XII. Latinè & Gallicè. Pariſijs.

Chronicon ſui Ordinis.

De Conceptione Virginis Dei-paræ, aduerſus *Vincentium de Caſtro-nouo*, carmine & prosâ.

De miſerâ hominis conditione.

De arte metricandi, lib. III.

Epiſtolarum lib.

Orationes varias & & Epigrammatum farraginem.

Vertit ex Latina in Gallicam,iuſſu CAROLI VIII. Gall. Regis.

Commentaria Iulij Cæſaris, item *A. Hirtij Panſæ.* Item vertit *Geſta* CAROLI MAGNI *in Gallicum ſermonem.* Item *Ioannis Pici Mirandulani lib. cui titulus*: *Vtile conſilium contra labores & tribulationes.* Pariſijs 1518.

Poema Gallicum, quod in Angliaſcripſit anno CIↃ CCCC. LXXXIX. *cui titulum fecit*: La Royne du bon repos, *ou bien* Le paſſe temps d'oyſiueté.

Viuere deſijt Pariſijs, anno à ſalute generi humano parta M. D. I. XI. kal. Iunias,apud ſuos in D. Maturini ante aram ſummam conditus, & à *Fauſto Andrelino* hiſce verſibus honoratus:

Illuſtris Gallo nituit qui ſplendor in orbe,
Hic ſua ROBERTVS *membra* GAGVINVS *habet*
Si tanto non ſæua viro Libithina pepercit,
Quid ſperent docti cætera turba chori?

De corpore ipſius hoc mirum accepi, cùm aliud proximè ſepulchrum aperiretur anno Chriſti CIↃ.IↃ.L. id totum ferè mirantibus omnibus integrum apparuiſſe: *Iacobum Bourgeſium*, qui tunc erat Pariſijs, caput eius impetraſſe,ac Duacum portaſſe,iſthic in Bibliotheca domus intra cancellos ferreos in parietis cauo,collocaſſe,additis his *BourgesI* verſibus:

Aſpice me quæſo: ROBERTI *carcere mentum*
Hoc tenui, recolas quæ monumenta dedit.

Te ſua ſcripta manent: ſpeculum tibi mortu ad hoc ſunt.
Diſcito, vita breuis, nec tibi certa manet.

ROBERTVS DE LACV, vulgo *vande Poele* Gandenſis I. V. D. Louanij publicus Profeſſor, vir multiplici doctrina clarus, ſcripſit

Illuſtrationes Inſtit. Iuris. Louanij.

Louanij ſcribendi & viuendi finem fecit, anno ab inſtaurata ſalute M. CCCC. LXXXIII. & ſepultus in *S. Martini* monaſterio regul. hoc epitaphio, quod illi inſcripſit *Ludouicus Brunius* Gandenſis Poeta laureatus:

Robore virtutum fortis Robertus *abundans,*
Vt lacus ingenij fontibus irriguis;
Deq. Lacu cognomen habens, in vtroq. paratus
Doctor Iure micans artibus atq. ſale,
Publicus interpres Iuris, florente ſenecta
Raptus morte graui, conditur hoc tumulo.
Vt virtutis erat fautor, virtutis amator.
Quiſquis ades ſupplex dic requieſcat. Amen.

ROBERTVS OBRYSIVS Hermopagita Atrebas, in *D. Magdalena* Atrebati Curio, poſt in primaria æde Canonicus, Theologus, & Poeta diuinique verbi præco non vulgaris, euulgauit

Sacrorum Idylliorum volumen in vtrumque Teſtamentum libb. XII. Duaci, 1587. typis Bogardi.

Hymnorum libb. VII.

Epiſtolarum libb. II.

Cœmiterium, ſiue Comitum Arteſiæ, & virorum illuſtrium Epitaphia. Atrebati, ann. 1562 apud Guilielmum Riuerium.

Liberationem vrbis Atrebatenſis ab oppreſſione factioſorum, verſu heroico, M. D. LXXVIII. typis Belleri. 1590.

Metaphraſin Cantici Canticorum M. S.

Progymnaſmata ad veram Pietatem M. S.

Humano carcere liberatur Atrebati, an. Chriſtianæ ſalutis cIↃ. IↃ. LXXXIV. Prid. kal. Nouemb. atque in *S. Nicaſij* cœmiterio ſepultus, epitaphium hoc ſibi viuens ſcripſit:

Bis plus ſex luſtris protraxi ſæpius ægram
Corpore in affecto per mala multa animam.
Vita labor fuit & ſtudium conſcribere laudes
Cælitibus, magno Cælitumq. patri.
Vixi, morte cado. Vita eſt mea, mors mea Chriſtus,
Vnus honor vni, gloria & vna Deo.

Huic Symbolum : Ne improviso.

ALIVD.

Conditur hoc tumulo, Chriſti *qui rexit ouile*
Obriſius, *rarâ vir pietate cluens.*
Hunc ætas, ſtatus & ſexus gemit omnis ademptum,
Nam cunctis ſtudio profuit ille pari,
Virtutem, ingenium, mores, zelumq́, fidemq́,
Nomine vis vno dicier ? Obriſius.

ROBERTVS SWEERTIVS, Antuerpienſis, Franc. F. Francisci frater, naſcitur anno à Partu Virginis Matris cIↃ. IↃ. LXX. Ipſo feſto S Dominici ſacr. poſt prandium horâ quartâ. In literis humanioribus *Guilielmo Fabio & Ægidio Schondoncho* præceptoribus vſus eſt, ſub quibus ita profecit vt varijs in vrbibus, etiam in Duacenſi vniuerſitate Rhetoricam magno applauſu ſit profeſſus. Theologicas diſciplinas Louanij hauſit, cui I. Lipsivs ita precatus eſt;

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

QVEMADMODVM STELLAE, NON SIBI,
SED HVIC ORBI LVCENT,
NEQVE TELLVS SIBI FOECVNDA
SED MORTALIBVS:
SIC AD ALIOS INGENII NOSTRI LVCEM
PERVENIRE NECESSVM EST.
ID A TE, FACTVM MI SWEERTI,
POESIOS RHETORICESQ. MONITIS
IVVENTVTEM BELGICAM CORTRACI
BRVGIS ET DVACI ERVDIENS:
AT NVNC MAIORVM SCIENTIARVM
IMBRIBVS ADAVCTVS,
AD GRAVIORA DE LOCO ALTIORE
DOCENDI PROVINCIAM
QVO TE DEVS ET GENIVS
TVVS VOCANT, PROFICISCERIS.
AVDE FORTI ANIMO AB ERRONEA
ABDVCTOS VIA
MORTALES COELO INFERRE.
ROBERTO SWEERTIO SCRIPSIT
IVSTVS LIPSIVS,
AC LOVANIO DISCEDENTI BENE
PRECATVS EST.
cIↃ. IↃ. XCVI. XV. KAL. OCTOB.

Annos xv. Sylvæducenſis ciuitatis Plebanum egit. In ea vrbe optimâ ſua conuerſatione, doctisque concionib. ita placuit, vt ſupra fidem fuiſſe videatur.

Quæ

Quæ omnia inuidiæ fomitem dedêre, ac nonnullorum linguas in eum exacuerunt. At verò vrbis Magiſtratus petulantes linguas auctoritate ſuâ coercuit. Eius hoc eſt magnificum de ſuo Plebano elogium:

NOs Magiſtratus & Conſules Ciuitatis Syluaducis, vniuerſis præſentes litteras viſuris, ſeu audituris, Notum facimus & atteſtamur, Quod vener. ac prouidus vir, Dom. ac Mag. Robertus Sweertius *S. T. L. Plebanus Cathedralis Eccleſiæ* S. Ioannis Euangeliſtæ *prædictæ ciuitatis, per annos omnino VI. Ciuitatis huius Plebanus, induſtriam ſuam omnibus ciuibus probauit: Cuius & eruditio, morum ſuauitas, vitaq; innocentia, nomen adeò commendant, vt continuis ſuis ac perdoctis ad populum concionibus, ægrorum quotidianis viſitationibus, ac ſingulari eius agendi modo, omnium ſibi animos merito demeruerit, illorũq; qui indies ex Hollandia Geldriaue, ſeu hæretici, ſeu Catholici ad hanc Syluaducis ciuitatem commeant. Cum itaq; magno dolore noſtro conqueſtus fuerit, ſe quorundam virulentis impeti linguis (vt non rarò ijs accidere ſolet, qui in altiore loco quaſi ſpecula excubant) ac in ſuſpicionẽ aliquam vocari vitæ liberioris, ad officium noſtrum pertinere putauimus, in hac grauiſſima re, ac ciuitatis huius Syluaducenſis honorem concernente, veritati teſtimonium perhibere, Nihil nos vnquam de dicto Plebano noſtro vel leui rumuſculo percepiſſe, quod honori eius poſſit aduerſari, aut famã inquinare, quin potius affirmamus talem eum Paſtorem eſſe, cui par hoc exulcerato & tragico tempore, nec non hæreſibus ſcatente optandus foret. In cuius rei teſtimonium Nos Magiſtratus & Conſules ſupradicti his præſentibus atteſtationis literis ſigillum prædictæ ciuitatis ad Legata ſubimprimi curauimus. Datum Siluaducis, penultimâ die menſis Auguſti, anno M. D. XIV.*

I. vanden Velden.

Enimuero cùm pia exercitia, & ſacer labor maiorem indies ſuauiſſimis moribus Fratri famam pararent, eamque pari paſſu Liuor & Inuidia ſequerentur, illis tandem, quietis amans, cedendum eſſe putauit,

HEVTERO tribuunt Bataui cunabula Delphi,
Et ſtudijs CHRISTI *Pieridumq́ dicant.*
Hæreſis extorrem ſed agit, laqueo ante necatum
Tantum non: furias ſic moderante DEO.
Belgica conſcripſit, rigat oſſa CISINDRIA functi,
Diue vbi Sarchinij mœnia TRVDO foues.

POTHO Presbyter Prumienſis, Scripſit
De Statu Domus Dei, lib.v.
De magna domo Sapientiæ, lib. I. Haganoæ, 1532.8.
Floruit anno Chriſti, M. C.LII.

PROSPER STELLARTIVS Neruius, Eremita Auguſtinianus, Prior in patria; poſt Hiſpaniam, Galliam & Italiam luſtrauit: Bruxellis Rhetoricam apud ſuos docuit maximo cum fructu. Vir acri iudicio, omnis antiquitatis peritus, vtrauis oratione ſiue ſcriptione diſertus & elegans, quo ob morum ſuauitatem atque peritiam familiariſſimè vſus ſum. Scripſit

Nucleum Hiſtoricum Regulæ magni P. AVGVSTINI, *ad Seruos Dei.* Tornaci, typis Caroli Martini, 1618.8.

Auguſtonomachiam, id eſt, pro S. AVGVSTINO *& Auguſtinianis Vindicias tutelares, in lib. II. Diſſertationum diſcretas*, Lugduni in Gallijs, 1613. apud Iac. Rouſſinum.

Parellelos LXXII. Auguſtini Catholici, & Auguſtinomaſtigis hæretici Valerius Andreas Stellartio affingit, verùm ille fœtum hunc ſuum non agnoſcit, ita mihi candidè profeſſus eſt, dum ſimul in Muſæo confabularemur.

De Coronis & Tonſuris paganorum, Iudæorum & Chriſtianorum, lib. III. Duaci, apud Balth. Bellerum, 1625. 8.

Fundamina & Regulas omnium Ordinum Monaſticorum & Militarium, quibus Aſcetica religionis ſtatus à Chriſto inſtitutus, ad quartum vſque ſeculum producitur, Apud Belleros, 1626.4.

Rutilij Beuzonij Romani Lauretani & Recanatenſis Epiſcopi Diſſertationes & Commentaria in B. Virginis Canticum, Magnificat, Salutationem Angelicam & Pſalmum LXXXVI. correctiora edidit. In fol. typis Belleri 1625.

Moritur Caietæ cIↃ. IↃ. CXXVI. x. Auguſti, dum patriam cogitat.

Naſcantur Veneris Martisq́ hic & ille ſub aſtro,
Te, mundo & nobis Proſpera Stella dedit.

R.

SANctus RADBODVS, alij RATBODVS, Regis Regia Friſiorum ac Francorum ſtirpe oriundus, auunculum habuit *Gũtarium* Archiepiſcopum Colonienſem, & Præceprorem *Nannonem Staurienſem* Philoſophum: ipſe literarum ac virtutum genere cumulatiſſimè ornatus, & Spiritu Prophetico clarus, Vltraiectinorum Epiſcopus fuit XIV. Scripſit teſte *Suffrido*,
De laudibus S. Martini. De laudibus Amelbergæ Virginis. lib. I.
De S. VVillibrordo.
De laudibus S. Bonifacij Archiep. Moguntini.

Homi-

Digitized by Google

Homiliarum & Sermonum, lib. I.

Varios Cantus in honorem Sanctorum.

Officium de Translatione S. Martini, quo Eccleſia hodie vtitur.

Eclogam Eccleſiaſticam de virtutibus S. Lebuini Presb. Extat Tomo VI. apud *Laurentium Surium* Cartuſianum,

Ingreſſus viam vniuerſæ carnis anno à partu Virgineo, D.CCCC.XVII. XV. Kal. Decemb. Indict. V. Verſatur in magno errore magnus ille *Poſſeuinus*, qui anno. DC. VII. vixiſſe ſcribit. Sepultus Dauentriæ in primario vrbis templo, annuis ſacris vſque adhæc noſtra tempora honoratus. Conſule *Ioannem de Beka*.

RADVLPHVS, Abbas S. Trudonis, Ordinis S. Benedicti, Scripſit *Annales cœnobij ſui*. Ibidem M.SS.

RADVLPHVS Monachus Villarienſis, in Brabantia, Ordinis Ciſtercienſis, reliquit

Epiſtolam ad Guibertum, Abbatem Gemblacenſem. Louanij M.S. ad Martinum, cum Reſponſo *Guiberti*.

RADVLPHVS A RIVO Bredanus, Brabantus, Decanus Tungrenſis, Hiſtoriographus, Theologus & Poëta. Scripſit

De Canonum Obſeruantia Propoſitiones XXIII. quæ eò ſpectant, vt Canonicam vitam profeſſi, in Canonicis officijs Canones ſeruent, & Canonicos bonos mores.

Martyrologium Carmine.

Calendarium Eccleſiaſticum, Louanij editū, *Iacobi Pamelij* opera, typis Wellæi.

Hiſtoriam Epiſcoporum Leodicenſium, ab anno CIↃ. CCC. XLVII. *vſque ad annum* M. CCC. LXXXVI. Louanij apud Gerardum Corſelium M.S.

Vixit Romæ, & mortuus CIↃ. CCCC. III. X. April.

RAPHAEL SADELER, vide ÆGIDIVS SADELER.

RATHERIVS, Monachus Lobienſis, cum Abbate ſuo *Hilduino*, in Italiam ad *Hugonem* Regem profectus, Veronæ datus eſt Epiſcopus, Mediolano verò *Hilduinus*. Vide *Sigebertum Gemblacenſem*. Scripſit *Ratherius* in exilio

Agonoſticon, ſiue Praloquiorum lib. VI.

Vitam S. Vrſmari, Abbatis Lobienſis. M. S.

De arte Grammatica, quem librum SPARADORSVM inſcripſit, quod puerorum dorſum à flagris ſeruet.

Phreneſin, eo quod vt phreneticus reijceretur, Inuectiuam contra Leodie.

Perpendiculum & Sirmam.

Synodicam ad Diocæſanos Presbyteros.

Coniecturam vitæ ſuæ. *De prædeſtinatione*, contra ſui temporis hæreticos.

Itinerarium Romanum.

Sermones de Paſchate, Cœna Domini, Aſcenſione & Pentecoſte.

Confeſſionum. lib. I. Apologeticon, quod inſcripſit INEFFICAX.

De Corpore & Sanguine Domini, lib. I.

Chronographiam. M.S. Gemblaci, & alia.

Namurci receſſit, anno à partu Virginis Matris M CCCC.LXXIV Corpus Lobias delatum, & in Eccleſia *S. Vrſmari* conditum, iuſtorum reſurrectionem præſtolatur.

REGINALDVS DE ALNA Ord. Ciſtercienſis, in Alnenſi Cœnobio, ditiónis Leodicenſis, Scripſit

Commentarium in Sapientiam Salomonis, qui vulgo nomine *Roberti Holcot* circumfertur.

REGNERVS BRVITSMA Sneca-Friſo, Medicus ordinarius Machlinienſis, optimus & Philoſophus: Scripſit & euulgauit librum, cui titulus:

Iatricum votum, in publicæ ſalutis, & Medicinæ ſanctioris tutelam, ad S.P.Q.M. typis Henrici Iaey, 1617. 4.

REGNERVS TEGNAGELIVS, Arnhemius, Gelder, Louanienſis Iuris Profeſſor, vir eruditionis non contemnendæ, pariſque induſtriæ, Scripſit

De Gelliorum Principum ſeu Ducum origine, ſucceſſione & rebus geſtis, vſque ad CAROLVM V. Imp.

Deſcriptionem vrbium præcipuarum, ac locorum, M.SS. Affligemij.

Deceſſit Louanij, anno à partu Virginis Matris cIↃ. IↃ. LXXXV. VI. Id. Iulij, & ſepultus in D. Gertrudis.

REGNERVS VITELLIVS, Zirixæus, Zelandus, vir per omnia moderatus, atque excellenter doctus. Scripſit

Deſcriptionem Regionum Belgij, ſiue Germaniæ Inferioris, Lud. Guicciardino Florentino auctore, ex Italica & Gallica Latinam fecit feliciter. Amſtelodami 1612. fol.

REGNERVS de WAEL, Poeta feſtiuus, ſcripſit

Carmen Elegiacum, de Vacca Dordracenſi.

De tribus, qui anſeru auidi in foueam ceciderunt.

De Barta & marito eius per ſtudioſum Pariſienſem deceptis. Lugd. Batauor. 1509. 4. typis Ioannis Seuerini.

REINERVS, cœnobij S. Iacobi Leodicenſis Prior, ab anno M. C. XCIV. vſque ad ad annum M. CC. XXX. Scripſit

Hiſtoriam Leodicenſem. M.S. in Abbatia D. Iacobi.

REINERVS Monachus, Leodici ad S. Laurentium, deſcripſit

Vitam S. VVolbodonis, ibidem M.S.

REGNERVS PRÆDINIVS Friſo, naſcitur in pago *Vinſemo*, qui Gruningâ non longè diſtat. *Prædinius* vocari voluit, quod ruri, & in prædijs natus eſſet. Iactis in patria vtriuſque linguæ fundamentis, Louanium ſe contulit, & Philoſophiæ primùm, deinde etiam maioribus facultatibus operam ſtrenuam impendit. Gruningæ ſcholæ publicæ adminiſtrationem ſuſcepit, quam Spartam ſic ornauit, vt vicinas ſcholas famâ ſuâ longè lateque obſcurauerit. Scripſit

De

De Precatione Chriſtiana lib. III.
De Iure litigandi lib. I.
De Inuocatione Sanctorum lib. I.
Commentarium in Epiſtolam Pauli ad Corinthios priorem.
In Epiſtolam Pauli ad Romanos Annotationes.
Locorum difficilium ad IV. Euangeliſtas breuem Elucidationem.
De excommunicatione Eccleſiaſtica, & alia. Baſileæ, apud Ioannem Oporinum 1563. fol.

Deceſſit Gruningæ, & ſepultus propè templum *S. VValburgæ*, hoc epitaphio lapidi inſigni inſcriptum:

H. S. E.

REGNERVS PRÆDINIVS
IN CHRISTO IESV MORTVVS,
ANNO SVÆ ÆTATIS LI.
DOMINI VERO M. D. LIX.
DIE XVIII. APRILIS.

REINERVS SNOYVS Batauus, honeſta Goudæ familia natus. Puer non præcocis, ſed rari ingenij & abſconditi fuit. Primùm ita prorſus hebes & alienus à literis, vt nulla quantumuis etiam diligentis præceptoris inſtitutio, torpentis paruuli acumen potuerit excitare. Septennis primas literarum notulas vix perceperat. Factus grandiuſculus, adeò in literis promouit, vt ſuæ ætatis omnes facilè anteiret. Bononiæ Medica Laurea donatus eſt. *Eraſ. Roterod.* *alterum litterarum Hollandicarum decus* vocat. In patriam reuerſus, cariſſimus fuit *Adolpho* à Burgundia, Verorum in Zelandia Toparchæ. Legatione functus ad *Iacobum* Scotiæ Regem eius nominis IV. aliam quoque confecit ad Chriſtiernum II. Danæ Regem regno pulſum tyrannide. Lucubrationes quæ ab ipſo literis mandatæ, hæ ſunt.

Anti-Lutherus, in quo *Morologum* ac *Orthodoxum*, Platonicorum more introducit loquentes de Fide & operibus, animo medendi vim veſanæ plebis, liberum ex homine arbitrium tollentis, & fidenter aſſeuerantis, ſolam fidem ſufficere ad ſalutem.
Paraphraſis perſpicua in omnes Dauidis Prophetæ Pſalmos. Coloniæ.
De eſſentia Animæ, liber valde eruditus.
De Potentijs Animæ lib. I.
De Paſſionibus Animæ lib. I. quem non abſoluit.
De Fato.
De ſummo Bono.
Sophologia, nondum quod ſciam reperta, cuius meminit libro Hiſtoriarum ſuarum VII.
De Arte Poëtica.
De arte Alchymiſtica.
Acolaſtus oratione ſolutâ.
Volumina duo ſuæ Praxis.
Libri de Rebus Batauicis XIII. *ante annos* C. *& pluſculos peculiariter collecti.* Emendati & recogniti operâ ac ſtudio *Iacobi Braſſicæ*, Francofurti, typis Aubriorum. 1620. fol.

Scrutinium Hiſtoricæ veritatis, ad hos accommodatum per VI. ætates mundi, quatuorque Monarchias.

Laus Deiparæ virginis, carmine Sapphico.

Paraneticon ad Imp. CAROL. V. carmine Elegiaco.

Poemata Sacra, quæ alicubi recenſet *Alardus Amſtelodamus*.

Præparatio ad ſumendam dignè Euchariſtiam.

Concio ſacra De Publicano & Phariſæo in templo orantibus, cùm lectulo æger decumberet.

Exceſſit vitâ Kal. Auguſti, anno Incarnationis Dei CIƆ IƆ. XXXVII. annum agens plus minus ſexageſimum. Conditus Gaudæ in D. Ioannis, *Alardus Amſtelodamus*, hoc illi Epitaphium ſcripſit:

Ecquid in omnigenis naturæ dotibus vſquam eſt,
Ingenij præſes, quidue Minerua parit,
Quod non ingenio SNOYVS ſtudioque frequenti
Prendit, & abſoluit non ſine iudicio?
Quicquid habent nitidi diuina Poëmata cultus,
Exprimit hoc doctus vndique carminibus.
Inſtar apis, varijs ex libris plurima carpſit,
Melleus hinc blando manat ab ore liquor.
Sciuit inurbanum lepido ſeponere dicto,
Pluſquam ciuili præditus ingenio.
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuique,
Et quod Iuſtitiæ eſt, ius dare cuique ſuum.
Omnia Rhetorici tenuit præcepta nitoris,
Aſtrorum motus, commeminitque ſitus.
Nouit Atlantiaci metiri pondus Olympi,
Quaque ſub ambobus tenditur ara polis.
Quicquid ab expertis Medicus aliquando repertum eſt,
In numerato habuit, ſi quis habere poteſt.
Nemo vir hoc Medico fuit experientior vno,
Et plures medicâ nemo leuauit ope.
Quicquid in Hiſtorijs ſacris iuxtaq́ profanis
Scriptum eſt, excuſſit, calluit, edidicit.
Abdita Scripturæ penetrans myſteria ſacræ,
Obſcurum verbis explicat omne tribus.
Ornandis ſtudijs natus, natuſque iuuandis
Pauperibus, ſummo quos fouet obſequio.
Lætus vti ſemper vixit, ſic lætus obiuit,
Quod bene confidit de bonitate DEI.
Vt cinis & puluis terræque eſt reddita terra,
In cælos redijt ſpiritus, vnde venit.

REMACLVS ARDVENNAS Luxemburgius, Poeta, Scripſit *Palameden & alia Poemata ſacra.* Pariſijs in 4.

REMACLVS FLORENAS, Poeta, dedit *Epigrammatum libb. III.* 1507. 4.

REMACLVS FVSCHIVS Limburgenſis, Canonicus ad S. Paulum Leodici

Leodici & Medicus, *Gilberti Philareti*, *Limburgi* cognomento apud exteros maximè notus: Vir ſtirpium, eorumque quæ terra ex ſe fundit, ſcientia præſtans, ſcripſit

Methodum curandi morbi Hiſpanici ſiue Gallici per lignum Guayaci decoctum. Pariſijs, typis Wecheli.

Dialogum de Herbarum notitia. Antuerp. typis Nutij, 1544. 8.

De Aquis, Stirpibus & Aromatibus. Venetijs & Lutetiæ.

Vitas illuſtrium Medicorum. Pariſ. 1540. cum *Symphoriani Campeſij Catalogo Neotericorum Medicorum.*

De ſimplicium medicamentorum Delectu Tabellam.

Pharmacaporum omnium quæ in communi ſunt practicantium vſu, Tabulas X. Pariſijs 1541 Venetijs 1542.

Vitæ finem fecit anno à Chriſto nato M. D. LXXXVII. XII. Kal. Ianuarij, ſepultus cum fratre *Gilberto* in *S. Annæ* monialium Haſſelenſium, cœnobio, quod eſt Leodici, inter Paulini Canonicorum collegij ſepta.

REMBERTVS DODONÆVS Medicus Machlinienſis Dionyſij F. naſcitur anno Incarnationis Dei M. D. XVIII. III. kal. Iulias. Nomen eius nunquam moriturum, ob maximam medicæ & Herbariæ cognitionem. De eo hoc fatendum in ſua arte illi pares paucos ſuæ ætate, ſuperiorem neminem vſquam extitiſſe. Duobus max. Impp. commendatus MAXÆMILIANO (*Nicolao Bieſio* vitâ functo) eiuſque filio RVDOLPHO II. ab vtroque in aulam adſcriptus, ac curandæ valetudini præpoſitus fuit. Academiam Lugdunenſem Batauor. Lectionibus ſcriptiſque exornauit donec tandem viuere deſijt (quæ meta laborum) anno gratiæ CIƆ. IƆ. LXXXV. ætatis LXVIII. mortuo hoc epitaphium poſitum eſt:

D. O. M.

REMBERTO DODONÆO MACHLIN.
D. MAXIMILIANI II. ET RVDOLPHI II. IMPP.
MEDICO ET CONSILIARIO,
CVIVS IN RE ASTRON. HERB. MEDIC.
ERVDITIO SCRIPTIS INCLARVIT
QVI IAM SENEX IN ACADEMIA LVGDVNENSI
APVD BATAVOS PVBLICVS
MEDICINÆ PROFESSOR FELICITER OBIIT
AN. M. D. LXXXV. AD VI ID. MART.
ÆTATIS SVÆ LXVIII.
REMBERTVS DODONÆVS F.
M. P.

Scripſit *De Sphæra ſiue de Aſtronomiæ & Geographiæ principijs.* Antuerp. 1584. 8.

Stirpium Hiſtoriam, Belgicè primùm, & poſtea Latinè, Pemptadibus VI. & XXX. lib. comprehenſam, fol. typis Plantini

Medicinalium Obſeruationum exempla rara & Annotationes.

In Antonij Beninenij eiuſdem argumenti libellum. Coloniæ 1581. 8.

Curationem omnium morborum, quam diſcipulis ſuis dictauit, nondum, quod ſciam, editam.

Hiſto-

Hiſtoriam Florum, odoratarumque Herbarum. Apud Plantinum.

Hiſtoriam Frumentorum, Leguminum, paluſtrium & aquatilium Herbarum, cum Iconibus. Ibid. 1568. 8.

Epiſtolā de Alce animali, Colon. 1581.

Epiſtolam de Zytho & Cereuiſia, ad Balduinum Ronſſaum. vide Miſcellanea *Ronſſei*, Epiſtola XXXIX.

Paulum Æginetam à Ioanne Gunterio Latinè conuerſum, ad Græcum textum accuratè contulit ac recenſuit, an. CIↃ. D. XLVI.

REMACLVS MOHYVS, a Rotundo Campo, Eburo, Grammaticus, & Paſtor Geldernaci in Gallo-Brabantia, edidit librum, cui titulus

Vſus Scholaris, in quo Dialogi aliquot & Epiſtolæ pueriles, & Nomenclatura vocabulorum quorundam Leodici, 1609. 4.

Epiſtolarum ſuaſoriarum libellum, 8.

S. REMBERTVS Friſius, *S. Anſcharij* Bremenſis primi Epiſcopi cognatus, Diſcipulus & Succeſſor, pari zelo flagrauit in propaganda Religione Chriſtiana, ſcripſit teſte Alb. Crantzio.

Epiſtolas plures ad diuerſos. Vnam præcipuè ad virgines de virginitate.

Floruit circa annum Chriſti M. CCC. LXXXIV.

RENATVS HENSÆVS ex Ducatu Iuliæ oriundus, Cartuſianus, primum ad S. Panthaleonem Benedictinorum amplexus inſtitutum, cùm aliquādò Prioris officium bene & laudabiliter adminiſtraſſet, maiorem adijt Cartuſiam. Edidit

Tyrocinium militiæ ſacræ ac religioſæ in III. partes diſtributum. I. Agit de modo veſperi incumbendi, noctè ac manè ſurgendi, examinandi conſcientiam. Altera, de ratione ſeu diſciplina, qua Religioſus carnem edomare, mores componere, & prauas animi affectiones corrigere ac refrænare queat. III. De vitijs extirpandis. Coloniæ, typis Gualteri, 1609. In Morauia viuebat anno ſalutis M.DC. VIII.

RENERVS BVDELIVS Ruræmondanus, Gelder, I.C. ſcripſit

Tractatum de Moneta & re nummaria.

RENICVS FRESINGA Friſius, Franekerenſis, ſcripſit Belgicè ſeu linguâ populari

Memorias, ſiue Ephemerides rerum per Friſiam, Tranſiſalaniam, & finitimas terras memorabilium, ab anno M D.LXXVI. vſque ad annum M.D.LXXXIV. Dauentriæ 1589. 8. typis Fridzerdi Campenſis.

RHEGINO Abbas Prumienſis, Ord. *S. Benedicti*, in ſilua Arduenna, Scripſit

Chronicon Francorum & Germanorum res geſtas continens, à natali Domini ad annum DCCCC.VIII. Moguntiæ, 1521. fol.

De Doctrina Eccleſiaſtica libri ex SS. Patrum & Conciliorum generalium Decretis. M.SS. Viennæ in Bibliotheca Imp.

RICHARDVS ESIVS Soc. IESV. Clericus, Scripſit
Inſtitutiones Grammaticæ linguæ Lat. & Græcæ.

RICHARDVS HALLVS Canonicus Audomarenſis, S. Theologiæ Doctor, Scripſit
Contra proprietatem Religioſorum.
De Conſcientia in partes V. diuiſa.
Orationes varias.

RICHARDVS A CAPELLA I.C. eximius, Capellæ Toparcha, & Præpoſitus Eccleſiæ B. Mariæ Brugenſis, huic pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt, Scripſit
Tractatum de Reſcriptis.
Moritur anno ab apparitione Chriſti in carne M. CCCC. XLVII. tempore NICOLAI V. Pont. Max. à quo impetrauit ſibi ſuiſque ſucceſſoribus Præpoſitis, Collationes omnium Sacellorum eius Eccleſiæ, teſte *Meyero* in Philippo Bono Burgundo.

RICHARDVS POTTELSBERGIVS Gandauenſis, nobili ſtirpe natus, politiarum literarum ac ciuilis diſciplinæ peritiâ clarus, Scripſit
Epicedion in obitum N.V. Ioannis Blaſerij, Equitis Hieroſolymitani, Patritij inter Gandauenſes primarij.
In auſpicatiſſimum aduentum generoſiſſimi Herois Caroli à Burgundia. Item *in deiaculationem pſittaci fiſtulâ tormentariâ, ab eodem Heroe Carolo factam.*
Comœdiam de tribus quæ in orbe fortiſſima, Vino, Rege, Veritate.
Encomiō Gymnaſij Regij eruditioni publicæ nuper Neapoli à Rege Catholico excitati.

ROBERTVS BRITANNVS Atrebas, Profeſſor Eloquentiæ, Burdigalæ, Lutetiæ & Toloſæ, vir multæ lectionis, totus deditus in profliganda barbarie. Scripſit
Encomium Agriculturæ, Pariſijs, typis Wecheli, 1539. 4.
Notas ad Quinctilianum & Quæſtiones Tuſculanas.
Epiſtolarum volumen, ſtylo Ciceroniano. Ibid. 1540. 4.
Orationes II. de Pace & Philoſophia. 1538. apud VVechelium. 8.
De Parſimonia, Ibidem, typis Colinæi.
De optimo Reipub. ſtatu, Ibidem, 1534. apud Wechelium.
Rationem conſcribendarum Epiſtolarum. Pariſijs, 1545.
De puerorum inſtitutione Dialogum. Ibidem.
Ioannes Pitſeus Anglus de Scriptoribus Angliæ plurimum errat dum *Agriculturæ Encomium* adſcribat *Roberto Britanno* Anglo: pari modo qui detrahunt *Roberto Britanno Plutarchi Conſolationem ad vxorem*, *Vitasq. X. Græciæ Oratorum Latinè reddita*, & adſcribunt noſtro Atrebatenſi.

ROBERTVS CROPETIVS Atrebas Medicus, ſcripſit
Regimen Sanitatis. Pariſijs & Gandaui, typis Dionyſij Ianotij. Malè in Bibliotheca Tigurina ſcribitur Rob. Geopretius.

Te ſua ſcripta manent: ſpeculum tibi mortu ad hoc ſunt.
Diſcito, vita breuis, nec tibi certa manet.

ROBERTVS DE LAÇV, vulgò *vande Poele* Gandenſis I. V. D. Louanij publicus Profeſſor, vir multiplici doctrina clarus, ſcripſit
Illuſtrationes Inſtit. Iuris. Louanij.
Louanij ſcribendi & viuendi finem fecit, anno ab inſtaurata ſalute M. CCCC. LXXXIII. & ſepultus in *S. Martini* monaſterio regul. hoc epitaphio, quod illi inſcripſit *Ludouicus Brunius* Gandenſis Poeta laureatus:

Robore virtutum fortis Robertus *abundans,*
Vt lacus ingenij fontibus irriguis;
Deq́; Lacu cognomen habens, in vtroq́; paratus
Doctor Iure micans artibus atq́; ſale,
Publicus interpres Iuris; florente ſenecta
Raptus morte graui, conditur hoc tumulo.
Vt virtutis erat fautor, virtutis amator.
Quiſquis ades ſupplex dic requieſcat. Amen.

ROBERTVS OBRYSIVS Hermopagita Atrebas, in *D. Magdalenæ* Atrebati Curio, poſt in primaria æde Canonicus, Theologus, & Poeta diuinique verbi præco non vulgaris, euulgauit
Sacrorum Idylliorum volumen in vtrumque Teſtamentum libb. XII. Duaci, 1587. typis Bogardi.
Hymnorum libb. VII.
Epiſtolarum libb. II.
Cæmiterium, ſiue Comitum Arteſiæ, & virorum illuſtrium Epitaphia. Atrebati, ann. 1562 apud Guilielmum Riuerium.
Liberationem vrbis Atrebatenſis ab oppreſſione factioſorum, verſu heroico, M. D. LXXVIII. typis Belleri. 1590.
Metaphraſin Cantici Canticorum M. S.
Progymnaſmata ad veram Pietatem M. S.
Humano carcere liberatur Atrebati, an. Chriſtianæ ſalutis CIƆ. IƆ. LXXXIV. Prid. kal. Nouemb. atque in *S. Nicaſij* cœmiterio ſepultus, epitaphium hoc ſibi viuens ſcripſit:

Bis plus ſex luſtris protraxi ſæpius ægram
Corpore in affectó per mala multa animam.
Vita labor fuit & ſtudium conſcribere laudes
Cælitibus, magno Cælituumq́; patri.
Vixi, morte cado. Vita eſt mea, mors mea Chriſtus,
Vnus honor vni, gloria & vna Deo.

Quæ omnia inuidiæ fomilem dedêre, ac nonnullorum linguas in eum exacuerunt. At verò vrbis Magiſtratus petulantes linguas auctoritate ſuâ coercuit. Eius hoc eſt magnificum de ſuo Plebano elogium:

NOs Magiſtratus & Conſules Ciuitatis Syluaducis, vniuerſis præſentes litteras viſuris, ſeu audituris, Notum facimus & atteſtamur, Quod vener. ac prouidus vir, Dom. ac Mag. Robertus Sweertius *S. T. L. Plebanus Cathedralis Eccleſiæ* S. Ioannis Euangeliſtæ *prædictæ ciuitatis, per annos omnino VI. Ciuitatis huius Plebanus, induſtriam ſuam omnibus ciuibus probauit: Cuius & eruditio, morum ſuauitas, vitaq́ innocentia, nomen adeò commendant, vt continuis ſuis ac perdoctis ad populum concionibus, ægrorum quotidianis viſitationibus, ac ſingulari eius agendi modo, omnium ſibi animos meritò demeruerit, illorũq́ qui indies ex Hollandia Geldriaue, ſeu hæretici, ſeu Catholici ad hanc Syluaducis ciuitatem commeant. Cum itaq́ magno dolore noſtro conqueſtus fuerit, ſe quorundam virulentis impeti linguis (vt non rarò ijs accidere ſolet, qui in altiore loco quaſi ſpecula excubant) ac in ſuſpicionẽ aliquam vocari vitæ liberioris, ad officium noſtrum pertinere putauimus, in hac grauiſſima re, ac ciuitatis huius Syluaducenſis honorem concernente, veritati teſtimonium perhibere, Nihil nos vnquam de dicto Plebano noſtro vel leui rumuſculo percepiſſe, quod honori eius poſſit aduerſari, aut famã inquinare, quin potius affirmamus talem eum Paſtorem eſſe, cui par hoc exulcerato & tragico tempore, nec non hæreſibus ſcatente optandus foret. In cuius rei teſtimonium Nos Magiſtratus & Conſules ſupradicti his præſentibus atteſtationis literis ſigillum prædictæ ciuitatis ad Legata ſubimprimi curauimus. Datum Siluaducis, penultimâ die menſis Auguſti, anno M. D. XIV.*

I. vanden Velden.

Enimuero cùm pia exercitia, & ſacer labor maiorem indies ſuauiſſimis moribus Fratri famam pararent, eamque pari paſſu Liuor & Inuidia ſequerentur, illis tandem, quietis amans, cedendum eſſe putauit.

CAROLVM V. *Comœdiam carmine heroico* Gandaui exhibitam anno ſæculari ſacro, ad Introitum Sereniſſim. Principum ALBERTI & ISABELLAE, ac pòſt repetitam in Auſtria coram Imperatore MATTHIA.

Cumulum mendaciorum Franciſci Lansbergij Miniſtri Roterodamenſis. Antuerpiæ typis Verduſſij, Belgicè.

Sermones de Dominicis & Feſtis totius anni M. SS.

Eius Symbolum: ROBVR IN ENSE. Viuit & floret anno Domini M. DC. XXVIII. Turnhouti, Plebanus eiuſdem municipij, omnibus gratus & acceptus.

ROCHVS HONARDIVS Batauus, I. C. & in magno Concilio Senator, ſcripſit *Thamaram Tragœdiam*, Lugd. Batauor. 1611. typis Patij.

Moſen Nomoclaſten, Ibidem.

RODOLPHVS AGRICOLA Groningenſis Friſius, naſcitur circa annum M. CCCC. XLII. Puer Louanij in Gymnaſio Falconenſi Philoſophicis ſtudijs operam poſuit. Guſtatis ibidem Theologiæ rudimentis in Galliam, indeque in Italiam, quo maiorem ingenij cultum caperet, proficiſcitur. Ferrariæ *Theodorum Gazam* hominem Græcum perſtudioſè audiuit. Fuit vir omnino egregius Muſicus, Pictor, cæterarumque artium apprimè ſtudioſus, idemque eruditiſſimus. Inter Græcos græciſſimus, inter Latinos latiniſſimus. In carmine *Maronem* alterum dixiſſes, in Oratione *Angelum Politianum* lepôre referebat, maieſtate ſuperabat. VIRVM DIVINVM vocat *Eraſmus Roterod.* non enim poterat dotes eius plurimas & eximias complecti breuius. *Alexandrum Hegium* diſcipulum habuit. Famæ celebritate abſentibus notus, S. P. Q. Antuerpienſ. & alij certatim honeſto amploque eum ſtipendio ad Scholæ præfecturam inuitarunt. Heidelbergenſem tamen conditionem prætulit, qua in Academia, totaque adeò Germania Græcas literas primus excitauit. Lucubrationes eius hæ ſunt, labore & induſtria *Alardi Amſtelodami* Coloniæ excuſæ apud Gymnicum, anno 1539.

Sunt autem in Tomo I.

De Inuentione Dialectica lib. III. annotationibus illuſtr.
De Vniuerſalibus Quæſtiones aliquot ſingulares.
Scholia in Orationem Ciceronis pro Lege Manilia.

Tomus alter continet.

Aphtonij Sophiſtæ Progymnaſmata, Agricola interprete.
Priſciani Cæſarienſis Praexercitamenta ex *Hermogene*.
Commentariola in aliquot L. Annei Senecæ Declamationes.
Oratio de natiuitate Domini, ſiue immenſa natalis Chriſti lætitia.
Oratio in laudem Philoſophiæ & reliquarum artium, quam habuit Ferrariæ, præſente Hercule Eſtenſi Ferrarienſ. Duce anno M. CCCC. LXXXVI.
Oratio dicta Innocentio VIII. Pontif. Max. habita anno M. CCCC. LXXXV.
Paræneſis Iſocratis ad Demonicum, Rodolpho interprete.

Iſocrates de regno,
Luciani libellus, de non credendis delationibus,
Luciani Micyllus, ſiue Gallus.
Platonis Axiochus, de contemnenda morte
} eodem interprete.

Separatim edita Coloniæ, Baſileæ & Antuerpiæ apud Theodorum Martinum 1511.

De formando ſtudio.

Epitome Hiſtorica. iuſſu Philippi Electoris Palatini.

Epiſtola de Congreſſu Imp. Frederici & Caroli Burgundiæ Ducis, anno M. CCCC. LXXIV. interprete *Agricola* è Gallico.

Epiſtola varia ad Iacobum Barbirianum de re ſcholaſtica Antuerpienſi.

Scholia in Boethium de Conſolatione Philoſophiæ. Coloniæ.

De Vita D. Iudoci, Carmen.

Oratio in laudem Matthiæ Richili, typis Ioannis Soteri, 1529. 8.

Carmina ad Rodolphum Langium & alios.

Epicedion in mortem Comitis Spegelbergij.

Epitaphia in Philippum Nothum Ducis Brabantiæ, cum nonnullis Epigrammatis.

Dionyſii Areopagitæ Opera ex Græco vertit, ſed morte præuentus imperfecta reliquit.

Scripſit præterea

Vitam Franciſci Petrarchæ Poëtæ
Carmen de S. Anna lib. I.
Pſalterium ex Hebraico tranſtulit.
} teſte Trithemio.

Congeſſit quoque plurima vocabula, quæ Germani cum Græcis communia habent.

Obiit Heidelbergæ, ante diem abreptus, anno Incarnationis DEI M. CCCC. LXXXV. XXVIII. Octob. apud Minoritas (ſic enim iuſſerat) habitu illius inſtituti, conditus. *Hermolaus Barbarus* Venetus, apud Cæſarem Legatus tumulum poſuit.

Inuida clauſerunt hoc marmore fata RODOLPHVM
AGRICOLAM, *Friſij ſpemque decuſque ſoli.*
Scilicet hoc vno meruit Germania, laudis
Quidquid habet Latium, Græcia quidquid habet.

VIGILIVS ZVICHEMVS beneuolentiæ in popularem ſuum teſtandæ, hanc epigraphem adiecit.

RODOLPHI AGRICOLAE FRISII MEMORIAE
POSVIT VIGLIVS ZVICHEMVS.
DEPONENTI ANATHEMA,
RELINQVENTI BENEDICTIO.

Gerardus Geldenhaurius vitam deſcripſit. In funere illius perorauit *Ioannes Reuchlinus*, Phorcenſis, Elogia ſcripſere *P. Iouius, Suffridus Petrus, Sigiſmundus Fulginas, Aubertus Miræus,* alijque.

RODOLPHVS AGRICOLA, Iunior, Poëta Laureatus, teſte *Geſnero,*

Geſnero, ſcripſit

Congratulationem ad Sigiſmundum de Eberſteyn Caſ. Maximil. à Conſilÿs, feliciter à Moſchis reuerſum. Cracouiæ, 1518.

RODOLPHVS BATTINGIVS Friſius, Medicus & Mathematicus, ſcripſit

Methodum Aſtrolabij. Pariſijs, 1557. 8.

RODOLPHVS BRVGENSIS Mathematicus,

C L. Ptolemai Planiſpharium è Graco Latinum fecit. Baſileæ, 1536. cum Arato Græco.

RODOLPHVS SNELLIVS: naſcitur anno Chriſti M. D. XLVI. in Hollandiæ vrbe non ignobili, Oudewatera, ad Iſſalam flumen. Vltraiectum mittitur ad eam ſcholam, in qua antea floruerat *Georgius Macropedius*. Vix puerilem ætatem egreſſus, in Germaniam ſe contulit, ac primùm Coloniã, vbi annũ integrũ ſub *Valentino Nabodo* operã Arithmeticæ & Geometriæ nauauit. Linguam Hebræam ſub *Emanuelle Tremellio* didicit. Marpurgi in Haſſia cum magno applauſu iuuentutem docuit. Piſæ ſeſquennium Medicinæ operam dedit, inde Romam adijt *Epitomen* olim *Orbis*. Tandem in natale ſolum remeauit, & in Academiam Lugdunenſem recenter erectam ſe tranſtulit, & continuis XXXIV. annis linguam Hebraicam & Mathematicas diſciplinas interpretatus eſt. Laboribus ſtudiorum fractus, annis grauis, correptus aſthmate diem obijt CIↃ. IↃ. C. XIII. poſtridie Kal. Martij, ætat. ſuæ LXVII. *Guilielmus Coddaus* Oratione funebri laudauit. Scripta eius ſunt:

Commentarius in Dialecticam Petri Rami.
Eiuſdem forma Dialogi conſcripta.
De praxi Logica Tractatus Herbornæ, 1595. 8.
Ethica, methodo Rameâ conſcripta. Ibid. 1597. 8.
Rameum Philoſophia Syntagma. Francof. 1596. 3.
Commentarius in Philippum. Mel. De Anima libellum.
Explicationes in Arithmeticam Rami. Ibid. 1596.
Prælectiones in Geometriam Rami. Ibid. 8.
Partitiones Phyſica.
Annotationes in Ethica, Phyſica & Sphæram Cornelij Valerij.
Commentaria in Rhetoricam Thalai. Lugd. Bat. 1617.
Apollonius Batauus, ſeu Reſuſcitata Apollonij Pergai Geometria. Lugd. Bat. apud Raphelengium, 1607. 4.

RODOLPHVS, Abbas Trudonenſis Ord. Benedict. diœceſis Leodicenſis, natus in pago Monaſterienſi, ad Sabin. Fl. poſt Sanct. Pantaleonis Coloniæ Abbas,

Scripſit

Chronicon Trudonenſe, ibidem M.S.
Contra Simoniacam auaritiam libb. VII.
Poëmata multa & Cantus in laudem Sanctorum; erat enim Muſicus excellens.

Obijt Coloniæ anno gratiæ M. C. XXXVIII.

ROGERIVS DECHTVS monaſterij Viconienſis in Hannonia Ord. Præmonſtratenſis Canonicus Norbertinus eruditione clarus, ſed virtutibus ſplendidior, Scripſit

Sermones plurimos in Synodis & Capitulis à ſe habitos.

Commentarios in Ius Canonicum.

Floruit circa annum Domini M. CCC. LXXXIV.

ROGERVS HANGOVARTIVS Guilielmi frater, Inſulenſis, Imp. CAROLI V. Conſiliarius, & ipſius Rationum Inſulæ Præfectus, longo antea temporis ſpatio eidem ciuitati à conſilijs & Syndicus primus ordinarius & perpetuus, ſolertem operam magnumque impendit laborem, & publicis negotijs per ordinem digeſtis lucem attulit: additis Indicibus, Annotamentis, & Promptuario Iurium ac legũ municipalium, Statutorum, titulorum, priuilegiorum & ſchedarum vrbis, quæ omnia collegit & redegit in ordinem, completis XVII. libris, aſſeruanturque in publica ciuium domo, ad cõſeruationem Iurium, enucleationemq; tum vt ſequentibus annis gerendi Magiſtratus prouinciam minus moleſtam redderet, tùm vt patriæ, ſarta tecta manerent ſua Iura. Homo cùm Iuris ſcripti & conſuetudinarij, tum literarum, & diſciplinarum omnium peritiſſimus, æquitate, fidei, humanitatis perquam ſtudioſus, omniumque bonorum gratia & beneuolentia florens. Eius tale eſt epitaphium:

Quid magnis placuiſſe iuuat? geſſiſſe quid ampla
Munera? & ingenij nomen inane mei?
Cæſareos quondam reditus numerare ſolebam:
Nunc numerant artus terrea monſtra meos.
Nunc bene vix parua RogerI *nomen in vrna*
Cernitur, in magnis qui modò magnus erat.

ROLANDVS BOVCHIER Hannonius vir pius & eruditus. ſcripſit *Vitam B. Simeonis Stockij, Carmelitæ.* Vide Molanum ad Vſuardum.

ROLANDVS MACHLINIENSIS primi nominis Medicus, ſcripſit *De lue Sudorifera,* teſte *Guicciardino* lib. I. Rerum Europæ memorabilium.

ROSIANA COLENERS Teneræmondana, Poëtria, *Annæ Binſanæ* æqualis, cui & nota & amica fuit: quam *Marcus Vaernewyck* publicis ſuis monimentis lib. I Blerg. Antiquit. commendauit. Hæc licet illiterata, imò analphabeta, non tamen amuſa fuit Obijt circa annum Domini CIↃ. IↃ. LX. tumulata in patria ad D. Virginis, teſte *Dauide Lindano.* Eius extant multi Rythmi elegantes.

ROVERVS PONTANVS (hallucinatur Doctor *Valerius Andreas* qui ROOLANDVM vocat) Carmelita Bruxellenſis, S. Theol. Baccal. Vir cui ſuo ſeculo nomen non incelebre dederunt Pietas & Eruditio. Scripſit.

Rerum memorabilium iam inde ab anno Domini M. D. *ad annum fere* LX. *in Repub. Chriſtiana geſtarum* libb. V. cùm diligenti annotatione eorum, quæ *Sleidanus* ex affe-

ex affectu potius,quàm veritatis ſtudio conſcripſiſſe deprehenditur. Coloniæ, 1559. fol. apud Gaſparem Gennepæum.

RVARDVS TAPPERVS, Enchuſanus, Batauus, vir immortali perpetuaque memoria dignus, non de Theologis duntaxat, ſed de Repub. Chriſtiana meritus optimè. Louanij primùm Philoſophicis, dein Theologicis ſtudijs operam poſuit, & ADRIANVM FLORENTIVM, (qui poſt ad Pontificatum euectus eſt,)aſſiduè audiuit. Doctor renuntiatus,& Academiæ Cancellarius & ſummæ ædis Decanus creatur. Ad Synodum Tridentinam miſſus, apud Concilij Præſides & vniuerſos omnium Prouinciar. Antiſtites tanto in honore ac veneratione fuit, vt ſelectus ac honoratior ei locus tribueretur. Tandem ætatis, pietatis ac ſapientiæ faſtigium adeptus Bruxellis, quò eum PHILIPPVS II. Hiſpp. Rex euocarat, apoplectico correptus morbo, vitæ ac moleſtijs finem impoſuit,& in beatorum ſedes euolauit. Supremæ ſuæ voluntatis executores conſtituit *Viglium Zuichemum & Iodocum Tiletanum* Theologum. Bibliothecam libris multis optimiſque inſtructam, maiori Theologorum Collegio moriens reliquit, ibi hæc honori eius poſita extat Inſcriptio:

BIBLIOTHECA D. RVARDI TAPPERI *ab Euchuſia artium Magiſtri, S. Theol. Profeſſoris celeberrimi, Eccleſiæ Collegiatæ D. Petri Louanij annos plus minus XXIV. Decani, nec non & huius Academiæ florentiſſ. Cācellarij quondā digniſſimi. Qui vt in viuis viuâ voce & incomparabili eruditione Theologiæ ſtudioſos ann. XXXIX. inſtruxit: ita mortuus iiſdem hac inſtructiſſima bibliotheca relictâ etiam-num prodeſſe voluit. Vir ſane immortali perpetuaq; memoria dignus, nō de Theologis duntaxat, ſed de Repub. Chriſtiana meritus optimè. Vixit illi non ſuis cōmodis, ſed Eccleſiæ Chriſti: cuius nomine continuis ſe laboribus cōfecit: malorū odijs, multiſq; periculis expoſuit, ſeipſū deniq; curis & moleſtiis exhauſit. Latere ſiquidē non potuit, quātumcumq; dignitates refugerit. Hujus operā atq; induſtriam ſæpe* Carolus V. *Imper. ſæpe Hiſpaniarū Rex* Philippus, *nonnunquā Pontifex ipſe requiſiuit. Huic repurgandæ ab hæreſibus patriæ prouincia demandata. In hac quam ſtrenuè ſe geſſerit, quamque ei cordi res illa fuerit, teſtari poſſunt Eccleſiæ proceres, teſtabuntur dum ſteterit Chriſtiana Religio,* Expoſitiones Articulorum Louanienſium, *vt magno cum labore, ita cum ſingulari, laude & omnium exſpectatione in lucem editæ. Hic edicto Reginæ* Mariæ *harum Regionum inferiorum Moderatricis compulſus, Louanio* Tridentum *accitus, è Belgis facilè primum locum obtinens,*

nens, Concilium non modò plurimùm exornauit, ſed & ſtrenuè promouit. In quo quantum Fidei Catholicæ atq; Orthodoxæ ardorem declararit, nouerunt, qui ei adſtipulati ſunt, ſanctiſſimi doctiſſimiq; Patres Tandē ætatis, Pietatis, ac Sapiētiæ faſtigiū adeptus, verè Chriſto ſponſaq; eius Eccleſiæ eſt immortuus. Nā grauiſſimorū quibus Hiſpaniarū Rex diſtinebatur, negotiorum cauſâ Bruxellam Louanio euocatus, fruſtratis omnium bonorum ſuſpiriis, vitæ ac moleſtiis finem imponens, miſſo facto Hiſpaniar. Rege lubens in ſupremi DEI *regis æterni Senatum ſubuectus eſt, anno Domini* CIↃ. IↃ. LIX. *Martij II. ætatis verò ſuæ* LXXI. *pauperibus omnium bonorum ſuorum hæredibus inſtitutis.*

Corpus Louanium relatum, conditumque in Baſilica D. PETRI, hoc epitaphio laminæ inciſo:

D. RVARDO TAPPER AB ENCHVSA
THEOLOGIÆ PROFESSORI CELEBERRIMO,
DECANO, CANCELLARIO
QVOD SVA INCOMPARABILI DOCTRINA AVCTORITATE
HVNC CHORVM ANN. XXIV SCHOLAM XXXIX.
DOCVERIT, REXERIT,
QVOD SVPREMVS FIDEI INQVISITOR, PATRIAM SECTIS
PVRGARE SALVTARIBVS DOCTRINIS ETIAM LIBRIS
ADHOC EDITIS COMPLERE STVDVERIT
QVOD CATHOLICAM RELIGIONEM HÆRESIBVS VEXATAM
AD TRIDENTINVM CONCIL. E BELGIO PRIMVS EVOCATVS
CONSTANTER DEFENDERIT,
QVOD SVI TEMPORIS PONTIFICIB. CAROLO V. CAES.
PHILIPPO HISPANIARVM REGI
NON IMMERITO CARISSIMVS FVERIT
MEMORIAE ERGO POSITVM
OBIIT BRVXELLAE AN. CIↃ. IↃ. LIX. MARTII II.
AETATIS VERO LXXI.
PAVPERIBVS OMNIVM BONOR. HEREDD. INSTITVTIS.
EIVS ANIMAE PACEM PRECEMVR.

Honorarium.

Defunctus vita, longiq; laboribus æui,
Hâc Batauus ſitus eſt ille Ruardus *humo:*
Quem licet in ſera Parcæ rapuêre ſenectâ,

Et

Et vitæ ſaturum ſopijt alta quies;
Louanium, velut immaturo funere raptum
Deflet, & effuſis conqueritur lacrymis:
Ingeniumque ſagax & amans virtutis & æqui
Et pectus purum condita ſunt tumulo.
Nunc igitur lugete viri, lugete Iuuenta,
Quæ pia pandebat dogmata, lingua tacet.

Pro funere dixit *Matthæus Galenus* Weſtcappellius. Scripſit
Expoſitiones Articulorum in Religione controuerſorum, iuſſu CAROLI V. Imp. Louanij Tom. II.
Reſponſionem ad Declarationem Articulorum Louanienſium.
Catechiſmum Chriſtianæ iuuentuti formandæ.
Corollarium de veris calamitatib. Belgi, cauſis atque remedijs.
Quodlibeticam quæſtionem de obligatione humanæ legis in conſcientia.
Orationes Theologicas poſt mortem euulgauit *Guilielmus Lindanus*, eius auditor, qui eius quoque vitam deſcripſit.
Omnia Coloniæ prodierunt 1582. typis Birckmanni, & Ludouici Alectorij & hæredum *Iacobi Soteris*, 1577.

RVMOLDVS MORTIERIVS Duacenus, & Profeſſor Humanitatis apud Pariſienſes, Scripſit
Orationem de querimonijs Profeſſionis litterariæ, ad Iacob. Aug. MagnumThuanum Mecœnatem Pariſijs, 1605.

RVMOLDVS STENEMOLA, Vulgo Steen-meulen Machlinienſis, ab actis publicis in magno Batauię Senatu. *Ian. Secundi.*, *Adriani Marij* aliorumque antea Præceptor. Summo vir ingenio multaque doctrina peritia rerum & exemplorum. E græco vertit,
Lucianum de non temere credendo Calumniæ.
Viuere deſijt in patria, hoc epitaphio à diſcipulo *Adriano Mario* cohoneſtatus:

Rumoldus *gentile cui mola ſaxea nomen*
Fecerat heu iuſtos hic iacet ante dies.
Nil Latiæ, nil Cecropiæ vis mellea linguæ
Nil Phœbo ac Muſis profuit eſſe ſacrum.
Nil Batauí meruit quod ab Actis eſſe Senatus,
Cunctorum iuuit nil amor atque fauor.
Non lacrymæ vxoris ſuperos flexere, nec orba
Non capiens luctus ipſa ſuos ſoboles.
Machliniam, quâ natus erat, moribundus in vrbem
Venit, & exuuias reddidit, vnde habuit.

RVPER-

RVPERTVS TVITIENSIS, Leodici ad *S. Laurentium*, voto monaſtico emiſſo, Benedictinę familiæ adſcriptus eſt. Inde ad Oſtbroecanum cœnobium milliari vno ab Vltraiecto ſitum, ſe contulit, ac demum Tuitium, quod ad Rhenum flu è regione Coloniæ Agrippinæ iacet, propter magnam eruditionem vitæque ſanctitatem à *Frederico* Col. Archiepiſcopo vocatus, in Abbatem electus eſt. Scripſit

De Victoria Verbi Dei libb. XIII.
In Geneſim libb. IX.
In Cantica Canticorum libb. VII.
In lib. S. Iob libb. X.
In libb. Regum, de Dauide Rege lib. XV.
De Sancta Trinitate.
In nouum & vetus Teſtamentum.
In Apocalypſin Ioannis libb. XII.
De diuinis officijs libb. XII. Conſule *Bellarminum* de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti 1119.
Meditationem Mortis. } Coloniæ. 1572.
De incendio Tuitienſi. }
In XII. Prophetas Minores, libb. XXX.
In Euangelium Ioan. & Matthæi libb. XXII.
In regulam S. Benedicti lib. 1.
Apologeticon eiuſdem operis.
Vitas SS. Heriberti & S. Eliphij, apud *Surium Cartuſianum.*
Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. Et alia, typis Birckmanni. 1580.

Sanctiſſimè diem ſuum obijt, anno poſt humanæ ſalutis vindicem carne donatum M.C.XXXV. IV. non Mart.

RVTGERVS A BOETZELER, Batauus, Aſperenſis, ſcripſit *Orationem de bona Concordia.* Lugd. Bat. 1618.

RVTGERVS RESCIVS, Dryopolitanus, ſiue Moſeycanus, quod Leodicenſis diœceſis ad Moſam flu. eſt opidum. I.V. Louanij ornatus Laurea CIↃ. IↃ. XV. XXII. Aug. primus fuit in Collegio Trilingui Buſlidiano linguæ Græcæ Doctor, & annos plus minus XXV. profeſſus eſt. Lambertum Hortenſium diſcipulum habuit, celebre poſtea Typographeium Louanij inſtituit, & Græcos potiſſimum Scriptores à ſe caſtigatos euulgauit, ſunt in ijs

Inſtitutiones iuris Grecè per Theophilum, 1536. 4.
Hippocratis Aphoriſmi cum M. S. collati, varijs lectionibus ad marginem poſitis.
Plato de Legibus ab eodem recenſitus alijq.

S

SALOMON FABER, Thynophanius, Iprenſis, ſcripſit

Paraneſin de inſtitutione morum puerilium, ſiue De Legibus ſcholaſticis ἀκροςιχίδας III.
Diuerſorum Carminum προγυμνασματικῶν *ſyluam.*
Famulitium Lud. Viuis carmine elegiaco παραφραςικῶς *reddidit.*

Ex-

Extant eius quoque multa carmina inter Poëmata Iacobi Sluperij. Antuerpiæ opuſcula eius impreſſa apud Ioannem VVithagium, 1563.

SAMVEL LOYAERTS, Attenhouius, Brabantus, Louanij in Caſtri Gymnaſio Philoſophiam didicit, & mox eandem docuit. Ad S. Michaëlem XXXVI. ann. Paſtorem egit. Edidit

Enodationes Euangeliorum Tom. IV. Louanij, typis Riuij, & Pariſijs iunctim, 1621. 4.

Deceſſit Louanij, & ſepultus in D. Michaelis, hoc epitaphio in ſarcophago:

H. S. E.

D. SAMVEL LOYAERTS, PATRIA ATTENHOVIVS, S. T. D. ET PROFESSOR, ECCLESIAE HVIVS PASTOR, DISCESSIT DE SECVLO AN. SAL. HVMANAE CIↃ. IↃC. XIV. MEN. SEPTEMB. DIE XIII.
AEGIDIVS MATERNE
EIVSDEM ECCLESIAE SVB-PASTOR ET ECCLESIAE B. VIRGINIS TRAIECTI CANONICVS AVVNCVLO B. M POS.

Ibidem in tabula picta.

SAMVEL LOYAERTS ATTENHOVIVS
HIC IN SPE RESVRRECTIONIS QVIESCIT,
QVI VIXIT ANNOS LXVIII. DIES XIII.
PASTOR ECCLESIAM HANC ET PLEBEM REXIT ANN. XXXVI.
DOCTOR S. THEOLOGIAE SCHOLAM ANN. XXVIII.
VITA PROBISSIMVS, DOCTRINA EXIMVS,
DE HAC ECCLESIA OPTIME MERITVS.
OBIIT ANNO M. DC. XIV. MEN. SEPTEMB. D. XIII.
AETERNVM VT VIVAT EI, LECTOR APPRECARE
HEREDES EX TESTAMENTO F. C.

SAMVEL NÆRANVS Dordracenus Poëta non incelebris, *Iſaaco Caſaubono, Danieli Heynſio & Baudio* familiaris, ſcripſit

Poëmata varia ad amicos anno CIↃ. IↃC. XI. In exilium pulſus anno 1619. cum miniſtris Remonſtrantibus quos vocant.

SAMVEL QVICKELBERGIVS Antuerpienſis, Medicus expertus, gratus Bauariæ Duci, magni labori, ſummæque induſtriæ vir, conſcripſit Ingolſtadij

Tabulas, omnibus Medicis ſummopere vtiles, atque ad curandi ſtudium accedentibus imprimis ſalutares.

Apophthegmata & Strategmata Biblica. Coloniæ, 1571.

Dialogos ad eos ſolos qui ab Apophthegmatum natura non ſunt alieni. Monachi.

Inſcriptiones, ſeu Theatrum ampliſſimum, totam naturam vniuerſi complectens, opus immenſum, verum hæſit auctor in incæpto.

Huic Symbolum: INTACTA VIRTVS.

SEBASTIANVS AVGVSTVS NOVZENVS Flan-

SERVATIVS TORNACENSIS, ſcripſit
De diuina IV. Energumenorum liberatione apud Sueſsiones. Pariſijs, 1583. 4.

SEVERINVS BINNIVS, S. Theologiæ Licentiatus, Eccleſiæ Collegiatæ S. Gereonis Coloniæ Presbyter & Canonicus, edidit
Conciliorum IV. Tomos, Notis doctiſsimis illuſtratos. Coloniæ, typis Gymnici & Ant. Hierat.

SIBERTVS A BEKA, Gelder, Ord. Carmelitarum Prouincialis, Philoſophus & Theologus, in concionibus facundus, & rerum cœleſtium contemplationi impenſè deditus. Scripſit
In libb. IV. Sententiarum.
Super regulam ordinis ſui.
Faſciculum florum diuerſarum Hiſtoriarum.
Summam cenſurarum noui iuris, lib. I.
Ordinale Dominici Sepulchri correxit, quod per totum ordinem obſeruati decretum fuit
Claruit tempore Ludouici Bauari Imp. anno M. CCC XX.

SIBRANDVS LEO Friſius, Leouardiæ natus, cui viuidum ingenium fuit, & ad omnia ſequax. Vitam monaſticam profeſſus in Abbatia Ord. Præmonſtrat. quæ fuit propè Franekeram, concionando ſe exercuit & eminuit. Gliſcentibus toto Belgio Caluiniſtarum factionibus, eiectus patriâ in terra Gruningana vitam cum morte commutauit, anno poſt Chriſtum natum M. D. LXXXVIII. Fuit amiciſsimus *Suffrido Petro*, quippe ſub vno Præceptore inſtituti. Scripſit
Sermones in feſta totius anni ineditos,
Tabulam Geographicam Friſiæ, quæ Friſiæ ſitum repræſentat, qualis ſub AVGVSTO CAESARE fuit. Aliaque multa, teſte *Suffrido*, quæ an lucem viderint, incertum.
Vitas Abbatum Horti B. Mariæ, Ord. Præmonſtrat.
Vitas Abbatum Ludumenſium.

S. SIBRANDVS, Abbas VI. Horti B. Mariæ Ord Præmonſtrat in Friſia occidentali vir viuido ingenio, animo conſilioque par: plurima ſcripſit, quæ temporum iniuria perierunt. Inter cætera
Vitam S. Siardi V. illius loci Abbatis, qui abijt ad meliorem vitam M. CC. XXX.
Vitam S. *Frederici Hallemi*, qui primus Abbas & Horti Mariæ fundator fuit. Vide *Molanum* in Natalibus Belgij.
Vitam ſanctè peregit, & conſummatus in breui ad potiora cœleſtis patriæ gaudia tranſiuit, anno M. CC. XXXVIII. regiminis VIII.

SIBRANDVS SICCAMA, Friſius, I. V. Doctor, & S. P. Q. Bolſvvardiano à ſecretis, edidit
Antiquas Friſiorum leges. Arnhemij. 1617. 4.
Faſtorum Kalendarium libb. II. *è veterum monumentis.* Amſtelodami. 1600. 4.

SIGEBERTVS, Gemblacenſis in Gallo Brabantia monachus, Ord.

S. Benedicti, morum probitate laudabilis & ſcientia, & gratus ſui tempo... ſapientibus. Cùm eſſet iuuenis, Metenſibus notus, & *Fulcuino* Abbati, in cœnobio S. Vincentij Martyris multos erudijt, non ſolum monachos, ſed & clericos ad eum confluentes. Gemblacum reuerſus, Scripturarum maximè diuinarum lectio & occupatio eum occupabat. Lucubrationes eius hæ ſunt:

Paſſio S. Luciæ, carmine.

Vita S. *Theodorici Epiſcopi*, fundatoris Eccleſiæ & Abbatiæ S. Vincentij apud Metenſes, *& de Translatione eiuſdem.*

Sermo in laudem S. Luciæ. M S. Gemblaci.

Apologia Prophetiæ S. *Luciæ*, aduerſus reprehenſores eiuſdem.

Vita S. Sigeberti Regis, Conditoris Eccleſiæ & Abbatiæ *S. Martini*, extra muros opidi Metenſis.

Vita S. Guiberti, Confeſſoris & cœnobij Gemblacenſis fundatoris.

Paſſio Thebæorum, libb. III. *Carmine*. M. S. Gemblaci.

Vita SS. Macloui & Theodardi.

Vita *& Paſſio* S. *Lamberti, Epiſcopi Leodicenſis.* M. S.

Tranſlatio eiuſdem M. S. Gemblaci & Louanij apud Ieſuitas.

De Ieiunio IV. *temporum, ad Leodicenſes*, M. S.

Eccleſiaſtes, metro herioco,

Geſta Abbatum Gemblacenſium, quæ Sigeberti diſcipulus continuauit ad annum vſque CIↃ. C. XXXVI.

Apologia ad Henr. Imp. contra eos, qui calumniabantur Miſſas coniugatorum Presbyterorum, qui liber perijt.

De viris Illuſtribus. Coloniæ, 1580. 8.

Liber Decennalis, ſeu Computus Eccleſiaſticus.

Chronicon ab anno Domini CCC. LXXXI. *ad annum* M. C. XII. *Anſelmus Gemblacenſis* Abbas VIII. *perduxit ad annum* M. C. XXXVI. *Auctarium Aquicinctinum ad annum* M. CC. XXV. *Aubertus Miræus ab anno* M. CC. *ad noſtra vſque tempora ex vetuſtis ſcriptoribus.* Antuerpiæ, 1608. typis Verduſsij.

Sermonum & Epiſtolarum libb. II.

Contra Papam Gregorium In Indice Purgatorio damnati.

Contra Epiſtolam Paſchalis Papæ In Indice Purgatorio damnati.

Cum annos religioſè pieque ætate grandis apud ſuos exegiſſet, animam Creatori ſuo reddidit CIↃ. CXII. III. Non. Octobris, & conditus in cœmiterio monaſterij. Vtinam illa ætas tales multos tuliſſet: certè non tam mutilam haberemus illorum temporum hiſtoriam, quæ inſignes rerum commutationes tulerunt, & ipſius Rom. Imperij, (quo nullum vnquam fuit illuſtrius) ab externarum nationum colluuie deuaſtationem.

SIMON AFFLIGEMENSIS, Ordinis S. Benedicti Monachus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & eruditus. Conſilium Diui legiſlatoris *Benedicti*, quo monachus SS. Scripturas amare iubetur, ita conuertit in praxin, vt nihil dulcius, in hac vita fuerit, quam eas legere, Sanctorumque Patrum opuſcula ſedulo ſtudio reuoluere.

Abbreuiauit.

Moralia Gregorij Pont. ad numerum X. *lib. & totum librum B. Iob moraliter expoſuit.*

Sermones in Cantica Canticorum.
Commentarium in Ezechielem, ex Sermonib. B. Gregorij.
Sermones & Epiſtolas plures ad diuerſos.
Viſionem cuiuſdam conuerſi Ord. Pramonſtr.
De Collationibus SS. Patrum, ex Richardo de S. Victore.
De XII. *Patriarchis & contemplatione*, *& ex varijs varia non ſpernenda.*
Vixit & floruit anno M. CC. XC.

SIMON LE BOVCQ Richardi F. Valencenas, naſcitur anno redemptionis noſtræ CIↃ. IↃ. XCI. XVIII. Maij, in qua etiam vrbe mercatorem agit & Senatorem. Iuuenis aliquot annos egit in domo & contubernio meo. Diligens præteritorum temporum inſpector, & Hiſtoricus in lingua vernacula ſua non indiligens. Scripſit
Epitomen rerum Valencenenſium, de quibus propediem daturus Commentarium bene longum. Ibidem, typis Ioannis Vervliet, 1619. 8.

SIMON CAVLERIVS Flinenſis apud Duacum, in Collegio Marchianenſi annos plures cum magna laude & concurſu Duaci Rhetoricam docuit, ſcripſitque
Rhetoricorum libb. V. typis Boſcardi, 1594. 4.
Annales Eccleſiaſticos, qui hactenus lucem non viderunt.
Viuebat anno M. DC. XV.

SIMON GANDAVENSIS, vel SIMON DE GANDAVO, Londini naſcitur, patre Flandro Gandauenſi, matre verò Angla. Humaniorem litteraturam, omneſque ingenuas artes, fideliſſimè didicit: poſtea ſacris literis, diuinarumque contemplationi ſe totum dedit. Demum ætate maturior, vitæ integritate, doctrinæ varietate, Principum animos in ſui amorem pellexit, ipſique tandem Regi charus eſſe cœpit, à quo anno M. CC. XCVII. ad Epiſcopatum Sariſburienſem eſt euectus.
Scripſit
De vita ſolitaria libb. VII M SS. Oxoniæ in Collegio Magdalenenſi.
Meditationem de ſtatu Prælati. lib. I.
Statuta Eccleſiaſtica ad ſuos Sacerdotes lib. I.
Claruit anno à Chriſti natiuitate dum in Anglia ſumma rerum ad Edvvardum I. pertineret. Lege *Matthæum Weſtmonaſterienſem*, *Lelandum & Ioannem Pitſeum*, de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus, ætate decima tertia, & eiuſdem Catalogum Epiſcoporum Sariſburienſium.
Franciſcus Goduvinus in Commentario de Præſulibus Angliæ, ſcribit licentia SIMONIS ciues vrbem Sariſburienſem foſſa mœnibuſque muniiſſe. Quando obierit, hactenus non potui inuenire.

SIMON HERMANNVS Harlemenſis Batauus, Ordin. B. Mariæ de Carmelo, edidit
Copulata Sermonum, lib. I.
De votis monaſticis.
Claruit anno gratiæ M. CCCC. LX.

SIMON KERCHOVIVS Iodoci F. Gandauenſis, in æde S. Bauonis annos ferè XX. Curio, vir eruditus, moribus antiquis, & Poëta non inelegans. Extant eius varij verſus, nempe

Elegia ſacra Henrico Franciſco vander Burcht à Gandauenſi ad Cameracenſem Cathedram abeunti.

Ad Carolum à Burgundia, Antonians Pſittaci, vt vocant, ſiſtu'à tormentariâ deiectis, Regem.

Carmen in Cantica Spiritualia Iuſti Harduini.

Item in Carcerem Babylonicum Tragœdiam Cornelij à Marca.

In funere Philippi Trieſt Gandauenſium Conſ.

Epinicium, ſiue Breda reſtituta inuicto Hiſp. Regi Philippo IV. Belgarum Principi. Gandaui, typis I. Kerchouij, 1625.

Libellum paratum habet, cui titulus: *Conſilium Altiſsimi.*

Inter mortales eſſe deſijt anno M. DC. XXV. 11. Iulij, dum enim Gandauum inter & Aldenardam ſolo cane comite proficiſcitur, ſubita eum apoplexia percuſſit & extinxit. Defunctum patria tota eluxit: ſed & canis, qui viuo fidus fuerat, morientem pluſquam canino luctu proſecutus eſt, qui à cadauere diuelli non potuit, licet ruſticorum minis & verberibus frequenter arceretur.

SIMON MAGNVS Leodicenſis, I. V. D. vir pius & eruditus & ſupra quàm dici poteſt bonarum litterarum ſtudijs delectatus. Scripſit

Methodum artis Epiſtolicæ. Louanij, 1563.

Vitam Martini ab Aſpilcueta Nauarri. Romæ.

Eiuſdem Manuale Confeſſariorum ac Pœnitentium Annotationibus illuſtrauit. Pariſijs, 1587. apud Guil. Rouillium.

SIMON OGERIVS, Audomarus, I. V. Doctor & Poëta non infelix. Scripſit libros II. quibus titulus

Irene & Ares, ad Magnum Alex. Farneſium. Duaci, typis Bogardi, 1588.

Odarum lib. III. Syluarum libb. XII. Duaci apud eundem.

Cameracum. Arteſiam. Caletum. Brugas. Alpes.

Epitaphia. Encomiorum lib. II. *Symmictôn* lib. I.

Elegiarum Chriſtianarum libb. III. Galateam. Tibullum.

Cantilenas pias & pudicas, & alia, typis Boſcardi & Bogardi, 1588. 1589. 1592. 8.

Albertus & Iſabella, Panegyricus heroico carmine. Ibidem, 1600.

SIMON PELEGROMIVS, Syluæducenſis, Guiljelmitarum per prouinciam Franciæ Prior Prouincialis, vir humanus, & in humanioribus litteris bene verſatus, edidit

Sinonymôrum Syluam, in vſum eorum qui epiſtolarum atque carminum compoſitioni ſtudent. Syluæducis 1546. & Ant. typis Nicolai Soolmanij. 1577. 8.

SIMON A QVERCV, vulgo *vander Eycken*, Bruxellenſis, Muſicus excellens, apud Mediolanenſis in ſummo honore, ob ſingularem Muſices peritiam, quam exhibuit in Metropolitana Ambroſiana, ſcripſit

De Gregoriana & Figuratiua & contro-puncta ſimplici, cum exemplis. In Germania Landshouti, 1518. 8.

SIMON STEVINVS, vel Stephanus, Brugenſis, Arithmeticus & Mathematicus ſupra captum vulgarem, teſte *Adriano Romano*, in Hollandia maiorem ætatis partem triuit, aggerum maritimorum Præfectus. Adeo rei ponderariæ peritus fuit, vt nullum offerri illi poſſet pondus, quantumuis graue, quod non paruis viribus ac facili inſtrumento mouere potuiſſet. Scripſit

Arithmeticam, ſeu artem ſupputandi, typis Plantini, 1585. 8.

Problematum Geometricorum lib. V. in gratiam Maxæmiliani à Cruyningen. Antuerp. apud Bellerum, 1583.

Hypomnemata Mathematica. Amſtelodami, typis Cornelij Nicolai, 1608. fol.

De portuum inueſtigandorum ratione, cuius Metaphraſin dedit *Hugo Grotius*, amicus noſter.

SIMON DE TORNACO Theol. & Presbyter, ex Dialectico ſubtiliſſimo, immo omnium liberalium artium ferè ſui temporis peritiſſimo. Theologicę Scholæ Pariſijs cathedram meruit aſcendere cum frequenti auditorio. Sed dum Ariſtotelem nimis ſequitur, à nonnullis modernis hæreſeos arguitur:

Sententiarum ſuarum lib. I.

Symbolum Athanaſij ſubtiliter expoſuit.

Quæſtiones Varias, quas in ſcholis ſuis diſputatas determinauit Pariſis.

In Boëthium de Trinitate lib. I.

Claruit tempore *Alberti* Epiſcopi Ratiſponenſis anno M. CC. XXI.

SIMON VEREPAEVS, Dommelanus, Brabantus. Miræus Hylwerenbecanum ſcribit in Elogijs Belgarum, ſed malè. Adoleſcens Louanij in Porcenſi gymnaſio Philoſophiæ operam dedit. Vir ſingulari in Deum pietate, & opt. Grammaticus. Præfuit ann. aliquot Thaborenſi virginum Machliniæ cœnobio. Belli tumultibus Mechlinia à Caluiniſtis pulſus, Syluaducis, vrbs Regi Catholico & Religioni orthodoxæ fida, libens excepit, Canonico ſacerdotio in [illegible] ornauit, & gymnaſio ibidem florentiſſimo præfecit. Scripſit

Compendium precum Liturgicarum, typis Belleri.

Scholaſticarum precum compendiolum. Ibidem.

Piarum præcationum Enchiridion. Ibidem.

Selectiſſimarum precum Theſaurum. Ibidem.

Primæ Chriſtianæ Religionis Elementa, Syluæducis, Latinè & Belgicè, typis Schoefferi.

Latinæ linguæ Progymnaſmata. Ibidem.

Primas ſtudiorum exercitationes. Ibidem.

Rudimenta Etymologiam, ſyntaxin, proſodiam, quę hodie præleguntur in Belgio iuuentuti à PP. Auguſtinianis & Dominicanis. Antuerpiæ apud Plantinum & Verduſſium.

Latinæ Grammatices Supplementa.

De ciuitate morum puerilium, typis Belleri.

Scholæ Latinæ & Chriſtianæ Sciagraphiam. Ibid.

De Epiſtolis Latinè conſcribendis lib. V, apud Plantinum.

Selectiores Epiſtolas clarorum virorum. Ibidem.

Selectiores Epiſtolas Ciceronis Scholijs illuſtrauit. Antuerpiæ, apud Antonium Thilenium.

Dialogiſticam Soc. Nominis IESV *ad maiorem* DEI *gloriam Illuſtrationem. M.* S.

De Tropis & Schematibus. Coloniæ,typis Geruini Colenij,

De vtraque verborum & rerum copia. Ibidem.

Militia Chriſtianæ Progymnaſmata , per aliquot Gymnaſia diſtributa. Apud Plantinum.

Selectiores Sermonis Latini Phraſes Nicolaij Buſij euulgauit , ex officina Plantiniana.

Selectiores Epiſtolæ Pauli Manutij , ineditæ apud Caſp Bellerum.

Vitâ innocenter actâ, corporiſque ſolutus vinculis, in beatorum ſedem , vt ſperamus, euolauit, & ſepultus in æde primariâ, hoc epitaphio:

D. O. M.

Dextrè & grauiter.

SIBI SVOQ. D. SIMONI VEREPÆO DOMMELANO
HVIVS ECCLESIAE SYLVAED. CANONICO.
D. FRANCISCVS HARAEVS VLTRAIECTIN.
S. THEOLOGIAE LICENT.
VIVVS POSVIT MEMOR. LETHI.

Italicos, Suecos, Gallos luſtrando, quid egi?
Chriſte, tua eſt virtus hinc meliora ſequi.
Lector eram, breuibus deſcripſi geſta piorum:
Paſtorem inde gregis luſtra habuêre duo,
Poſt VEREPÆE *fuit, tuus vt collega vocarer,*
O vtinam dignus nominis & meriti!
Te ſchola docta colit, colit & pia turba precantum,
Tu mihi & æterna duxque comeſque via.

OBIIT VENERABILIS D. SIMON VEREPAEVS
ANNO SAL. M. D. XCVIII. X. NOVEMB.
AETATIS LXXVI.
D. FRANCISCVS HARAEVS VERO AN. SALVTIS
. . . . . .
PIE IESV DA EIS GAVDIA SEMPITERNA.

*V*erepæus ad Lectorem.

Te rogo quiſquis ades, mihi ſæpe precare ſalutem,
Et dic mente pia quæ tria verba leges:

REQVIESCAT IN PACE.

SIXTVS ARCERIVS Friſius, vir inſigni pietate, virtute, morumque humanitate præditus

Galeni Orationem hortatoriam ad artium liberalium ſtudium Latinam reddidit , notiſque doctis auxit. Leouardiæ 1616. 4.

SIXTVS

SIXTVS AB HEMMINGA Friſius, Patritius Bellocomenſis, Hectoris F. naſciturannо cIↄ. Iↄ. XXXIII. Februar. Perceptis in patria literarum fundamentis, Louanium, aliaſque vniuerſitates vidit, vt in Medicina excelleret. Artes Mathematicas diligenter didicit, & *Gemmæ Friſio* diligenter ſe applicuit. Scripſit

Aſtrologia, ratione & experientia refutata lib. I. aduerſus *Cardanum, Gauricum, Leouitium* alioſque. Antuerpiæ, typis Plantini, 1583.

Sententias, quæ veræ Sapientiæ præceptis, & Lud. Hilleſemij doctâ explanatione refertæ ſunt. Coloniæ, typis Cholini, 1574.

Vitâ defungitur, teſte *Suffrido Petro*, circa annum M. D. LXXXVI.

Huic Symbolum: METVENDA PROCELLA.

SIXTVS A POPMA Friſius, Elofti nobiliſſima & antiquiſſima familia Popmana natus, Gruningę Præceptorem habuit *Nicolaum Naupegum*, cum quo & fratribus Coloniam profectus, in Burſa Laurentiana audiuerunt doctiſſ. in Philoſophia Profeſſores. Publicato deinde Ducis Albani edicto, Louanium venit, & I. V. ſtudio ſe totum dedit. Doctoratum V. I. Dolæ in Burgundia ſumpſit. Eruit in lucem, & illuſtrauit

Cornelij Celſi lib. De arte dicendi. Coloniæ, 1569.

Commentaria in IV. libb. Inſtit. Imp. quæ excuſa non vidi.

STEPHANVS Abbas Leodicenſis, ad S. Iacobum, Ord. S. Benedicti, ſcripſit *Vitam S. Modoaldi, Epiſcopi Treuirenſis.*

Meminit Baronius in Martyrologio Romano.

STEPHANVS Epiſcopus Leodicenſium X. & Abbas Lobienſis XV. Ord. *S. Benedicti*, ſublimi eloquentia & ingenij dotibus pollens, ſcripſit

Capitula ac Preces (collectas vocant) præcipuarum in anno Feſtiuitatum.

Canticum de SS Trinitate.

De Inuentione S. Stephani proto-martyris, & alia teſte *Sigeberto*.

Diem clauſit extremum, Eccleſiaſticis ſacramentis deuotiſſimè ſuſceptis, anno Epiſcopatus XVIII. XIV. Kal. Iun. electus Epiſcopus anno DCCCC. IV. & ſepultus in colle *D. Lamberti*.

STEPHANVS Epiſcopus Tornacenſium, primum Abbas *S.* Genoueuæ Pariſijs, Ord Canonicorum Regularium, huius pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt. ſcripſit

Epiſtolas CCXL. Pariſijs. 16 1.

Volumen Sermonum in Bibliotheca Collegij Nauarræ Pariſijs M. S.

Viuendi finem fecit, teſte Gazæo, anno M. CC. III.

STEPHANVS BROVSTINVS, Hanno, S. Theol. Baccal. vir in diuini verbi prædicatione inexhauſti planè laboris; populum ſibi commiſſum cùm Valencenis, tùm in caſtro Cameracenſio incredibili pietate, zelo, ſedulitate docuit. Scripſit

Tractatum de IV. hominis nouiſſimis. Louanij, typis Maſij, 1598. 8.

STEPHANVS LE CLOV Atrebas, Prior Conuentus Dominicanorum, Philoſophus acutus, & Theol. non contemnendus, edidit Attrebati

Opuſculum

Opuſculum de Roſario B. Mariæ.
Vitam S. Hyacinthi ex Latino in vernaculum ſermonem conuertit.

STEPHANVS COMES BELLOGASSIVS, natus in Caſſel (Flandriæ oppidulum eſt)illud cùm pagum vicinum habeat nomine Belle, non ineptè gentilitium ſibi nomen ex vtroque confecit: haud ignarus alioqui veros illos ac veteres Bellocaſſios (quorum meminêre Hiſtoriæ Romanæ) in Normannia eſſe. Fuit homo magni & acuti ingenij, & Brugis Secretis Capituli S. Donatiani notandis aliquando Præfectus. Quod munus tanta cum laude geſſit, vt non ſolum priores omnes longè viciſſe, ſed poſteris etiam imitandi facultatem ademiſſe propemodum videretur. Ita atteſtatur *Antonius Schonhouius*, ad D. Donatianum Canonicus. Scripſit *Syluulam Carminum non minus doctam quam iucundam. Sanctologon Flandriæ.* Brugis, typis Roberti Gualteri, & Eraſmi Vereeckij 1544. 8.
Moriendo etiam facetus fuit, hoc enim ſibi Epitaphium poni voluit:

Hoc iaceo in tumulo, prius at quàm munere vitæ
Exuor, in voto hoc promere carmen erat.
Huc veni, hic vixi, peregrinæ fabula vitæ,
Nunc acta eſt, redeo vita vbi perpes erit.
Cygneo ſic more mei ſum funeris ipſe
Cantator, longum, qui legis iſta, VALE.

Aliud.

Non omnibus comes fui STEPHANVS COMES,
Anima animo fuit mihi viuo comes:
Nunc porrò ſeparantur, hic planè occidit,
Stat illa Olympicis beata ſedibus,
Contenta comitem illum exuiſſe corporis,
Pro tot comitibus perpetim iunctiſsimis.

Teſtamentum eiuſdem.

Cælo animam, do corpus humo, do cætera mundo,
Vt capiat partem quilibet inde ſuam.

STEPHANVS IDENSIVS Bruxellenſis. S. Theologiæ Licent. Duacenſis, & ad D. Gudulam in patria Canonicus, Scripſit

Hiſtoriam & miracula SS. Euchariſtiæ Sacramenti, miraculis apud Bruxellenſes, & Louanij apud PP. Auguſtinianos coruſcantis. Exceſſit corpore Bruxellis, anno redditæ ſalutis. M. DC. XV.

STEPHA-

STEPHANVS IVLIACVS, Doctor Theologus Sorbonæ Pariſienſis Vitam B. COLETAE deſcripſit. Vide *Surium Cartuſianum*.

STEPHANVS PERRETVS Antuerpienſis compoſuit & euulgauit XXV. *Fabulas Animalium rythmicis Gallicis cum iconibus Antuerpiæ*, typis Chriſtophori Plantini, 1578. in fol.

STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS Campenſis, Transiſſelanus, auunculum habuit *Albertum Pighium*, Doctorem Theologum, ADRIANO VI. CLEMENTI VII. & PAVLO III. Pontiff. cariſsimum. Huius exemplo Romæ quoque ſummos inter doctrina viros, diu multumque verſatus, vrbis, omniſque adeò Romanæ Antiquitatis eam eſt peritiam conſecutus, vt ætas noſtra paucos æquales tulerit, ſuperiorem certè neminem. Ex Italia reducem *Antonius Perrenottus* S. R. E. Card. Bibliothecæ ſuæ præfecit. Poſt à *Guilielmo Cliuiæ*, & *Iuliæ Duce* euocatus, CAROLO F. Romam religionis gratia cogitanti comes viæque dux additur, aſt CAROLVS in terris, vt cœlo frueretur, eſſe deſijt, anno M. D. LXXV. officium filio impenſum, *Guilielmus* parens agnouit, & virum ſcriptis factiſque bene meritum, apud Coloniam Traianam (opidum hodie Sanctenſe nuncupant) Canonicum & Scholarcham renunriauit. Scripſit

Herculem Prodicium, boni Principis imaginem, typis Plantini, 1587. 8.

Valerium Maximum emendauit, & puriore toga donauit, Notiſque auxit. Typis Plantini & Nutij.

Faſtos Magiſtratuum Romanorum Tom. III. quos Andreas Schottus hoc Ieſu lacunis aliquot expleuit. Typis Plantini 1599. & 1615. fol.

Themidem Deam, ſiue de lege diuina. Ibidem, 25.

Mythologiam in IV. anni partes. Ibidem.

Obijt anno M. DC. IV. XIX. Kal. Nouemb. ætatis LXXXIV. nemini moleſtus.

STEPHANVS VBELIVS Friſius, Sconingenſis, collegit poſt Simonem Pelegromium Syluæducenſem,

Synonyma ex M. T. Cicerone aliſque Leouardiæ, 1607. 8. typis AEgidij Radæi.

STEPHANVS WEYMSIVS, à Voerda, Veteramoſanus, Coloniæ puer Græcis Latiniſque literis tinctus, Louanium venit, à *VVameſio* Iuris Anteceſſore in familiam acceptus. Doctor I. V. Louanij renuntiatus eſt, anno M. D. LXXXIX. annoſque plures interpretatus eſt. A morte *VVameſij*, eiuſdem RESPONSA ſelegit de multis, & in lucem dedit. Ipſe ſcripſit

Prælectiones ſiue declarationes ad eas conſtitutiones decretales quæ in Concilio Trid. allegantur, adhuc ineditas.

SVFFRIDVS PETRVS Leouardienſis, Friſius, IC. & Hiſtoriographus, naſcitur anno redemptionis noſtræ M. D. XXVII. fuit illi varium ingenium, quod nullis incluſum ſpatijs, per omnes ferè diſciplinas liberius euagaretur Iuuenis Erfordiam Turingorum inſtaurandæ Academiæ iam collapſæ euocatur. Hic linguæ vtriuſque Doctoris perſonam annos aliquot ſuſtinuit. Domum reuerſus, *Antonio Perrenotto* Card. à Bibliotheca fuit. Aulæ pertæſus (quam vitam nihil aliud iudico quàm ſplendidam miſeriam ac perſonatam

ſonatam felicitatem Louanium reuertit, & I. C. renunciatur. *Theodorico Langio* in Collegio Buſlidiano vicariam operam in Græcis auctoribus exponendis, præſtitit. Gliſcentibus magis magiſque Belgicis tumultibus, Coloniam ſeceſſit, & elatâ vxore ſacris initiatus, ad XII. Apoſtol. Canonicus, & Gymnaſij, quod à coronis nomen accepit, moderator fuit. A Friſiæ ordinibus Hiſtoricus appellatus, & ſtipendio annuo ornatus. Erat ſtudij indefeſſi, tenacis memoriæ, Antiquitatumque mirus amator & ſedulus inueſtigator. Eius hæc ſunt:

Orationes V. De Græcarum litterarum vtilitate, Baſileæ, typis Oporini 1566.

Oratio de Romanarum legum præſtantia. typis Plantini, 1571. 8.

De Scriptoribus Friſiæ (multis credo appictis) Decades XVI. Coloniæ apud Henricum Falckenburgium, 1593. 8.

De Antiquitate & origine Friſiorum lib. III. Ibidem, 1590. 8.

Pro Antiquitate & origine eorundem, aduerſus Vbbonem Emmium.

Oratio pro Reformatione vniuerſitatis Erphordienſis. Ibidem, 1566. 8.

Chronicon Ducum Brabantiæ. M. S.

Carmen Gratulatorium in electionem Kiliani Vogelij, Montis S. Petri apud Erphordiam Abbatis. Ibidem 1558.

Verſa è Plutarchi Moralibus:

Septem Sapientum. Conuiuium.

An ſeni ſit adminiſtranda Reſpublica.

De Parentum erga liberos naturali beneuolentia.

Diſputatio de Symbolo EI. Erphordiæ. 1518. 8.

Vtrum Ignis an Aqua vtilior ſit.

Vtrum Athenienſes bello an Sapientia clariores extiterint.

Diſputatio de primo frigido, & Quæſtiones Platonicæ.

De educandis liberis, Baſileæ, 1561. *cum Scholijs.*

De Iſide & Oſiride. De eſu carnium. Louanij 1564. typis Bogardi.

Athenagoræ pro Chriſtianis ad Aurel. Imp. Legationem, de Græco Latinam fecit, doctoque Commentario explicauit. Coloniæ, 1567.

Hermiæ Sozomeni Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libb. III. poſteriores è Græco reddidit. Coloniæ, 1570. fol. & Louanij apud Saſſenij.

D. Hieronymum, Gennadium, Honorium &c. De ſcriptoribus Eccleſiaſticis recenſuit, & ſimul edidit, Coloniæ 1580. typis Cholini.

Martini Poloni Chronicon ex M. SS. emendauit. Antuerpiæ, typis Plantini, 1574.

Ioannis de Beka Chronicon Epiſcoporum Vltraiectenſium ab anno Domini M. CCC. XLV. *vſque ad annum* M. D. LXXIV. *deduxit.* Edente *Bernardo Furmerio à morte Suffredi.* Franekeræ, 1611. 4.

Appendicem eiuſdem ad Chronicon Epiſcoporum Leodicenſium ab anno M. CCC. LXXXIX. *ad annum* M. D. V.

Officia Ciceronis, Catonem, Lælium & Paradoxa caſtigauit, & Baſileæ excudit Oporinus, 1568.

Migrauit ex humanis Coloniæ, & ſepultus in ambitu SS. Apoſtoll. *Gauco Gaukema*, Friſius, Canonicus Aquiſgranenſis, amico hoc epitaphium ſcripſit:

D.O.M.

D. O. M.

Ah nimis abiectè iacet hic tegiturque SVFRIDVS,
Æternum decus, vrbs ò Leowarda, tuum.
Ille ſuis viuens te vexit ad æthera ſcriptis
Friſia: debueras ponere tu lapidem.
Non factum. Ergò, ne vſque viri oſſa inhonora laterent,
GAVKEMA *pro meritis præſtitit officium.*

SVFFRIDIO PETRO LEOVVARDIENSIS FRISIO
V. I. C. DOCTISSIMO,
GRAECAE LINGVAE SCIENTISSIMO,
LIBRIS MVLTIS EDITIS CLARISSIMO,
TRIBVS PONTT. MAXX.
ET S. R. E. SVI TEMPORIS PRAECIPVIS CARDD.
OB DOCTRINAM CHARO,
FRISIORVM HISTORICO,
HVIVS ECCLESIAE CANONICO,
POPVLARI OPTIME DE SE MERITO,
GAVCO GAVKEMA FRISIVS CANON. AQVISGRAN.
PIETATIS AC MEMOR. CAVSSA
H. M. F. CVRAVIT
ANNO M. DC. XI. MENSE QVINTI.

Deceſsit hydropicus, die Iouis X. Kal. Februar. ann. Chriſtiano
cIↄ. Iↄ. XCVII. horâ nonâ matutina, ſub CLEMENTE VIII.
Papa, RVDOLPHO II. Imperatore, ERNESTO BAVARO
Colonienſe Archiepiſcop. & FERDINANDO BAVA-
RO eiuſdem Archiepiſcop. Coadiutore cum
vixiſſet an. LXIX. MEN. VII. DIES VIII. Elatus
eſt ipſa conuerſionis Pauli.

R. I. P.

SVFFRIDVS STERCKENBVRG, Friſius, teſte *Martino Hamconio* in Friſia ſua, ſcripſit,
Genealogiam Nobilium Friſiæ.

SVLPITIVS DV PRE, Canonicus Audomarenſis, ex Latino vertit in ſermonem Gallicum
Regulam S. Auguſtini.
Exhortationum lib. ad Religioſos.
Idiotum, de ſtatu Religioſorum.

SERVATIVS TORNACENSIS, ſcripſit

De diuina IV. Energumenorum liberatione apud Sueſsiones. Pariſijs, 1583. 4.

SEVERINVS BINNIVS, S. Theologiæ Licentiatus, Eccleſiæ Collegiatæ S. Gereonis Coloniæ Presbyter & Canonicus, edidit

Conciliorum IV. Tomos, Notis doctiſsimis illuſtratos. Coloniæ, typis Gymnici & Ant. Hierat.

SIBERTVS A BEKA, Gelder, Ord. Carmelitarum Prouincialis, Philoſophus & Theologus, in concionibus facundus, & rerum cœleſtium contemplationi impenſè deditus. Scripſit

In libb. IV. Sententiarum.

Super regulam ordinis ſui.

Faſciculum florum diuerſarum Hiſtoriarum.

Summam cenſurarum noui iuris, lib. I.

Ordinale Dominici Sepulchri correxit, quod per totum ordinem obſeruati decretum fuit

Claruit tempore Ludouici Bauari Imp. anno M. CCC XX.

SIBRANDVS LEO Friſius, Leouardiæ natus, cui viuidum ingenium fuit, & ad omnia ſequax. Vitam monaſticam profeſſus in Abbatia Ord. Præmonſtrat. quæ fuit propè Franekeram, concionando ſe exercuit & eminuit. Gliſcentibus toto Belgio Caluiniſtarum factionibus, eiectus patriâ in terra Gruningana vitam cum morte commutauit, anno poſt Chriſtum natum M. D. LXXXVIII. Fuit amiciſsimus *Suffrido Petro*, quippe ſub vno Præceptore inſtituti. Scripſit

Sermones in feſta totius anni ineditos.

Tabulam Geographicam Friſiæ, quæ Friſiæ ſitum repreſentat, qualis ſub AVGVSTO CAESARE fuit. Aliaque multa, teſte *Suffrido*, quæ an lucem viderint, incertum.

Vitas Abbatum Horti B. Mariæ, Ord. Præmonſtrat.

Vitas Abbatum Ludumenſium.

S. SIBRANDVS, Abbas VI. Horti B. Mariæ Ord Præmonſtrat in Friſia occidentali vir viuido ingenio, animo conſilioque par: plurima ſcripſit, quæ temporum iniuria perierunt. Inter cætera

Vitam S. Siardi V. illius loci Abbatis, qui abijt ad meliorem vitam M. CC. XXX.

Vitam S. *Frederici Hallemi*, qui primus Abbas & Horti Mariæ fundator fuit. Vide *Molanum* in Natalibus Belgij.

Vitam ſanctè peregit, & conſummatus in breui ad potiora cœleſtis patriæ gaudia tranſijt, anno M. CC. XXXVIII. regiminis VIII.

SIBRANDVS SICCAMA, Friſius, I. V. Doctor, & S. P. Q. Bolſvvardiano à ſecretis, edidit

Antiquas Friſiorum *leges*. Arnhemij. 1617. 4.

Faſtorum Kalendarium libb. II. *è veterum monumentis*. Amſtelodami. 1600. 4.

SIGEBERTVS, Gemblacenſis in Gallo Brabantia monachus, Ord.

S. Benedicti, morum probitate laudabilis & ſcientia, & gratus ſui temporis ſapientibus. Cùm eſſet iuuenis, Metenſibus notus, & *Fulcuino* Abbati, in cœnobio S. Vincentij Martyris multos erudijt, non ſolum monachos, ſed & clericos ad eum confluentes. Gemblacum reuerſus, Scripturarum maximè diuinarum lectio & occupatio eum occupabat. Lucubrationes eius hæ ſunt:

Paſsio S. *Luciæ, carmine.*

Vita S. *Theodorici Epiſcopi*, fundatoris Eccleſiæ & Abbatiæ S. Vincentij apud Metenſes, *& de Tranſlatione eiuſdem.*

Sermo in laudem S. Luciæ. M S. Gemblaci.

Apologia Prophetiæ S. *Luciæ*, aduerſus reprehenſores eiuſdem.

Vita S. Sigeberti Regis, Conditoris Eccleſiæ & Abbatiæ *S. Martini*, extra muros opidi Metenſis.

Vita S. Guiberti, Confeſſoris & cœnobij Gemblacenſis *fundatoris.*

Paſsio Thebæorum, libb. III. *Carmine.* M. S. Gemblaci.

Vita SS. Maclouij & Theodardi.

Vita & Paſsio S. *Lamberti, Epiſcopi Leodicenſis.* M. S.

Tranſlatio eiuſdem M. S. Gemblaci & Louanij apud Ieſuitas.

De Ieiunio IV. *temporum, ad Leodicenſes*, M. S.

Eccleſiaſtes, metro herioco,

Geſta Abbatum Gemblacenſium, quæ Sigeberti diſcipulus continuauit ad annum vſque CIↃ. C. XXXVI:

Apologia ad Henr. Imp. contra eos, qui calumniabantur Miſſas coniugatorum Presbyterorum, qui liber perijt.

De viris Illuſtribus. Coloniæ, 1580. 8.

Liber Decennalis, ſeu Computus Eccleſiaſticus.

Chronicon ab anno Domini CCC. LXXXI. *ad annum* M. C. XII. *Anſelmus Gemblacenſis Abbas* VIII. *perduxit ad annum* M. C. XXXVI. *Auctarium Aquicinctinum ad annum* M. CC. XXV. *Aubertus Miræus ab anno* M. CC. *ad noſtra vſque tempora ex vetuſtis ſcriptoribus.* Antuerpiæ, 1608. typis Verduſsij.

Sermonum & Epiſtolarum libb. II.

Contra Papam Gregorium In Indice Purgatorio damnati.

Contra Epiſtolam Paſchalis Papæ In Indice Purgatorio damnati.

Cum annos religioſè pieque ætate grandis apud ſuos exegiſſet, animam Creatori ſuo reddidit CIↃ. CXII. III. Non. Octobris, & conditus in cœmiterio monaſterij. Vtinam illa ætas tales multos tuliſſet: certè non tam mutilam haberemus illorum temporum hiſtoriam, quæ inſignes rerum commutationes tulerunt, & ipſius Rom. Imperij, (quo nullum vnquam fuit illuſtrius) ab externarum nationum colluuie deuaſtationem.

SIMON AFFLIGEMENSIS, Ordinis S. Benedicti Monachus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & eruditus. Conſilium Diui legiſlatoris *Benedicti*, quo monachus SS. Scripturas amare iubetur, ità conuertit in praxin, vt nihil dulcius, in hac vita fuerit, quam eas legere, Sanctorumque Patrum opuſcula ſedulo ſtudio reuoluere.

Abbreuiauit.

Moralia Gregorij Pont. ad numerum X. *lib. & totum librum B. Iob moraliter expoſuit.*

Sermones in Cantica Canticorum.
Commentarium in Ezechielem, ex Sermonib. B. Gregorij.
Sermones & Epiſtolas plures ad diuerſos.
Viſionem cuiuſdam conuerſi Ord. Pramonſtr.
De Collationibus SS. Patrum, ex Richardo de S. Victore.
De XII. *Patriarchis & contemplatione, & ex varijs varia non ſpernenda.*
Vixit & floruit anno M. CC. XC.

SIMON LE BOVCQ Richardi F. Valencenas, naſcitur anno redemptionis noſtræ cIↄ. Iↄ. XCI. XVIII. Maij, in qua etiam vrbe mercatorem agit & Senatorem. Iuuenis aliquot annos egit in domo & contubernio meo. Diligens præteritorum temporum inſpector, & Hiſtoricus in lingua vernacula ſua non indiligens. Scripſit
Epitomen rerum Valencenenſium, de quibus propediem daturus Commentarium bene longum. Ibidem, typis Ioannis Vervliet, 1619. 8.

SIMON CAVLERIVS Flinenſis apud Duacum, in Collegio Marchianenſi annos plures cum magna laude & concurſu Duaci Rhetoricam docuit, ſcripſitque
Rhetoricorum libb. V. typis Boſcardi, 1594. 4.
Annales Eccleſiaſticos, qui hactenus lucem non viderunt.
Viuebat anno M. DC. XV.

SIMON GANDAVENSIS, vel SIMON DE GANDAVO, Londini naſcitur, patre Flandro Gandauenſi, matre verò Angla. Humaniorem litteraturam, omneſque ingenuas artes, fideliſſimè didicit: poſtea ſacris literis, diuinarumque contemplationi ſe totum dedit. Demum ætate maturior, vitæ integritate, doctrinæ varietate, Principum animos in ſui amorem pellexit, ipſique tandem Regi charus eſſe cœpit, à quo anno M. CC. XCVII. ad Epiſcopatum Sarisburienſem eſt euectus.
Scripſit
De vita ſolitaria libb. VII MSS. Oxoniæ in Collegio Magdalenenſi.
Meditationem de ſtatu Prælati. lib. I.
Statuta Eccleſiaſtica ad ſuos Sacerdotes lib. I.
Claruit anno à Chriſti natiuitate dum in Anglia ſumma rerum ad Edvvardum I. pertineret. Lege *Matthæum Weſtmonaſterienſem, Lelandum & Ioannem Pitſeum,* de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus, ætate decima tertia, & eiuſdem Catalogum Epiſcoporum Sarisburienſium.
Franciſcus Goduuinus in Commentario de Præſulibus Angliæ, ſcribit licentia SIMONIS ciues vrbem Sarisburienſem foſſa mœnibuſque muniſſe. Quando obierit, hactenus non potui inuenire.

SIMON HERMANNVS Harlemenſis Batauus, Ordin. B. Mariæ de Carmelo, edidit
Copulata Sermonum, lib. I.
De votis monaſticis.
Claruit anno gratiæ M. CCCC. LX.

SIMON KERCHOVIVS Iodoci F. Gandauenſis, in æde S. Bauonis annos ferè XX. Curio, vir eruditus, moribus antiquis, & Poëta non inelegans. Extant eius varij verſus, nempe

Elegia ſacra Henrico Franciſco vander Burcht à Gandauenſi ad Cameracenſem Cathedram abeunti.

Ad Carolum à Burgundia, Antonians Pſittaci, vt vocant, ſiſtu'â tormentariâ deiectis, Regem.

Carmen in Cantica Spiritualia Iuſti Harduini.

Item in Carcerem Babylonicum Tragœdiam Cornelij à Marca.

In funere Philippi Trieſt Gandauenſium Conſ.

Epinicium, ſiue Breda reſtituta inuicto Hiſp. Regi Philippo IV. Belgarum Principi. Gandaui, typis I. Kerchouij, 1625.

Libellum paratum habet, cui titulus: *Conſilium Altiſsimi.*

Inter mortales eſſe deſijt anno M. DC. XXV. 11. Iulij, dum enim Gandauum inter & Aldenardam ſolo cane comite proficiſcitur, ſubita eum apoplexia perculſit & extinxit. Defunctum patria tota eluxit: ſed & canis, qui viuo fidus fuerat, morientem pluſquam canino luctu proſecutus eſt, qui à cadauere diuelli non potuit, licet ruſticorum minis & verberibus frequenter arceretur.

SIMON MAGNVS Leodicenſis, I. V. D. vir pius & eruditus & ſupra quàm dici poteſt bonarum litterarum ſtudijs delectatus. Scripſit

Methodum artis Epiſtolicæ. Louanij, 1563.

Vitam Martini ab Aſpilcueta Nauarri. Romæ.

Eiuſdem Manuale Confeſſariorum ac Pœnitentium Annotationibus illuſtrauit. Pariſijs, 1587. apud Guil. Rouillium

SIMON OGERIVS, Audomarus, I. V. Doctor & Poëta non infelix. Scripſit libros II. quibus tit lus

Irene & Ares, ad Magnum Alex. Farneſium. Duaci, typis Bogardi, 1588.

Odarum lib. III. Syluarum libb. XII. Duaci apud eundem.

Cameracum. Arteſiam. Caletum. Brugas. Alpes.

Epitaphia. Encomiorum lib. II. *Symmictôn* lib. I.

Elegiarum Chriſtianarum libb. III. Galateam. Tibullum.

Cantilenas pias & pudicas, & alia, typis Boſcardi & Bogardi, 1588. 1589. 1592. 8.

Albertus & Iſabella, Panegyricus heroico carmine. Ibidem, 1600.

SIMON PELEGROMIVS, Syluæducenſis, Guiljelmitarum per prouinciam Franciæ Prior Prouincialis, vir humanus, & in humanioribus litteris bene verſatus, edidit

Sinonymorum Syluam, in vſum eorum qui epiſtolarum atque carminum compoſitioni ſtudent. Syluæducis 1546. & Ant. typis Nicolai Soolmanij. 1577. 8.

SIMON A QVERCV, vulgo *vander Eycken*, Bruxellenſis, Muſicus excellens, apud Mediolanenſis in ſummo honore, ob ſingularem Muſices peritiam, quam exhibuit in Metropolitana Ambroſiana, ſcripſit

De Gregoriana & Figuratiua & contro-puncta ſimplici, cum exemplis. In Germania Landshouti, 1518. 8.

SIMON

SIMON STEVINVS, vel Stephanus, Brugenſis, Arithmeticus & Mathematicus ſupra captum vulgarem, teſte *Adriano Romano*; in Hollandia maiorem ætatis partem triuit, aggerum maritimorum Præfectus. Adeo rei ponderariæ peritus fuit, vt nullum offerri illi poſſet pondus, quantumuis graue, quod non paruis viribus ac facili inſtrumento mouere potuiſſet. Scripſit

Arithmeticam ſeu artem ſupputandi, typis Plantini, 1585. 8.

Problematum Geometricorum lib. V. in gratiam Maxæmiliani à Cruyningen. Antuerp. apud Bellerum, 1583.

Hypomnemata Mathematica. Amſtelodami, typis Cornelij Nicolai, 1608. fol.

De portuum inueſtigandorum ratione, cuius Metaphraſin dedit *Hugo Grotius*, amicus noſter.

SIMON DE TORNACO Theol. & Presbyter, ex Dialectico ſubtiliſſimo, immo omnium liberalium artium ferè ſui temporis peritiſſimo, Theologicę Scholæ Pariſijs cathedram meruit aſcendere cum frequenti auditorio. Sed dum Ariſtotelem nimis ſequitur, à nonnullis modernis hæreſeos arguitur:

Sententiarum ſuarum lib. I.

Symbolum Athanaſij ſubtiliter expoſuit.

Quæſtiones Varias, quas in ſcholis ſuis diſputatas determinauit Pariſiis.

In Boëthium de Trinitate lib. I.

Claruit tempore *Alberti* Epiſcopi Ratiſponenſis anno M. CC. XXI.

SIMON VEREPAEVS, Dommelanus, Brabantus. Miræus Hyllerenbecanum ſcribit in Elogijs Belgarum, ſed malè. Adoleſcens Louanij in Porcenſi gymnaſio Philoſophiæ operam dedit. Vir ſingulari in Deum pietate, & opt. Grammaticus. Præfuit ann. aliquot Thaborenſi virginum Machliniæ cœnobio. Belli tumultibus Mechlinia à Caluiniſtis pulſus, Syluæducis, vrbs Regi Catholico & Religioni orthodoxæ fida, libens excepit, Canonico ſacerdotio in D. Ioannis ornauit, & gymnaſio ibidem florentiſſimo præfecit. Scripſit

Compendium precum Liturgicarum, typis Belleri.

Scholaſticarum precum compendiolum. Ibidem.

Piarum precationum Enchiridion. Ibidem.

Selectiſſimarum precum Theſaurum. Ibidem.

Primæ Chriſtianæ Religionis Elementa, Syluæducis, Latinè & Belgicè, typis Schoeffeti.

Latinæ linguæ Progymnaſmata. Ibidem.

Primas ſtudiorum exercitationes. Ibidem.

Rudimenta Etymologiam, ſyntaxin, proſodiam, quę hodie prælegun tur in Belgio iuuentuti à PP. Auguſtinianis & Dominicanis. Antuerpiæ apud Plantinum & Verduſſium.

Latinæ Grammatices Supplementa.

De ciuitate morum puerilium, typis Belleri.

Schola Latina & Chriſtiana Sciagraphiam. Ibid.

De Epiſtolis Latinè conſcribendis lib. V, apud Plantinum.

Selectiores Epiſtolas clarorum virorum. Ibidem.

Selectiores Epiſtolas Ciceronis Scholijs illuſtrauit. Antuerpiæ, apud Antonium Thilenium.

Dialogiſticam Soc. Nominis Iesv *ad maiorem* Dei *gloriam Illuſtrationem.* M. S.

De Tropis & Schematibus. Coloniæ, typis Geruini Colenij,

De vtraque verborum & rerum copia. Ibidem.

Militia Chriſtiana Progymnaſmata, per aliquot Gymnaſia diſtributa. Apud Plantinum.

Selectiores Sermonis Latini Phraſes Nicolaij Buſij euulgauit, ex officina Plantiniana.

Selectiores Epiſtolæ Pauli Manutij, ineditæ apud Caſp Bellerum.

Vitâ innocenter actâ, corporiſque ſolutus vinculis, in beatorum ſedem, vt ſperamus, euolauit, & ſepultus in æde primariâ, hoc epitaphio:

D. O. M.

Dextrè & grauiter.

SIBI SVOQ. D. SIMONI VEREPÆO, DOMMELANO
HVIVS ECCLESIAE SYLVAED. CANONICO.
D. FRANCISCVS HARAEVS VLTRAIECTIN.
S. THEOLOGIAE LICENT.
VIVVS POSVIT MEMOR. LETHI.

Italicos, Suecos, Gallos luſtrando, quid egi?
Christe, tua eſt virtus hinc meliora ſequi.
Lector eram, breuibus deſcripſi geſta piorum:
Paſtorem inde gregis luſtra habuêre duo,
Poſt Verepæi *fuit, tuus vt collega vocarer,*
O vtinam dignus nominis & meriti!
Te ſchola docta colit, colit & pia turba precantum,
Tu mihi & æterna duxque comeſque via.

OBIIT VENERABILIS D. SIMON VEREPAEVS
ANNO SAL. M. D. XCVIII. X. NOVEMB.
AETATIS LXXVI.
D. FRANCISCVS HARAEVS VERO AN. SALVTIS
PIE IESV DA EIS GAVDIA SEMPITERNA.

Verepæus ad Lectorem.

Te rogo quiſquis ades, mihi ſæpe precare ſalutem,
Et dic mente pia quæ tria verba leges:

REQVIESCAT IN PACE.

SIXTVS ARCERIVS Friſius, vir inſigni pietate, virtute, morumque humanitate præditus

Galeni Orationem hortatoriam ad artium liberalium ſtudium Latinam reddidit, notiſque doctis auxit. Leouardiæ 1616. 4.

Digitized by Google

SIXTVS AB HEMMINGA Friſius, Patritius Bellocomenſis, Rectoris F. naſcitur anno CIƆ. IƆ. XXXIII. Februar. Perceptis in patria literarum fundamentis, Louanium, aliaſque vniuerſitates vidit, vt in Medicina excelleret. Artes Mathematicas diligenter didicit, & *Gemmæ Friſio* diligenter ſe applicuit. Scripſit

Aſtrologia, ratione & experientia refutata lib. I. aduerſus *Cardanum*, *Gauricum*, *Leouitium* alioſque. Antuerpiæ, typis Plantini, 1583.

Sententias, quæ veræ Sapientiæ præceptis, & Lud. Hilleſemij doctâ explanatione referta ſunt. Coloniæ, typis Cholini, 1574.

Vitâ defungitur, teſte *Suffrido Petro*, circa annum M. D. LXXXVI.

Huic Symbolum: METVENDA PROCELLA.

SIXTVS A POPMA Friſius, Elofti nobiliſſima & antiquiſſima familia Popmana natus, Gruningæ Præceptorem habuit *Nicolaum Naupegum*, cum quo & fratribus Coloniam profectus, in Burſa Laurentiana audiuerunt doctiſſ. in Philoſophia Profeſſores. Publicato deinde Ducis Albani edicto, Louanium venit, & I. V. ſtudio ſe totum dedit. Doctoratum V. I. Dolæ in Burgundia ſumpſit. Eruit in lucem, & illuſtrauit

Cornelij Celſi lib. De arte dicendi. Coloniæ, 1569.

Commentaria in IV. libb. Inſtit. Imp. quæ excuſa non vidi.

STEPHANVS Abbas Leodicenſis, ad S. Iacobum, Ord. S. Benedicti, ſcripſit *Vitam S. Modoaldi, Epiſcopi Treuirenſis.*

Meminit Baronius in Martyrologio Romano.

STEPHANVS Epiſcopus Leodicenſium X. & Abbas Lobienſis XV. Ord. *S. Benedicti*, ſublimi eloquentia & ingenij dotibus pollens, ſcripſit

Capitula ac Preces (collectas vocant) præcipuarum in anno Feſtiuitatum.

Canticum de SS Trinitate.

De Inuentione S. Stephani proto-martyris, & alia teſte *Sigeberto.*

Diem clauſit extremum, Eccleſiaſticis Sacramentis deuotiſſimè ſuſceptis, anno Epiſcopatus XVIII. XIV. Kal. Iun. electus Epiſcopus anno DCCCC. IV. & ſepultus in colle *D. Lamberti.*

STEPHANVS Epiſcopus Tornacenſium, primum Abbas *S.* Genoueuæ Pariſijs, Ord Canonicorum Regularium, huius pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt, ſcripſit

Epiſtolas CCXL. Pariſijs. 16 1.

Volumen Sermonum in Bibliotheca Collegij Nauarræ Pariſijs M. S.

Viuendi finem fecit, teſte Gazæo, anno M. CC. III.

STEPHANVS BROVSTINVS, Hanno, S. Theol. Baccal. vir in diuini verbi prædicatione inexhauſti planè laboris; populum ſibi commiſſum cùm Valencenis, tum in caſtro Cameraceſio incredibili pietate, zelo, ſedulitate docuit. Scripſit

Tractatum de IV. hominis nouiſſimis Louanij, typis Maſij, 1598. 8.

STEPHANVS LE CLOV Atrebas, Prior Conuentus Dominicanorum, Philoſophus acutus, & Theol. non contemnendus, edidit Attrebati

Opuſculum

Opuſculum de Roſario B. Mariæ.
Vitam S. Hyacinthi ex Latino in vernaculum ſermonem conuertit.

STEPHANVS COMES BELLOGASSIVS, natus in Caſſel (Flandriæ oppidulum eſt) illud cùm pagum vicinum habeat nomine Belle, non ineptè gentilitium ſibi nomen ex vtroque confecit: haud ignarus alioqui veros illos ac veteres Bellocaſſios (quorum meminêre Hiſtoriæ Romanæ) in Normannia eſſe. Fuit homo magni & acuti ingenij, & Brugis Secretis Capituli S. Donatiani notandis aliquando Præfectus. Quod munus tanta cum laude geſſit, vt non ſolum priores omnes longè viciſſe, ſed poſteris etiam imitandi facultatem ademiſſe propemodum videretur. Ita atteſtatur *Antonius Schonhouius*, ad D. Donatianum Canonicus. Scripſit *Syluulam Carminum non minus doctam quam iucundam. Sanctologon Flandriæ.* Brugis, typis Roberti Gualteri, & Eraſmi Vereeckij 1544. 8.

Moriendo etiam facetus fuit, hoc enim ſibi Epitaphium poni voluit:

Hoc iaceo in tumulo, prius at quàm munere vitæ
Exuor, in voto hoc promere carmen erat.
Huc veni, hic vixi, peregrinæ fabula vitæ,
Nunc acta eſt, redeo vita vbi perpes erit.
Cygneo ſic more mei ſum funeris ipſe
Cantator, longum, qui legis iſta, VALE.

Aliud.

Non omnibus comes fui STEPHANVS COMES,
Anima animo fuit mihi viuo comes:
Nunc porrò ſeparantur, hic planè occidit,
Stat illa Olympicis beata ſedibus,
Contenta comitem illum exuiſſe corporis,
Pro tot comitibus perpetim iunctiſsimis.

Teſtamentum eiuſdem.

Cœlo animam, do corpus humo, do cætera mundo,
Vt capiat partem quilibet inde ſuam.

STEPHANVS IDENSIVS Bruxellenſis, S. Theologiæ Licent. Duacenſis, & ad D. Gudulam in patria Canonicus, Scripſit

Hiſtoriam & miracula SS. Euchariſtiæ Sacramenti, miraculis apud Bruxellenſes, & Louanij apud PP. Auguſtinianos coruſcantis. Exceſſit corpore Bruxellis, anno redditæ ſalutis M. DC. XV.

STEPHANVS IVLIACVS, Doctor Theologus Sorbonæ Pariſienſis Vitam B. COLETAE deſcripſit. Vide *Surium Carthuſianum*.

STEPHANVS PERRETVS Antuerpienſis compoſuit & euulgauit xxv. *Fabulas Animalium rythmicis Gallicas cum iconibus Antuerpiæ*, typis Chriſtophori Plantini, 1578. in fol.

STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS Campenſis, Tranſiſelanus, auunculum habuit *Albertum Pighium*, Doctorem Theologum, ADRIANO VI. CLEMENTI VII. & PAVLO III. Pontiff. cariſsimum. Huius exemplo Romæ quoque ſummos inter doctrina viros, diu multumque verſatus, vrbis, omniſque adeò Romanæ Antiquitatis eam eſt peritiam conſecutus, vt ætas noſtra paucos æquales tulerit, ſuperiorem certè neminem. Ex Italia reducem *Antonius Perrenottus* S. R. E. Card. Bibliothecæ ſuæ præfecit. Poſt à *Guilielmo Cliuiæ* & *Iuliæ Duce* euocatus, CAROLO F. Romam religionis gratia cogitanti comes viæque dux additur, aſt CAROLVS in terris, vt cœlo frueretur, eſſe deſijt, anno M. D. LXXV. officium filio impenſum, *Guilielmus* parens agnouit, & virum ſcriptis factiſque bene meritum, apud Coloniam Traianam (opidum hodie Sanctenſe nuncupant) Canonicum & Scholarcham renuntiauit. Scripſit

Herculem Prodicium, boni Principis imaginem, typis Plantini, 1587. 8.

Valerium Maximum emendauit, & puriore toga donauit, Notiſque auxit. Typis Plantini & Nutij.

Faſtos Magiſtratuum Romanorum Tom. III. quos Andreas Schottus hoc Ieſu lacunis aliquot expleuit. Typis Plantini 1599. & 1615. fol.

Themidem Deam, ſiue de lege diuina: Ibidem, 25.

Mythologiam in IV. anni partes. Ibidem.

Obijt anno M. DC. IV. XIX. Kal Nouemb. ætatis LXXXIV. nemini moleſtus.

STEPHANVS VBELIVS Friſius, Sconingenſis, collegit poſt Simonem Pelegromium Syluæducenſem,

Synonyma ex M. T. Cicerone aliiſque. Leouardiæ, 1607. 8. typis AEgidij Radæi.

STEPHANVS WEYMSIVS, à Voerda, Veteramoſanus, Coloniæ puer Græcis Latiniſque literis tinctus, Louanium venit, à *VVameſio* Iuris Anteceſſore in familiam acceptus. Doctor I.V. Louanij renuntiatus eſt, anno M. D. LXXXIX. annoſque plures interpretatus eſt. A morte *VVameſij*, eiuſdem RESPONSA ſelegit de multis, & in lucem dedit. Ipſe ſcripſit

Prælectiones ſiue declarationes ad eas conſtitutiones decretales quæ in Concilio Trid. allegantur, ad huc ineditas.

SVFFRIDVS PETRVS Leouardienſis, Friſius, IC. & Hiſtoriographus, naſcitur anno redemptionis noſtræ M. D. XXVII. fuit illi varium ingenium, quod nullis incluſum ſpatijs, per omnes ferè diſciplinas liberius euagaretur. Iuuenis Erfordiam Turingorum inſtaurandæ Academiæ iam collapſæ euocatur. Hic linguæ vtriuſque Doctoris perſonam annos aliquot ſuſtinuit. Domum reuerſus, *Antonio Perrenotto* Card. à Bibliotheca fuit. Aulæ pertæſus (quam vitam nihil aliud iudico quàm ſplendidam miſeriam ac perſonatam

D. O. M.

Ah nimis abiectè iacet hic tegiturque SVFRIDVS,
Æternum decus, vrbs ô Leowarda, tuum.
Ille ſuis viuens te vexit ad athera ſcriptis
Friſia: debueras ponere tu lapidem.
Non factum. Ergò, ne vſque viri oſſa inhonora laterent,
GAVKEMA *pro meritis præſtitit officium.*

SVFFRIDIO PETRO LEOVVARDIENSIS FRISIO
V. I. C. DOCTISSIMO,
GRAECAE LINGVAE SCIENTISSIMO,
LIBRIS MVLTIS EDITIS CLARISSIMO,
TRIBVS PONTT. MAXX.
ET S. R. E. SVI TEMPORIS PRAECIPVIS CARDD.
OB DOCTRINAM CHARO;
FRISIORVM HISTORICO,
HVIVS ECCLESIAE CANONICO,
POPVLARI OPTIME DE SE MERITO,
GAVCO GAVKEMA FRISIVS CANON. AQVISGRAN.
PIETATIS AC MEMOR. CAVSSA
H. M. F. CVRAVIT
ANNO M. DC. XI. MENSE QVINTI.

Deceſsit hydropicus, die Iouis X. Kal. Februar. ann. Chriſtiano
cIↄ. Iↄ. XCVII. horâ nonâ matutina, ſub CLEMENTE VIII.
Papa, RVDOLPHO II. Imperatore, ERNESTO BAVARO
Colonienſe Archiepiſcop. & FERDINANDO BAVA-
RO eiuſdem Archiepiſcop. Coadiutore cum
vixiſſet an. LXIX. MEN. VII. DIES VIII. Elatus
eſt ipſâ conuerſionis Pauli.

R. I. P.

SVFFRIDVS STERCKENBVRG, Friſius, teſte *Martino Hamconio* in Friſia ſua, ſcripſit
Genealogiam Nobilium Friſiæ.

SVLPITIVS DV PRE, Canonicus Audomarenſis, ex Latino vertit in ſermonem Gallicum
Regulam S. Auguſtini.
Exhortationum lib. ad Religioſos.
Idiotum, de ſtatu Religioſorum.

TERTIVS DAMIANVS, VISSENACVS (qui pagus eo agri Thenenſis in Brabantia) Medicus, Philoſophus, Græcè & Latinè d y ctus, edidit

Theoricam Medicinæ & Chirurgiæ.

De morbo Sudoriſero Antuerpiæ. typis Dumaei. 1542.

THEOBALDVS Monachus, ſcripſit

Vitam S. Gummari. M. S. in rubra valle iuxta Bruxellam.

THEODATVS Leodicenſis Carmilita, quo tempore vixerit incertum, ſcripſit

Quadrageſimale ab *Arnoldo Boſtio* valde commendatum.

THEODORICVS Abbas, ad S. Trudonem, Ord. *S. Benedicti* ditionis Leodicenſis, vir fuit vita & conuerſatione inſignis, diuinarumq; litterarum peritus, ſcripſit

Vitam S. Bauonis.

Vitam S. Rumoldi Epiſcopi lib. I. Bruxellis, 1569. 8.

Vitam S. Trudonis.

Vitam S. Amelbergæ, M. S. in Cœnobio Cameræ, iuxta Bruxellam.

Vitam S. Landradæ virginis & Abbatiſſæ. M. S.

Sermonum de Tranſlatione SS. Trudonis & Eucherij.

Veteris & Noui Teſtamenti Hiſtorias verſu Heroico.

THEODORICVS BERNENSIS, Ordinis Præmonſtratenſis Bernae ad Moſam Fl. quod Monaſterium à Caluiniſtis funditus eſt deletum, paucis abhinc annis. Vixit ſub *Euerardo* I eius loci Abbate, anno M. C. LX. Vir optimus & doctiſſimus, & pietate inſigni, ſcripſit

Homilias aliquot, & Hiſtorias.

Conſule *Ioannem de Beka* de Epiſcopis Vltraiectinis, qui FVLCOLDVM militem Abbatiæ Bernenſis fundatorem ſcribit, ſub *Andrea* Epiſcopo XXV.

THEODORICVS ADAMAEVS, Swallenbergius, Gelder, edidit

Annotationes in Procopium de ædificijs Iuſtiniani Imp. à Franciſco Craneueldio è Græco Latinè verſum Pariſijs, apud Wechelum.

Panegyricum de Chriſtiani orbis Concordia. Ibid. 1540. apud eundem.

Tabulam Cebetis Philoſophi latio donauit.

De Rhodo Inſula, & militarium Ordinum inſtitutione. Ibidem.

Louanij debitum Naturæ ſoluit, anno Incarnationis Dei M. D. XL.

THEODORICVS GERARDVS, Gaudanus, Medicus, è Græco vertit,

Galeni de curandi ratione per Venæ ſectionem lib.

De ſimplicium Medicamentorum facultatibus lib. III. Baſil. apud Frobenum.

De Hirudinibus, reuulſione, cucurbitulâ, & ſcarificatione.

THEODORICVS GVALTERVS VAMDEN BOSSCHE, Carmine Heroico, ſcripſit

De cæde Principis Guilielmi Naſſouij & tormentis Balthaſaris Gerardi Burgundi, X. Iulij, M. D. LXXXIV. Delfis Batauorum.

THEODORICVS HAGHEN Phyſicus, Aſtrophilus, ſcripſit *Prognoſticon ſtellare in vniuerſum ab orbe condito in diem vſque nouiſſimum, iuxta errantium ſiderum habitudines &c.* Inſcripſitque *Georgio ab Egmonda* Vltraiectenſium Epiſcopo Vltraiecti typis Hermanni Borculoij. 1552.

THEODORICVS DE HERXEN, Ord. Fratrum Clericorum in communi viuentium viſitator, vir deuotus, & in diuinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, ſcripſit ad ſimplicium fratrum ædificationem teſte *Trithemio*. B

In totum Pſalterium.

De Paſsione Domini.

De moriendi deſiderio.

Super Oratione Dominicâ & ſalutatione angelicâ

Septimanam Chriſtianam, & alia.

Claruit anno Domini M. CCCC. LXXVI.

THEODORICVS LOERIVS à Stratis, Brabantus, primum inuentutis florem in ſacra Agrippinenſium Cartuſiſia diuino conſecrauit nemini, ob animi candorem vitęque integritatem omnibus charus. Quantos die noctuque in eruendis DIONISI RICKELI lucubrationibus labores hauſerit, dicent Epiſtolæ eius aliquot dedicatoriæ. Scripſit *De Miraculis quæ in SS. Euchariſtiæ Sacramento Bruxellis acciderunt*. Coloniæ, 1532. & Bruxellis.

Vitam Dionyſij Rickelij accuratè. Ibidem

Anno partus Virginei M. D. LIV. XXVI. Auguſti, enauigato huius mortalitatis turbulento pelago, ad cæleſtem patriam commigrauit, & ſepultus in celeberrimæ Herbipolenſis Cartuſiæ odeio, iuxta fundatoris tumulum. F. *Theodorus Petreius* hoc epitaphio condecorauit.

Nobile Cartuſij, Dionyſius *Ordinis olim*
Et decus & ſplendor, nil niſi ſacra crepat.
Hac Loer *exibiens* Theodoricus *omnia tandem*
Præſtitit vt volitent docta, per ora virum:
Quem leuis hac tellus retinet, ſed ſpiritus aſtra
Scandit, vbi athereâ pace, potitur ouans.

THEODORICVS MALCOTIVS. Louanienſis S. Theol. Licentiatus, & Gymnaſij Lilienſis Præfectus,

Dialogum de Martini Lutheri eiuſque conſortium in Religione inconſtantiâ. Coloniæ, 1583 8. quem *Franciſcus Agricola* Germanicè vertit & auxit.

THEODORICVS MARTINVS Aloſtenſis, primus apud Louanienſes Typographus, vir doctus, multæ lectionis. *Eraſmi Roterodami, Adriani Barlandi*, aliorumque doctorum virorum amicitia ac conſuetudine beatus. Scripſit

Hymnos in honorem Sanctorum.

Diale

Dialogum de virtutibus, & alia,

Eripitur mundo Aloſti. & ſepultus ad *Guilielmitas* hoc epitaphio, quod *Eraſ. Roterod.* illi poſuit:

Hic T*eodoricus iaceo prognatus Aloſto,*
Ars erat impreſsis ſcripta referre typis.
Fratribus, vxori, ſoboli, notisq; ſuperſtes
Octauam vegetus prateriꝫ decadem.
Anchora ſacra manet grata notiſsima pubi;
Chriſte, *preco nunc ſis anchora ſacra mihi.*

Obiit anno M. D. XXXIII. XXVIII. Maij.

THEODORICVS A MONASTERIO, patriam habuit Monaſterium in Weſtphalia, qui ex Auguſtinianorũ familia, in D *Franciſci* Ordinem cooptatus, Concionator Apoſtolicus, velut ſidus fulgidum Belgicam noſtram circumiens, doctrinæ claritate & concionibus illuſtrauit Bruxellæ, cùm anno M. CCCC. LXXXIX. grauis illa peſtilentiæ lues graſſaretur, mortuis Paſtoribus inter XXXIII. millia ciuium, totam ciuitatem obequitans, morientibus Sacramenta adminiſtrauit, ipſe à peſte intactus. Libellum edidit linguâ noſtrate Teutonica KERSTE SPIEGHEL, quod Latinè dicitur.

Speculum Chriſtianum. Bruxellæ & Louanij.

Orationes pias atque deuotas.

Ad cœleſtem gloriam ex mortali carcere euocatur anno redempti à filio DEI orbis M. D. X V. Decemb. die XI.

THEODORICVS VLSENIVS, Friſo, Medicus, ſingularis eruditionis & peritæ, Poëta quoque non incelebris,

Scripſit

De pharmacandi comprobata ratione libb. II. carminibus CCCXII.

Abſolutos, quibus Scholia adiecit Georgius Pictorius. Baſileæ.

Epigrammata & Elegias cultas.

Vixit anno M. CCCCXCIV. ſub Maxæmyliano Imp.

THEODORVS ANTONIVS, PELTANVS, Soc. IESV Theologus, Græcè Latineque doctiſſimus, & in alijs ſcientijs probè verſatus. Docuit Theologiam annos XII, Græcas quoque atque literas Hebraicas cuius hic elogium adſcribere placet è Theologiæ Profeſſoribus Academiæ Ingolſtadienſis, auctore *Valentino Rotmaro*.

Theodorus Antonius Peltanus, *ex Inferioris Germaniæ Pelta pago oriundus, Soc.* Ieſu *Theologus, anno Domini M. D. LVI. cùm aliis quibuſdam Patrib. de Soc.* Ieſu Thoma Lentulio *Nouiomagenſi*, Ioanne Cuuillonio *Inſulenſi*, & Hermanno Tyræo *Noueſienſi, Doctori. Theologis, menſe S. Auguſto ad Ingolſtadi-*

 enſem

SIMON KERCHOVIVS Iodoci F. Gandauenſis, in æde S. Bauonis annos ferè XX. Curio, vir eruditus, moribus antiquis, & Poëta non inelegans. Extant eius varij verſus, nempe

Elegia ſacra Henrico Franciſco vander Burcht à Gandauenſi ad Cameracenſem Cathedram abeunti.

Ad Carolum à Burgundia, Antoniani Pſittaci, vt vocant, fiſtulâ tormentariâ deiecti, Regem.

Carmen in Cantica Spiritualia Iuſti Harduini.

Item in Carcerem Babylonicum Tragœdiam Cornelij à Marca.

In funere Philippi Trieſt Gandauenſium Conſ.

Epinicium, ſiue Breda reſtituta inuicto Hiſp. Regi Philippo IV. Belgarum Principi. Gandaui, typis I. Kerchouij, 1625.

Libellum paratum habet, cui titulus: *Conſilium Altiſsimi.*

Inter mortales eſſe deſijt anno M. DC. XXV. II. Iulij, dum enim Gandauum inter & Aldenardam ſolo cane comite proficiſcitur, ſubita eum apoplexia perculſit & extinxit. Defunctum patria tota eluxit: ſed & canis, qui viuo fidus fuerat, morientem pluſquam canino luctu proſecutus eſt, qui à cadauere diuelli non potuit, licet ruſticorum minis & verberibus frequenter arceretur.

SIMON MAGNVS Leodicenſis, I. V. D. vir pius & eruditus & ſupra quàm dici poteſt bonarum litterarum ſtudijs delectatus. Scripſit

Methodum artis Epiſtolicæ. Louanij, 1563.

Vitam Martini ab Aſpilcueta Nauarri. Romæ.

Eiuſdem Manuale Confeſſariorum ac Pœnitentium Annotationibus illuſtrauit. Pariſijs, 1587. apud Guil. Rouillium

SIMON OGERIVS, Audomarus, I. V. Doctor & Poëta non infelix. Scripſit libros II. quibus tit. lus

Irene & Ares, ad Magnum Alex. Farneſium. Duaci, typis Bogardi, 1588.

Odarum lib. III. Syluarum libb. XII. Duaci apud eundem.

Cameracum. Arteſiam. Caletum. Brugas. Alpes.

Epitaphia. Encomiorum lib. II. *Symmictôn* lib. I.

Elegiarum Chriſtianarum libb. III. Galateam. Tibullum.

Cantilenas pias & pudicas, & alia, typis Boſcardi & Bogardi, 1588. 1589. 1592. 8.

Albertus & Iſabella, Panegyricus heroico carmine. Ibidem, 1600.

SIMON PELEGROMIVS, Syluæducenſis, Guilielmitarum per prouinciam Franciæ Prior Prouincialis, vir humanus, & in humanioribus litteris bene verſatus, edidit

Sinonymórum Syluam, in vſum eorum qui epiſtolarum atque carminum compoſitioni ſtudent. Syluæducis 1546. & Ant. typis Nicolai Soolmanij. 1577. 8.

SIMON A QVERCV, vulgo *vander Eycken*, Bruxellenſis, Muſicus excellens, apud Mediolanenſis in ſummo honore, ob ſingularem Muſices peritiam, quam exhibuit in Metropolitana Ambroſiana, ſcripſit

De Gregoriana & Figuratiua & contro-puncta ſimplici, cum exemplis, In Germania Landshouti, 1518. 8.

SIMON STEVINVS, vel Stephanus, Brugenſis, Arithmeticus & Mathematicus ſupra captum vulgarem, teſte *Adriano Romano*, in Hollandia maiorem ætatis partem triuit, aggerum maritimorum Præfectus. Adeo rei ponderariæ peritus fuit, vt nullum offerri illi poſſet pondus, quantumuis graue, quod non paruis viribus ac facili inſtrumento mouere potuiſſet. Scripſit

Arithmeticam, ſeu artem ſupputandi, typis Plantini, 1585. 8.

Problematum Geometricorum lib. V. in gratiam Maxæmiliani à Cruyningen. Antuerp. apud Bellerum, 1583.

Hypomnemata Mathematica. Amſtelodami, typis Cornelij Nicolai, 1608. fol.

De portuum inueſtigandorum ratione, cuius Metaphraſin dedit *Hugo Grotius*, amicus noſter.

SIMON DE TORNACO Theol. & Presbyter, ex Dialectico ſubtiliſſimo, immo omnium liberalium artium ferè ſui temporis peritiſſimo, Theologicę Scholæ Pariſijs cathedram meruit aſcendere cum frequenti auditorio. Sed dum Ariſtotelem nimis ſequitur, à nonnullis modernis hæreſeos arguitur:

Sententiarum ſuarum lib. I.

Symbolum Athanaſij ſubtiliter expoſuit.

Quæſtiones Varias, quas in ſcholis ſuis diſputatas determinauit Pariſiis.

In Boëthium de Trinitate lib. I.

Claruit tempore *Alberti* Epiſcopi Ratiſponenſis anno M. CC. XXI.

SIMON VEREPAEVS, Dommelanus, Brabantus. Miræus Hylterenbecanum ſcribit in Elogijs Belgarum, ſed malè. Adoleſcens Louanij in Porcenſi gymnaſio Philoſophiæ operam dedit. Vir ſingulari in Deum pietate, & opt. Grammaticus. Præfuit ann. aliquot Thaborenſi virginum Machliniæ cœnobio. Belli tumultibus Mechlinia à Caluiniſtis pulſus, Syluaducis, vrbs Regi Catholico & Religioni orthodoxæ fida, libens excepit, Canonico ſacerdotio in Sylvanis ornauit, & gymnaſio ibidem florentiſſimo præfecit. Scripſit

Compendium precum Liturgicarum, typis Belleri.

Scholaſticarum precum compendiolum. Ibidem.

Piarum præcationum Enchiridion. Ibidem.

Selectiſſimarum precum Theſaurum. Ibidem.

Prima Chriſtianæ Religionis Elementa, Syluæducis, Latinè & Belgicè, typis Schoeffeti.

Latinæ linguæ Progymnaſmata. Ibidem.

Primas ſtudiorum exercitationes. Ibidem.

Rudimenta Etymologiam, ſyntaxin, proſodiam, quę hodie præleguntur in Belgio iuuentuti à PP. Auguſtinianis & Dominicanis. Antuerpiæ apud Plantinum & Verduſſium.

Latinæ Grammatices Supplementa.

De ciuitate morum puerilium, typis Belleri.

Scholæ Latinæ & Chriſtianæ Sciagraphiam. Ibid.

De Epiſtolis Latinè conſcribendis lib. V. apud Plantinum.

Selectiores Epiſtolas clarorum virorum. Ibidem.

Selectiores Epiſtolas Ciceronis Scholijs illuſtrauit. Antuerpiæ, apud Antonium Thilenium.

Dialogiſticam Soc. Nominis IESV *ad maiorem* DEI *gloriam Illuſtrationem. M.* S.

De Tropis & Schematibus. Coloniæ,typis Geruini Colenij,

De vtraque verborum & rerum copia. Ibidem.

Militia Chriſtiana Progymnaſmata, per aliquot Gymnaſia diſtributa. Apud Plantinum.

Selectiores Sermonis Latini Phraſes Nicolaij Buſij euulgauit, ex officina Plantiniana.

Selectiores Epiſtola Pauli Manutij, ineditæ apud Caſp Bellerum.

Vitâ innocenter actâ, corporiſque ſolutus vinculis, in beatorum ſedem, vt ſperamus, euolauit, & ſepultus in æde primariâ, hoc epitaphio:

D. O. M.

Dextrè & grauiter.

SIBI SVOQ. D. SIMONI VEREPÆO DOMMELANO
HVIVS ECCLESIAE SYLVAED. CANONICO.
D. FRANCISCVS HARAEVS VLTRAIECTIN.
S. THEOLOGIAE LICENT.
VIVVS POSVIT MEMOR. LETHI.

Italicos, Suecos, Gallos luſtrando, quid egi?
Chriſte, tua eſt virtus hinc meliora ſequi.
Lector eram, breuibus deſcripſi geſta piorum:
Paſtorem inde gregis luſtra habuêre duo,
Poſt VEREPÆE *fuit, tuus vt collega vocarer;*
O vtinam dignus nominis & meriti!
Te ſchola docta colit, colit & pia turba precantum;
Tu mihi & æterna duxque comeſque via.

OBIIT VENERABILIS D. SIMON VEREPÆVS
ANNO SAL. M. D. XCVIII. X. NOVEMB.
AETATIS LXXVI.
D. FRANCISCVS HARAEVS VERO AN. SALVTIS

PIE IESV DA EIS GAVDIA SEMPITERNA.

Verepæus ad Lectorem.

Te rogo quiſquis ades, mihi ſæpe precare ſalutem;
Et dic mente pia qua tria verba leges:

REQVIESCAT IN PACE.

SIXTVS ARCERIVS Friſius, vir inſigni pietate, virtute, morumque humanitate præditus

Galeni Orationem hortatoriam ad artium liberalium ſtudium Latinam reddidit, notiſque doctis auxit. Leouardiæ 1616. 4.

SIXTVS AB HEMMINGA Friſius, Patritius Bellocomenſis, Hectoris F. naſcitur anno CIↃ. IↃ. XXXIII. Februar. Perceptis in patria literarum fundamentis, Louanium,aliaſque vniuerſitates vidit,vt in Medicina excelleret. Artes Mathematicas diligenter didicit,& *Gemmæ Friſio* diligenter ſe applicuit. Scripſit

Aſtrologia,ratione & experientia refutata lib. I. aduerſus *Cardanum*, *Gauricum*, *Leouitium* alioſque. Antuerpiæ,typis Plantini, 1583.

Sententias,quæ veræ Sapientiæ præceptis, & Lud. Hilleſemij doctâ explanatione refertæ ſunt. Coloniæ, typis Cholini, 1574.

Vitâ defungitur,teſte *Suffrido Petro*,circa annum M. D. LXXXVI.

Huic Symbolum: METVENDA PROCELLA.

SIXTVS A POPMA Friſius, Eloſti nobiliſſima & antiquiſſima familia Popmana natus,Gruningę Præceptorem habuit *Nicolaum Naupegum*, cum quo & fratribus Coloniam profectus, in Burſa Laurentiana audiuerunt doctiſſ. in Philoſophia Profeſſores. Publicato deinde Ducis Albani edicto, Louanium venit,& I. V. ſtudio ſe totum dedit. Doctoratum V. I. Dolæ in Burgundia ſumpſit. Eruit in lucem, & illuſtrauit

Cornelij Celſi lib. De arte dicendi. Coloniæ, 1569.

Commentaria in IV. libb. Inſtit. Imp. quæ excuſa non vidi.

STEPHANVS Abbas Leodicenſis, ad *S.* Iacobum, Ord. *S.* Benedicti, ſcripſit *Vitam S. Modoaldi, Epiſcopi Treuirenſis.*

Meminit Baronius in Martyrologio Romano.

STEPHANVS Epiſcopus Leodicenſium X. & Abbas Lobienſis XV. Ord. *S. Benedicti*, ſublimi eloquentia & ingenij dotibus pollens, ſcripſit

Capitula ac Preces (collectas vocant) præcipuarum in anno Feſtiuitatum.

Canticum de SS Trinitate.

De Inuentione S. Stephani proto-martyris,& alia teſte *Sigeberto*.

Diem clauſit extremum, Eccleſiaſticis Sacramentis deuotiſſimè ſuſceptis, anno Epiſcopatus XVIII. XIV. Kal. Iun. electus Epiſcopus anno DCCCC. IV. & ſepultus in colle *D. Lamberti*.

STEPHANVS Epiſcopus Tornacenſium, primum Abbas *S.* Genoueuæ Pariſijs,Ord Canonicorum Regularium,huius pietas & eruditio nomen non incelebre dederunt, ſcripſit

Epiſtolas CCXL. Pariſijs. 1611.

Volumen Sermonum in Bibliotheca Collegij Nauarræ Pariſijs M. S.

Viuendi finem fecit,teſte Gazæo,anno M. CC. III.

STEPHANVS BROVSTINVS, Hanno, S. Theol. Baccal. vir in diuini verbi prædicatione inexhauſti planè laboris; populum ſibi commiſſum cùm Valencenis, tùm in Caſtro Cameraceſio incredibili pietate, zelo, ſedulitate docuit. Scripſit

Tractatum de IV. hominis nouiſſimis Louanij, typis Maſij, 1598. 8.

STEPHANVS LE CLOV Atrebas, Prior Conuentus Dominicanorum, Philoſophus acutus, & Theol. non contemnendus, edidit Atrebati

Opuſculum

Opuſculum de Roſario B. Mariæ.
Vitam S. Hyacinthi ex Latino in vernaculum ſermonem conuertit.

STEPHANVS COMES BELLOGASSIVS, natus in Caſſel (Flandriæ oppidulum eſt) illud cùm pagum vicinum habeat nomine Belle, non ineptè gentilitium ſibi nomen ex vtroque confecit: haud ignarus alioqui veros illos ac veteres Bellocaſſios (quorum meminêre Hiſtoriæ Romanæ) in Normannia eſſe. Fuit homo magni & acuti ingenij, & Brugis Secretis Capituli S. Donatiani notandis aliquando Præfectus. Quod munus tanta cum laude geſſit, vt non ſolum priores omnes longè viciſſe, ſed poſteris etiam imitandi facultatem ademiſſe propemodum videretur. Ita atteſtatur *Antonius Schonhouius*, ad D. Donatianum Canonicus. Scripſit *Syluulam Carminum non minus doctam quam iucundam. Sanctologon Flandriæ.* Brugis, typis Roberti Gualteri, & Eraſmi Vereeckij 1544. 8.

Moriendo etiam facetus fuit, hoc enim ſibi Epitaphium poni voluit:

Hoc iaceo in tumulo, prius at quam munere vitæ
Exuor, in voto hoc promere carmen erat.
Huc veni, hic vixi, peregrinæ fabula vitæ,
Nunc acta eſt, redeo vita vbi perpes erit.
Cygneo ſic more mei ſum funeris ipſe
Cantator, longum, qui legis iſta, VALE.

Aliud.

Non omnibus comes fui STEPHANVS COMES,
Anima animo fuit mihi viuo comes:
Nunc porrò ſeparantur, hic planè occidit,
Stat illa Olympicis beata ſedibus,
Contenta comitem illum exuiſſe corporis,
Pro tot comitibus perpetim iunctiſſimis.

Teſtamentum eiuſdem.

Cœlo animam, do corpus humo, do cætera mundo,
Vt capiat partem quilibet inde ſuam.

STEPHANVS IDENSIVS Bruxellenſis. S. Theologiæ Licent. Duacenſis, & ad D. Gudulam in patria Canonicus, Scripſit

Hiſtoriam & miracula SS. Euchariſtiæ Sacramenti, miraculis apud Bruxellenſes, & Louanij apud PP. Auguſtinianos coruſcantis. Exceſſit corpore Bruxellis, anno redditæ ſalutis M. DC. XV.

STEPHA-

STEPHANVS IVLIACVS, Doctor Theologus Sorbonæ Pariſienſis Vitam B. COLETAE deſcripſit. Vide *Surium Cartuſianum*.

STEPHANVS PERRETVS Antuerpienſis compoſuit & euulgauit XXV. *Fabulas Animalium rythmicis Gallicis cum iconibus Antuerpiæ*, typis Chriſtophori Plantini, 1578. in fol.

STEPHANVS VINANDVS PIGHIVS Campenſis, Tranſiſelanus, auunculum habuit *Albertum Pighium*, Doctorem Theologum, ADRIANO VI. CLEMENTI VII. & PAVLO III. Pontiff. cariſsimum. Huius exemplo Romæ quoque ſummos inter doctrina viros diu multumque verſatus, vrbis, omniſque adeò Romanæ Antiquitatis eam eſt peritiam conſecutus, vt ætas noſtra paucos æquales tulerit, ſuperiorem certè neminem. Ex Italia redeuntem *Antonius Perrenottus* S. R. E. Card. Bibliothecæ ſuæ præfecit. Poſt à *Guilielmo Cliuiæ* & *Iuliæ Duce* euocatus, CAROLO F. Romam religionis gratia cogitanti comes viæque dux additur, aſt CAROLVS in terris, vt cœlo frueretur, eſſe deſijt, anno M. D. LXXV. officium filio impenſum, *Guilielmus* parens agnouit, & virum ſcriptis factiſque bene meritum, apud Coloniam Traianam (opidum hodie Sanctenſe nuncupant) Canonicum & Scholarcham renuntiauit. Scripſit

Herculem Prodicium, boni Principis imaginem, typis Plantini, 1587. 8.

Valerium Maximum emendauit, & puriore toga donauit, Notiſque auxit. Typis Plantini & Nutij.

Faſtos Magiſtratuum Romanorum Tom. III. quos Andreas Schottus hoc Ieſu lacunis aliquot expleuit. Typis Plantini 1599. & 1615. fol.

Themidem Deam, ſiue de lege diuina. Ibidem, 25.

Mythologiam in IV. anni partes. Ibidem.

Obijt anno M. DC. IV. XIX. Kal. Nouemb. ætatis LXXXIV. nemini moleſtus.

STEPHANVS VBELIVS Friſius, Sconingenſis, collegit poſt Simonem Pelegromium Syluæducenſem,

Synonyma ex M. T. Cicerone aliſque. Leouardiæ, 1607. 8. typis AEgidij Radæi.

STEPHANVS WEYMSIVS, à Voerda, Veteramoſanus, Coloniæ puer Græcis Latiniſque literis tinctus, Louanium venit, à *VVameſio* Iuris Anteceſſore in familiam acceptus. Doctor I. V. Louanij renuntiatus eſt, anno M. D. LXXXIX. annoſque plures interpretatus eſt. A morte *VVameſij*, eiuſdem RESPONSA ſelegit de multis, & in lucem dedit. Ipſe ſcripſit

Prælectiones ſiue declarationes ad eas constitutiones decretales quæ in Concilio Trid. allegantur, adhuc ineditas.

SVFFRIDVS PETRVS Leouardienſis, Friſius, IC. & Hiſtoriographus, naſcitur anno redemptionis noſtræ M. D. XXVII. fuit illi varium ingenium, quod nullis incluſum ſpatijs, per omnes ferè diſciplinas liberius euagaretur Iuuenis Erfordiam Turingorum inſtaurandæ Academiæ iam collapſæ euocatur. Hic linguæ vtriuſque Doctoris perſonam annos aliquot ſuſtinuit. Domum reuerſus, *Antonio Perrenotto* Card. à Bibliotheca fuit. Aulæ pertæſus (quam vitam nihil aliud iudico quâm ſplendidam miſeriam ac perſonatam

Digitized by Google

D. O. M.

Ah nimis abiectè iacet hic tegiturque SVFRIDVS,
Æternum decus, vrbs ò Leowarda, tuum.
Ille ſuis viuens te vexit ad æthera ſcriptis
Friſia: debueras ponere tu lapidem.
Non factum. Ergò, ne vſque viri oſſa inhonora laterent,
GAVKEMA *pro meritis præſtitit officium.*

SVFFRIDIO PETRO LEOVVARDIENSIS FRISIO
V. I. C. DOCTISSIMO,
GRAECAE LINGVAE SCIENTISSIMO,
LIBRIS MVLTIS EDITIS CLARISSIMO,
TRIBVS PONTT. MAXX,
ET S. R. E. SVI TEMPORIS PRAECIPVIS CARDD.
OB DOCTRINAM CHARO,
FRISIORVM HISTORICO,
HVIVS ECCLESIAE CANONICO,
POPVLARI OPTIME DE SE MERITO,
GAVCO GAVKEMA FRISIVS CANON. AQVISGRAN.
PIETATIS AC MEMOR. CAVSSA
H. M. F. CVRAVIT
ANNO M. DC. XI. MENSE QVINTI.

Deceſsit hydropicus, die Iouis X. Kal. Februar. ann. Chriſtiano
cIↄ. Iↄ. XCVII. horâ nonâ matutina, ſub CLEMENTE VIII.
Papa, RVDOLPHO II. Imperatore, ERNESTO BAVARO
Colonienſe Archiepiſcop. & FERDINANDO BAVA-
RO eiuſdem Archiepiſcop. Coadiutore cum
vixiſſet an. LXIX. MEN. VII. DIES VIII. Elatus
eſt ipſa conuerſionis Pauli.

R. I. P.

SVFFRIDVS STERCKENBVRG, Friſius, teſte *Martino Hamconio* in Friſia ſua, ſcripſit
Genealogiam Nobilium Friſiæ.

SVLPITIVS DV PRE, Canonicus Audomarenſis, ex Latino vertit in ſermonem Gallicum
Regulam S. Auguſtini.
Exhortationum lib. ad Religioſos.
Idiotum, de ſtatu Religioſorum.

TERTIVS DAMIANVS, VISSENACVS (qui pagus eſt agri Thenenſis in Brabantia) Medicus, Philoſophus, Græcè & Latinè doctus, edidit

Theoricam Medicinæ & Chirurgiæ.

De morbo Sudoriſero Antuerpiæ typis Dumæi 1541.

THEOBALDVS Monachus, ſcripſit

Vitam S. Gummari. M. S. in rubra valle iuxta Bruxellam.

THEODATVS Leodicenſis Carmelita, quo tempore vixerit incertum, ſcripſit

Quadrageſimale ab *Arnoldo Boſtio* valde commendatum.

THEODORICVS Abbas, ad S. Trudonem, Ord. *S. Benedicti* ditionis Leodicenſis, vir fuit vita & conuerſatione inſignis, diuinarumq; litterarum peritus, ſcripſit

Vitam S. Bauonis.

Vitam S. Rumoldi Epiſcopi lib. I. Bruxellis, 1569. 8.

Vitam S. Trudonis.

Vitam S. Amelbergæ, M. S. in Coenobio Cameræ, iuxta Bruxellam.

Vitam S. Landradæ virginis & Abbatiſſæ. M. S.

Sermonum de Tranſlatione SS. Trudonis & Eucherij.

Veteris & Noui Teſtamenti Hiſtorias verſu Heroico.

THEODORICVS BERNENSIS, Ordinis Præmonſtratenſis Bernae ad Moſain Fl. quod Monaſterium à Caluiniſtis funditus eſt deletum, paucis abhinc annis. Vixit ſub *Euerardo* I eius loci Abbate, anno M. C. LX. Vir optimus & doctiſſimus, & pietate inſigni, ſcripſit

Homilias aliquot, & Hiſtorias.

Conſule *Ioannem de Beka* de Epiſcopis Vltraiectinis, qui FVLCOLDVM militem Abbatiæ Bernenſis fundatorem ſcribit, ſub *Andrea* Epiſcopo XXV.

THEODORICVS ADAMAEVS, Swallenbergius, Gelder, edidit

Annotationes in Procopium de ædificijs Iuſtiniani Imp. à Franciſco Craneueldio è Græco Latinè verſum Pariſijs, apud Wechelum.

Panegyricum de Chriſtiani orbis Concordia. Ibid. 1540, apud eundem.

Tabulam Cebetis Philoſophi latio donauit.

De Rhodo Inſula, & militarium Ordinum inſtitutione. Ibidem.

Louanij debitum Naturæ ſoluit, anno Incarnationis Dei M. D. XL.

THEODORICVS GERARDVS, Gaudanus, Medicus, è Græco vertit,

Galeni de curandi ratione per Venæ ſectionem lib.

De ſimplicium Medicamentorum facultatibus lib. III. Baſil. apud Frobeum.

De Hirudinibus, reuulſione, cucurbitulâ, & ſcarificatione.

THEODORICVS GVALTERVS VAMDEN BOSSCHE, Carmine Heroico, ſcripſit

De cæde Principis Guilielmi Naſſouij & tormentis Balthaſaris Gerardi Burgundi, X. Iulij, M. D. LXXXIV. Delfis Batauorum.

THEODORICVS HAGHEN Phyſicus, Aſtrophilus, ſcripſit *Prognoſticon ſtellare in vniuerſum ab orbe condito in diem vſque nouiſſimum, iuxta errantium ſiderum habitudines &c.* Inſcripſitque *Georgio ab Egmonda* Vltraiectenſium Epiſcopo Vltraiecti typis Hermanni Borculoij. 1552.

THEODORICVS DE HERXEN, Ord. Fratrum Clericorum in communi viuentium viſitator, vir deuotus, & in diuinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, ſcripſit ad ſimplicium fratrum ædificationem teſte *Trithemio*. B

In totum Pſalterium.
De Paſsione Domini.
De moriendi deſiderio.
Super Oratione Dominicâ & ſalutatione angelicâ
Septimanam Chriſtianam, & alia.
Claruit anno Domini M. CCCC. LXXVI.

THEODORICVS LOERIVS à Stratis, Brabantus, primum inuentutis florem in ſacra Agrippinenſium Cartuſiſia diuino conſecrauit nemini, ob animi candorem vitæque integritatem omnibus charus. Quantos die noctuque in eruendis a DIONISI RICKELI lucubrationibus labores hauſerit, dicent Epiſtolæ eius aliquot dedicatoriæ. Scripſit *De Miraculis quæ in SS. Euchariſtia Sacramento Bruxellis acciderunt*. Coloniæ, 1532. & Bruxellis.

Vitam Dionyſij Rickelij accuratè. Ibidem

Anno partus Virginei M.D. LIV. XXVI. Auguſti, enauigato huius mortalitatis turbulento pelago, ad cæleſtem patriam commigrauit, & ſepultus in celeberrimæ Herbipolenſis Cartuſiæ odeio, iuxta fundatoris tumulum.

F. *Theodorus Petreius* hoc epitaphio condecorauit.

Nobile Cartuſij, Dionyſius *Ordinis olim*
Et decus & ſplendor, nil niſi ſacra crepat.
Hac Loer *excibiens* Theodoricus *omnia tandem*
Præſtitit vt volitent docta, per ora virum:
Quem leuis hac tellus retinet, ſed ſpiritus aſtra
Scandit, vbi ætherea pace, potitur ouans.

THEODORICVS MALCOTIVS. Louanienſis S. Theol. Licentiatus, & Gymnaſij Lilienſis Præfectus,

Dialogum de Martini Lutheri eiuſque conſortium in Religione inconſtantiâ. Coloniæ, 1583. 8. quem *Franciſcus Agricola* Germanicè vertit & auxit.

THEODORICVS MARTINVS Aloſtenſis, primus apud Louanienſes Typographus, vir doctus, multæ lectionis. *Eraſmi Roterodami, Adriani Barlandi*, aliorumque doctorum virorum amicitia ac conſuetudine beatus. Scripſit

Hymnos in honorem Sanctorum.

Dialo

Dialogum de virtutibus, & alia.
Eripitur mundo Aloſti. & ſepultus ad *Guilielmitas* hoc epitaphio, quod *Eraſ. Roterod.* illi poſuit:

Hic Teodoricus *iaceo prognatus Aloſto,*
Ars erat impreſsis ſcripta referre typis.
Fratribus, uxori, ſoboli, notisq́ ſuperstes
Octauam vegetus præterij decadem.
Anchora ſacra manet grata notiſsima pubi;
Chriſte, *preco nunc ſis anchora ſacra mihi.*

Obiit anno M. D. XXXIII. XXVIII. Maij.

THEODORICVS A MONASTERIO, patriam habuit Monaſterium in Weſtphalia, qui ex Auguſtinianorũ familia, in D. *Franciſci* Ordinem cooptatus, Concionator Apoſtolicus, velut ſidus fulgidum Belgicam noſtram circumiens, doctrinæ claritate & concionibus illuſtrauit Bruxellæ, cùm anno M. CCCC. LXXXIX. grauis illa peſtilentiæ lues graſſaretur, mortuis Paſtoribus inter XXXIII. millia ciuium, totam ciuitatem obequitans, morientibus Sacramenta adminiſtrauit, ipſe à peſte intactus. Libellum edidit linguâ noſtrate Teutonica KERSTE SPIEGHEL, quod Latinè dicitur.
Speculum Christianum. Bruxellæ & Louanij.
Orationes pias atque deuotas.
Ad cœleſtem gloriam ex mortali carcere euocatur anno redempti à filio DEI orbis M. D. X V. Decemb. die XI.

THEODORICVS VLSENIVS. Friſo, Medicus, ſingularis eruditionis & peritæ, Poëta quoque non incelebris,
Scripſit
De pharmacandi comprobata ratione libb. II. carminibus CCCXII.
Abſolutos, quibus Scholia adiecit Georgius Pictorius. Baſileæ.
Epigrammata & Elegias cultas.
Vixit anno M. CCCCXCIV. ſub Maxæmyliano Imp.

THEODORVS ANTONIVS, PELTANVS, Soc. IESV Theologus, Græcè Latineque doctiſſimus, & in aliis ſcientijs probè verſatus. Docuit Theologiam annos XII, Græcas quoque atque literas Hebraicas cuius hic elogium adſcribere placet è Theologiæ Profeſſoribus Academiæ Ingolſtadienſis, auctore *Valentino Rotmaro.*

Theodorus Antonius Peltanus, *ex Inferioris Germaniæ Pelta pago oriundus, Soc.* Ieſu *Theologus, anno Domini M. D. LVI. cum aliis quibusdam Patrib. de Soc.* Ieſu Thoma Lentulio *Nouiomagenſi*, Ioanne Cuuillonio *Inſulenſi*, & Hermanno Tyræo *Noueſienſi, Doctori. Theologis, menſe S. Auguſto ad Ingolſtadi-*

 enſem

F Guilielmi frater, in patria iactus literarum fundamentis, amplioris cultus gratia, Gallicas Academias viſitauit, vt & peregrinans linguarum notitiam ſibi compararet. Obertum Giſanium, Lug Carrionem *Lipſium*, aliosque amicos habuit. Conſulem in patria non ſemel egit: Sed infelicia tempora exulare coegerunt, & Antuerpiam venit, vbi bonum ſemen ſæpiſſimè inuiſi ſemper Græcæ lectioni deditum. Scripſit

Notas in Arnobium, aduerſus Gentes. Ant. typis Plantini, 1582.

Variarum Lectionum, libb. II. Ibidem, 1574.

Ammianum Marcellinum multis in locis reſtituit.

Annotationes ad Clementem Alexandrinum.

Fragmenta collegit Euripidis, Sophoclis, Æſchilij aliorumque

Scriptorum Græcorum Vett, quorum ſcripta temporis iniuria perierunt, & alia, nondum quod ſciam typis edita.

Deuixit Leowardiæ anno ſalutis noſtræ M. DC.XV.

THEODORVS EVROTELES, Friſius, natus in pago Ooſterend, voluit enim per nominis interpretationem EVROTELES dici, cùm Ooſterendius dici poſſit. Permultos annos Harlemi, Bloſwardiæ, & alibi iuuentuti erudiendæ impendit. Scripſit

Iudicium Paridis ſuper III. *de aureo malo litigantibus Deabus* in modum Tragœdiæ, ex Luciano. Leouardiæ, 1594.

Catacryſmum illum horrendum, qui Friſiam afflixit, anno M. D. LXXIII. *teſte Suffrido, carmine Elegiaco.*

THEODORVS GRAMINÆVS Ruræmundanus, Gelder. Mathematicus & Profeſſor Coloniæ, edidit librum, cui titulus

Myſticus Aquilo, ſiue Declaratio Vaticinij Ieremiæ: Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ, Coloniæ, 1571.

Exhortationem de exequenda Kalendarij correctione, quam GREGORIVS XIII. *Pont. Max. edi, promulgari & obſeruari mandauit*, ad S. Cæſ. Maieſtatem, Imperij Electores ac Principes, cæteroſque Status. Duſſeldorpij, 1583.

Duos hos *Tractatus Valerius Andreas Theodoro Euroteli* Friſio, perperam ac falſo adſcribit. Scripſit præterea noſter *Gramineus*:

Speculum de minitante Cometa anni M.D.LXXVII. Ibid. 1578.

Phyſicam explicationem Cometæ anni M. D. LXXX. *& eiuſdem cum eo qui apparuit* M. D. LXXVII. *analogicam collationem*, Ibid.

Orationem in Iſaiam & VI. dierum Geneſeos.

Enarrationem vberem in Ioan. de Sacrobuſco Coloniæ, 1567.

Prodromum Antichriſti, hoc eſt noſtri temporis hæreticorum. Ibid. 1578.

THQODORVS HASLEMIVS Batauus, Lutetiæ Pariſiorum primum S. Theologiæ lauream promeruit. Inde Coloniam veniens, ſacro Cartuſianorum cœtui adſcribitur, qua ſcriptis, qua vitæ exemplo eximium pietatis ſpecimen domeſticis edidit. Scripſit

Sermones non vulgaris eruditionis.

Exhortationem de Solitudine ac Silentio, Cartuſiano cuidam inſcriptam. M. S. Coloniæ.

Petri Dorlandi Chronicon Carthuſienſe edidit primus, Notiſque illuſtrauit. Ibidem 1680. typis Cholini. 8.

Harmonica IV. Occidentalium Eccleſiæ Doctorum Confeßio, qua & Auguſtana, Wittenbergica, Smalealdica, Mansfeldica, atque alia denique huius æui Pſeudo euangelicorum monſtra profligantur.

Silua Anachoretica libb. VI. Vitæ nimirum illorum Eremitarum quos Raphaël ac Ioannes Sadelerij fratres, æui noſtri præſtantiſſimi ſculptores, artificioſiſſimis laminis æneis expreſſerunt.

Chronologia ſum. Pontifi. & Rom. Imp. Coloniæ apud Petrum à Brachel. 1626. 8. E ſermone Belgico in Latinum tranſtulit,

Orthodoxa Fidei Demonſtrationum Franciſco Coſtero auctore. Coloniæ 1607. typis Mylij.

Conciones eiuſdem in anni totius Dominicas & Feſta. Ibid apud Hierat.

Araneum hæreticum Ioan. Dauid. Ibidem 1609. apud Kinckium.

Lapidem Lydium eiuſdem. Ibidem.

Labyrinthum hæreticorum eiuſdem. Ibidem

Poemata, veluti Hiſtoriam Ionæ, verſu Heroico, & alia

D Brunonis Cartuſ. Patriarchæ opera omnia euulgauit. Coloniæ, apud Bernardum Gualteri. 1610.

THEODORVS PVLMANNVS Craneburgenſis, Antuerpiæ primùm fullonem egit, ipſo teſte in præfatione ad *Auſonium*: poſt ſtudijs ſe totum dedit, & Poëtas Latinos ad Vett. exemplaria contulit, Scholijſque illuſtrauit, & typis Plantinianis foras ire iuſſit

In Virgilium, Horatium, Claudianum, Auſonium, Lucianum, Iuuenalem, Perſium, Prudentium, Paulinum, Boethium De Conſolatione Philoſophiæ, Suetonij XII. *Caſares.*

Auiani Æſopi fabulas primum edidit. Ibidem

Illuſtrium Poetarum flores ab Octauiano Mirandula collectos, auctiores fecit. Antuerpiæ typis Belleri 1598. 8.

Variarum lectionum librum.

Emendationes & varias lectiones in Terentium.

Ab hominibus demigrauit Salmanticæ in regno Caſtellæ.

THEODORVS SCREVELIVS Harlemius, Batauus, Ludi literarij in patria cum laude Moderator, ſcripſit verſu heroico

Trophæum Peluſiacum, ſiue res feliciter geſtas anno M. C. LXXXVIII ab Harlemenſibus in Peluſij (quod AEgypti oppidum eſt, hodie Damiatam vocant) obſidione. Harlemi, 1598. 4.

Ἀλεξίκακον *ſiue de Patientia lib. IV.* Lugduni Batauorum typis Ioannis Maire 12

THEODORVS STRAITMANNVS Gelder, I.C Scripſit

Harmoniam titulorum vtriuſque Iuris.

Conciliationes Legum Pandectarum. Coloniç apud Gymnicum, 1571. 8.

THEODORVS STVMPWICKIVS. Batauus, patria Harlemus, Cartuſianus, ſibi ipſi SCHEMA concinnauit, in quo inſignes aliquot Monaſticæ religione prærogatiuæ ordine Alphabetico diſpo

diſpoſuit, quibus ex aduerſo, quàm perfidus, fallax ac vanus ſit mundus, quaſi ex diametro oppoſuit. Pro maiori parte libens agnoſcit ſe hæc decerpſiſſe ex *Speculo Morali Ioannis vitalis*. S. R. E. doctiſſ. Cardinalis.

Præfuit Cartuſiæ Dieſtenſi anno Chriſti M. DC. IX.

THEODORVS VELIVS Hornanus, Batauus, Medicus, edidit *Deſcriptionem Weſt-Friſiæ, carmine Heroico*. 1617.

Deſcriptionem vrbis Hornanæ, lingua vernacula, eodem anno.

THEOFRIDVS. Epternacenſis Abbas XXIV. Ord. S. Benedicti, ſcripſit *Vitam S. VVillebrordi Archiepiſcopi, & Abbatis Epternacenſis M. S.*

Epitaphium Sanctorum, libb. IV. quod nuper cum Notis euulgauit *Ioannes Roberti* Soc. IESV Theolog. Luxenburg. 1619. 4.

In Domino requieuit anno poſt Chriſti ſalutiferam natiuitatem CIↃ. C. X. II. Non. Aprilis.

THEOPHILVS BERNANDINVS Soc. IESV Clericus, edidit *libellum pium de SS. Florentio eiuſque ſocio martyribus*, quorum ſacræ reliquiæ Româ Atrebatum aduectæ, ibidem religioſe aſſeruantur in delubro Societat. IESV.

THOMAS DE BIAVMETS, alias de Bellemanſo, Acteſius, Archiepiſcopus Rhemenſis, teſte Ferreolo Locrio, ſcripſit

De Statu Eccleſiæ Gallicanæ, ad Alexandrum IV. Pont. Max.

THOMAS CANTIPRATANVS patria Brabantus Leuvvis *S. Petri* iuxta Brux. nobili genere pro creatus, alij *Guilielmum Brabantinum* vocant. Leodici an. XI. adoleuit, ſtudijs diligenter incumbens. Vt liberius DEO vacaret, curis ſecularibus valedicens, Regularis *S.* Victoris in monaſterio Cantipratano, in ſuburbijs Cameracenæ ciuitatis ſito, factus eſt, vnde ei nomen adhæſit. Poſtea Dominicanorum Ordini adſcribitur, Coloniæ *Alberti Magni* auditor, & D. *Thomæ Aquinatis* condiſcipulus, Doctor Theologus eſt renuntiatus. In patriam reuerſus, apud Louanienſes Lector fuit & Supprior, poſt Nicolai Cameracenſis Epiſcopi annos ferè XXX. Suffraganeus, ſcripſit opus

De Apibus myſticis lib. II. quod inſcripſit bonum vniuerſale, in queis Miracula & Exempla ſui temporis. Georgius Coluenerius mendis expurgauit & Notis illuſtrauit. Duaci 1605. 8. typis Balth. Belleri.

De rerum Natura, vel de cauſis rerum libb. XX. in quibus XIV. an. deſudauit. M. SS. in Bibliotheca einſdem *Coluenerij*.

Vitam B. Chriſtinæ, Virginis, cognomento Mirabilis, quæ obijt circa annum M. CC. XXIV.

Vitam B. Lutgardis, Monialis Ciſtercienſis de Aquiria.

Vitam B. Margaretæ *Iprenſis ſunt qui eidem adſcribant, quæ an. ætatis* XXI *Chriſti M. CC.* XXXVII. *cœlos petijt. M.* S. ad S. Martinum Louanij, teſte, *Hyacintho Choquetio de ſanctis Belgij Ord. Prædicator*, qui eius vitam euulgauit Duacij 1618. 8.

Quo anno recuperatæ ſalutis, aut etiam ſuæ ætatis è viuis exceſſerit venerab. *Thomas* non liquet. Quidam obijſſe exiſtimant anno M. CC. LXXX. ſed nullo certò ſubnixi fundamento.

THO-

THOMAS CRICQVILLON, Muſicus excellens, inuictiſsimi Imp. CAROLI V. chori præfectus. Compoſuit

Opus ſacrarum cantionum, quas vulgò motetas vocant, 4. 5 *& 8. vocum*. Louanij, typis Valeſij.

Cantiones Gallicanas 4. 5. 6. *vocum Ibidem*. & Alia.

THOMAS DIACONVS Monachus Bergis S. Winoci, ſcripſit *Oppidi Bergenſis S. Winoci à Gallis direpti incenſique, & cœnobij ſui calamitatem ſuamque captiuitatem an.* M. CCC. LXXXIII. vide *Marchantium & Meyerum lib.* 13. *Annalium*.

THOMAS ERPENIVS *Gerardi Ioannis ab Erpe* F. mater lectiſſima fœmina *Beatrix de Bye*, honeſta vterque familia, ex nobili & bellicoſo opido, cui Sylua-Ducis, nomen dedit. Naſcitur Gorcomij III. Eid. Sept. anno M. D. LXXXIV. Lugduni Batauorum prima Muſarum elementa imbibit, & tandem VIII. eid. Iulij, anno M. DC. VIII. ſummâ Philoſophiæ laurea ornatus fuit, & *Ioſephi Scaligeri*, eruditorum Principis hortatu, Orientalibus ſimul linguis ſe totum dedit. Britanniam & Galliam perluſtrauit, vbi nihil ei prius vel antiquius erat, quam ne indignus videretur amicitiâ doctiſſ. *Iſaaci Caſauboni*. Anno M. DC. XI. iter inſtituit in illam terrarum quondam Imperatricem Italiam. Mediolanenſem & Venetam Bibliothecas excuſſit, Hinc in Heluetiam ſe contulit & Heidelbergenſem Bibliothecam & Academiam inſpexit, amicitiamque iunxit cum ſummo optimoque viro *Iano Grutero*. Rheno flumine in patriam rediit IV. Non. Iulij M. DC. XII. & maximo applauſu Arabicæ aliarumque linguarum Orientalium Profeſſor creatus fuit. Ab vltimis Hiſpanijs ſollicitatus fuit ad explicanda quædam ex antiquis cryptis eruta, quæ totus capere nequibat terrarum orbis. Rex Hiſp. *Philippus* quoque literas miſit ad Sereniſſ. Infantem, quibus hoc de *Erpenio* negotium feriò commendaret. Eius hæc ſunt ſcripta:

Oratio Auſpicalis de lingua Arabicæ præſtantia & dignitate.

Grammatica Arabica, lib V. explicata Lugd. Batau. 1613. 4.

Annotationes in Lexicon Arabicum Franciſci Raphelengi. Ibidem.

Prouerbiorum Arabicorum Centuria II. à Ioſepho Scaligero Iul. Cæſ. F. *& ſe, verſione Latinâ & Scholijs illuſtrata*. Ibid. 1614.

Locmanni Sapientis fabulas ex Arabico interpretatus eſt. Ibid. 1615. 8.

Rudimenta linguæ Arabicæ. 1620. 4.

Grammatica Arabica dicta Giarumia, cum verſione Erpenij.

Hiſtoria Saracenica, à Machomete Pſeudo-Propheta, ad initium imperij Turcici Arabicè, cum verſione Latina, notis, tabuliſque Geographicis & Genealogicis Erpenij 1622.

Præcepta linguæ Græcæ, longo accuratius conſignata, quàm fieri vulgò ſolet.

Hiſtoria Patriarchæ Ioſephi ex Alcorano decerpta.

Receperat diuulgaturum *Alcoranum ſiue Muhammedanor: Legem & Arabicè, & Latinè.*

Pridem moliebatur *Apparatum in Alcoranum*.

Parabat heroico auſu editionem noui Teſtamenti ex tranſlatione vulgata, & verſionibus, Syriaca, Arabica, Æthiopica & Armenia: huic operi nomen dare decreverat *Tabernaculum Chriſti*. Deuixit Lugd. Batauorum peſte M. DC. XXIV. & ſepultus in D. Petri, & pro funere laudauit *Gerard. Ioannes Voſsius.*

Petrus

Petrus Scriuerius Manes Erpenianos euulgauit & Epicedia variorum.

THOMAS FIENVS, Ioannis F. Antuerpiæ natus M. D. LXVII. Ipſa die quam Saluatuor noſter abſoluto per mortem ſuæ redemptionis myſterio, ſacrauit. Patrem habuit *Ioannem Fienum*, non vulgaris doctrinæ Medicū. In Italia potiſſimum Medicinæ operam dedit, vbi præceptores audiuit ad æmulationem vetuſtatis eruditos, *Mercurialem, Aldrouandum, Iul. Caſ. Arantium* & alios. Anno M. D. XCIII. primariam in Academia Louanienſi Profeſsionem adeptus eſt. Inde à *Maxamyl.* Bauariæ Duce ad officia Medici interioris euocatus. Verum in patriam redux, quod quietis amantior eſſet, intermiſſum profitendi munus reſumpſit, nec induci ſe paſſus fuit, vt relicta Academia, apud Principes noſtros *Albertum & Iſabellam* (quamuis inſtarent ac Medici cubicularij prærogatiuam deferrent) domicilium ſedemque ſtabilem figeret. Euulgauit

De Cauterijs libb. V. Louanij, 1598. apud Zangrium.

De viribus imaginationis. Ibidem, 1608. typis Riuij.

De Cometa anni M. DC. XVIII. *Diſſertationes* 16.9. 8 Antuerp. Apud Guil. à Tongris.

Quæſtionem Epiſtolicam, an verum ſit cælum moueri, & terram quieſcere

Tractatum ſubtiliſſimam de formatione fœtus, in quo oſtenditur animam rationalem infundi tertia die; 1620. 8. Antuerpiæ, apud Guil. à Tongris.

Habet præterea in omnes Medicinæ partes incredibili ſtudio lucubratas.

Commentationes, & velut vniuerſæ artis Oceanum, quæ in magno rei medicæ detrimento ſupprimi ſtudioſis omnibus dolendum eſt.

THOMAS GRATIANVS Ord. Auguſtiniani Eremit. in Prouincia Colonienſi Prior Prouincialis ſui ordinis, ac honoris Dei zelantiſſimus. Bruxellenſe monaſterium egregijs ædificijs reſtaurauit, redditibus auxit, liberauitque grauibus debitorum oneribus. Rexerat antè Monaſterium Leodicenſe, vti & Tornacenſe. Studijs boniſque litteris pro virili ſuo conſuluit. Illius tēpore cœpit Collegium Louanienſe Ord. Auguſt. inter cætera Pædagogia humanioribus litteris deſtinata, annumerari, illas publicè profiteri, habita tum ciuitatis, tum vniuerſitatis facultate. Scripſit

Anaſtaſin Auguſtinianam, in qua Scriptores Ord. Eremit. S. Auguſtini qui ab hinc ſæculis aliquot vixerunt, vna cum Neotericis. Antuerpiæ typis Verduſſij. 1613. 8.

Palantes quando Scriptores cogis in agmen,
Scripſiſti famæ prima elementa tuæ.

Antuerpiæ deceſſit an. ſalutis humanę CIↃ. IↃC XXVII. XIX. April & ſepultus apud ſuos in ſummo choro.

THOMAS HERBAIVS I. C. & Ordinum Friſiæ Fiſci Aduocatus, ſcripſit.

Rerum Quotidianarum lib. I. Arnhemij, 1614. 8. typis Ianſonij.

THOMAS HERENTALIVS vel HERENDALINVS, Brabantus, Ord. Minor. Conuentus Ipreñſis Guardian. Theol. & I.C. Concion. habendis, & ho-

& hominibus ad meliorem vitam reuocandis, inſignem nauauit operam, idiomate Belgico ſcripſit teſte *I. B. Gramaye* in Antuerpia ſua.

Speculum vitæ Chriſtianæ, in quo Decalogi, Orationis Dominicæ & Sacramentorum Explanatio, quod Latinum reddidit *Tacitus Nicolaus Zegerus*, eiuſdem inſtituti, Antuerpiæ 1549. & Coloniæ 1555.

THOMAS KEMPENSIS ſiue à KEMPIS, cognomento *Malleolus*, oriundus eſt Kempis, quod permodicum eſt in agro & diœceſi Colonienſi opidum, vnde ei cognomen adhæſit. Parentes habuit, quibus omnis nobilitas in Pietate, cenſus in vitæ probitate. Naſcitur circa annum M. CCC. LXXX. Vrbano VI. Pontif. Max. Tredecennis Dauentriam ſe contulit, vbi paucis annis eos non in ſtudijs magis quàm pietatis progreſſus fecit. Anno M. CCCC. ad montem S. Agnetis, qui proximè Swollenſi imminet ciuitati, conceſſit, & ingreſſus monaſterium Canonicorum Regularium ſub D. AVGVSTINI habitu regulaque militantium. Poſt V. annos in tyrocinio poſitos, ſexto demum ſacrum habitum induit, & ſequenti, ſacro ſe voto et vitæ generi obſtrinxit. Hoc Symbolum ſæpius ore proferebat, libriſque ſuis inſcripſit:

In omnibus requiem quæſiui, ſed non inueni, niſi in Hoexkins ond boexkins, quod poſtremum Teutonicum Latinè ſonat, *niſi in angellis & libellis*. Sic affabilis ac manſuetus fuit, vt multùm licet reluctans, communi ſuffragio Supprior, ætate adhuc florente, crearetur. Poſtea Procurator, quod propenſus ad eleemoſynas videretur, conſtitutus eſt. Opera omnia ſtudio ac operâ *Henrici Sommalij*, Soc. IESV Antuerpiæ prodierunt typis Martini Nutij & Ioannis Meurſij anno 1615. Tribus Tomis.

Tomus I. continet.

Sermones ad Nouitios XXX.
Sermones ad Fratres IX.
Sermones XXXVI. *editioni primæ addidit.*

Tomus II.

De Imitatione Chriſti libb. IV. verè aureos, non Latinè ſolum, ſed Germanice, Belgicè, Hiſpanicè, Gallicè, & Græcè ſæpius excuſos. Nullus poſt ſacros codices tam crebrò fuit excuſus libellus, nullus tam cupidè ab omnibus expetitus & lectitatus à ſummis, medijs & infimis. Cùm quidam Religioſus ante annos XXVIII. Argirium Mauritaniæ profectus fuiſſet, pretium redemptionis captiuorum laturus, Rex eum in ſuam Bibliothecam duxit, varios hic illi codices viſendos porrigit, atque in his librum *De Imitatione Chriſti*, vulgari Turcarum lingua conuerſum, adiecit autem, pluris ſe vnicum illum facere; quàm reliquos omnes Mahumetanor. Vindicauit hunc libellum Belgis & auctori ſuo lib. ſingulari, amicus noſter *Herib. Roſweydus* S. I. typis Ioannis Moreti.

Soliloquium Animæ, quod *Iacobus Strattus* Belgicè tranſtulit.
Hortulum Roſarum.

THOMAS RYETIVS Mechlinienſis, Erneſti Bauari Principis & Epiſcopi Leodicenſis Medicus, vertit è Gallico.

Philippi Garingi Deſcriptionem Fontium acidorum Spadæ & Ferrati Tungrenſis, additis Obſeruationibus in aquas Spadanas. Leodici, 1592. 8. typis Henrici Houij.

THOMAS RIVS alij RINVS, vir Senatorius S. Winoci-Bergenſis, habuit *Orationem Romæ ad* PIVM, IV. *Pont. Max. pro Legato Reg. Catholici Ignatio de Mendoza* Romæ, 1564.

THOMAS SAILLIVS, Bruxellenſis, Bruxellæ multos annos Collegij Societatis IESV Rectorem egit. Inuicto illi ALEXANDRO Parmenſium Principi à Confeſſionibus fuit; eandem illam aurem piacularem aſſuetus dare in Aula Principibus viris. Fuit homo pacificus, & quod mirêre, in aula aſſuetus, nil magis oderat quàm fucum ac delicias Thraſonicas. Vis paucis? erat verus *Ieſuita*, ſcripſit

Theſaurum Precum, Meditationum ac Litaniarum, cum Apologia, pro Litaniis & cultu Sanctorum. Bruxellæ & Antuerp. apud H. Ant. 1609.

Litanias vitæ & Paſsionis Domini &c. cum officio de Paſsione, ex Scripturis, pro exercitu Catholico. 1588.

Narrationem itineris Illuſtriſ. Franciſci de Mendozá, in Legatione ſua ad Imp. Poloniæ Regem, & Ferdinandum Archiducem. Bruxellæ 1598.

Narrationem expeditionis Sereniſs. Alberti Archid. ad Ambianum Ibid.

Epiſtolam ſatis prolixam ad *Rainutium Parmæ & Placentiæ Ducem, de morte Patris* ALEXANDRI. Coloniæ, typis Arnoldi Mylij, 1598.

Collegit *Orationes aliquot funebres in obitum Alexandri Farneſij Parmæ & Placentiæ Ducis.* Ibidem

Domum Conſcientiæ, de modis & remidiis rectè viuendi & moriendi. Idiomatè Belgico. Bruxellis, 1620. typis Hub. Antonij.

P. Iulium Facium de Mortificatione humanorum affectuum Belgicè vertit. Antuerpiæ, typis Trognæſij, 1600. Item

Conſultationem de Fide & Religione capeſſenda Leonardi Leſſij S. I.

Controuerſias item Fidei ex Gallico cum auctario.

Veridicum Chriſtianum. Antuerp. typis Verduſſij & Bruxellæ, 1611.

Excitatorium è ſomno, ad hæreticos. Louanij, typis Flauij.

Anatomiam, ſiue *Apologiam* pro eodem, aduerſus *Abrah. Coſterum*, Miniſtrum hæreticum. Louanij, typis Haſtenij 1619.

Inſtructionem & Praxin Militis Chriſtiani, ſermone Gallicò.

Teſtamentariam diſpoſitionem & Codicillos; in fauorem eiuſdem. Ibidem 1622.

Mortualis illi dies fuit Bruxellis, annis grauis, anno poſt Deum humanitate donatum ƆƆC. ƆC. XXIII. VII. Martij, die D. THOMAE AQVINATI ſacro. quem ſummi, medij, infimi eluxêre.

THOMELLVS Flander, Elnonenſis monachus ad S. Amandum, Hiſtoricus, & bonus Religioſus, ſcripſit

Vitam Balduini V. Inſulani ſiue Lillani Flandriæ Comitis, qui anno M. LXVIII. Inſulis deceſſit, & ibi in templo à ſe condito ditatoque ſepultus eſt.

De fundatione cœnobij Elnonenſis, iuſſu B. Rolandi Abbatis ſui *Chronicon*.

 Vixit

TIMOTHEVS HOIVS, *Andr.æ* F. Congregationis Oratorij preſbyter, vir in politiore literatura egregius, varia & ſuauia ſcripſit carmina. Emendauit & notis illuſtrauit

Euchologium Græcorum & Guilielmum Tyrium de bello ſacro, cuius lectiones à vulgato diuerſas maximo iudicio collegit, communicauitque *Iacobo Bongarſio*, quem lege in ſua ad libros Orientalium expeditionum Præfatione.

TITVS A POPMA Friſius, *Sixti* frater, Coloniæ in Burſa Laurentiana doctiſsimos in Philoſophia audiuit Profeſſores, item in Mathematica. Relictâ Coloniâ Louanium cum matre venit, vbi ſe I. V. ſtudio cum fratribus dedit, & diligenter audiuit *Wameſium Ramum*, alioſque. ſcripſit.

Tabulas in Sphæram & prima Aſtronomica elementa, figuris elegantibus illuſtratas, Coloniæ, 1569.

Caſtigationum ſuarum rationes in M. T. Ciceronis Exemplar familiares lib. XVI. quas vna cum ipſis Ciceronis Epiſtolis excudit Antuerp. Ioannes Bellerus, 1572.

De oper. ſeruorum, librum ſingularem. typis Raphelengij, 1608. 8.

Q. Aſconij Pediani opera emendauit ac notis illuſtrauit. Coloniæ, 1578.

V.

VALERIVS ANDREAS, Deſſelius, qui Brabantiæ pagus eſt in Campania, naſcitur anno Domini M. D. LXXXVIII. V. Kal. Decemb (faciam eum ſuis verbis loquentem, ſuoque penicillo ſe venuſtantem) literis politioribus partim in patria, manuducente & docente *Valerio Houtto*, felici ingeniorum formatore, partim Antuerpiæ inſtitutus, triennium ibi totum, *And. Schotto* Soc. IESV ſacerdoti, viro doctiſſimo, à manibus ac ſtudijs fuit, qui illi ad Græcæ linguæ ſtudium auctor & ductor. Hebraicæ ibidem initia dedit *Ioan. Haiu.* Scotus, ex eadem Societate Theologus. Philoſophicis Duaci ſtudijs nauatâ operâ, vixit Antuerpiæ in familia VV. CLL. *Aub. Miræi & Franciſci Schotti*: alteroque poſt anno Louanium ad Profeſsionem Linguæ Sanctæ vocatus eſt, & Orationem auſpicalem dixit in Auditorio Trilingui, an. CIↃ.IↃC.XII. VI. Kal. April. Hic Iuris ſimul ſtudia tractauit & an. CIↃ. IↃC. XXI. XXII. Nouembris, ſupremum in ijs Laureæ Doctoralis titulum, accepit. Edidit hactenus.

Orthographiæ rationem, ab Aldo Manutio collectam primò multis auctam, cũ libello.

De ratione Interpungendi, ac Diſtinctionum Notis. Duaci typis Belleri, 1610. 12.

Petri NannI in Artem Poeticam Horatij Comment. poſthumum, quem ex prælectionibus eiuſdẽ deſcripſit & ſuppleuit, typis Plantini, 1608. cum *Horatio Leuini Torrentij*.

De initiis ac progreſſu Collegij Trilinguis Buſlidiani, deq. vita & ſcriptis Profeſſorum eiuſdem Collegij. Louanij. typis Dormalij, 1614. 4.

De lingua Hebraica laudibus, Antiquitate, dignitate, Neceſſitate. Ibid.

Notas vberiores in Ibin Pub. Ouid. Naſonis, Poëma σκοτεινὸν Antuerpiæ, 1618, fol. typis Nutij.

Notas breues in Chimonopægnium ſiue Brumam Erycij Puteani. Monachij 8. & Louanij, 1622. typis Haſt. 8.

Diſſertationem de Toga & Sago, ſiue de litteratâ & armatâ militia, Coloniæ, 1618. 8. apud Kinckium.

Et quidem non ita pridē anno ſcilicet, 1623. Louanij euulgauit *Bibliothecam Belgicam*, quam & ego dùm tardaret ſuam protrudere, ob cauſam Lectori in Præfatione indicatam; ſub nomine *Athenarum* publicam tandem feci Qua in re grauiter impediſſe videor in iura veteris noſtræ amicitiæ,& velut de plagio apud illum accuſor, quaſi & à meſſe cum illius, tum aliorum ſpicas congeſſerim: cum tamen iam maturas fruges prius demeterem, quam ille ſuas falci deſtinaſſet. Porrò ab amicis quædam oportunè ſuggeri, quædam aliunde tranſumi, prudentiæ maioris cenſetur, quàm ingenio ſuomet ſapere. An non & *Valerius* noſter ab alijs ſuggeſta, emendicata, tranſcripta, tanquam ex proprijs hic dedit? & vtinam in emendicando magis circumſpectus, in tranſcribendo magis felix non tam turpiter in pleriſque hallucinatus fuiſſet. Quæ res ſerius detecta ſi bilem ei mouit, an idcirco ego pungendus? Videmus canes quoſdam mutos prius mordere quàm latrare: nec hyſtrix iaculatur ſpinas, niſi prouocata at *Valerius* prius mordet, quàm de iniuria mecum expoſtulet: aculeū & ſtilū infigit,longo meo adfectu ad amandū potius quā pugnandū prouocatus. Sed en nouū amoris mei pignus. Poteſtatē libens facio & has meas *Abtenas* perluſtret, & ſubſellia omnia cathedraſque exploret, transferat ex ijs quod Bibliothecæ ſuæ deeſt: emendet, ſi quid minus cautè, & inſcitè congeſſit: dū modo deinceps malè loqui dediſcat, mordaciter ſcribere deſueſcat. Vtrumque doctorali togæ & Cathedræ competit, ne alioquin ſi malè ſcibere pergat. cogar exemplo Alcibiadis, moloſum cauda truncatum Louanium ad ſcholas Valerianas mittere,& dum circa inſolitum illud argumentum eius ingenium & calamus ludit, à conuicijs & maledictis abſtineat, ſemper memor veteris Adagij;

Qui quæ vult dicit, ſæpè quæ non vult, audit.

VALERIVS GOVTHOVVIVS Batauus, naſcitur Dordraci, anno redemptionis noſtræ M. D. LXXVII. familiâ patritiâ. Vltraiecti primùm humaniores literas didicit, poſtea Coloniæ, Louanij & Dolæ ſe totum Muſis ſacrauit. ſcripſit

Deſcriptionem vrbis Dordracenæ, nondum quod ſciam editam.

Catalogum Hollandiæ, Zelandiæ & Vltraiectinorum Scriptorum concinnauit, quo frequenter vſus ſum. M. S.

Chronicon antiquum Hollandiæ idiomate vernaculo auxit & emendauit.

VBERTVS CLERICVS Inſulenſis, Poeta & Sacerdos ad D. Petrum. edidit

Sacram Poeſin, Elegias, Hymnos, Epitaphia & Pſalmorum aliquot Paraphraſes, Tornaci, typis Nicolai Laurentij, 1610.

Rebus humanis exemptus Inſulis, anno ab orbe redempto M. DC. XV. ætatis LXXXIV. & ſepultus in D. Petri, hoc epitaphio quod ſibi viuens ſcripſit:

Hac quondam in celebri domo Sacerdos,
Piſcatori hominum dicata Petro

Putris

Putris Clericus *hic cinis quieſcit:*
Quem Mors è medio tulit peractis
Annis cum quatuor bis octo luſtris:
Cui clara aſtra ſuper nouam, Viator,
Hæc qui ſcripta legis precare Vitam:
Et dum Fata ſinunt, valentque ſenſus,
Cœlum ſuſpice, prouide ſaluti.

VBBO EMMIVS, Grethanus Friſius, Hiſtoricus & linguæ Græcæ Groningæ Profeſſor, vir multæ lectionis, ſcripſit

De Friſia & Friſiorum Republica. Lugd. Batauor. 1606.
Opus Chronologicum nouum. Ibid. 1619. & Groningæ.
De agro Friſiæ, deque vrbe Groninga.
Friſicarum rerum Hiſtoriam in Decad. VII. diſtinctam. Arnhemij.
Chronologiam rerum Romanor. cum ſerie Coſſ. Groningæ.
Acceſſit Appendix Genealogica Ibid. 1620. fol.
Aſſertionem de origine & Antiquitate Friſiorum, contra Bernardum Furmeriū.

VFFINGIVS ſiue VFFO Vorcomienſis Friſius, Ord. S. Benedicti, in Monaſterio *S. Ludgeri Vertinæ.* Scripſit
Vitam S. Idæ Viduæ, extat apud Surium die IV. Septemb.
Vitam S. Lucij Regis Britanniæ.
Claruit circa annum D. CCCCC.

VESSELVS alij WESSELVS HERMANNI cognomento *Ganſfortius,* quibuſdam BASILIVS Groeniganus, S. Theologiæ Doctor, naſcitur circa annum Domini M. CCCC. XIX. In patria perceptis triuialibus artibus, cùm eſſet præſtantiſſimo ingenio præditus, Italiam, Gallicam, Germaniam & Græciam videre voluit. Magnus Philoſophus, Græcus & Hebræus, vulgò LVX MVNDI dictus. Docuit Coloniæ, Heidelbergæ & Pariſijs frequenti auditorio. Relictis, Academijs, in patriam ſe contulit, & in priuato ſtudio ſe continuit, ſedemque fixit Groningæ in conuentu ſpiritualium Virginium. Inter familiares & amicos, quos multos habuit, maximi fecit *Rudolphum Agricolam.* Scripſit

De audienda Miſſa lib. I. }
De Incarnatione Verbi lib. I. } A Tridentinis Patribus in prima claſſe notantur.
De Magnitudine & amaritudine Paſsionis. }
Ad Engelbertum Leydenſem lib. I.
De Indulgentijs lib. I.
De prouidentia Dei lib. I.
De purgatorio lib. I.
De Iuſtificatione per Chriſtum lib. I.
De Clauibus Eccleſiæ lib. I.
De Moribus veterum hæreticorum. Lipſiæ, 1537.
De cauſis Incarnationis,

De Vera Obedientia.
Farraginem rerum Theologicarum.
De poteſtate Eccleſiaſtica.
De Sacramento Pœnitentiæ.
De poteſtate ligandi & ſoluendi.
Quæ ſit vera communio Sanctorum.
De theſauro Eccleſiæ.
De Fraternitatibus.
De ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam.
Epiſtolas aliquot. Baſileæ omnia excuſa, typis Adami Petri, 1523. fol.
Mortuus & ſepultus ipſo D. Franciſci, in templi choro, non longè à ſummo altari, anno Incarnationis Dei M. CCCC. LXXXIX. hoc epitaphio:

Pallida Vesseli *ſaxum hoc tegit oſſa magiſtri,*
Philoſophos inter qui leo fortis erat.
Illum lingua triplex, Hebræa, Pelaſga, Latina,
Inclyta doctorum ſcandere pulpita dedit.
Agrippina & Pariſium duo regna Mineruæ,
Senſere ingenij vimque decuſque ſui.
At laus vna viro, quia Totum Scibile *ſciuit,*
Et vitio infectis malleus ipſe fuit.
Arx Friſiæ cineres, Gramania tollit honores.
Dic, ferat omnipotens, lector amice, animam.

Huic Symbolum: Bene qvi latvit.

VICENTIVS PLATANVS Brabantus, in Luſitania permultos annos iuuentuti erudiendæ impendit.
Scripſit
De Piſcibus libellum.

VICTOR GISELINVS Sant-fordanus Flander, naſcitur anno redditæ ſalutis M. D. XLIII. X. Kal. April. Medicus, Philoſophus, & Poeta, doctrinæ varietate mirabilis, *Iuſto Lipſio* perfamiliaris, peregrinationumque ſocius, vt & Dolæ laurea medica inſignitum, Panegyrica oratione publicè laudarit. Bergis S. Winoci Medicinam, honorario publico dotatus, multos annos factitauit, atque in amicitia *Ioannis Mouſtini* Abbatis, omnis elegantiæ & Antiquitatis admiratoris ad quieuit. Mortis horam ex artis medicæ prognoſticis prænuntians, in flore ætatis ibidem abripitur, anno redemptionis noſtræ M. D. XCI. Scripſit
Commentarium eruditum in Aurelium Prudentium, & ex fide X. librorum M. SS. emendauit. Antuerp. typis Plantini, 1564.
Opera Ouidij Naſonis Scholiis illuſtrauit. Ibidem.
Adagiorum lib. poſt Eraſmum Roterod. & Iunium. Ibidem.

Senten-

Sententias veterum Poëtarum à Georgio Maiore collectas, recognouit & caſtigauit,
Emendationes in Auſonium.

Vitam Sulpitij Seueri Archiepiſcopi Bituricenſis & Opera correxit, Notiſque illuſtrauit.

Item in Apuleium, vſus opt exemplari M. S.

De morbo Gallico, eleganti ſtylo, typis Plantini. & *Iano Douſæ* inſcripſit.

Poemata varia & Orationes.

Iacobus Lernutius Iani. F. typis Martini Nutij 1620. Antuerpiæ ex Bibliotheca paterna euulgauit *Hymnorum Liturgicon* lib. eiuſdem GISELINI, ex pijs veterum & recentiorum Poëtarum ſcriptos.

VIGILIVS ZVICHEMVS Friſius naſcitur in Barthuſia, prædio paterno ad medium à Leouardia lapidem, anno incarnationis DEI M.D.VII. Puer in *Iacobi Volcardi*, viri pereruditi diſciplina fuit. Louanij *Conradum Goclenium & Rutgerum Reſcium*, vtriuſque linguæ Profeſſores ſtudioſè diligenterque audiuit. Guſtatis ibidem Iuriſprudentiæ fontibus, Dolanam Academiam adijt, luſtratiſque Galliæ Academijs, Doctoris lauream accepit. *Andrea Alciato* in Italiam reuocato, apud Bituriges in docendi munere ſubrogatur. Pataui Cæſareas Inſtitutiones de ſuperiore loco interpretatus eſt, cum applauſu fructuque audientium, ſtupore Italorum, hominis exteri ac Belgæ facundiam admirantium. CAROLVS V. CAES. Spirenſi in Senatu Conſiliarium renuntiauit. Ius Ciuile Ingolſtadij IV annos, magno auditorum concurſu, interpretatus eſt. Oblatum in ſupremo Machlinienſi Senatu Magiſtratum amplectitur, demum electus Sanctioris Concilij Præſes, equeſtri honore inſignitus, Ordinis aurei velleris Cancellarius ſalutatur. Vxore elata, ſacris initiatus, ampliſſimâ ad *D. Ioannis* Gandaui Præpoſitura donatur. Louanij Friſiorum genti Colleginm à fundamentis extruxit & dotauit. Plura qui volet legat Suffridum Petri de Friſiæ Scriptoribus Decad. XII.

Scripſit

Commentarios in x. tit. lib. II. inſtit. de Teſtamentis, Baſileæ & Ingolſtadij 1579 quos Pataui profeſſus fuerat.

Comment. in tit. ff. de rebus creditis & ad tit. Iuſtin. de Edicto D. Adriani tollendo. Coloniæ typis Gymnici 1585. 8.

Theophili Græcas inſtitutiones eruit ex Bibliotheca *Card. Beſſarionis* & Louanij edendas curauit, cum præfatione doctiſſima ad *Carolum* V. Imp. à *Rutgero Reſcio* Typographo Græcæ linguæ doctiſſimo.

De munere Iuriſconſulti M.S. penes *Georgium Vvenum Hen. F.* Senat. Brabātiæ Conſiliarium amicum noſtrum.

In cæleſtem patriam placidè emigrauit Bruxellis ſeptuagenarius, & Gandaui in *S. Ioannis* conditur, in manſoleo quod ſibi viuus ponendum curarat. Tumulum eius à Caluinianis, hominum genere ſeditioſiſſimo & inquieto violatū Cathedrale Canonicorum Collegium inſtaurauit, hac inſcriptione:

ADMODVM REVERENDO VIRO
D. VIGLIO AB AITA ZVICHEMO FRISIO
I. C. CLARISSIMO,
CATHEDR. HVIVS ECCLESIAE I. PRAEPOSITO MITRATO,
AVREI VELLERIS CANCELLARIO,
SVPREMI BELGICAE STATVS ET SANCTIORIS CONCILI
SVB POTENTISS. PRINCIPIBVS
CAROLO V. IMP. ET PHILIPPO II. HISPP. REGE
PRAESIDI SVMMO, VIGILANTISS. INTEGER.
QVI CVM HANC ECCLESIAM PIIS FVNDATIONIBVS
PLVRIMIS MVNIMENTIS DECORASSET,
ACADEMIAM LOVANIENSEM
STRVCT. SVI NOMINIS COLLEGIO
NON MINVS LIBERALITER QVAM MAGNIFICE DOTASSET
NATALE SOLVM NOVI HOSPITALIS BENEFICIO
PERPETVVO SIBI DEMERVISSET:
TANDEM, POST LONGAS VIGILIAS, POST INDEFESSOS LABORES
PLENVS DIERVM, PLENVS HONORVM,
REGI FIDVS, PATRIAE CARVS,
VTILIS OMNIBVS, INIVRIVS NEMINI,
MAGNO SVI RELICTO DESIDERIO, QVIEVIT IN DOMINO
ANNO M. D. LXXVII. VIII. DIE MAII, ÆTAT. SVÆ LXX.
ISTE VIR FVIT LECTOR, SED FVIT, MIRARE, IMITARE,
VIGILIA MEMOR PRVDENTISSIMI ILLIVS SCITI
VITA MORTALIVM VIGILIA.

Maxæmylianus Vrintius.

Qui curas Regum & Regnorum pondera obiuit
Peruigil, hoc dormit Vigilius in tumulo.
Parce pios, Lector, Manes turbare, quietem
Hac poſt tot vigiles vindicat vmbra dies.
At vigil VIGLI *exemplo vigil eſſe memento:*
Nil etenim vita eſt, ſit niſi vita vigil.

VILCO alij WILCO HOLDINGERVS ab *Eytſingh* Boëtij F. vir antiquę & primariæ nobilitatis, eruditionis & integritatis ſingularis. Louanium à parentib. miſſus, & aliquot annos verſatus omni literarum ac virtutum genere inſigniter exclutus eſt. Maximè ijs ſtudijs delectatus eſt, quæ in venatione, Aucupio & Piſcatione conſiſtunt, virumque nobilem maximè decent. Scripſit

Hiſtoriam rapacium auium libb. X.
De Auibus domeſticis, & earum cognatis.
De quadrupedibus, eiuſdem formæ
De Equorum Phyſiognomia lib. I.

De

De Equini corporis fabrica lib. 1.
De Venatione & canibus lib. 1.
De auibus aquatilibus, maximè Friſiæ familiaribus.
De Gallinulis paluſtribus.
Vixit tempore Suffridi Petri Friſij.

VILCO IAERSMA Friſius, à ſecretis nobil. viro *Elconi à Liancama* in Terra ſancta, ſcripſit
RES GESTAS Domini ſui pluriumque Nobilium ſub *Balduino* Rege Ieroſolymitano, Comite Edeſſano, qui frater fuit *Godefridi Buillonij Ducis Lotharingiæ*, qui deceſſit anno M.C.XVIII. captâ Inſulâ Pharo. Lege militiam Sacram *Ioan. Molani* Doctoris Louanienſis.

S. VILLIBALDVS, S. WILLIBRORDI ſocius, ſcripſit
Vitam S Bonifacij Epiſcopi, lib. 1.
Vitam S. VValburgæ ſororis, lib. 1.
Epiſtolas ad Monachos, lib. 1
Floruit anno D.C.XC.

VINCENTIVS HENSBERGIVS, Ordinis S. Dominici, Conuentus Antuerpienſis, patria Geldonienſis, felicis ingenij vir, tenacis memoriæ, & in Sacrarum litterarum lectione verſatus, ſcripſit
Viridarium Marianum ſeptemplici Roſario & exercitijs varijs inſtructum. Antuerpiæ typis Belleri, 1615.8.
Roſarium Glorioſiſſ. virginis MARIAE, *per choros diſtinctum, ac* CL. *articulis vitæ Chriſti, varijsque Hymnis & Orationibus pulchrè exornatum.*
Roſetum Spirituale, }
Lectum floridum Sponſi, } Vernaculo ſermone.

VLMARVS BERNARTIVS Flander, natus in pago agri Caſletani, *Eeka* nomen habet, à caua arbore, teſte Meyero, in qua latuit *S.* Vlmarus Abbas. Louanij Iuris fuit Canonici primarius Profeſſor, & Vniuerſitatis Rector, ſcripſit
De pœnu Canonicis, & alia.
Deceſſit è vita Louanij, & ſepultus in æde primaria hoc epitaphio:

D. O. M.

CLARISS. AC DOCTISS. VIRO
D. VLMARO BERNARTIO, EECKENSI
ARTIVM ET I. V. DOCTORI ET PRIMARIO PROFESSORI
IVRIS CANONICI,
AB EO DVOS ET XX. ANNOS EXPLICATI
HVIVS ECCLESIÆ CANONICO,
ET VNIVERSITATIS SEXTVM RECTORI,
QVI NOMINE ORDINIS ECCLESIASTICI HVIVS REGIONIS
CONCILIO TRIDENTINO INTERFVIT
HAEREDES MOESTI PP. ANNO DOMINI M.D.LXX.

X KAL.

Tabulas & Exercitationes Anatomicas partium præcipuarum humani corporis. Noribergæ cum figuris, typis Gerlaceni. fol 1573.

Explicationes Animalium Sceletorum, Ibid. 1580. fol. cum Lectionibus *Gab. Fallopij*.

VORPERVS THABORITA, naſcitur in Rynſmageſta pago Friſiæ, primum in patria Paſtor, dein maiori pietatis zelo correptus Ord. Canonicorum Regul. profeſſus eſt, in Conuentu Thabor iuxta Snecam, ibi & Priorem egit. Scripſit

Chronicon Friſiæ, libb. ab exordio gentis ad annum M.D.XXXVIII. in quibus & ordinem bonum in diſtinguendis rerum temporibus, & iudicium ſummum (teſte *Suffrido Petro*) declarauit in rerum ipſarum delectu, ne Lectori fabulas obtruderet ac nugas.

Vixit circa annum M. D. XXXVIII.

VRSIO, Abbas Altimontenſis, ord. S. Benedicti, in Hannonia, ſcripſit *De Inuentione Corporis S. Marcelli Pont. Max. & Martyris*, quod Româ ad Altum Montem tranſlatum, ibidem tempore vaſtationis Hungariæ ſub terra fuerat reconditum. Exſtat M.S in dicto monaſterio, & Camberonæ in Hannonia.

W

WALFRANDVS OBERTVS, Curiæ Arteſiæ Conſiliarius, ſcripſit *Commentarium*, quo graphicè recenſet Tumultus qui contigerunt Atrebati, *anno M. D.XXVIII.*

WALRANDVS CAOVLT Hanno, Presbyter, ſcripſit

Miracula B. Virginis Deiparæ apud Tungros, Camberones & Seruios in Hannonia. Duaci 1600. typis Boſcardi, 12.

WALTERVS Epiſcopus Magalonenſis, vide PHILIPPVS GVALTERVS de CASTILLIONE.

WALTERVS MORINENSIS, vide GVALTERVS Morinenſis.

WALTERVS ROTARIVS Brugenſis, ord. Eremit. S. Auguſt. Sanctæ Theologiæ Doctor, dira perpeſſus à Caluinianis, à quibus non ſemel in exilium miſſus, non ſemel vinculis ac carceribus mancipatus aliquoties morte intentata, ſemiuiuus euaſit; conſtanti fide & fido animo vſque in annũ M. D. XCIX. ætatis ſuæ LXX. quo ad huc vegetus, indefeſſe verbum DEI prædicabat, tanto cum fructu, vt dicatur plures Catholicos conſeruaſſe, quàm ſuperessent Hæretici in Vrbe Brugenſi (in qua Deo opt. Max. animam reddidit) ipſo moriente. Reliquit

Concionum libb. III. quos M. SS. ſe vidiſſe teſtis *I. Lernutius*; *Contra noſtri Temporis Hæreticos* Tract. M. S.

VVALRICVS LITODOMVS, vulgo *Steenhuyſe*, Delphius, Batauus, ludũ aperuit, ingenuorum aliquot puerorum Pædagogus. Scripſit.

Latina

Latina lingua Crepundia, ſeu Progymnaſmata. Dordraci, 1558. 8.
Syntaxeos Præcepta & Figuras.

WANDELBERTVS, Diaconus & Monachus Prumienſis, Ord. S. Benedicti, vir in quo pietas cum eruditione, manſuetudo cum humilitate contendebant, vtra magis emineret ſcripſit

Martyrologium carmine, quod hactenus Vener. Bedæ ad ſcripſerunt *Ioannes Molanus* verò auctori ſuo vindicauit.
Vitam S. Goaris Presbyteri lib. I.
Miraculi eiuſdem lib. I.
Claruit ſub *Lothario* Imp. anno Chriſti D. CCC. L.

WIBALDVS Cameracenſium Epiſcopus XXVII, honeſta Cameraci familia natus, rediens ex Italia moritur, & ſepelitur in templo D. Mariæ ſacr. Anno à Chriſto nato D. CCCC. LXIX. Errat hic *Valerius Andreas*, qui obijſſe eum ſcribit anno Domini IↃC. LXIX. Reliquit WIBALDVS Tractatum

De Alea regulari contra Aleam ſæcularem. Conſulat lector Hiſtoriam Epiſcoporum Cameracenſium.

WILLIBRORDVS BOSCHARTVS, Bergizomius, Brabantus Canonicus Regul. Ord. Norbertini in Tungerloo, S. Theologiæ Profeſſor, candidi vir ingenij, multæque eruditionis & lectionis Edidit

Diſſertationem de candido habitu Præmonſtratenſi. Louanij, 1621. typis Maſij.
De initiis & progreſsibus monaſticis
De vita contemplatiua & actiua. Louanij, 1620. 4.
De laudibus B. Siardi Abbatis. Ibid. apud Haſtenium, 1623.
Naturam veritatis, expoſitam ad Symbolum, quod cœnobium Tungerloenſe gerit VERITAS VINCIT. Louanij, typis Bernardini Maſij, 1624. 4.
Microcoſmum, ſiue Humani corporis fabricam, ex ſacris DD. & Phyſicis ſummatim exhibitam in annua congregatione V. Paſtorum Regul. Cœnobij Tungerloenſis, in profeſto S. NORBERTI. Louanij, typis Haſtenij, 1626. 4.
Vitam B. SIARDI *Flandricè*, Antuerpiæ, typis Hieronymi Verduſſij, 1625. 8.
Exſpectamus *Chronicon Tungerloenſis cœnobij & alia.*

S. WILLIBRORDVS CLEMENS, Septentrionalium Anglo-Saxonum licet genere natus, meritò inter Belgicos Scriptores locum habet, quippe Friſiæ & Antuerpienſum Apoſtolus, Vltraiectenſiũ Archiepiſcopus (quo ex Hibernia venit ætatis anno XXXIII.) & Belgarum ornamentum. Sunt qui eum à liberali panum diſtributione vocant WILLIGBRODVM. Viuus miraculorum gloria fulſit. Vltraiecti duo Collegia fundauit, S. Saluatoris & S. Martini, quo poſt eius mortem tranſlata fuit ſedes Epiſcopalis. Celeberrimus eius cultus ante noſtra ciuilia bella in Diœceſi Vltraiectina. Colitur modò deuotiſſimè in Campeſtri Brabantia, quam doctrinâ quoque illuſtrauit.

Scripſit

De

De ſua peregrinatione.
Eccleſiaſticos Canones.
Homilias & Epiſtolas plures.

ſancti laudes & vitam ſcripſerunt venerabilis BEDA, S. MARCELLINVS, ALCVINVS & noſtra ætate SERVATIVS ÆDICELLIVS & BRVSCHIVS in Hiſtoria Eccleſiaſtica. WILLIBRORDVS item BOSCHAERTS Ordinis Præmonſtratenſis, typis Hieronymi Verduſſi accuratè dedit Tabulam Chronologicam eius Apoſtolatus & Epiſcopatus octogenarius.

VVILLIBRORDVS EPISCOPVS FRISIAE E VIVIS ABIIT,

VII. die Nouembris, qui erat eo anno dies Sabbathi. Sepultus in monaſterio Epternacenſi à ſe condito, cui tanquam I. Abbas præfuit.

Vir virtute potens, diuino plenus amore,
Ore ſagax, & mente vigil, & feruidus actis.

WILLEBRORDVS SNELLIVS à ROYEN, Adolphi F. oriundus Oudewaterâ in Batauia, naſcitur Lugduni Batauorum, ibidem Matheſeos Profeſſor.

Scripſit

De re nummaria lib. ſingularem, typis Raphelingij 8.

De terra ambitus vera quantitate librum, cui titulus ERATOSTHENES BATAVVS.

De Cometa anni CIↃ.IↃC. XVIII. Lugd. Batauor. 1619.

De nauium curſibus & re nauali lib. cui titulus TIPHYS BATAVVS. Ibidem typis Elzeuirij. 1624. 4.

Cyclometricum, de Circuli dimenſione ſecundum Logiſtarum abacos deque vſu eiuſdem. Ibidem 1621. 4.

Apollonij Pergæi libb. de ſectione determinata, De rationis & ſpatij ſectione ſua induſtria ſuſcitatos publicauit, quibus & quartum de lineis inclinatis adijciet.

WOPERIVS REMSMAGESTVS, Prior Cœnobij Thaborenſis, ſcripſit

Friſiæ & Hollandiæ Chronicon, quod in Alberto Bauaro Hollandiæ Comite deſinit. M.S. Hagæ-Comitis apud hæredes Cornelij Dunij I. C.

Z

ZACHARIAS LIPPELOO Antuerpienſis, ſub *Guilielmi Fabij* (Antuerpienſium primùm Scholarchæ, inde Louanienſium linguæ Hebraicæ Profeſſoris in Collegio Buſlidiano) ferula mecum humanioribus operam dedit. Mundi pertæſus Cartuſianæ familiæ Colonienſi nomen dedit anno gratiæ M. D. LXXXVII. Qui cum felicioris eſſet ingenij, atque elegantioris ſtyli nitore polleret, prolixiores SVRII Sanctorũ Tomos in compendiũ redegit. Hic florenti adhuc ætate in phtiſin incidit (fortaſſis continuis exhauſtus ſtudijs) quæ paulatim ita confecit hominem, vt fato ante tempus conceſſerit: inambulando namque ac ſcribendo propemodum occubuit, anno à Deo homine M. D. XCIX. XX. Nouembris, ætatis plus minus XXXIII. Cuius equidem *De Vitis Sanctorum Compendium Cornelius Graſſius* Cartuſianus & Antuerpienſis aliquanto poſt reuidit, plurimarumque Vitarum acceſſione locupletauit.

LECTOR
HABES HIC BELGICOR. SCRIPTORVM
BIBLIOTHECAM,
CVI VT ANTVERPIA FELIX
AVSPICIVM,
ITA EADEM NON INAVSPICATO
FINEM DEDIT.

SANCTE FORTIS, SANCTE IMMORTALIS,
MISERICORS ET MISERATOR DOMINE,
QVI PECCATORVM ES REFVGIVM,
POENITENTIVM AVXILIVM,
MERCES SANCTORVM ET PRAEMIVM,
SPES, VIRTVS, SALVS OMNIVM,
CVI SERVIRE REGNVM,
QVEM COGITARE, MEL ET MANNA,
INTVERI, FELICITAS PERFECTA EST.
A TE COEPIMVS, EX QVO SVNT OMNIA,
IN TE DESINIMVS, PER QVEM SVNT OMNIA,
AD TE CONFVGIMVS, IN QVO SVNT OMNIA.

Tibi gloria, honor, poteſtas, & imperium, in ſecula ſeculorum.

Σ

AMEN.

Vita Nova
di M S[illegible]
Latina - (B. Piave)
1970

by Google